BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
13 G
33

13-6.A.54

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

COMMVNES I. V.

CONCLVSIONES,

AD GENERALEM QVORVMCVNQVE STATVTORVM INTERPRETATIONEM ACCOMMODATÆ,

ac omnibus tam in iudicando, quam in conſulendo, & aliis in foro verſantibus perutiles, ac neceſſariæ.

CVM SVIS AMPLIATIONIBVS,
& Limitationibus magis à Doctoribus receptis.

AVCTORE

ALDERANO MASCARDO

IVRISCONSVLTO SARZANENSI, AC Equite, & Lucanæ prius, poſtmodum vero Bononienſis Rotæ Auditore.

SVMMARIIS VNICVIQVE CONCLVSIONI ADIECTIS, & Indice rerum, ac ſententiarum locupletiſſimo.

Cum Licentia, & Priuilegio Superiorum.



FRANCOFVRTI
Ex Officina Typographica Wolffgangi Richteri,
Sumptibus Ioannis Theobaldi Schönvvetteri.
16 M. DC. IX.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO, AC
REVERENDISSIMO D.D.

BENEDICTO IVSTINIANO,
S. R. E. CARDINALI,
AC BONONIÆ
LEGATO,

ALDERANVS MASCARDVS S.

EA ſunt, Cardinalis Ampliſſime, tua, olimque Illuſtriſ. Cardinalis Vincentii piiſsimæ, & glorioſiſsimæ memoriæ, patrui tui in hanc familiam noſtram, & præcipue in Nicolaum Epiſcopum Marianenſ. ac in Ioſephum Protonotarium Apoſtolicũ fratres meos, beneficia, vt nos omnes tibi perpetuo deuinxerint, & adeo deuinxerint, quod illis iam defunctis, quo me tibi re gratum aliquando præbere poſſem, haud locum reliquerunt. Hæc eadem fuerũt in cauſa, quod hos meos legales labores tuo potiſsimum nomini dicauerim. grati enim animi exiſtimaui, ſi, vnde tuis erga nos meritis ſatisface-

)(2 tisface-

ſatisfacerem, non haberem, ſatisfaciendi ſaltem, quod poſſem, deſiderii argumentum oſtenderem. Et hæc eadem ratio me, non ambitioſe, aut temere, quod inter omnes Doctores minimus, tanto Cardinali, tantorumque meritorum Viro Illuſtriſſimo hæc leuia donauerim, ſed grate, prudenterque feciſſe demonſtrabit, quod, vt tu potiſſimum mihi concedas, obteſtor: Teque etiam, atque etiam rogo, vt hoc meum, qualecunque ſit, munus ex animi affectu æſtimans, ex eodem animi affectu, qui maximus eſt, maximi muneris loco libenti animo accipias, illius exemplum imitatus, cuius Eccleſiæ cardines glorioſiſsime ſuſtines, & cuius etiam vices in terris, vt credo, aliquando ſuſtinebis, qui omnia ex voluntate metiens, non minoris humilium vota ſoluentium humiles tabellas, quam Summorum Regum pretioſa munera facit: Et feliciter Vale.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

QVÆ vides, amice Lector, ſcripſi, & in vnum collegi, vt mihimetipſi ſtudendo conſulerem, laboremque in futurum leuarem in perquirendo ea, quæ ſparſim de Statutorum interpretatione ſcripſere Doctores. Scripta, & in vnum redacta multi amicorum voluerunt, vt ederem, ea ducti ratione, quod & aliis in ſtudio verſantibus prodeſſe poſſent. Parui amicorum conſilio, ſed vtinam paruiſſe non pœniteat: noui etenim tum in omnibus, tum præcipuè in hac legali ſcientia, ingenui mei tarditatem, tenuitatemq́; ſed vtcunq; ſit, meam voluntatem æqui bonique facito, qui vt tibi in ſtudiorum laboribus prouiderem, proprij honoris periculum ſubire non dubitauerim. Zoilum ne mihi te præbeas rogo; ſed humanæ conditionis memor, errata aut benignè condona, aut non ambitioſè, ſed beneuolè corrige. Et vale.

Ad Perilluſtrem Dominum

ALDERANVM MASCARDVM SARZANENSEM I.C. PRÆCLARISSIMVM, EIVSQVE CONCLVSIONES,

EPIGRAMMA.

Ioannes Baptiſta Maſcardus Trebianenſis, I.C. Patricius Romanus, & Rotæ Ferrarienſis Auditor.

INclyta cum ſoboles Themidos tua dogmata vidit,
Alderane, hilari talia fronte dedit.
Tu legum decus, & cardo, Maſcardia proles,
Tuque æqui ſplendor, deliciæque meæ.
Iam tibi, iam debet Prudentia iuris: at illa
Quid referat? fama te ſuper aſtra vehet.

GNoſiuis tectum fallax fabricarat in oris,
Multiplicemq; noua Dædalus arte domum.
Atq; adeo ancipiti turbarat limina flexu,
Poſſet vt ingreſſus nemo referre pedem.
Inde dolos idem tecti, ambageſque reſoluit,
Perplexum filo cum duce rexit iter.
Dædaleis turbata notis eſt ſemita legum,
Quas tulit obſcuro dogmate magna Themis.
At ſi Maſcardi filo veſtigia ducas,
Dædaleas legum fas erit ire vias.

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTA SINGVLARVM CONCLVSIONVM, INDICANTIA PRINCIPALES QVÆSTIONES,

QVÆ IN QVALIBET CONCLVSIONE tractantur.

ARGVMENTVM PRIMÆ CONCLVSIONIS.

LAicorum Statutum, an, quando, quomodo, & in quibus comprehendat Eccleſiaſticas perſonas, & bona, & quid de hoſpitali, & aliis piis locis, & de matrimonialibus, & quæ dicantur contra libertatem Eccleſiæ. pag. 1

SECVNDÆ CONCLVSIONIS.

Statuta recipiunt interpretationem à iure communi, & quid ab aliis ſtatutis, ab obſeruantia, à præfatione, à rubrica, & ab aliis. 87

TERTIÆ CONCLVSIONIS.

A communi vſu loquendi, an, & à quo, & quomodo interpretationem ſumant ſtatuta. 129

QVARTÆ CONCLVSIONIS.

Quod ſtricta, & propria eſt ſumenda interpretatio in ſtatutis, & quando, & quomodo hoc procedat. 150

QVINTÆ CONCLVSIONIS.

Generalis diſpoſitio ſtatuti quando, & in quibus generaliter procedat, vel non. 194

SEXTÆ CONCLVSIONIS.

Statutum an, & quando ligat forenſes, & eorum bona, & quid de ciuibus, & eorum bonis extra territoriū, ac de ignorantibus ſtatutum, ac de principe ſuperiore. 231

SEPTIMÆ CONCLVSIONIS.

Contractus ſtatuta quando, & in quibus attendunt, & quid in forenſi, & perſona Eccleſiaſtica. 270

OCTAVÆ CONCLVSIONIS.

De duobus ſtatutis contrarium ad inuicem diſponentibus quodnam, & in quibus, & quomodo ſit attendendum. 303

NONÆ CONCLVSIONIS.

Actus factus contra diſpoſitionem ſtatuti, an & quando dicatur nullus. 328

DECIMÆ CONCLVSIONIS.

Fictus caſus an & quando habeat locum in ſtatuto. 345

VNDECIMÆ CONCLVSIONIS.

Abrogatum ſtatutum an, & quando poſſit allegari, & ex eo argui. 359

DVODECIMÆ CONCLVSIONIS.

Statuta debent ita interpretari, vt minus derogent iuri communi, & quando hoc procedat. 366

TERTIÆDECIMÆ, ET VLTIMÆ CONcluſionis.

Præterita an, & quando, & quæ comprehendere ſtatuta dicantur. 371

ALDE-

ALDERANI MASCARDI SARZANENSIS, COMMVNES IVRIS VTRIVSQVE CONCLVSIONES,

AD GENERALEM QVORVMCVNQVE STAtutorum interpretationem accommodatæ.

CONCLVSIO I.

Laicorum ſtatutum an, quando, quomodo, & in quibus comprehendat Eccleſiaſticas perſonas, & bona, & quid de hoſpitali, & alijs pijs locis, & de matrimonialibus, & quæ dicantur contra libertatem Eccleſiæ.

SVMMARIA.

1 *Laicis nulla eſt attributa poteſtas diſponendi de rebus Eccleſiæ.*

2 *Alienatione prohibita per ſtatutum laicorum in non ſubditum, non comprehenduntur Eccleſia, neque clerici.*

Clerici, & pia loca ſunt à Principibus priuilegiata, vt eis libere vendi & donari poſſit.

3 *Principes inferiores non poſſunt tollere priuilegia à ſuperioribus conceſſa, maxime Eccleſiæ.*

Auctoritas condendi leges tributa Principibus inferioribus, cenſetur ſine præiudicio locorum piorum, & Eccleſiaſticarũ perſonarum.

4 *Quilibet etiam priuatus legem, quam maluerit, propriis bonis imponere poteſt, etiam prohibendo, ne transeant in Eccleſiã.*

5 *Principaliter quod eſt, attenditur, non id, quod eſt per accidens.*

6 *Prohibitio generalis impugnans libertatem Eccleſiaſticam, dicitur, ac eſt non minus odibilis, quam reprobabilis.*

7 *Statuta laicorum non poſſunt aliquo prætextu vtilitatis, ſeu neceſſitatis reip. prohibere, ne res, & bona profana in Eccleſiaſticos, ſeu pia loca transferantur.*

8 *Nõ omne bonum publicum approbatur pro iuſta cauſa prohibendi alienationem in perſonas Eccleſiaſticas.*

9 *Intentio, ac effectus magis, quam formalitas verborum inſpicitur.*

10 *Immobilia Eccleſiarum, etſi non alienentur in laicos, bene tamen bona laicorum ad fauorem Eccleſiæ, nec valet ſtatutum diſponens contrarium.*

11 Vino

11 *Vino extra territoriũ collecto prohibito conduci ad ciuitatem per ſtatutum, non cõprehenditur vinum clericorum.*

12 *Apothecam conducens, quod non poſſit expelli ſoluendo penſionem non ligat Eccleſiaſticos.*

13 *Beneficij poſſeſſio, quod non poſſit capi abſq; licentia Domini tẽporalis, non poteſt ſtatui à laicis.*

14 *Monaſterium ingredientem ſtatutum excludens à ſucceſſione non tenet.*

15 *Bartoli diſtinctio inter ingredientem, & ingreſſum monaſterium communiter reprobatur.*

16 *Clericus non poteſt prohiberi per ſtatutum laicale, declinare iuriſdictionem poteſtatis.*

17 *Clericus etiam volens non poteſt conſentire in iudicem laicum.*

18 *Gabella impoſita euntibus ad molendina per laicos, non comprehendit molendina Eccleſiarum.*

19 *Eccleſiaſtici non poſſunt obligari à ſtatuto laicorum ad vendendum eorum vinum, vel oleum.*

20 *Piæ cauſæ legatum prohiberi non poteſt per ſtatutum laicorum.*

21 *Decimarum iudicium non competit laicis.*

22 *Legati pij gabella non poteſt imponi per laicos.*

23 *In funere in concernentibus clerum non poteſt quidquam ſtatui à laicis, ſecus in reſpicientibus pompam.*

24 *Excõmunicationis exceptio non poteſt prohiberi per ſtatutum laicale.*

25 *Probatio debiti non poteſt per ſtatutum laicorum prohiberi fieri per teſtes in præiudicium clericorum.*

26 *Clericus quando ligatur ſtatuto diſponente, quod de contractu ſoluatur gabella.*

27 *Clerici volentes vti beneficio ſtatuti laicorum debent vti cum omnibus ſuis qualitatibus.*

28 *Emptores rerum Eccleſiaſticarum non eximuntur à ſolutione gabellæ.*

29 *Clericus quando teneatur ſtatuto laicorum de teſtamenti inſinuatione diſponente.*

30 *Teſtamentum fieri potuit per clericos etiã abſq; præſentia parrochi, nõ obſtante ſtatuto laicorum in contrarium.*

31 *Clericus negligens apprehendere poſſeſſionẽ rei emptæ non excludetur à ſuo iure, non obſtante ſtatuto laicali.*

32 *Mercatorum libri, quod faciant plenam fidem ſtatuto laicorum mandante, non operatur contra clericos.*

33 *Molendina Eccleſiarum etiam indirecte per laicos impediri non poſſunt.*

34 *De compromittendo ſtatutum, an & quando comprehendat clericos.*

35 *Gabellam mandans ſtatutum ſolui pro rebus, an & quãdo comprehendat clericos.*

36 *Clericus licet vendat ſuum vinum, & oleum, non dicitur negotiari.*

37 *Clerici non tenentur ad ſolutionem pedagij ex ſtatuto laicorum.*

38 *Malefactores capi mandante ſtatuto laicorum, non intelligitur de clericis.*

39 *De nocte euntem ſtatutum laicorum puniens non includit clericum.*

40 *Clericorum res debent reſtitui abſq; pretio, ſi fuerint pignoratæ domino inſcio, non obſtante ſtatuto laicorum generaliter in contrarium.*

41 *Præſcriptio debiti per quinquennium vigore ſtatuti laicalis non habet locum contra clericos.*

42 *Licentia dimittendi poſſeſſiones conductas ad libitũ cõceſſa à ſtatuto laicorũ non extenditur ad conductores rerum Eccleſ. & quid ſi iudex laicus neglexerit prouidere in prædictis.*

43 *Laicorum ſtatutum de ſucceſſione ab inteſtato excludẽs fœminas propter maſculos non comprehendit hæreditatem clerici, præcipue in dominio ſer. reip. Genuen.*

44 Te-

44 *Teſtari prohibitus, niſi ſeruata certa forma à ſtatuto laicorum, non intelligitur de teſtante ad pias cauſas.*

45 *Legitima debita filiis ratione etiam legatũ ad pias cauſas comprehenditur à ſtatuto laicorum.*

46 *Filium exheredare, vt Eccleſia inſtituatur, reprobatur.*

47 *Legitima filiorum non minuitur per quacunq; legata ad pias cauſas.*

48 *Clericus poterit locare domum ſuam alteri, non obſtante ſtatuto laicorum.*

49 *Concubinas clericorum ſtatutum puniens quando valeat.*

50 *Collectas ſoluere Eccleſiaſticos cogens ſtatutum non valet.*

51 *Apoſtolicas literas impetrare, vel ne publicentur in dominio, prohibens ſtatutum laicorum non valet.*

52 *Recurſus ad iudices Eccleſiaſticos in cauſis ad eos pertinentibus non poteſt impediri per ſtatutum laicorum.*

53 *Exceptio rei iudicatæ in foro Eccleſ. non poteſt reijci à ſtatuto laicorum.*

54 *Iuramenti exceptionem non poteſt reijcere ſtatutum laicorum.*

55 *In ſpiritualibus cauſis non poteſt quis cogi comparere coram iudice laico.*

56 *Spirituales cauſæ quæ dicantur, & numer.* 60.

57 *Exceptione cauſæ ſpiritualis, puta vſurarũ oppoſita coram iudice laico non poteſt ipſe præfigere tempus excipiẽti ad probãdam cauſam coram iudice Eccleſiaſtico.*

58 *Laicus iudex quid faciet oppoſita exceptione cauſæ ſpiritualis, & præcipue quando remiſſus ad iudicem Eccleſiaſticum eſt moroſus in probanda exceptione, remiſſiue.*

59 *Inhibitionem obtinẽti à iudice Eccleſiaſtico ſtatutum non poteſt præfigere tempus ad ſe expediendum circa eam.*

61 *Laicus iudex cognoſcet de cauſa ſpirituali, ſi quæſtio erit facti, & quando*, num. 62. & 64.

63 *Quæſtio iuris, aut facti quando dicatur, remiſſiue.*

65 *Iudex ſecularis nec principaliter, nec incidenter poteſt iudicare clericum.*

66 *Cautela, vt iudex laicus non cognoſcat, etiam de facto cauſæ ſpiritualis.*

67 *Extrahi poſſe ab Eccleſiis vltra caſus exceptos delinquentes mandans ſtatutum nõ tenet.*

68 *Hoſpitia fieri poſſe in domibus Eccleſiarum, ſtatutum mandans non tenet.*

69 *Tutelas laicorum aſſumere cogens clericos ſtatutum non valet.*

70 *Excommunicationis abſolutionem, aut de interdicto ſtatutũ minime diſponere poteſt.*

71 *Donationes factas Eccleſiæ reuocare ſtatutum ſubditos minime cogere poteſt.*

72 *Statutum retractus non ligat clericos, & quando, remiſſiue.*

73 *Exemptio Eccleſiaſticorum ab auctoritate laicorum eſt de iure diuino, de quo etiam* num. 76. 77. & 78.

74 *Clerici nunquam fuerunt ſub iuriſdictione laicorum.*

75 *Diui Pauli Epiſtola ad Romanos, cap. 13. declaratur contra Couar.*

79 *Epiſcopus poteſt compellere laicos ad declarandum ſtatutum aptum comprehendere etiam clericos, vt illos non comprehendat.*

80 *Eccleſiaſticus ſuperior poſſet per ſe tollere ſtatutum notorie contra libertatem Eccleſiaſticam.*

81 *Contra libertatem Eccleſiaſticam ſtatutum non ſufficit corrigi per ſignaturam, ſiue apoſtillam, ſed requiritur totalis illius abraſio.*

82 *Proteſtatio non ſufficit, quod ſtatuentes non intelligunt aliquid ſtatuiſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, ſed debent omnino hu-*

ne huiuſmodi ſtatuta deleri à volumine ſtatutorum.

83 *Excommunicati ſunt ipſo iure, qui faciunt ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticã, & quicunque faciunt ipſa obſeruari, & qui in eis conſilium, & operam praſtiterunt, & qui ſecundum ea iudicauerint, & qui iudicata redegerunt in publicam formam: Immo ſcriptorem ipſorum ſtatutorum, vt* num. 84. *quod declara, vt* num.85.

86 *Statim iudicatur ex arbitrio iudicis.*

87 *Dignitatem, & officium tenetur quis potius dimittere, quam ſententia contra libertatem Eccleſia adhærere.*

88 *Contra libertatem Eccleſiaſticam quando dicantur eſſe ſtatuta laicorum, late.*

89 *Libertas Eccleſiaſtica intelligitur tam de Eccleſia vniuerſali, quã de qualibet ſingulari, quod declara, vt* nu.90.91. & 92.

93 *Bona patrimonialia clericorum non ſubiacent ſtatutis laicorum.*

94 *Forum ſortiri, & ſtatutis ligari à pari procedunt.*

95 *Bona patrimonialia clericorum non ſunt de foro laicali.*

96 *Bona, ad qua clericus fuit ordinatus, tanquam ad titulum gaudet indiſtincte priuilegio Eccleſia, quod intellige, vt* num. 97.

98 *Clericus ordinatus non poteſt alienare bona, ad qua fuit ordinatus, niſi de licentia Epiſcopi, donec beneficium Eccleſiaſticũ ſufficiens, vel aliunde, vnde viuere habeat.*

99 *Impoſitio non poteſt pro bonis Eccleſiaſticis, & ſuis etiam ſponte ſolui à clerico, nec communitas recipere, niſi vt* num. 100. 101. & 102.

103 *Clericus ſcholaris non arctatur ſtatutis, & ordinationibus rectoris laici.*

104 *Clerici in minoribus conſtituti, nec ſunt de foro ſeculari, nec ſtatutis laicorum ſubijciuntur, idem de ordinatis ad primam tonſuram, vt* num.105. *quod intellige, vt* num.106.

107 *Exemptio clericorum etiam prima tonſura eſt de iure diuino.*

108 *Monitio trina non requiritur, vt clericus amittat priuilegium fori non incedens in habitu, & tonſura contra Farinac. & Couarruu. ſtante Concil. Tridentin. diſpoſitione.*

109 *Monitio non requiritur, quando extat conſtitutio Synodalis de habitu, & tonſura.*

110 *Tonſura ſola, vel habitu ſolo vtens clericus non gaudet priuilegio fori contra Rolan. à Vall. & Farinac. de quo tamen dic, vt* num.111.

112 *Arbitrio iudicis relinquitur, quando clericus excuſatur, non incedẽdo in habitu, & qui habitus cõuenieñs, vel nõ ſit in clericis.*

113 *Clericus coniugatus non ſubiacet foro laicali, quod declara, vt* nu.114.115. & 117.

116 *Clericus coniugatus quis dicatur, & qui habitus clericalis, & an laicus iudex poſſit de habitu clericali cognoſcere, remiſſiue.*

118 *Clericus depoſitus pro delicto quouſque non fuit degradatus, nõ ſubiacet ſtatutis laicorum.*

119 *Religionem ingreſſus etiam intra annum profeſſionis eximitur à iuriſdictione laicorum.*

120 *Seruientes Eccleſia qui eximantur à iuriſdictione laicorum.*

121 *Oblati non ſubiacent auctoritati laicorum, quod intellige, vt* num.122

123 *Equites Hieroſolymitani non ſubiacent ordinationibus laicorum.*

124 *Equites Hieroſolymitani profitentur caſtitatem, paupertatem, & obedientiam.*

125 *Percutiens equitem Hieroſolymitanum incurrit ſententiam excommunicationis.*

126 *Eccleſiaſtica perſona omnes eximuntur à iuriſdictione laicorũ, & qua dicãtur perſona Eccleſiaſtica, & quid de eremita.*

127 Con-

Digitized by Google

127 *Conſuetudo non poteſt induci contra exemtionem clericorum, etiam ſi eſſet immemorabilis, & probaretur tolerantia Papæ,* vt num.129.& 130.

128 *Conſuetudo poteſt tribuere merum, & mixtum imperium.*

131 *Conſuetudo non coadiuuata ab auctoritate Eccleſiaſtica, non operabitur etiam, quoad aliquos caſus, vel cauſas particulares contra Eccleſiaſticos, non obſtantibus per Clar. Couar. & Farinac. adductis.*

132 *Præcepta negatiua obligant ſemper, & ad ſemper.*

133 *Conſuetudo mixta clericorum, & laicorum maximam vim habet etiam in his, quæ Eccleſiaſtica ſunt.*

134 *Summus Pontifex in totum, & quoad omnes clericos priuilegio fori derogare non poteſt.*

135 *Familiares Epiſcopi non ſubiacent ſtatuto laicorum, nec iuriſdictioni eorum, & quid de familiaribus clericorum,* nu.136. & 137.

138 *Familiares Epiſcopi qui dicantur.*

139 *Hoſpitalium gubernatores, Priores fraternitatum, & officiales montis Pietatis, & ſimiles, an, & in quibus ſubiacent ſtatuto laicorum.*

140 *Pia loca eſſe, & Eccleſiaſtica, aut religioſa, differt.*

141 *Propinquos clericorum, ſeu alias perſonas intuitu ipſorum grauans ſtatutum diceretur contra libertatem Eccleſiaſticam.*

142 *Conſanguineos clericorum puniens ſtatutum propter inobedientiam ipſorum clericorum non valet.*

143 *Renunciatio facta propter liberationem ſui fratris de carcere non valet.*

144 *Canonici Lunen. Sarzanen. admonentur pro concordia inita in cauſa Marinellæ cum Amelianis.*

145 *Coloni clericorum non poſſunt grauari propter ipſos clericos.*

146 *Sarzanenſes deputati aliquando ſuper exactione cenſus Macchiæ admonentur.*

147 *Coloni Eccleſiarum tenentur ſoluere gabellas de parte fructuum eis contingentium.*

148 *Appellare debens, iuxta excuſatur, ſi non appellauit, quando iudex conſueuit male tractare conſanguineos eorum, qui appellant ab ipſo.*

149 *Pacem frangere dicitur, qui cum promiſerit non offendere Titium, offenderit eius conſanguineum.*

150 *Coloni clericorum remanent ſub iuriſdictione laicali.*

151 *Coloni clericorum ex propria perſona delinquentes puniuntur à ſuperioribus laicis.*

152 *Animalium etiam clericorum cuſtodibus ſtatutum pœnam imponens valet.*

153 *Coloni clericorum quando etiam non obediendo ſtatuto laicorum non poſſunt à laicis puniri.*

154 *Superiori præcepto non obedire non ſemper malum, & quando.*

155 *Coloni clericorum non poſſunt etiam indirecte à laicis in præiudicium Eccleſiaſticorum puniri.*

156 *Principum ſecularium, qui ſatagunt contra libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam, admonitio & maledictio.*

157 *De immunitate colonorum Eccleſiæ remiſſiue, & de portione Dominicali, & eorum propria.*

158 *Contra libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam ſtatutum non valebit etiam tacentibus Eccleſiaſticis.*

159 *Iudex laicus, qui iudicauit clericum tacentem, poterit declarare ſententiam nullam prætextu incompetentiæ.*

160 *Clerici tacentis condemnati à iudice laico remedia & pœna quo ad expēſas factas.*

161 *Hoſpitale non ſubiacet ſtatutis laicorum, quod declara,* vt nu.164.

162 *Hoſpitalia æquiparantur quo ad priuilegia Eccleſiæ.*

163 *Aufugiens ad hoſpitale eſt tutus, ſicut confugiens ad Eccleſiam.*

165 *Hoſpitale ordinatum, & erectum auctoritate ſuperioris Eccleſiaſtici, ex quibus probetur.*

166 *Hoſpitale in dubio præſumitur erectum auctoritate Epiſcopi.*

167 *Hoſpitale ſancti Lazari de Pontremulo probatur laicale, & mere profanum, nec ſubiacens impetrationi Apoſtolicæ.*

168 *Reuerendiſsimus Ioannes Baptiſta Saluagus Epiſcopus Lunen. SarZanenſis laudatur.*

169 *Hoſpitale laicale, & mere profanum, ex quibus indicatur.*

170 *Hoſpitale laicale non ſubiacet impetrationi Summi Pontificis.*

171 *Hoſpitale an dicatur pius locus, & quando, quo ad exemptionem à iuriſdictione laicali.*

172 *Fraternitates diſciplinatorum, & ſimilia collegia pia à quocunque fieri poſſunt nulla præcedente auctoritate Eccleſiaſtica.*

173 *Pia loca non ſubiacent ſtatutis laicorum.*

174 *Matrimonia tangentia non poſſunt ſtatui per laicos, imo ſi quis dixerit cauſas matrimoniales non ſpectare ad iudices Eccleſiaſticos, anathema erit.*

175 *Matrimonium cum forenſi prohibens ſtatutum non valet.*

176 *Leges omnes ciuiles prohibentes matrimonia contrahi ex aliqua cauſa recipiunt correctionem à lege Canonica.*

177 *Matrimonium contrahi ſine conſenſu patris prohibens ſtatutum non tenet.*

178 *Exheredatio facta à patre de filia, eo, quia nupſit contra eius voluntatem, non valet.*

179 *Matrimonium contrahere poterit puella ante vigeſimum quintum annum, & ſine conſenſu propinquorum, non obſtante ſtatuto laicorum in contrarium.*

180 *Iuſtam cauſam non ſufficit adeſſe ſtatuendi aliquid, niſi adſit & auctoritas in ſtatuente.*

181 *Depoſita iure ciuili ſuper matrimonio fuerunt ordinata tempore, quo Imperatores præerant etiam ſpiritualibus, qui ideo etiam de Epiſcopis, Abbatibus, & de quampluribus generibus clericorum ordinauerunt, quæ hodie ceſſant.*

182 *Dependentibus à matrimonio non poteſt ſtatui lex per laicos.*

183 *Laici quando poſſint ſtatuere de acceſſoriis matrimonii.*

184 *Pœnam imponens ſtatutum contrahenti matrimonium, etiam ſi fuit factum ex iuſta cauſa non tenet contra Bartol. & Bald.*

185 *Pater ſtatuto non obſtante tenetur dotare filiam ſine ipſius conſenſu nubentem, quod intellige, vt* num. 186.

187 *Nubenti contra diſpoſitionem ſtatuti lucrum ſecundum ſtatutum nubenti conceſſum ſtatutum auferre poteſt.*

188 *Pœnas contra nubentem non eo, quia nubet, ſed quia antequam nubat, non facit ea, ad quæ iure tenetur, ſtatutum imponere poteſt. ibi exempla.*

189 *Pauli Apoſtoli dictum contra licentiam mulieris nubendi, cui vult, declaratur.*

190 *Clerici nec etiam ſtatuto fauorabili laicorum ligantur, de quo tamen dic, vt* num. 191. 192. 194. 195. 196.

193 *Vniuerſitatis appellatione in mere fauorabilibus, veniunt etiam clerici, idem ſi ſit mentio de diſtrictualibus & de ciuibus.*

194 *Clericis poteſt denegari beneficium ſuorum ſtatutorum à laicis.*

197 *Clericus litigans coram iudice ſeculari non arctatur ſtatuto deciſoria reſpiciente etiam*

iam ſi cauſa principaliter promoueretur contra laicum, & incidenter contra clericum, vt num.198.

199 *Clericus non poteſt vti ſtatuto laicali contra clericum in deciſiuis.*

200 *Laici in iure indiuiduo cum clericis non ſubiacent ſtatuto laicali.*

201 *Non priuilegiatus defenditur propter perſonam priuilegiati.*

202 *Clericus coram iudice Eccleſiaſtico non poteſt vti ſtatuto laicali contra laicum.*

203 *Clerici non ligantur ſtatuto laicali etiam honeſto & rationabili.*

204 *Clerici dato caſu, quod ſubiacerent in aliquo ordinatis à laicis, debent tamen ad illud obſeruandum cogi per ſuum iudicem Eccleſiaſticum, non autem per laicum.*

205 *Conſtantini Imperatoris exemplum circa prædicta.*

206 *Periculum ſi eſt in mora, non attenditur aliquando auctoritas Eccleſiaſtica in Eccleſiaſticis.*

207 *Metu periculi, vel ſcandali magiſtratus legem tranſgreditur.*

208 *Iuramento etiam contrauenitur imminente neceſſitate ineuitabili.*

209 *Incompetentia iudicis non attenditur, vbi periculum eſſet in mora.*

210 *Secularis iudex dormiente ſuperiore Eccleſiaſtico, an poßit in Eccleſiaſtico animaduertere ratione periculi euitandi, &* num.215.& 217.

211 *Canonis pœna contra offendentes Cardinales, & ſimiles, non habet locum, quoties id non hoſtiliter, aut iniurioſe, ſed neceſſaria defenſionis via ſit.*

212 *Franciſcus Saluiatus Archiepiſcopus Piſaſanus contra reipublicæ quietem conſpirans ex prætoris feneſtris ſuſpenſus.*

213 *Malo imminenti quoquo modo obuiandum erit per viam facti, ſi iudicis aditio eſt allatura periculum.*

214 *Tiberii Gracchi exemplum in imminenti reipublicæ periculo.*

216 *Secularis iudex poteſt intelligere in ſpectantibus ad iuriſdictionem Eccleſiaſticam, quando Eccleſiaſtici ſuperiores per ſe talia præſtare non poſſent, & contemnerentur à delinquentibus.*

217 *Eccleſiaſtico iudice negligente, an poßit ſecularis ſupplere, & quando,* num.218.

219 *Negligentia in ſuperiore Eccleſiaſtico eſt probanda, & qualis.*

220 *Eccleſiaſtico vno iudice negligente non ſtatim recurritur ad laicum, ſed ad alium ſuperiorem gradatim iudicis Eccleſiaſtici.*

221 *Laicus non poteſt exercere in clericum ea, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, vt legitimare.*

222 *Leges ciuiles generales, ſeu ius commune, quod comprehendat clericos, & Eccleſiaſtica, & quando, & quomodo,* num.223. 224.225.226.227.228. 229.

230 *Laicorum ordinationes operantur contra clericos, ſi in aliquibus caſibus fuerit hoc conceſſum à Summo Pontifice.*

231 *Papa poteſt delegare cauſas ſpirituales laicis.*

232 *Priuilegium iudicandi in aliquibus cauſis Eccleſiaſticis iuriſdictionis probatur per poſſeſſionem immemorabilem cum allegatione ipſius priuilegii.*

233 *Clericus ratione alicuius officii, vel adminiſtrationis ſubiacet in ciuilibus ordinationibus laicalibus, ſecus in criminalibus.*

234 *Clericus in ordinatoriis, & præparatoriis iudicii ſubiacet ſtatuto laicorum.*

235 *Clericus tempore ſtatuti exiſtens laicus ligatur à diſpoſitis à ſtatuto, quod intellige,* vt num.236.238.239.

237 *Vinculum iniectum ante clericatum, vel poſt, vt cognoſcatur, vide remiſsiue.*

240 *Eccleſiaſtici in his, quæ reſpiciunt communem vtilitatem clericorum, & laicorum ſubiacent*

ſubiacent ordinationibus laicorum; vbi multa exempla, debent tamen cogi à ſuo iudice Eccleſiaſtico, vt nu.241.*& quando,* num.243. & 244.

242 *Berroarios laici ſuperioris non poſſe armis ſpoliare clericos ex ſe ipſis contra Couar. Clar. & alios.*

245 *Feudi reſpectu clericus dicitur de foro laicali.*

246 *Eccleſiaſtici ſubiacent ſtatutis laicorum confirmatis à Summo Pontifice.*

247 *Eccleſiaſtici ligantur conſuetudine mixta clericorum, & laicorum.*

248 *Bona emphyteutica Eccleſiæ ſubiacent ſtatuto laicorum reſpectu vtilis dominii, declara tamen, vt* num.249.

250 *Laicorum ſtatutum excludens clericos à beneficiis ſtatutorum valet, niſi vt* numer.251.

252 *Laicorum ſtatutum quo ad ſolemnitatem actus ligat clericos, &* num.253.

254 *Laicorum ſtatutum diſponens idem quod ius commune in materia, de qua in iure Canonico modicum haberetur in his, in quibus deficit ius Canonicum, ligat clericos.*

255 *Laicorum ſtatutum mandans obſeruationem dierum feſtorum tenet, & ex eo puniuntur laici tranſgreſſores.*

256 *Diſpenſatus ab Epiſcopo, vt poſſit operari in die feſto, an poterit puniri à iudice laico, à quo licentiam non feſtandi feſta non obtinuit.*

257 *Laicus permittitur ſtatuere circa obſeruationem dierum feſtorum in augumẽtum, non autem in contrauentionem.*

258 *Diſtinctio generalis, quando clerici obligentur ſtatutis laicorum.*

1 CVM † laicis, quamuis religioſis, diſponendi de rebus Eccleſiæ nulla ſit attributa poteſtas, quos obſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi, *c. cum laicis, de rebus Eccleſ. alien. c. bene quidem, c. cum ad verum, c. denique, 96. diſtin. c. ſi Imperator, ead. diſtin. c. placuit, il 2. 11. quæſt. 1. c. nullus iudicum, & c. clericum eadem quæſt. c. Eccleſia ſancta Mariæ, de conſtit. cum ſimilib.* determinant vbiq; Dd. quod ſtatuta laicorum ex defectu poteſtatis, neq; ad Eccleſiaſticas perſonas, aut Eccleſiæ facultates porriguntur, vt eſt videre *ex not. in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iure, & in authent. caſſa, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* late *in d. cap. Eccleſia ſancta Maria, & in cap. ſi clerici, de iudic. & in cap quamquam, de cenſib. in 6. in cap. 2. de maior. & obed. & in l. cunctos populos, C. de ſumma Trinit. & fide Cathol.* Couar. abunde *pract. quæſt. cap. 31.* Capr. *concluſ. 15. per tot.* Petr. Duen. *reg. 100.* Lap. *allegat. 181.* & alibi paſſim Dd.

Primo infertur ex regula, quod † ſtatuta laicorum prohibentia alienationem in non ſubditum non comprehendunt Eccleſias, neque Eccleſiaſticas perſonas, contra quas prohibere laici nullam habent auctoritatem, *ad not. in c. à nobis, de ſent. excommun. & in cap. fin. de immunit. Eccleſ. in 6. & in cap. non minus, & c. aduerſus, eod. tit. & in d. c. Eccleſia ſancta Maria:* Legiſtæ communiter *in l. filiusfamilias, §. Diuus, ff. de legat. 1.* vbi Iaſ. *nu 82* teſtatur hanc eſſe magis communem opinionem, & in concludendo, & in iudicando ſequendam, & ibid. Crot. *num. 80 verſic. ſecunda ſit concluſio*, appellat hanc eſſe communem, & ita communiter fere omnes ſcribentes tenere, & communem eſſe inter Doctor. opinionem probat Clar. *in pract crimin. quæſt 82. ſtatutum quintum circa alienationes, verſ. ſed quæro* & hanc eſſe veritatem ipſam, quicquid alias dixerit, affirmauit Bald. *in l fin. num. 17. C de ſacroſ. Eccleſ.* & hoc hodie remanere deciſum *per cap fin. de immunit. Eccleſ. in 6.* dixit Angel. *in d. l. filiusfamilias, § Diuus Seuerus, il 2. ff. de legat. 1.* Et hæc opinio eſt ſine dubio tenenda,

Digitized by Google

nenda, quia pia loca ſunt à Principibus priuilegiata, vt libere eis donetur, & vendatur, *l. 1 l. generali, & l. Illud, & l fin. C de ſa-*
3 *croſanct. Eccleſ.* Igitur laici inferiores † non poſſunt tollere leges, & priuilegia tributa per ſuperiores, maxime Eccleſiæ, *cap cum inferior, de elect. & 25. quæſt. 2. per tot.* & etiam quia hoc eſſet contra libertatem Eccleſiæ vniuerſalis, quæ conſiſtit in poſſe facere ea, quæ ſibi competunt, & ſunt conceſſa de iure communi, Canonico, vel ciuili, & in poſſe libere agere, & libere pati tam in his, quæ ſunt de iure naturali, quam iure gentium, & de iure ciuili vniuerſali, vt per Doctores *in d. cap Eccleſia ſancta Maria,* vbi præcipue Felyn. Anton. de Butr. Imol. ac Dec. & Bald. *in repetit. d l. cunctos populos,* & auctoritas condendi leges data inferioribus, de qua *in d. l omnes populi,* cenſetur tributa ſine præiudicio priuilegii conceſſi per ipſum Imperatorem locis, & perſonis Eccleſiaſticis, de quibus *in d. l. 1. l generali, l illud, & l. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* quia generi per ſpeciem derogatur, *vt in cap. veniens, de præſcript. & in reg. generi, de reg. iur.*
* *in 6.* Et hāc opinionem etiam communem fatetur Felyn. *in d. cap. Eccleſia ſancta Mariæ, num. 89. verſic. nono quæro,* prout illam
* quoque communem appellat Burſat. *conſil. 93 num. 25. lib. 1.* nec contra eam eſt hodie recalcitrandum, cum reperiatur etiam probata multorum Summorum Pontificum conſtitutionibus, vt præcipue legitur de Innocentio Papa III. qui mandauit irritari, & inanem decerni quandam conſtitutionem Henrici Imperatoris Conſtantinopolitani, qua cauebatur, ne quis de ſuis poſſeſſionibus inter viuos, vel in vltima voluntate aliquid Eccleſiis relinqueret, vel donaret, & de Gregorio IX. qui pariter reuocari mandauit quaſdam conſtitutiones Regis Caſtellæ, quib. diſponebatur, ne quis donare, aut vendere poſſet de ſuis poſſeſſionibus Eccleſiæ Cathedrali, aut monaſteriis, aut aliis piis locis diœceſis Calaguritanæ, idem in ſimilibus ſtatuit Martinus IV. contra quaſdam ſimiles conſtitutiones, quibus erat cautum, ne quis Eccleſiaſticis perſonis, vel Eccleſiis donare poſſet, vel vendere, & illas inualidas declarauit, & pœnis, ac cenſuris Eccleſiaſticis deleri à volumine aliarum conſtitutionum coegit. Adeſt vlterius de eodem Concilium Conſtantienſe, per quod huiuſmodi prohibitio, de diſponendo de bonis in Eccleſiaſticos, damnatur.

Nec debent prædicta adeo mirabilia laicis ſuperioribus videri, vt quaſi de onere importabili, ac minus rationi conſentaneo continuo exclament, ac doleant, ſub eo præcipue prætextu, quod vnuſquiſque † priuatus poſſit legem, quam voluerit, propriis bonis imponere, etiam expreſſe prohibendo, ne transeant in Eccleſiam, vt per Signor. à quo & Bald. & Barbat. & alii in hac materia fundamentum ſumunt, 4
conſil. 21. num. 10. Barbat. *conſil. 30. in princip. lib. 4* & Bald. *ibidem,* ab eo citatus, & quod tamen hoc prætendatur prohibitum ſuperioribus, & Dominis temporalibus, quibus, quicquid placet, debet eſſe loco legis in re profana ſibi ſubdita, & ad ipſos omni iure ratione dominii, & iuriſdictionis ſpectante. Quia reſpōdetur, quod non eſt mentis, nec etiam poteſtatis ſuperioris Eccleſiaſtici, & Summi Pontificis impedire auctoritatem, & iuriſdictionem, quam habent ſuperiores laici in bonis ſuorum ſubditorum, ita quod non valeant de eis, & circa ea ſtatuere libere, & quicquid magis ipſis placebit, & videbitur, ſed quod ſuperiores laici velint, quod ſtatutum ab ipſis, ſecundum eorum arbitrium, & liberam voluntatem, in bonis propriorum ſubditorum, extendatur

Digitized by Google

etiam ad Eccleſiaſticas perſonas, ita vt ex eo ſtatuto etiam Eccleſiaſtici afficiantur, hoc eſt, quod reprobatur à Summis Pontificibus, tanquam alienum à iure, & repugnans diſpoſitioni ſacrorum Canonum, cum nullo modo, & in quacunque re ſtatuant laici, non poſſint prætendere eorum legem, & ſtatutũ extendi etiam ad Eccleſiaſticos, & illos amplecti ex defectu iuriſdictionis, quam nullam penitus habent in eos, ita quod defectus, ne eorum ſtatuta comprehendant etiam Eccleſiaſticas perſonas circa prohibitionem alienationum, acquiſitionum, & ſimilium de bonis eorum ſubditorum, non eſt impedimentum nouum Summorum Pontificum, ſed vetus, & penitus adhærens oſſibus ipſorum laicorum, qui à principio ſemper fuerunt prohibiti aliquid de Eccleſiaſticis ſtatuere, *vt in d. cap. cum laicis, cap. Eccleſia ſancta Mariæ, cum ſimilib.*

Nec ſuffragatur conſideratio, quod dum ſtatuunt de rebus profanis ſubditorum, non ſtatuunt, nec intendunt ſtatuere de Eccleſiaſticis, & quod per conſequens, non debent Eccleſiaſtici dolere de illis ſtatutis, quæ tam reſpectu ſtatuentium, quam reſpectu rerum, circa quas ſtatuuntur, nihil quo ad ipſos Eccleſiaſticos, quia replicatur, quod ſi eſſet verum in facto, quod dum ipſi ſuperiores laici ſtatuunt de rebus ſubditorum circa prohibitionem alienationis, & acquiſitionis, & ſimilium, non ſtatuerent, nec intelligerent ſtatuere de Eccleſiaſticis, non eſſet, vnde dolerent, ſi Eccleſiaſtici allegarent, ſe huiuſmodi ſtatutis minime comprehendi, cum potius huiuſmodi allegatio eſſet conformis menti ipſorum ſtatuentium, quam præſupponunt, non fuiſſe ſtatuere de Eccleſiaſticis, nec ſtatuiſſe, ſed ſi vere volunt, quod etiam de rebus propriis per viam legis ſtatuendo eff..., & obligatio eorum legis, & ſtatuti aſtringat etiã Eccleſiaſticos, & illos arctet, non debent ægre ferre, ſi hoc à ſuperioribus Eccleſiaſticis impugnetur, quia non zelus Summi Pontificis in defendendo Eccleſiaſticos in eorum libertate, ſed exceſſus ipſorum laicorum in extendendo limites eorum iuriſdictionis, auctoritatis, & legis etiam vltra metas, ad Eccleſiaſticæ poteſtati, & iuriſdictioni ſuppoſitos, reprobandus eſt. Nec ponderatio, quod iſtud, quod euenit Eccleſiaſticis in ſtatuto laicorum de re propria ſubditorum, & ex iuſta cauſa diſponente, eſt in conſequentiam, & per accidens, non autem principaliter, atque ex prima intentione ſtatuentium, qui ſolum de re propria, & pro publico bono ſtatuere intellexerunt, vnde non debet attendi, quoniam id, quod eſt † per ſe, & principaliter, iudicandum eſt etiam in moralibus, non autem ſecundum id, quod eſt per accidens, & ſecundario, *per l. 1. in princ. ff. de auctorit. tutor. l. ſi quis, ff. ſi certum petat.* & in terminis Signorol. *d. conſil. 21. num. 13.* & Bald. *inter conſil. Ancharan. conſil. 11. incip. factum ſuper quo petitur*, quia quicquid ſit, & poteſt dici in aliis, quo ad tamen effectum poteſtatis, iuriſdictionis, & auctoritatis laicorum in Eccleſiaſticos, & quo ad illos obligando, virtute legis laicalis huiuſmodi conſideratio de ſecundario, aut principaliter, ſiue in conſequentiam non poteſt admitti de iure, quia principaliter, ſecundario, & in conſequentiam, & quocunque alio modo directe, vel indirecte laicis de Eccleſiaſticis ſtatuere, aut ad illos eorum legem extendere interdictum eſt, vt in iuribus ſupra à principio concluſionis allegatis. Nec quod priuatis hoc fieri permittatur pactis inter ipſos initis aliquo modo infert, quod idem, & multo magis hoc poſſint facere ſuperiores laici per ſtatutum, quia quicquid ſit in aliis, in hoc caſu noſtro non procedit 55

Digitized by Google

procedit huiuſmodi argumentum de pactis ad ſtatutum. Primo, quia ex pacto iſtius, vel illius priuati circa prohibitionem alienationis rerum ſuarum etiam in Eccleſias, non reſultat illa conſiderabilis offenſio, & præiudicium libertatis, & immunitatis Eccleſiaſticæ, quod reſultat ex ſtatuto, & lege generali laicorum, cum per pacta non inducatur illa generalis prohibitio alienationis omnium bonorum ſtabilium, quæ mandatur ex ſtatuto, & poſſit Eccleſia æque, & ſufficienter ab aliis acquirere, emere, & ſimilia, vt in ſimili ponderauit Federic. de Sen. *conſil. 85. incip. ſtatuto ciuitatis Peruſinæ*, de prohibitione laicali circa contractus cum certo genere perſonarum tantum, & inquit, quod poſtquam non eſt prohibitio generalis, quoad omnes perſonas, non poterat Eccleſia ex ea prætendere ſe læſam in eius libertate, & ſequitur Alexand. *conſil. 93. num. 4. lib. 2.* generali-
6 tas † prohibitionis erga Eccleſiaſticos eſt, quæ eſt odibilis, & reprobabilis, & q́ impugnat libertatem Eccleſiaſticam, & reprobat ſtatutum, prout in terminis hoc conſuluit, & admiſit idem Signorol. *d. conſil. 21. nu. 25. & 26* & Feder. de Sen. & Alexand. *locis ſupra citatis*, igitur tanquam ex diuerſis non poteſt inferri ex particulari prohibitione, particularis alicuius priuati, ad generalem diſpoſitam per ſtatutum, *vulgata l. Papinianus, ff. de minorib.*

Secundo reſpondetur, quod non procedit illatio, quia priuati paciſcendo de rebus ſuis non procedunt auctoritatiue contra Eccleſiaſticos, vnde licet in eorum pactis poſſit conſiderari aliqua læſio erga Eccleſiam, non conſideratur tamen vſurpatio auctoritatis, & iuriſdictionis talia ſtatuendi contra Eccleſiaſticos; & quę auctoritas, & iuriſdictio conſideratur in huiuſmodi ſtatuto, & quæ (vt dicebamus) eſt, quæ potiſſimum impugnat libertatem Eccleſiæ, & reprobat conſtitutionem, & ſtatutum prohibens alienationem in Eccleſiaſticos iuxta ponderata per Dd. *in d. c. cum laicis, c. Eccleſia ſancta Mariæ, c. fin. & aliis, de quibus ſupra.*

Tertio dicitur, quod non procedit argumentum de pacto ad ſtatutum, quando aliter eſt diſpoſitum in iure, nam tali caſu poterit fieri pacto, quod fieri non poterit ſtatuto, ita Barbat. *conſil. 47. col. 4 verſic. nec obſtant allegata, lib. 3.* de mente Bald. *in l. ſi quis ita, C. de pact. inter emptor. & venditor.* Sed à iure exprimitur, quod poſſit fieri pactum, ne res aliqua tranſeat in Eccleſiam, vel in ea Eccleſia ædificetur, *d. l. ſi quis ita, & l. ſi ita quis, §. caliga, ff de verborum obligat.* cum aliis, de quibus per Signorol. *d. conſil. 21. num. 10.* Barbat. *d. conſil. 30. col. 1.* Bald. *in cap. clerici, de iudic.* ſed non reperitur conceſſum in iure, quod idem poſſint facere generaliter ſtatuentes, imo per omnia iura Canonica, & per ius ciuile apertum *in dicta authen. ic. caſſa, & irrita, C. de ſacroſanct. Eccleſiis*, annullantur omnia ſtatuta lædentia libertatem Eccleſiæ, & alia ſimilia in futurum fieri prohibentur, ceſſat igitur per conſequens inſtantia de vno ad alium.

Quarto poteſt etiam conſiderari, quod priuati tanquam moderatores, & arbitri rerum ſuarum, poſſint in eis apponere legem eiſdem magis bene viſam, quod non licet Dominis temporalibus in rebus etiam ſubditorum ipſorum, & quæ non dicuntur in dominio ipſorum, ſed bene ſubditorum, vt fere in eiſdem terminis argumentatus eſt Barbat. *conſil. 1. col. 12. verſic. ſi ergo tranſiuerunt, lib. 3.* ex doctrina Bart. *in l. 1. ff. de rei vendic.*

Nec poſſunt † laici ſe in huiuſmodi ſta- 7
tutis tueri ſub prætextu boni publici, ac ratione reipublicæ conſeruandæ, videlicet quia ſi bona ſtabilia prohibentur alienari

in Eccleſiaſticos, remanebunt ſubditorum laicorum, ſuper quibus poſtmodum poterunt Domini temporales oñera, & collectas imponere ad ſubleuandas occurrentes neceſſitates reipublicæ, & ſimilia, iuxta conſiderata per Signorol. *d. conſil. 21.* Barbat. *d. conſil. 30.* Bald. *in d. c. clerici, de iudic.* & per alios.

Primo, quia ſit quodcunque bonum publicum laicorum, & vtilitas ac commoditas reipublicæ, non tamen ex ea poterunt laici ſibi aſſumere auctoritatem ſtatuendi contra Eccleſiaſticos, ac tueri hanc eorum prætenſionem, vt velint, quod eo intuitu eorum ſtatuta, & leges porrigantur etiam ad Eccleſiaſticos, & illos afficiant, quia etiam, ſi daremus huiuſmodi bonum publicum, & vtilitatem, ac neceſſitatem reipublicæ iuſte mouere poſſe ſtatuentes ad ita diſponendum, & ſanciendum, tamen quia in lege, nedum requiritur iuſta cauſa legis introducendæ, ſed etiam auctoritas ſtatuendi, vt per Felyn. *d. c. Eccleſia ſancta Mariæ, num. 81. & 86.* vbi etiam Dec. *num. 53.* & nos infra late, non poſſent ſub publici boni, & neceſſitatis rei publicæ prætextu velle earum lege ligare etiam Eccleſiaſticos, contra quos, & de quibus (vt ſæpius fuit dictum) nullam habent auctoritatem ſtatuendi; hinc Doctores, non obſtante huiuſmodi boni publici vtilitatis, & neceſſitatis reipublicæ conſideratione, talia ſtatuta magis communiter quoad clericos, reprobauerunt, & ſic conſulendum, & iudicandum affirmauerunt, vt ſupra ex Felyn. Iaſ. Clar. Crot. & Burſat. qui omnes de communi, & de magis communi atteſtantur, vidimus, poſſet benefacere huiuſmodi bonum publicum, vtilitas, & neceſſitas reipublicæ, quod laici poſſent recurrere ad Summum Pontificem pro obtinendo, vt eo caſu etiam Eccleſiaſtici dictis prouiſionalibus conſtitutionibus ſubiacerent, ſecundum conſiderata per Hoſtienſ. *in d. cap. cum laicis, num. 10. verſic. nec obſtat, de rebus Eccl. ſ. non alienand.* & poſſet Summus Pontifex ad id requiſitus facillime moueri ad confirmandum talia ſtatuta etiam quoad clericos, qua confirmatione ſtãte laici etiam quoad ipſos illorum executionem libere conſequentur, vt per omnes *in d. cap. Eccleſia ſancta Mariæ,* vbi præcipue Abb. *num. 5.* & Dec. *num. 56.* & nos late *infra*, ſed quod laici ex ſe, & ex eorum propria auctoritate ſub quouis boni publici prætextu hoc poſſint, nequaquam tenendum eſt, maxime, quia huiuſmodi conſideratio publici boni, & reipublicæ conſeruandæ ſemper viguit, & habuit locum etiam ab initio, quando per leges, & Imperatores fuit ſtatutum & conceſſum, vt Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis poſſet libere vendi, donari, & alienari, & tamen non retinuit concedentes à tali conceſſione, & ſtatuto, vnde poſt tot ſecula non debet eſſe ſufficiens, vt deſtruantur tot leges, decreta, & Canones, vt optime conſuluit, & ponderauit Albenſ. *conſil. 8. num. 12. cum ibi not.* imo quia huiuſmodi conſideratio etiam antiquitus allegabatur paſſim à ſecularibus, qui ideo volebant ſub illius prætextu poſſe ſtatuere, & ordinare etiam præiudicialia Eccleſiaſticis, fuit in remedium factum *d. cap. aduerſus, de immunit. Eccleſ.* per Concilium Lateranenſe, vt per Abb. *conſil. 3. incip. caſus ſuper quo conſilium petitur, num. 1.*

Et maxime prædicta vera ſunt, quia non omne bonum † publicum approbatur pro iuſta cauſa talia ſtatuta condendi 8
etiam ab his, qui in totum adulantur Principibus ſecularibus, nam & ipſi requirunt, quod tale bonum publicum verſetur circa mere neceſſaria reipubl. quod ſi eſſet tantummodo circa ea, quæ reſpiciunt bonum eſſe, & quæ ſolent fieri ad magnificentiam,

ad pom-

ad pompam, & ad ornatum, vtiq; & ipſi fatentur, quod Eccleſiaſtici ex eis minime ligarentur, vt per Barbat. *conſ. 1. colum. 13. & 14. libr. 3.* de mente etiam Bald. *in tit. de pace Conſtan. in 6. col. verſ. munitio ciuitatis*, & Iac. Butrig. *in l. ad inſtructionem, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* vbi etiam Salic. & Cum. vbi hãc magis communem opinionem teſtatur, & idem ſequitur Rebuff. *de ſent. prouiſio. art. 6. gl. 6. n. 4. & 6.* vbi ita fuiſſe iudicatum affirmat, vnde etiam dato bono publico, non poſſet ſtatim ſub eo prætextu ſtatui per laicos, quid tale, quod eſſet præiudiciale etiam Eccleſiaſticis, & quod illos afficeret, ſed deberet prius cognoſci, an caſus eſſet de tali bono publico, quod neceſſaria reipublicæ reſpiceret ad affectum, vt etiam Eccleſiaſticos ligaret, nec cognoſci poſſet de hoc, libertatem & immunitatem Eccleſ. reſpiciente, niſi à ſummo Pontifice, & ſuperiore Eccleſiaſt. ad quem ideo recurrendum eſſet, vt eſt de hoc certa, & communis omnium doctrina *in dict. cap. Eccleſia ſancta Mariæ*, vbi præcipue Felyn. *num. 107. & ſeq.* Ioan. And. *in d. c. fin. de immun. Eccleſ. in 6.* vbi etiam Dominicus *num. 9.* Franch. *num. 2. verſ. vnde facit*, Anchar. *in repetit. c. ea, quæ, verſ. 26. quæro. de reg. iur. in 6. & in rubrica eiuſdem tituli*, Anton. de Butr. *conſ. 40. in princ.* licet ſecundum veritatem etiam pro quocunque, quamuis neceſſario bono publico ſemper recurrendum erit per laicos ad ſummum Pontificem, ſi voluerint, ad illius contributionem, & ſubuentionem etiam Eccleſiaſticos teneri, vt per Iohann. Andr. *in d. c. fin. de immunit. Eccleſ.* & Abbas *in d. conſ. 3.* & de hoc adſunt text. aperti, *d. c. non minus, & d. c. aduerſus*, & faciunt, quæ nos latiſſime diximus infra de recurrendo ad ſuperiores Eccleſiaſticos pro cogendis Eccleſiaſticis etiam in his, ad quæ aliquando tenentur erga laicos, & erga contributionem operum publicorum, & neceſſariorum ad ſtatum reipublicæ.

Nec velamen, ſub quo ſe tegere nituntur laici, illos tueri poteſt, videlicet, quod ex quo nullum verbum de Eccleſiaſticis in eorum ſtatutis fuerit factum, non debent poſſe conqueri tanquam de ſtatutis contra eos diſponentibus aut loquentibus, quia etiã ſi expreſſe de Eccleſiaſticis in ſtatutis mentio facta non eſſet, ſi tamen tacite, & per indirectũ, & ſub inuolucro verborum illis præiudicaretur, idem iudicium de eis fieret, quod de ſtatutis expreſſe de Eccleſiaſticis diſponentibus, quia non eſt curandum, quomodo, & cum quo quis loquatur, ſed in quem voluntas, & loquentis intentio, † & effectus dirigatur, *l. cum pater, §. donationis, ff. de leg. 3.* gloſſ. *in cap. fin. in verb. libertatis, de immunit. Eccleſ. in 6.* Anchar. *conſ. 55. num. 7. in fin.* Calderin. *conſ. 12. n. 3. verſ. 3. dico*, inter conſ. Anchar. Iac. Mandel. *conſ. 80. n. 6.* Alexander *conſ. 211. numer. 10. lib. 2.* 9

Et propoſita bona intentio, qua laici moueri aſſerunt ad huiuſmodi ſtatuta cõdenda, vt ſcilicet principaliter bono eorũ publico conſulant, non autem vt libertatem Eccleſiæ præiudicent, non poteſt talia ſtatuta in præiudicium Eccleſiaſticorũ defendere, quia intentio ſtatuentium, ſiue bona, ſiue mala, & qualiſcunque ſit, non poteſt eos tueri in ſtatuendo circa ea, quæ ſunt vltra metas eorum iuriſdictionis, vt ſunt Eccleſiæ, & Eccleſiaſticę perſonæ: vnde etiamſi eorum mens, & propoſitum principale eſſet quid tale ſtatuere, quod saperet, & concerneret ipſam pietatem, & religionem erga Deum, nedum erga bonum reipublicæ, non tamen poſſent in eorum ſtatuto de Eccleſiaſticis intelligere, ex quo quoad ipſos in omni caſu militat defectus iuriſdictionis, & auctoritatis, vltra quod etiam antiquitus talis excuſatio de bona eorum intentione, & fine propone-

 neba-

nebatur à laicis, & tamen non fuit à ſummis Pontificibus admiſſa, ſed reprobata, vt per Hoſtienſ. *in d.c. cum laicis, n.6. verſ. ſed cōtra, de rebus Eccleſiæ non alienand.*

Quod autem vlterius à laicis allegatur, quod ſcilicet, ſicut Eccleſia putauit æquum in ſe, quod res immobiles Eccleſiæ non poſſint alienari in laicos, *vt toto titulo de rebus Eccl. non alienan. c. ſine exceptione, & c. alienationes, 12. quaeſt. 2.* debet æquum pariter putare in perſona laicorum, quod non poſſint in clericos alienare, ſicut eſt diuerſiſſima ratio de vno caſu ad alium, ita non poteſt idem ius de vno ad alium in-
10 ferri; nam † ſi Eccleſia prohibet alienationem ſtabilium in laicos, non prohibet indiſtinctè, & generaliter, ſicut præſupponitur de ſtatutis laicorum, & generalitas, & indiſtincta prohibitio alienationis, vt dicebamus, eſt, quæ eſt odibilis, & reprobabilis, non autem quæ ſit ſub certa forma, & limitata, id eſt, ſeruata quadam ſolemnitate, vt in terminis ſic argumentatur Signorol. *d. conſ. 21. numer. 25.* imo prohibitio Eccleſ. circa ſtabilia eſt potius dicenda generalis conceſſio de illis alienandis cū ſeruata illa ſolemnitate non ſit, qui regulariter prohibeatur talia ſtabilia acquirere, prout acquirūtur paſſim, & quotidie, quia illa ſolemnitas facillime adimpletur, & fuit introducta non ad impediendos laicos in huiuſmodi acquiſitione, ſed ſolum ad iuſtificandam alienationem, ne fieret nō ſolum in damnum Eccleſiæ, ſed ne magis ex ea etiam illaquearentur animæ laicorum, qui ſatagentes circa acquiſitionem bonorum Eccleſiaſticorum continue ſollicitabant Eccleſiaſticos ad illorum alienationem, & Eccleſiaſtici, eo quia non agebatur de re propria ipſorum, ſed de re Eccleſiæ, cuius erant tantummodo adminiſtratores, & vſufructuarij, facile obtemperando amicis, & propinquis, illos de eis ditabant, dilapidando hoc modo bona Eccleſiarum in diſpendium animæ, tam dantium, quam recipientium, vnde neceſſe fuit inuenire tot leges, Canones ac Pontificias conſtitutiones in remedium indemnitatis Eccleſiarum, de quibus *in l. iubemus*, & aliæ ſequent. *C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in toto titulo de rebus Eccleſ. non alienand.* & in bullis ſummorum Pontificum, quod vtique non euenit de rebus laicorum, qui ſicut habent illas proprias, & tranſmiſſibiles ad heredes, ita circa eas nedum non ſe profuſe, ſed etiam nimis parce gerunt accumulando potius quotidie, vt locupletiores heredes relinquant, ac magis familias, & domos ditent, ac dilatent, quam illas inconſiderate diſtrahendo donent, ac relinquant externis.

Et aliud fundamentum, quo nituntur laici ad tuenda huiuſmodi ſtatuta, videlicet, quia poſſunt domini temporales etiam per viam legis præiudicare Eccleſiaſticis in quærendis, non debet admitti, niſi etiam admittere velimus ad eorum fauorem id, de quo diſputatur, nam ſi daremus laicos per legem poſſe præiudicare Eccleſiaſticis inquirendis, fruſtra poſtmodum diſputaretur, an poſſent facere ſtatuta prohibentia alienationem bonorum ſtabilium in illos, cum hoc totum reſpiciat ius, & bona acquirenda, vnde, quia (vt ſupra vidimus) magis communiter per Dd. tenetur, talia ſtatuta non ſubſiſtere, magis communiter pariter tale fundamentum reprobari concludendum eſt.

II. Infertur, quod ſtatuta † prohibentia conduci ad ciuitatem vinum collectum extra territorium Principis, non extendūtur ad clericorum & Eccleſiarum vina percepta ex eorum vineis, prout nec ſtatutum ordinans triticum molendum de- 11

dum deferri ad molendinum Principis, perſonas Eccleſiaſticas ligat, vt ex communi ait Grammat. *deciſ. 100. num. 16.* & illum ſequitur Couarruu. *2. part. relect. in c. Alma mater, §. 4. num. 7. in fin.* Boer. *deciſ. 125.* Ancharan. *conſ. 13. & conſ. 133.* quos omnes referendo ſequitur etiam Burſat. *dict. conſil. 93. numer. 26.* vbi de communi.

III. Infertur, quod ſtatutum, quo ca-
12 uetur, quod † conducens apothecam non poſſit expelli ſoluendo ſolitam pẽſionem, non tenet in præiudicium clericorum, Dec. *in dict. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 182.* vbi etiam Abbas, & in ſimili caſu reſpondet Alexand. *conſil. 17. viſo inſtrumento, numer. 13. libr. 4.* vbi voluit, quod ſtatutum laicorum mandans, quod ſi per aliquam partium non fuerit proteſtatum per tres menſes ante finem locationis, quod non intendit vlterius perſeuerare in locatione, intelligatur facta relocatio pro eodem tempore, & eum eiſdem pactis & conditionibus, non comprehendit, ſeu ligat Eccleſiam, aut Eccleſiaſticos, quod nota pro noſtro ſtatuto Sarzanæ, *ſub rubrica de penſion. non perpet. libr. 3. capit. 34.* vbi habetur, quod ſi conductor rem locatam vltra terminum locationis per vnum menſem tenuerit, iudicatur rem conduxiſſe, ac ſi de nouo de re illa prędicta locatio facta foret, nam quoad clericos non operabitur.

IV. Infertur, non valere ſtatutum,
13 quod † poſſeſſio beneficij non poſſit capi abſque licentia domini temporalis, quoad clericos, ita Dec. *in dict. capit. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 185.* & Abbas *conſ. 83. præſens dubium*, vbi nominat huiuſmodi ſtatutum contra libertatem Eccleſiaſticam, & quod tam ſtatuentes, quam talia ſtatuta ſeruare facientes ſunt ipſo facto excõmunicati, & licet tale ſtatutum videatur factũ bona ratione, vt ſcilicet ſcandala euitentur, & pericula etiam rempublicam tangẽtia, vt in tali ſtatuto conſuluit Angel. *conſ. 23. incip. nulla perſona*, vbi appellat huiuſmodi ſtatutum commendabile in ciuitate Florentiæ, præcipue eo quod fuerit inductum in remedium ad ſcandala, & diſſenſiones ciuiles euitandas, per quas poterat de facili contendi ad exitium reipublicæ, tamen quia diſponit de materia ad ſe non pertinente, & eſſet mittere falcem in meſſem alienam, hoc non facit, quod valeat, quia in ſtatuto non ſolum iuſta cauſa ſtatuendi, ſed etiam poteſtas ſuper re ſtatuenda requiritur, vt infra nos late, & hoc modo etiam reſpondit Dec. loco proxime citato, & ſequitur Felyn. *ibidem. num. 96. verſicul. vndecimo quæro*, vbi ideo dicit, quod apprehendens poſſeſſionem ſine licentia non incidit de iure in pœnam ſtatuti, nec Notarius de ea rogatus, nec teſtes exclamant etiam contra Principes & dominationes, qui per generales prohibitiones ſtatuunt, vt quis non impetret beneficium à Papa ſine eorum licentia, ideo videntur incurrere excommunicationem ipſo facto per iura ibi per eum, de quo nos etiam infra.

V. Infertur, non valere ſtatutum † ex- 14
cludens ingredientem monaſterium à ſucceſſione, vt Dec. *dict. capit. Eccleſia ſanctæ Mariæ, numer. 188.* qui ita Doctor. tenere communiter teſtatur, idem ſenſit Paul. de Caſtr. *conſ. 305. incip. Chriſti nomine primum dubium, libr. 1. numer. 4. & in l. ſi quis id quod, ff. de iuriſdictione omn. iudic.* Bald. *in l. omnes populi, verſicul. ſed quid ſi ſtatutum dicat, quod Monachus, ff. de iuſtitia & iure.* & Angel. pulchre *in diſputatione ſua, incip. nobilis quadam genere, verſicul. ad vnum tamen diligenter*, Dominic. poſt Imol. *in capit. quamuis, de pact. in 6.* Roman. per multas rationes, *in l.*

ſtipu-

Digitized by Google

ſtipulatio hoc modo concepta , *verſ. circa illud*
vero exemplum, ff. de verb. oblig. Felyn. *d. c. Ec-*
cleſia ſanctæ Mariæ, num. 77. verſ. ſexto quæro,
quod multo magis procederet, ſi ſtatutum
excluderet Moniales, & ſic iam ingreſſas,
Bartol. *in l. fin. col. 2. C de pactis* , vbi Angel.
col. pen. Mattheſill. *in ſing. 143. nota mirabile*
dictum, Alexander *conſ. 139. col. fin.* vbi com-
* munem teſtatur *vol. 2.* Abbas *in d. c. Eccleſia*
ſanctæ Mariæ, colum. 20. verſ. circa illum caſum,
Crott. *in d. l. omnes populi, num. 82.* rationem
prædictorum adducens , quia etiam per
tale ſtatutum mulier efficietur timidior ad
ingrediendum monaſterium , à quo non
debet arceri, §. *ſed hac præſenti, in Authen. de*
ſanct. Epiſ. col. 9. & ideo dicit idem eſſe, ſiue
ſtatutũ dicat *ingrediens*; ſiue *ingreſſa*, contra
15 Bart. † ita diſtinguentem, quem dicit com-
* muniter reprobari , & inter alias etiam ra-
tio eſſe poteſt , quia licet ingrediẽs impor-
tat tempus , quo adhuc mulier eſt laica, &
in quam ſtatutum per conſequens poteſt
ſuum producere effectum, tamẽ quia ſub-
iungitur in ſtatuto , *non ſuccedat*, quod eſt
verbum futuri temporis reſpiciens tem-
pus ſucceſſionis , quo tempore mulier re-
peritur monacha, & exempta à iuriſdictio-
ne ſtatuẽtium , ſtatutum in illam etiam per
verbum *ingrediens* aliquid minime operari
poterit, ita Paul. de Caſtr. *d. conſ. 305. num. 4.*
& Felyn. *d. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, nu. 78. verſ.*
** *limitant hoc*, & hanc magis communem o-
pinionem teſtatur Socin. *conſ. 241. incip.*
circa primam difficultatem, col. 2. verſ. ſecunda
eſt opinio magis communis, lib. 2. quod nota
pro noſtro ſtatuto Ianuæ de ſucceſſ. ab in-
teſt. §. *maſculus & fœmina.*

VI. Infertur, nõ valere ſtatutum, quod
16 ſi † clericus declinauerit iuriſdictionem
poteſtatis , ſit extra protectionem com-
munis , & ius ei non reddatur, immo tali-
ter ſtatuentes ſunt excommunicati , cum
expreſſe diſponat de clerico, *d. c. nouerit, de*
ſent. excomm. ſi autem non expreſſe fuerit
dictum de clericis , ſed generaliter ſtatutũ
poni extra protectionem communis ho-
minem declinantem forum poteſtatis, nõ
extenditur ad clericos , cum tale ſtatutum
in ſua generalitate ita debeat reſtringi , vt
clericos non comprehendat , ne videan-
tur ſtatuentes diſpoſuiſſe contra libertatẽ
Eccleſiaſticam, & ſic ſuper illicitis, ita Dec.
in d. c. Eccleſia S. Mariæ, vbi ſupra, & ibi etiam
Abbas, *in repet.* & Felyn. *num. 70. verſ. quarto*
quæro, Bald. *in d. authen. caſſa, & irrita, col. 1.*
C. de ſacroſ. Eccleſ. vbi etiam Paul. de Caſtr.
in fin. & in authent. ſtatuimus, col. fin. C. de E-
piſ. & cler. Ang. *in d. l. filiusfamilias, §. Diui. ff.*
de leg. 1. Ant. de Butr. *in d. c. tua in princip. de*
decim. Lap. *alleg. 30. incip. conſilium fuit*, & in
hoc vide omnino Felyn. loco proxime ci-
tato , qui late & pulchre loquitur, Cagn. *in*
l. 3. ff. de reg. iur. n. 2. alia ratione, quia ſcilicet
clericus † etiamſi vellet , conſentire non 17
poſſet in poteſtatem, & coram eo litigare, *c.*
ſi diligenti, de for. comp.

VII. Infertur, quod † ſi Eccleſia habe- 18
ret molendina, ad quæ fuiſſet liberum ire,
ſi ſtatueretur generaliter , quod euntes ad
molendina ſoluerent puta decem, nõ por-
rigeretur ſtatutum ad molendina Eccleſia-
rum, ad quæ fuiſſet liber acceſſus, ne impe-
diretur per talia ſtatuta vtilitas Eccleſiæ, &
libertas circa res ipſius per laicos, Anchar.
conſ. 156. & Bal. *in l. 1. in repet. C. de ſumma Tri-*
nit. & fid. Cath. Io. Bapt. de ſancto Seuer. *in*
d. l. omnes populi, nu. 96. Dec. *illos referendo, in*
d. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ , loco proxime citato.

VIII. Infertur, non valere ſtatutum,
quod † Eccleſia, vel hoſpitale teneatur vẽ- 19
dere tantum ſingulis annis de ſuo vino &
oleo, &c. vt not. Bald. *in authent. hoc ius por-*
rectum, col. 3. verſ. & propterea non valet ſtatu-
tum, C. de ſacroſ. Eccl. Io. Bapt. de ſancto Se-
uer. *vbi ſupra,* & Dec. *in eodem loco, nu. 192.* ſed
de hoc infra.

IX. In-

Digitized by Google

20 IX. Infertur, quod † non valet ſtatutũ prohibens legatum ad pias cauſas, Card. *con. 66. in dubio præmiſſo, circa fin.* quia, inquit, diſponeret ſuper Eccleſiaſticis, & illum ſequitur Dec. *vbi ſupra. num. 193.* & facit c. 2. vbi gloſſ. 2. *de ſepultur.* niſi fuiſſet factum fauore filiorum reſpectu portionis ipſis debitæ ratione ſuæ legitimæ, de quo infra.

21 X. Infertur, quod † non valet ſtatutum, quod iudex poſſit iudicare ſuper decimis, ita Fulgoſ. *conſ. 156. viſis, columm. penultim.* quem refert & ſequitur Dec. *vbi ſupra, numer. 194.*

22 XI. Infertur, quod † non valet ſtatutũ, quod de legatis ad pias cauſas ſoluantur duo denarij pro libra, ita Ant. de Butr. *conſ. 40. incip. nulla eſt dubitatio, & conſ. 45. ſtatuto ciuitatis Parmæ*, Abb. *conſ. 25. lib. 1.* quos ſequitur Dec. *vbi ſupra, n. 195.* & Felyn. *ibid. nu. 94.* quo in loco ampliationes & intelligentias ad materiam adducit.

23 XII. Infertur, quod † non valet ſtatutum, quod in funere ſit taxatus certus numerus clericorum, & cereorum, Abb *in c. fin. per illum text. de reb. Eccleſ. non alien. & in conſ. 26. & conſ. 63. libr. 1.* Rom. *ſing. 358. reuerendus dominus*, quod ſequitur Dec. *vbi ſupra num. 196.* & Fel. *n. 49.* & ratio eſt, quia licet nõ ſit factum ſtatutum ſuper ſpiritualibus, tamen dicitur factum ſuper connexis eiſdem, *arg. l. quod ſi nollet, in fin. ff. de ædil. edi. in d. c. cum laicis, de rebus Eccleſ. non alien.* licet Felyn. *vbi ſupra num. 95. verſ. nemini tamen*, limitet, niſi ſtatutum eſſet circa limitationem impenſæ funeris concernentis pompam inutilem clericis, puta circa veſtes lugubres, & ſimilia, ſecus in concernẽtibus clerum, vt in cera, & ſimilibus, quam diſtinctionem etiam tenuit Abb. *in dict. c. cum laicis, & in dict. conſ. 26. quædam, & conſ. 63. libr. 1.* Dec. *vbi ſupra, columm. 18. verſ. 11. non valet.*

XIII. Infertur, quod † non valet ſtatutum, quod exceptio excommunicationis non poſſit opponi in iudicio ſeculari, ita ſanct. Seuer. *in d. l. omnes populi, num. 102.* per Bald. *in tit. de ſtat. contra libert. Eccleſ. in vſib. feud. circa fin. libri*, & idem Bald. *in l. placet, in fin. C. de ſacr. Eccl.* Io. de Anan. *in c. poſtulaſti, de hom.* & Dec. *vbi ſupra, num. 197.* late Tiraq. *de retract. p. 1. §. 1. gloſſ. 9. ad fin. nu. 275.* 24

XIV. Infertur, quod † ſtatutum mandans ſolutionem debiti probari non poſſe per teſtes, ſed ſolum per inſtrumenta, non comprehendit clericos, nedum ſi debitum erit contractum poſt clericatum, ſed etiamſi ante, dummodo euenerit caſus probandi debitum, poſtquam quis effectus erit clericus, quia cum tali caſu probationes habeant principium, quando fiunt coram iudice, dicitur ſtatutum diſponere de re erga ſolutionem debiti probare debentem in tempore, quo eſt factus alienæ iuriſdictionis, & non eſt amplius ſuæ, eo quia tũc reperitur factus clericus, igitur ad illum non porrigitur eius diſpoſitio, ita Marſil. *in l. ſi quis viduam, num. 32. ff. de quæſt.* de mente Io. Cal. *in diſputatione ſua incip. ſtatuto ciuitatis cauetur, quod ſi ab actore, in ſolutione vltim. dub.* Anchar. *in c. ea quæ, de reg. iur. in 6. in fin.* Alex. *conſ. 210. n. 13. lib. 2. & in conſ. 211. n. 4. eod vol.* Dec. *vbi ſupra, n. 206.* Cuman. *conſ. 239. col. 2. & 3.* 25

XV. Infertur, quod † clericus non ligatur ſtatuto diſponente, quod de contractu ſoluatur gabella, & ideo ſi extat ſtatutum huiuſmodi, & clericus vellet vti dicto cõtractu, & opponatur cõtra clericum, quod non ſoluit gabellam, non procedat contra eum exceptio, niſi † vellet etiam vti adminiculo ſtatuti diſponentis de gabella ſuper cõtractu, nam tunc eo vti non poſſet, niſi obſeruat ſtatutum, à quo clericus, ſicut & omnis alius inuitatur ad illius commodum participandum ſub illa lege, ſcilicet vt 26 27

C ſolua-

Digitized by Google

ſoluatur gabella, quod fieri poteſt, nec dicetur contra libertatem Eccleſiæ, cum etiam clerici debeant vti beneficio ſtatuti laicorum cum omnibus ſuis qualitatibus, & eo modo quo loquitur, ita Bald. *in l.1. in verſ. 6. quæro, nunquid clerici, C. de contr. empt.* alleg. Ioan. Andr. *in c.1. de oper. nou. nunc.* & illos etiam ſequitur Alexan. *conſil. 210. num. 5. lib. 2.* Grat. *conſil. 162. nu. 11. volum. 2.* cum late ibi per eum. Dec. *in d. c. Eccleſia, numer. 225. & 269.* Ant. de Butr. *in capit. non minus, colum fin. de immunit. Eccleſ. & in c. 1. de cenſib. in fin.* Felyn. *in d. cap. Eccleſia, numer. 104. verſ. ſextum & vltimum exemplum,* quicquid dixerit Bart. *in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.* idem voluit Cephal. *conſil. 385. numer. 5. lib. 3.* ſecus tamen quoad illationem eſſet, ſi quis negaret ſoluere velle gabellam ſub prætextu, quod res cum emptæ erant clericorum, vel Eccleſiæ, à qua emit, & quæ cũ ſint exempta à tali ſolutione, res etiam ipſius licet alijs venditæ deberent gaudere eodem priuilegio, nam nõ procederet talis exceptio, quia communis eſt Docto-
28 rum opinio, quod † emptores rerum Eccleſiaſticarum non eximuntur à ſolutione gabellæ, & vectigalium; prout hanc communem teſtatur Tiraqu. *de retract. conſang. §. 1. gloſſ. 13. numer. 12.* quicquid dixerit Bald. *conſil. 31. circa med. libr. 1. & conſil. 496. colum. 2. verſic. interdum ſtatutum non grauat. libr. 4.* vbi dicebat, quod ſi onus gabellæ ſit annexum contractui, ſtatutum iubens eam ſolui ex venditione ab emptore, nõ comprehendet venditiones factas ab Eccleſia, quia licet Eccleſia non ſoluat hoc modo gabellam, tamen in hoc grauaretur, quod rem minoris venderet ob id, quod emptor teneretur eam ſoluere, & quod teneantur tales emptores, expreſſe tenuit Bar. *in l. licitatio, §. final. de public. & vectigal.* vbi dicit, quod licet Eccleſia ſit immunis à ſolutione gabellæ pro fructibus à ſe proprijs in prædijs perceptis, non tamen ſunt immunes ipſorum fructuũ emptores, quod etiam comprobauit Archid. & alij *in d. cap. vlt. de cenſib. in 6.*

XVI. Infertur, quod † ſi ex forma ſtatuti laicorum teſtamentum debeat inſinuari per heredem intra ſex menſes, alias non valeat, ſi clericus eſt heres inſtitutus in teſtamento, nec fecit illud inſinuari infra tempus ſtatutum à ſtatuto, quod tamen poterit ex illo adire hereditatem, ita Bald. *in authen. caſſa, numer. 6. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* vbi etiam Fulgoſ. Abb. *in dict. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, numer. 39.* & idem ſenſit Anchar. *in repetit. d. c. Canonum ſtatuta, de conſtitut. ante med. in 2. quæſt. verſicul. iuxta prima occurrit declaratio plurium quæſtionum ſuper ſtatutis laicorum,* & illos etiam referendo ſequitur Alexan. *dict. conſ. 210. proxime ſupra citato, numer. 6.* vbi ſubiungit, quod eadem ratione videtur idem dicendum, ſi eſſet inſtitutus laicus in teſtamẽto clerici, & verba ſtatuti diſponentis inſinuationem non dirigerentur in heredem, ſed in ipſum teſtamentum, vt quia diceret, quod vltima voluntas alicuius teſtatoris non valeret, niſi fuerit inſinuata, &c. quia teſtamentum clerici non ſubiacet ſtatuto, vt voluit Ant de Butr. *num. 20.* & Io. Imol. *in d. c. Eccleſia ſancta Maria,* vbi ſequẽtes Io. de Ligna dicunt, quod communiter damnatur opinio Bart. qui contrarium voluit *in l. cunctos populos, in 5. qu. C. de ſumm. Trinit. & fid. cath.* & hoc modo poteſt intelligi, quod dixit Capyc. *deciſ. 201. nu. 5.* & Bal. *in d. auth. caſſa,* diſtinguendo, vt per Alexan. de quo tamen infra *in fin. concluſ. verſ. & generaliter.*

XVII. Infertur, quod † non operatur ſtatutum diſponens, quod per clericos nõ poſſit fieri teſtamentum abſque præſentia Parrochi, quamuis illud ſtatutum videretur inductum ad falſitates, & fraudes tollendas,

lendas, ita Salic. *in dict. authen. caſſa*, quem ſequitur Alexan. *in d. conſ. 210. num. 9.* & facit text. *in c. fin. de vit. & honeſt. cleric. & in c. fin. de reb. Eccleſ. non alienan.* vbi Ant. de Butr. & Ioan. de Imol. & Bald. *in d. l. cunctos populos, in lectura, in 4. col. & in 20.*

31 XVIII. Infertur, quod † vbi ſtatutum diſponit, quod ſi emptor non apprehendet poſſeſſionem intra annum, & ſic patiatur venditorem poſſidere, contractus pręſumatur ſimulatus, tale ſtatutum, nec in foro ſeculari, nec in foro Eccleſiaſtico ligabit clericum, qui neglexerit apprehendere poſſeſſionem, tanquam non ſuū ſubditum, ita Abb. *in dict. c. quod clericis, de for. comp.* & illum ſequitur Alex. *conſ. 211. n. 5. li. 2.*

32 XIX. Infertur, quod † ſtatutum diſponens, quod probatio mutui non poſſit fieri per teſtes, vt ſupra etiam dicebamus, vel quod libri mercatorum faciant plenam fidem, non ſeruabitur contra clericum etiam in foro ſeculari, Abb. *in d. c. quod clericis, n. 32.* & Alex. *vbi ſupra.* Capr. *concluſ. 15. nu. 62.*

33 XX. Infertur ad caſum, de † quo per Ancharan. *in repet. dict. cap. Canonum ſtatuta, 2. qu. princ. in verſ. ego quaero in quaeſtione, quam conſului*, vbi dixit, quod accidit quaeſtio, quod Archiepiſcopus Spoletanus habebat extra ciuitatem aliqua molendina ex largitione regis Vngariae, & commune Spoleti habebat etiam alia molendina extra dictam ciuitatem, omnes Spoletani poterant ire, quo volebant, ad molendina, & ſoluebant certam menſuram ad molendinum, commune Spoleti ſtatuit, quod omnes ciues, qui cauſa molendi irent extra ciuitatem, tenerentur ſoluere in ingreſſu portae menſuram, de qua ſupra, & quod volentes accedere ad molendinum dicti communis non ſoluerent in ingreſſu dictam ſummam, omnes ibant ad molendinum communis, vbi aliquam mēſuram ſoluere non tenebantur, & non ibant ad molendina Archiepiſcopi, & ideo Archiepiſcopus dicebat, ſtatutum non valere, in quantum ſibi praeiudicat, & Anchar. decidit, quod non valet, quia licet verba ſtatuti caute dirigantur ad ſubditos, tamen ex eo aperte, & ſtudioſe grauatur Archiepiſcopus, vnde non eſt curandum, cum quo loquatur quis, ſed intentio, in quem dirigatur, *l. cum pater, § donationis, ff. de leg. 2.* multoties enim euenit, quod in diſpoſitione vnum exprimatur, & ad aliud effectus dirigatur, & hoc debet conſiderari, ita dixit Alexand. ſequendo Anchar. *in d. conſil. 211. numer. 11. lib. 2.* quod etiam placuit Abbati, *dict. c. Eccleſia, in rep.* & idem Anchar. *dict. conſ. 13. In Dei nomine Amen, ſuper dubio tranſmiſſo*, & ita conſuluit totum collegium Iur. Conſ. Bonon. vt apparet *in dict. conſil. Anchar. & in conſil. 154. In Dei nomine, Amen*, optimis rationibus Iaſ. *in conſil. 161. colum. fin. lib. 2.* & cum iſtis tranſit Felyn. *in d. c. Eccleſia. n. 104. ver. primum exemplum*, & Boer. *deciſ. 125. per tot.* qui etiam citat, qui conſuluerunt pro ciuitate Spoleti.

XXI. Infertur, quod † ſtatutum laicorum aſtringens litigantes coniunctos ad compromittendum, non aſtringit, nec ligat clericos, & ideo non poterunt vigore talis ſtatuti aſtringi ab affinibus ſuis ad faciendum compromiſſum cum eis, ita Bal. *in conſil. 107. dictat ſtatutum. in fin. vol. 6.* quem refert & ſequitur Marſil. *in l. ſi quis viduam, numer. 20. ff. de quaeſt.* & idem Bal. *in conſil. 5. numquid clericus agens, libr. 2.* ea ratione, quia compromittere non eſt de mero ordine iudiciorum, ſed tangit ſubſtantiam cauſae, & tendit ad deciſionem, ibi tamen diſtinguit de bonis patrimonialibus, & Eccleſiaſticis, & de compromiſſo de iure tantum, & de iure, & de facto, quem vide, & illationem ſequitur Alex. *dict. conſil. 210. nu. 3. libr. 2.* Dec. *in d. c. Eccleſia, n. 20. & n. 161.* & Rochus de Curt. 34

in d. tractat. de ſtatut. d. ſect. 8. q. 11. nu. 68. & de hoc vide eundem Bald. *in c. fin. vt lit. pend. & in c. cũ veniſſent, de eo, qui mitt. in poſſ. rei ſeru. cauſ. 4. col.* & Capyc. *deciſ. 66. per tot.* vbi contrariũ ſentientes refert, & concludit, quod præſens illatio eſſet vera, ſi ſtatutum compromiſſum mandans vlterius procederet alterando deciſionem cauſæ, vt quia diceretur in eo, quod non poſſet appellari, ſeu peti reductio, vel quod laudum faciendũ haberet executionem paratam, vel talia in ſumma, per quæ non poſſet dici, quod ſtatutum ſe contineret in puris terminis ordinatorii iudicij, ſed tangeret etiam materiam deciſorij, vt etiam per Dec. *vbi ſupra*, ſecus ſi ordinaret tantummodo cauſam eſſe compromittendam, quia tunc diceretur ſtatutum reſpicere ordinem, & proceſſum, ad quæ clericus ligatur, vt per omnes *in d. c. Eccleſia ſancta Maria*, & præcipue per Dec. *nu. 126. cum plur. ſeqq.* vbi dicit hanc opinionem veram, & illam ſequitur etiam Socin. *conſ. 71. circa præſentem conſultationem, num. 12. vol. 4.* & hãc opinionem magis communem teſtatur nouiſſime Borel. *de compromiſſ. §. 1. gloſſ. 3. num. 225.* An autem econtra coniuncti clericorum poſſint ab eis cogi virtute talis ſtatuti ad compromittendum cum illis, & dicendum videtur, quod ſic, vt per eundem Borel. *ibidem num. 262.* allegãs rationem, quia ſcilicet clerici poſſunt vti ſtatutis laicorum pro ſe, licet non contra ſe, *iuribus ibi per eum.* De quo tamẽ ego dubito, tum quia in iudicijs debet ſeruari æqualitas, *l. fin. C. de fruct. & lit. expenſ. l. non debet, ff. de reg. iur. vbi Doct. in c. non licet actori, eod. tit. in 6.* tum etiam quia ſtatuta videntur edita, vt ſint lex communis ſecundum diſpoſita, vnde non videtur fuiſſe de ſtatuentium mente, vt pro vna parte ſeruiant, ſi contra eandem pariter procedere non poterant, prout ſic reſpondet Socin. *d. conſ. 71. n. 19. cum 162.* & faciunt *infra in ampliat. 26.*

XXII. Infertur, quod † ſtatutum de ſolutione gabellæ pro rebus, quæ transferũtur, non comprehendit clericos, ita Bart. *in l. 1. C. de mulier. & in quo loco, lib. 10.* quem ſequitur Dec. *in d. c. Eccleſia, num. 271.* Felyn. *ibidem numer. 106. & 105. Clement. præſenti, de cenſib.* niſi deferant res alienas, & niſi clericus negotietur. Federic. *conſ. 207.* Abb. *conſ. 6. in 2. dub.* vbi dixit, quod clericus non dicitur negotiari, † licet vendat vinum, & oleum ſuum, idem Federic. *cõſ. 121. incip. quæſtio talis eſt*, ſi tamen alia negotiationis cauſa venderet, ad gabellam teneretur, & ſubijceretur alijs ordinibus, ſicut laicus, *c. vlt. de vit. & honeſt. cler.* Archid. Ioan. Andr. & Franc. *in c. quamquam, de cenſib. in 6.* Teſſaur. *deciſ. 116. numer. 10.* Marcabrun. *conſ. 18. numer. 237.* 35 36

XXIII. Infertur, quod † clerici non tenentur ad ſolutionem pedagij per ſtatutũ laicorum impoſiti, ita Abb. *in c. innouamus, de cenſibus, & in c. ex litteris, de vit. & honeſt. cler.* Angel. *conſ. 14. incip. Eccleſia*, & Dec. *vbi ſupra, nu. 270.* 37

XXIV. Infertur, quod † ſtante ſtatuto, quod homines villæ teneantur capere malefactores, non intelligitur de clericis malefactoribus, ita Bald. *in c. cum non ab homine. de iudic.* quem referendo ſequitur Felyn. *in dict. c. Eccleſia, numer. 104. verſ. adde etiam hic.* 38

XXV. Infertur, quod † ſtatutum laicorum factum pro communi vtilitate, quod vadens de nocte ſoluat tantum, non includit clericos, ita Ioan. Andr. *in c. graue, ſuper verb. ſed banno, de ſent. excommun.* vbi etiam Abb. & Ant. de Butr. & poſt alios Felyn. *in d. c. Eccleſia, vbi ſupra, verſ. quintum exemplũ*, dicens tamen, quod per ſuum iudicem ſunt coercendi, *c. bene quidem, 96. diſt.* 39

XXVI. Infertur ad caſum ſtatuti, † de quo per Abb. *in d. c. Eccleſia, in repetit. verſ. ex hoc infero*, vbi infert ad ſtatutum, quod vbi in lo- 40

Digitized by Google

in loco ſunt Iudæi fœneratores, & viget ſtatutum inter eos, & populum, quod non teneatur vſurarius reſtituere pignus ei, qui probauerit ſe dominum rei pignoratæ, niſi prius reſtituto debito, pro quo res fuit pignorata domino inſcio, non comprehendit clericos, aut res illorum pignori datas, & idem repetit *in cap. quod clericis, de foro compet.* & idem ſequitur Felyn. *vbi ſupra, verſic. quartum exemplum*, dicens, hoc eſſe notandum.

41 XXVII. Infertur, quod ſtante ſtatuto, quod † debitum præſcribatur per quinquennium, non habet locum contra clericum, vel Eccleſiam, ita Felyn. *vbi ſupra, verſic. tertium exemplum*, quod fuit etiam de mente Ancharan. *conſil. 258. incip. ſupradictum ſtatutum, per tot.* rationibus & auctoritatibus ibi per eum, idem voluit Alexan. *conſil. 169. num. 1. lib. 2.*

42 XXVIII. Infertur, quod ſtatutum laicorum † dans licentiam conductoribus poſſeſſionum, vt libere poſſint eas dimittere, non extenditur ad conductores rerum Eccleſiaſticarum, ita conſuluit Bart. *in conſil. 187. incip. domini priores artium, per text. in d. cap. Eccleſia, de conſtit. & in clem. in Eccleſiarum, eod. tit.* & illum refert, & ſequitur Felyn. *vbi ſupra, num. 104. verſic. ſecundum exemplum*, qui ſubiungit, quod licet Bar. loquatur, quando ſtatutum nominat Eccleſiam expreſſe, vt euenit in caſu ſuo, tamen idem eſt, quando generaliter loquitur, tum per rationes ab ipſo Bartol. adductas, tum per ea, quæ dixit idem Felyn. *in d. c. Eccleſia, in 4. quæſt. in princ.* & ſi contra tales conductores iudex ſecularis, forte repugnante ſtatuto, prouidere non poſſet, habebunt clerici requirere Priores populi, vt de iudice ſibi prouideant, quibus negligentibus Eccleſiaſticus prouidebit, & cognoſcet contra dictos conductores, iuxta not. *in cap. ex tenore, & in cap. licet ex ſuſcepto, de foro compet.* & hoc Felyn. *ibid.* & ante eum voluit idem Bart. *d. conſil. 187. num. 4.* & Abb. *in d. cap. Eccleſia, num. 30. in repet.* qui ſubiungit, quod tali caſu Eccleſiaſticus iudex procedet, eo modo, & forma in cauſa, quibus procederet iudex ſecularis *iurib. ibi per eum*, idem voluit Dec. *in d. cap. Eccleſia, num. 181.* & Ancharan. *in c. 1. verſic. quæro etiam de quæſt. de conſtit.*

XXIX. Infertur, quod ſtatutum laicorum † de ſucceſſione ab inteſtato excludens fœminas propter maſculos, nõ comprehendit hereditatem clerici, ita Bertaz. *conſil. ciuil. 63. num. 23.* vbi hanc veriorem, & communiorem ſententiam teſtatur iuribus, & auctoritatibus ibi per eum adductis, idem voluit Dec. *in d. cap. Eccleſia ſancta Maria, num. 218.* & hoc indubitatum eſſe arbitror in dominio noſtro Ianuenſi, in quo vigore ſtatuti ſub rubric. *de priuileg. cleric. lib. 6. cap. 4.* non poſſunt clerici vti ſtatutis, & eorum diſpoſitione pro ſe in cauſis laicorum, ſed eis debet reddi ius ſolum ſecundum ius commune, vnde ceſſat fundamẽtum, ſuper quo potiſſimum fundatur ſententia contrarium affirmantium, videlicet quod ex quo, & clerici excludunt fœminas ſtante ſtatuto, quod extantibus maſculis fœmina non ſuccedat, ita & in eorum hereditate ius idem, quo ad laicos ſeruari debet, de quo fundamento late per Burſat. *conſil. 93. num. 22. & 27. & plur. ſeq. lib. 1.* cum ibi per eum, & ſecundum hanc illationem bis fuit iudicatum in partibus noſtris. 43 **

XXX. Infertur, quod ſtatutum in genere prohibens † aliquem teſtari, niſi ſeruata certa ſolemnitate non comprehendit teſtantem ad pias cauſas, vtputa ſi mulier non poſſit teſtari ſine conſenſu propinquorum, ita ſtatuto mandante, tamen poterit inſtituere pium locum, & valebit ſine illa ſolemnitate teſtamẽtum, ita Crot. *in d. l. omnes populi, num. 80.* ſecundum Bald. 44

C 3 in l. ge-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

in l. generali, circa fin. verſic. quaro quinimo dictum ſtatutum, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Alexan. *conſil. 105. viſo diligenter, nu. 11. vol. 4.* pro quo facit, quia iſte, qui inſtituit pium locum, videtur moueri, nutu Dei aguntur, non ſubſunt poteſtati legis, *c. licet, de reg. iur. c. duæ ſunt leges, 19. quæſt. 1. alias 2.* idem voluit Dec. *conſil. 504. num. 3.*

Bene verum eſt, quod ſi ſtatutum prohiberet legatum, vel teſtamentum reſpectu portionis debitæ filiis ratione legiti-
45 mæ, † quoad illam porrigitur ſtatutum, & comprehendit teſtamentum factum etiam ad piam cauſam, ita vt in quantum deficeret filio pro legitima, non valeret legatum, ſiue teſtamentum etiam ad pias cauſas, ita conſuluit in terminis talis ſtatuti Abb. *in conſil. 63. incip. videtur primo dictum legatum, in 1. part.* ex D. Auguſtini ſententia, de qua *in c. fin. 17. quæſt. 1.* in quo habetur, quicun-
46 que vult † exheredato filio heredem facere Eccleſiam, quærat alium, qui ſuſcipiat non Auguſtinum, imo Deo propitio neminem inueniet, & hanc partem multis rationibus affirmat, & comprobat, idem voluit Anch. *in conſil. 30. incip. videtur prima facie dicendum*, quem referendo ſequitur Crot. *in d.*
47 *l. omnes populi, num. 81.* & quod legitima † filiorum non diminuatur per quæcunque legata ad pias cauſas teſtatur Cuch. *in ſuo tract. de legit. fol. 22. num. 28. cum ibi allegatis*, quod nota etiam pro noſtro ſtatuto Sarzan. *ſub rubr. de vlt. volunt.*

XXXI. Infertur, quod non valet ſtatu-
48 tum † in præiudicium clericorum, quo cauetur, quod non poſſit locator domum ſuam locare alteri, ſed teneatur ſtare primæ locationi, niſi prius per tres menſes ante finem locationis denuntiauerit inquilino, quod non vult eum perſeuerare in locatione, quia de iure communi eſt libera facultas locatoris finita locatione ſuam rem alteri locare, & ideo in præiudicium libertatis clericorum non poteſt tale quid ſtatui, ita Crot. *in d. l. omnes populi, num. 83. per l. ſi cui, C. locat.* & per ea, quæ ſcribuntur *in cap. nouerit, de ſentent. excommunic.* & idem ſenſit Alexand. *conſil. 160. nu. 8. lib. 6. conſil 17. num. 13. lib. 4.*

XXXII. Infertur, quod ſtatutum † imponens pœnam concubinis clericorum, niſi alias notorium eſſet clericos concubinas tenere, non valeret ob infamiam, quæ de facili poſſet reſultare de eis ſaltem de facto ex pœna imponenda concubinis propter criminis connexitatem, quod fieri non debet in tam graue præiudicium clericorum, ita Crot. *vbi ſupra*, de mente Ancharan. *conſil. 97. incip. magnifica, & illuſtris Princeps, & in repetit. cap. & quæ, in 24. quæſt. de reg. iur. l. b. 6.* & illum ſequitur Ioan. de Ana. *in rubric. de adult.* & Felyn. *in d. cap. Eccleſia, num. 102.* vbi idem tenet, etiam ſi eſſet notoria concubina, *iuribus ibi per eum.*

XXXIII. Infertur, non valere ſtatu-
tum † tanquam contra libertatem Eccle- 50
ſiaſticam, quod mandaret Eccleſiaſticos cogi debere ad collectas, vel impoſitas, *vt habetur in c. clericis, de immun. Eccl. lib. 6. & in c. nõ minus, & in c. aduerſus, eod. tit. & in c. quãquam, de cenſib. eodem tit. & in c. quia iuſta, 16. quæſt. 1. & in c. ſecundum, 23. quæſt. 8.* præcipue ſi collectæ imponerentur ratione munerum perſonalium, à quibus Eccleſiaſticæ perſonæ penitus immunes, & exemptæ reperiuntur, ad not. *in l. placet, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in cap. 1. de immunit. Eccleſ. lib. 6.* Natt. *conſil. 280. num. 5.* Burſat. *conſil. 42. col. 1. lib. 1.* Lancellot. Gallia. *conſil. 59 num. 3. 45. & ſeq.* qui loquitur de ſolutione ſalarii prætoris, medici, & aliorum officialium, & de aliis, quæ diſtribuuntur per capita, & per buccas.

XXXIV. Infertur, ſtatutum dici con-
tra † libertatem, & immunitatem Eccle- 51
ſiaſticam,

ſiaſticam, ſi prohiberet, ne quis in caſu occurrenti literas Apoſtolicas impetraret, vel ne literæ Apoſtolicæ in eorum dominiis ſine eorum licentia publicarentur, ſeu alicui traderentur, iuxta not. *in c. quoniam, de immunit. Eccleſ. l b 6. in princ.* Mart. Laur. *in tract. de princip. quæſt. 492.* & vide Lap. *allegat. 92.* vbi add. *in lit. P.* Capyc. *deciſ. 132. num. 6.* & ſequitur Boſſ. *in ſua pract. crimin. tit. de Princip. & priuilegio eius, num. 21.* Pariſ. *conſil. 41. poſt num. 35. lib. 1.*

XXXV. Infertur, quod ſi ſtatutum
52 mandaret, † ne ad iudices Eccleſiaſticos in cauſis, quę ad eos ſpectant, habeatur recurſus, non tenebit, Lap. *vbi ſupra, per d. c. quoniam, de immun. Eccleſ. lib. 6.*

XXXVI. Infertur, quod non valeret
53 ſtatutum, ſi prohiberet, † ne apud laicos admitteretur exceptio rei iudicatæ in foro Eccleſiaſtico, quia à Deo Papæ, & à Papa aliis Prælatis conceſſum eſt iudicare, *cap. per venerabilem, qui filii ſint legitimi, cap. 2. de except. lib. 6. cap. adminiſtratores, vbi gloſſ. 23. quæſt. 5.*

XXXVII. Infertur, & idem erit, ſi ex-
54 ceptionem † iuramenti reiiceret, *per text. in cap licet, de iureiuran. lib. 6. cap. quamuis, de pact. & facit cap. 2. de foro compet.* & Lap. *vbi ſupra, num. 5.*

XXXVIII. Infertur, quod ſi ſtatutum
55 mandaret † per laicos cognoſci, vel decidi, vel partes corã ſe comparere, cogi in cauſis ſpiritualibus, ſiue principaliter, ſiue incidenter, non valeret, *c. tuam, de ordin. cognit. cap. decernimus, cap. quanto, de iudic. cap lator, & cap. cauſam quæ, qui filii ſint legitimi,* late Vant. *in tit. de null t. ex defect. iuriſd. num. 54. clem. diſpendioſam, de iudic.* Viu. *commun opin. verb. iudex laicus,* vbi de communi, & notatur *in cap. ſi iudex laicus, de ſenten. excommun. in 6.* vbi Dec. *in cap. at ſi clerici, num. 50. in fin. de iudic.*

56 Spirituales autem cauſæ † quoad prædicta intelliguntur, quæcunque de ordinibus, gradibus, & ſacramentis, obſeruationibus, aliiſq; Eccleſiaſticis rebus tractant, & quicquid ortum habeat ex aliquo, quod ſpecialiter ad Eccleſiam, legem, fidemve Chriſtianam pertineat, item cauſæ hæreſis, ſacrilegii, vſurarum, adulterii, ſimoniæ, periurii, item cauſæ electionum, poſtulationum, prouiſionum, dignitatũ, officiorum, Canonicatuum, aut quarumuis rerum Eccleſiaſticarum, vel ad Eccleſiam pertinentium, vt ſuper decimis, matrimoniis, cauſis natalium, iuris patronatus, & aliis, de quibus ex alleg. per Vant. *vbi ſupra,* & de quibus *in d. clement. diſpendioſam,* & per gloſſ. *in ſumma, 11. quæſt. 1 & in cap. ex tenore, de foro compet. cap. vt inquiſitioni, §. prohibemus, de hæret. in 6. c. cum tu, de vſur. c. fin. de foro compet. in 6. c. nouit, in fin. de Iud. gloſſ. in cap 1. de offic. ordin. in cap quanto, de iudic. cum ſimilib.*

Amplia prædicta, quod quando opponitur coram † iudicibus ſecularibus aliqua 57
exceptio vſurarum, vel aliter ſpiritualis, propter quam ſpiritualitatem cauſa ſit remittenda ad iudicem Eccleſiaſticum, iuxta diſpoſita *in d. cap. tuam, cap. lator, cum aliis iuribus ſupra allegatis,* nedum non obſtante ſtatuto in contrarium diſponente non poteſt iudex laicus de ea ſe intromittere, ſed nec etiam poteſt præfigere tempus excipienti, infra quod oppoſitam coram ipſo exceptionem probare debeat coram iudice Eccleſiaſtico, hoc enim eſſet in alienam iuriſdictionem manum immittere, & legem ſuperiori imponere, quod non licet, *cap. ex inſinuatione, de appellat.* Iaſ. *in l. 2. nu. 12. ff. de re iudic.* & ibidem *num. 15.* teſtatur hanc eſſe communem opinionem, & ibidem hoc idem affirmat Bar. & cæteri Dd. & poſt eos Dominus Ioſephus frater meus *de probat. vol. 2. concluſ. 689. in princ.* vbi etiam determinat, quid agendum per ipſum iudicem

58 cem † ſecularem, coram quo fuerit oppo-
ſita huiuſmodi exceptio, præcipue quan-
do remiſſus ad iudicem Eccleſiaſticum eſt
moroſus in probanda exceptione, & ad
prædicta facit, quod voluit Felyn. *in d. cap.*
Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 110. verſic. & adde
dum notauit, quod non valet ſtatutum lai-
59 corum, † quod ille, qui obtinuit inhibitio-
nem à iudice Eccleſiaſtico fiendam ſecula-
ri debeat ſe expediuiſſe circa eam intra cer-
tum tempus, vt etiam notauit Abb. poſt
Cardin. *ibi in cap. 2. in fin. de eo, qui mit. in poſſ.*
ampliationem ſecutus eſt etiam Decian. *in*
ſuo tract. crimin. vol. 1. lib. 4. cap. 12. num. 10. de
mente etiam Bartol. *in l. præſes, C. de appel-*
lationib.

Animaduertendum tamen eſt pro de-
claratione ſupradictorum, quod de præ-
60 dictis cauſſis ſpiritualibus, † de quibus ſu-
pra, quædam ſunt meræ ſpirituales, & Ec-
cleſiaſticæ, & nullo modo ad laicos ſpe-
ctantes, prout eſt cauſa excommunicatio-
nis, hæreſis, & ſimoniæ, & etiam ſunt quæ-
dam talis naturæ, vt nullo modo cadant in
laicum, ſed earum Eccleſiaſtici ſolum ſunt
capaces, prout eligere ad dignitates, & be-
neficia Eccleſiaſtica, ordinem conferre,
Eccleſias poſſidere, & de ipſis diſponere, &
his ſimilia: quædam autem ſunt cauſæ, quæ
licet ſpirituales ſint, cadunt tamen in lai-
cos, prout eſt cauſa matrimonii, ſacrilegii,
periurii, vſurarum, & ſimiles, & in primis
duabus ſpeciebus cauſarum, videlicet in
mere ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis, item &
in illis, quæ nullo modo cadunt in laicum,
iudex ſecularis non poteſt cognoſcere, et-
iam quod quæſtio incidat ſuper facto. In
61 tertia vero † ſpecie, earum ſcilicet, quæ &
in laicos cadere poſſunt, ſi quæſtio erit fa-
cti, ſicut iudex ſecularis de eo cognoſcere
poterit, ita ſtatutũ, quo ad hoc diſponens,
ſuſtinebitur, ita Felyn. *in d. cap. decernimus,*
in fin. de Iud. Alber. *in tract. de agnoſcend. aſ-*
ſert. cathol. & hæret. quæſt. 25. num. 54. & ſeq.
quem ita diſtinguentem refert, & ſequitur
Farinac. *variar. quæſt. lib. 1. de inquiſit. quæſt. 8.*
num. 20 & latius *num. 25.* vbi tamen intelli-
git hoc procedere, dummodo etiam fa-
ctum, de quo ſupra, incidens in † cauſa ſpi- 62
rituali, ſit ab omni ſpiritualitate abſtra-
ctum, iuxta etiam ea, quæ animaduertit
Vant. *vbi ſupra num. 54. verſic. quamuis ſi eſſet*
quæſtio non iuris, per ea, quæ declarauit Bart.
in l. omni nouatione, C. de ſacroſanct. Eccleſ. in
l. quoties, vbi etiam Bald. Alexand. & Iaſ. *C.*
de iudic. Alexand. & Roman. *in l. Titia, ff ſol.*
matrim. Capyc. *deciſ. 7. num 2. & 3.* Afflict.
deciſ. 209. col. fin. Crauet. *conſ. 273. n. 2.* Rolan.
conſil. 12. num. 23. vol. 2. Menoch. *de retinend.*
poſſeſſ. remed 3. num. 336. & quando dicatur
quæſtio † iuris, & quando facti, vide remiſ- 63
ſine apud Albert. *in d. tract. de agnoſcend. aſ-*
ſert. cathol. & hæret. quæſt. 25. num. 51.

Et hoc vltimum, quod † de quæſtione 64
facti dictum eſt, declara, vt habeat locum,
quando quæſtio facti in cauſa ſpirituali
vertitur, aut inter laicos, aut inter clericum
actorem, & laicum conuentum, ſecus ſi ſo-
lum inter clericos quæſtio oriretur, nam
etiam ſi eſſet facti, tamen per iudicem Ec-
cleſiaſticum, non autem ſecularem termi-
nanda foret, ita Roland. à Valle *conſil. 23 à*
num. 6. vſq, ad fin. iurib. & auctoritatib. ibi per
eum, lib. 2. & ibi *num. 14.* de mente Speculat.
in tit. de compet. iudic. in princ. & in verſic. &
breuiter ſcias, tenuit, quod clericus trahens
alium clericum coram iudice ſeculari, rem
petitam perdit, & dabitur conuento, & pri-
uabitur communione Sacramẽtorum, vel
etiam fidelium, quia excommunicabitur,
niſi ſuper hoc ſatisfacere vellet, etiam ſi in
prædictis voluntas aduerſarii acceſſerit, &
proprium iuramentum interuenerit, per
text. *in cap. ſi diligenti, de foro compet.* & in iſta
opinione fuit Menoch. *d. remed. 3. de retin.*
poſſeſſ. nu 324. & ſeq. Farinac. *vbi ſupra, nu. 25.*
verſic.

Digitized by Google

verſic.ſublimita primo, & eſt ratio, quia iudex
65 ſecularis † nullo modo, nec principaliter, nec incidēter poteſt eſſe iudex contra clericum, iuxta ea, quę notauit Abb. *in d.cap.ſi diligenti. col penult. de foro competen.* & Roland. à Valle *d.conſil.12. num.38. & plur. ſeq.* Farinac. *ibidem*, qui etiam alias declarationes adducit, & præcipue, quando per iudicem Eccleſiaſticum fuiſſet inhibitum iudici ſeculari, ne ſe intromitteret in quæſtione ſpirituali etiam ſuper ſolo facto conſiſtente, nam ſi hæc inhibitio emanauerit immediate, & antequam iudex ſecularis inciperet cognoſcere ſuper illa facti quæſtione, non poteſt ſe in ea amplius in-
66 tromittere, & ideo dat pro cautela, vt † oblata incidenti ſuper ſpirituali cauſa quæſtione etiam facti coram ſeculari iudice, is, cuius intereſt, ſtatim Eccleſiaſticum iudicem adeat, ab eoque petat, vt illius quæſtionis cognitionem aſſumat, laicoque inhibeat, qua inhibitione emanata, antequam iudex laicus de cauſa facti cognoſcere incipiat, illa terminanda erit per iudicem Eccleſiaſticum, non autem ſecularem, vt hanc eandem cautelam adnotauit Gerard. *ſingul.69. notant Bart. & Dd.* vbi affirmat ita ſemel fuiſſe ſeruatum in quadam cauſa, & Gerard. ſequitur Couar. *de matrimon. cap 8. § 12. num.5.*

XXXIX. Statutum diceretur contra li-
67 bertatem Eccleſiaſticam, † quando ordinaret perſonas, vltra caſus exceptos, ab Eccleſiis extrahi poſſe, ſiue ab atriis earum, *c. inter alia, & c. fin. de immun. Eccleſ. & in cap. reum, & in c. ſi quis contumax, 17. quæſt.4. & in c. quicquid, & in c. diffiniuit, & in c. id conſtituimus, eod. tit.*

68 XL. Statutum diceretur nullum, † tanquam contra Eccleſiaſticam libertatem, ſi permitteret, & mandaret, quod etiam in domibus Eccleſiarum poſſent fieri hoſpitia, *c.1. de immunit. Eccleſ.*

XLI. Si compelleret clericos † ad tute- 69
las laicorum aſſumendas, *c. generaliter, 16. quæſt. 1.*

XLII. Si ſuper excommunicationis abſolutione, † aut reuocatione, aut d einter- 70
dicto remouendo diſponeret, *c. vnic. quod met. cauſ. lib.6.*

XLIII. Si donationes factas Eccleſiæ, cogeret † ſubditos reuocare, *c ſunt qui opes,* 71
& c. ſingularium, 17. quæſt. 4.

XLIV. Infertur, quod ſtatutum retractus, † ſeu ius congrui, non arctat clericos, 72
qui non poſſunt impediri à laicis ſuper re empta, Bald. *conſil. 300. ſtatuto cauetur, in 2. dub. vol.1.* Iaſ. *conſil. 152. vera, & iuridica, colum. vlt. vol. 4.* Abb. & Imol. *in c. conſt. tuers, de reſtit. in integrum*, Alexand. *conſil. 27. viſo themate, in princ. vol. 6.* Afflict. *de iur. protom. §. vlt. nu. 11.* Marant. late diſputans *in ſua diſputat. 8.* qui diſtinguit, & ſecundum illius diſtinctiones poterunt concordari inter ſe in hoc contrariæ opiniones.

Primo amplia concluſionem, † quod 73
talis exemptio clericorum, & Eccleſiaſticorum à ſtatutis, & ordinationibus, ac auctoritate laicorum ſit de iure diuino, Ioan. Lup. *in tract. de libertate Eccleſiaſt. quæſt. 2. num. 3.* vbi dicit, ita obſeruatum, & declaratum fuiſſe per quamplures Imperatores ſeculares, & Villalob. *in commun. opin. in verb. clericus, nu. 69.* dixit, quod clerici nunquam fuerunt † ſub iuriſdictione laicorum, & 74
quod conſtitutiones de hoc loquentes ſunt potius declaratoriæ, quam de nouo promulgatoriæ, quia, vt inquit gloſſ. *in c. ſi Imperator, in verb. & diſcut. 96. diſtinct.* antequam ab Eccleſia aliqua conſtitutio edita fuiſſet, clerici non erant de iuriſdictione ſeculari, vnde omnes conſtitutiones, quæ emanauerunt, quod clerici non ſunt iudicandi, niſi ab Epiſcopis, non ſunt, niſi iuris declaratio, idem voluit Abb. Felyn. & Dec. *in d. c. Eccleſia ſancta Maria, & in c. 2. de maio-*

D *rit. &*

rit.& obedien. vbi communiter Dd.& hanc communem opinionem etiã teſtatur Cardin. *in d.c perpendimus, in 7. oppoſit. de ſentent. excommunic. in repet.* idem tenuit Oldrad. *conſil.83.num.5.* Abb.& Felyn. *in d.c. ſi clerici. de iud.* Aluar. de Pelag. *de planct. Eccl. lib.1. c.54.* Alciat. qui communem dicit *in c. cum non ab homine, num.2. de iudic.* & licet de hac opinione ibi dubitet per epiſtolam 1. Petri *cap.2.* relatam *in can. magnum, 11. quaeſt.1.* tamen ad tale obiectum reſpondet ibi bene Ioan. de Turrecrem. quem ſi vidiſſet, nihil dubitaſſet, hanc etiam ſententiam ſequutus eſt Nauar. *in c. p. nouit, in 6 notab. num.6. & 30. de iudic.* vbi etiam communem tam ſacrarum, quam Pontificiarum legum peritorum affirmat, prout illã etiam communem fatetur Ferdinan. Vaſq. *de ſucceſſ. lib.3. §.22. num.58. & 59.* vbi etiam plures alios adducit Roman. *ſing.419. incip. ſed an poteſt facere Papa,* Aufrer. *in clem.2. de offic. ordin. verſic. ad quaeſtionem*, & hanc opinionem ſequendam, nec ab ea recedendum tanquam à communi, & à communiter recepta arbitror, non obſtantibus auctoritatibus adductis in contrarium à Couar. *pract. quaeſt. c.31. num.2. verſic. contraria opinio*, nam Innoc. *in d.c.2. de maior. & obedien.* adductus pro contraria parte à Couar. nedum ab iſta opinione non diſſentit, quin potius videtur eam affirmare ibi, vnde dicimus, quod exempti ſunt à Deo, vel ſaltem reſoluit, quod indebite tenebantur de facto ſubiecti ab Imperatoribus, & quod ideo iuſte Papa illos tanquam res ſpirituales, & ex toto in ſeruitium, & ſortem Chriſti datos ad ſuam, & Eccleſiæ iuriſdictionem, etiam non conſentientibus Imperatoribus reſtituit, & Petr. de Ferrar. & Molin. ab eodem Couar. citati, tanquam ab Eccleſia reprobati, & minus catholici non debent allegari, præcipue in his, quæ Eccleſiæ libertatem, & iuriſdictionem reſpiciunt, vt ipſemet Couar. ibidem fatetur, & Alciato optime reſpondet, vt ſupra diximus, Ioan. de Turrecr. & Medin. licet contrarium teneat, fatetur tamen ad imitationem legis diuinæ id ſtatutum eſſe, & valde rationi conſentaneum fuiſſe ita ſtatuere, & S. Thom. *ad Roman.13. lect.1.* licet dicat clericos eſſe exemptos priuilegio Principum ab illo tributo, non tamen negat id etiam ante iure diuino factum fuiſſe, cum poſſit ſtare ſimul, & priuilegium Principum, & conſtitutio de eadem re de iure diuino, & Eccleſiaſtico, *cap. cum laicus, de reb. Eccl. non alien.* ibi *quam non tantum ſancti Patres, ſed etiam Principes ſeculares priuilegiis multis munierunt*, ſicut poteſt etiam ſtare ſimul, quod dicatur dari aliquid ab aliquo, & concedi, quod etiam primo eſſet eidẽ datum, & conceſſum, & tunc dare intelligetur, id eſt, vel datũ oſtendere, gloſſ. *in c. ſynodo, diſt.63. in verb. confirmamus*, & expreſſe *in c. remittũtur, 34 quaeſt.5. ibi, da, hoc eſt, datam ſibi prouinciam, vel iam datum confirmare*, quia qui confirmat, etiam pro ſui parte dat, *d.c. in ſynodo, & c. ego Ludouicus, vbi gloſſ. 63. diſtin. & c. in nomine, 23. diſtinct.* & ideo dum S. Thom. dicit exemptos priuilegio Principum, non tamen intellexit eſſe exemptos, quaſi inferens, quod antea non eſſent, ſed eſſe exemptos intellexit etiam quoad ipſos Principes ſeculares, quia & ipſi noluerint, & ita declarauerunt talia tributa ab eis impoſita, clericos comprehendere, illos in hac re reſeruatos, & priuilegiatos agnoſcentes, prout ſemper fuerunt iuxta auctoritatẽ ab eodem D. Thoma ibi adductam apud *Geneſ.47.* vbi Ioſeph ſubiecit Pharaoni totam terram Ægypti præter terram Sacerdotum, & infra etiam dicitur, quod in vniuerſa terra Ægypti quinta pars ſoluitur abſque terra ſacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit, & ideo ſubiungit D. Thom. quod hoc naturalem æquitatẽ habet, & omnino æquum eſt,

eſt, quia ſicut Reges ſollicitudines habent de bono publico in bonis temporalibus, ita miniſtri Dei in bonis ſpiritualibus, & per hoc eximuntur à tributis, ad quæ cæteri laici tenentur iuxta epiſtolam Diui Pauli ibi *ad Roman. cap. 13.* quæ de omnibus poteſtatibus
75 † ſecularibus ſcilicet, & Eccleſiaſticis promiſcue, non autem de ſecularibus ſolum, aut præcipue, prout intendit Couar. loquitur, & non eſt, qui non concedat, quod omnis anima, & ſic etiã Sacerdotes, poteſtatibus ſublimioribus ſubditi eſſe debeant, prout argumentatur Couar. ex traditis ibi per D. Paulum: ſed negatur per hoc, quod ex eadem auctoritate D. Pauli Eccleſiaſtici ſecularium etiam poteſtatibus ſubiiciantur, ſed intelligendum eſt, quod Eccleſiaſtici, & laici, & ſic omnis anima ſuis reſpectiue tamen poteſtatibus ſublimioribus ſubditi ſint: Eccleſiaſtici ſcilicet ſuis poteſtatibus ſublimioribus Eccleſiaſticis, & laici pariter ſublimioribus ſuperioribus laicis, & in hoc conuenit contra interpretationem Couar. circa dictam epiſtolam S. Pauli, quod reſcripſit Gregorius Imperatori Conſtantinopolitano *in c. ſoluta, de maiorit. & obed.* dum eo quia B. Petrus ordinauerat Sacerdotibus, quod ſubditi eſſent omni humanæ creaturæ propter Deum, intelligebat Imperator Patriarchã Conſtantinopolitanum iuxta pedes ſuos in parte ſiniſtra ſedere debere; vnde Gregor. reſcripſit, quod ſi perſonam loquentis, & eorum, ad quos loquebatur, & vim loquutionis diligentius attendiſſet, ſcribentis non expreſſiſſet taliter intellectum, nam non per hoc, quod Petrus dixit, *ſubditi eſtote omni creaturæ*, voluit Sacerdotibus imponere iugum ſubiectionis erga laicos, & eius Prælationis auctoritatem auferre, ſed illa verba, *omni humanæ creaturæ*, ſunt accipienda ciuiliter, & prudenter ſecundum ſubiectam materiam ſtatus, & conditionis perſonarum, & prout latius per ſcribentes in eodem loco, & prout etiam de alio dicto D. Pauli differens Abb. *in d. c. Eccleſia ſancta Maria, nu. 20. & ſeq.* dixit, illud rationabiliter, & cum grano ſalis, non autem ruditer, & Iudaice eſſe intelligendum, dum generaliter declarauit, quod mulier viro ſuo mortuo ſoluta eſt à lege viri ſui, & nubendi, cui vult, in domino liberam habet licentiam; nam inquit Abb. illa libera licentia nõ adeo late interpretanda eſt, vt etiam aliquid mali, aut ſcandali contineat, ſed potius eius dictum debet diſtingui per ius humanũ ad ea, quæ iuris ſunt, & ius diuinum in multis caſibus diſtinguitur. Et hanc partem reperimus confirmatã in concilio Lateranenſi ſub Leone X. *ſeſſ. 9.* vbi tam diuina, quã humana ratione laici ab omni in Eccleſiaſticas perſonas ſuperioritate, & poteſtate reiiciũt. Et idem habetur in Concilio Chalcedonẽſi *par. 9. c. 20* & nouiſſime in S. Concilio Trident. *ſeſſ. 25. c. 20. ibi, Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum immunitatẽ Dei ordinatione, & Canonibus ſanctionibus conſtitutam.* Vnde nimis temerarium foret, contra hanc determinatam veritatem inſurgere.

Intellige ampliationem, † vt vera ſit, 76
quoad ea, quæ vere, ac proprie ſpiritualia, & Eccleſiaſtica ſunt, vtputa quoad ordines, gradus, ſacramenta, obſeruationes, aliaſque de rebus Eccleſiaſticis quæſtiones, & differentias, & ea, quæ generaliter contingũt circa id, quod ſpecialiter Eccleſiam, fidem, & legem Chriſtianam tangit, ſecus quoad res temporales, & quoad criminalia, nam in his etiam clerici non dicuntur iure diuino, ſed per leges Canonicas, & conſtitutiones Pontificias exempti à iuriſdictione ſecularium, ita Couar. *d. c. 31. practicar. quæſt. num. 2. verſic. prima concluſio, & verſic. ſecunda concluſio*, & illum etiam ſequitur Farinac. *tit. de inquiſit. q. 8. n. 2. verſic. limita primo*, qui ſecundam hanc limitatio-

Digitized by Google

nem, & intelligentiam dicit poſſe concordari opiniones inter ſe diſſidentes, an exemptio iſta ſit de iure diuino, an potius poſitiuo, & humano, vt prima procedat quoad vere ſpiritualia, & proprie Eccleſiaſtica, ſecũda vero quoad tẽporalia, & criminalia.

Et licet Ioan. de Turrecr. *in d. c. ſi Imperator, in 2. concluſ.* affirmet, quod imo bona, & res clericorum quoad iſtam immunitatem à pari procedunt cum ipſis clericis, eo quia bona veniunt ad perſonam, & ideo eius conditionem ſequuntur, & maius dignum trahit ad ſe minus dignum, ſubiungens, quod grauiter peccarent Principes, ſi in hoc turbarent iuriſdictionem Eccleſiaſticam, tamen iſta poſſent intelligi, & concordari, vt ſcilicet à pari procedant dicta bona clericorum cum ipſiſmet clericis, id eſt, quod omnia æque ſint exempta à iuriſdictione laicorum, ſed non ex eodem iure, ſcilicet diuino, rationibus, de quibus ſupra, & per Couar. *ſupra citato loco.*

77 Vel potius dicas, quod etiam † res temporales Eccleſiæ ſunt exemptæ iure diuino ab auctoritate, & diſpoſitione laicali, non obſtantibus ſupra allegatis, iuxta ea, quæ aperte habentur *in d. c. bene quidem, 96. diſt.* vbi Symmach. Papa reuocat omnia, quæ præcipue de alienatione prædiorum Eccleſiaſticorum ſtatuerat Baſilius Patritius, qui gerebat vices Odoardi Regis, reddens rationem, ne ſcilicet exemplum remaneret præſumendi quibuſlibet laicis, quamuis religioſis, vel potentibus in quacunq; ciuitate quolibet modo aliquid decernere de Eccleſiaſticis facultatibus, quarum ſolis Sacerdotibus diſponendi indiſcuſſe à Deo cura commiſſa docetur, quod etiam probatur *in c. quamquam, de cenſib. in 6. ibi, cum igitur Eccleſia, & Eccleſiaſticæ perſonæ, ac res ipſarum non ſolummodo iure humano, quinimo & diuino à ſecularium perſonarum exactionibus ſunt immunes*, & ibi etiam gloſſ.

Si tamen aliam priorem † ſententiam ſequi malueris, illam tamen intellige, quod licet iure tantum humano, & Pontificiis conſtitutionibus clerici in prædictis dicerentur exempti, non tamen poteſt Princeps ſecularis vtcunq; ſummus huiuſmodi exemptioni, ac immunitati propriis legibus, aut propria auctoritate derogare, *per d. cap. bene quidem, & d. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ*, & alia, de quibus in principio concluſionis, & præcipue *per cap. fin. de rebus Eccleſ. non alienand.* vbi conſtitutionem laicalem contra prædicta diſponentem, non conſtitutionem, ſed deſtitutionem, ſeu potius deſtructionem, nec non vſurpationem iuriſdictionum appellat Gregor. idem tenuit Couar. *ſupra citato loco, num. 4. verſic. quarta concluſio, per not. in c. nouit, de Iud. & in c. nouerint, de ſent. excommun.* 78

Secundo amplia principaliter concluſionem, quod † ſi ſtatutum laicorum generaliter loqueretur, ita vt poſſet ex aliqua ratione dubitari, quod intelligat etiam de Eccleſiaſticis, poteſt Epiſcopus compellere ad quos ſpectat, vt declarent ipſum ſtatutum non extendi ad clericos, ne clerici inquietarentur de facto, dum de iure ex eo moleſtari non poſſent, nec deberent, ita Ioan. Andr. *in c. fin. de immunit. Eccleſ. lib. 6.* & illum ſequitur Roch. de Curte *vbi ſupra*, pro quo etiam adducit text. *in cap. peruenit, de arbitr. ibi, quoniam tale arbitrium poſſet Eccleſia in poſterum pernicioſum exiſtere*, idem tenet Capr. *d. concluſ. 15. num. 38.* Felyn. *in d. c. Eccleſia ſancta Mariæ, nu. 107.* vbi ait, quod quotieſcunque Epiſcopus videt, quod aliquod ſtatutum generaliter loquitur, & poteſt veriſimiliter dubitari, ne ex ea generalitate inferatur aliquãdo præiudicium clericis, vel Eccleſiæ, poteſt cogere ſtatuentes, vel ad quos pertinet, vt illud adeo declarent, ne clericis officere poſſit, aut ad illos extendi, idem Domin. *in d. c. fin. de immunit. Eccleſ.* 79

Digitized by Google

Eccleſ. Ant.& Imol. *in d.c.1.de conſuet.* Anch. *in repet.c.ea quæ,verſ.26.quaro,de reg.iur.in 6.* & *in rubric.eiuſdem tituli*, vbi dicit, hoc eſſe menti tenendum,& idem Ant. *conſ.40.in princ.*

80 Tertio amplia concluſionem,quod † ſi certum eſſet, & notorium, quod ſtatutum laicorum diſponeret de Eccleſiaſticis in præiudicium ipſorum, & in detrimentum libertatis Eccleſiaſticæ, poſſet ipſemet Epiſcopus illud idem tollere, & ex ſe ipſo illius obſeruantiam prohibere etiam nullo citato,aut audito,ita Felyn. *in d.c. Eccleſia S. Mariæ,nu.108.* de mente Archid. *in c.quæ Lotharius,prope fin.2.quæſt.1.* Dominic. *in dict.c. fin. de immunit. Eccl.* Bald. *in l.presbyteri, la 1. n.11.C.de Epiſc.*& *cler.*

81 Primo ſubamplia, quod non ſufficeret tali † caſu, ſi laici in remedium huiuſmodi ſtatuti illud corrigerent per ſignaturam, ſiue per apoſtillam,quæ denotaret illud nõ tenere, ſed requireretur totalis abraſio, adeo quod de re nulla apparerent veſtigia, vt notat Felyn. *in d. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, nu.109.* vbi ideo dixit, quod licet in alijs caſibus, in quibus requiritur cancellatio, nõ refert, quod illud, quod eſt cancellatum, adhuc legi poſſit, vt per Bart. *in l.hoc, la 1.de adimen.leg.* & per alios, de quibus ibi, tamẽ in hoc requiritur totalis abolitio in odium criminis,& ne detur occaſio,quod tale ſtatutum de facto obſeruarctur, vel poſteris relinquatur eius memoria, idem cenſuit Bart. *in d.auth. caſſa, circa fin.* Ant.de Butr. *dict.conſil.40.in princ.* Lap. *alleg.21.* Feder.de Sen. *conſ.37.* Abb. *in c.nouerit,in princ.de ſent. excom.*

82 Amplia ſubampliationem,† vt idem ſit, etiamſi in fine voluminis ſtatutorum reperiretur vnum ſtatutum proteſtãs, quod ſtatuentes non intelligunt aliquid ſtatuiſſe contra libertatem,& perſonas Eccleſiaſticas,vel quod ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam habeantur pro irritis, quia iura volunt, quod hi, ad quos ſpectat, faciant talia ſtatuta omnino deleri à volumine ſtatutorum, ne aliquando de facto ſeruentur, ita Abb. *in conſ. 83. incip. præſens dubitatio,in fin.* Bart.&Bal. *in d.authent.caſſa, in fin.* & qui Bartol. inquit, menti tenendum, & quod ita vidit in ciuitate Piſarum obſeruari,& notatur *in d.c.nouerit,in princ.* vbi præcipue Abb.& Anch. *in repet. d.c.1.verſ.an ab iſtis pœnis,de conſtitut.* Lap. *allegat.92.incip.an conſtitutio, in fin.* quos etiam referendo ſequitur Felyn. *in d. c.Eccleſia ſancta Maria, n. 109.* quo in loco tamen ſubiungit, quod licet dicta proteſtatio non ſufficiat ad euitandas cenſuras,de quibus *in d.c.nouerit,* & *in c.grauem, de ſent. excomm.* tamen ſufficit quoad hoc, q videlic.contrafaciens ſtatuto, quod eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, non incurrit pœnam ſtatuti, quod idem ſenſit Abb. *d.conſ.83.in fin.*

Secundo ſubamplia, quod ne dum † Epiſcopus poſſet mandare, vt talia ſtatuta tollerentur, ſed qui illa fecerunt, ſunt ipſo iure excommunicati, per tex. *in d.c.nouerit,* & *in dict.c.grauem, de ſent.excom.* & *in c. non minus,* & *in cap. aduerſus, de immunit. Eccleſ.* & *in cap.eos, eod. tit. libr. 6.* vbi communiter Doct. 83

Amplia ſubampliationem, vt † ne dum excommunicationis ſententiam incurrãt, qui ſtatuta fecerunt, ſed etiam quicunque fecerint ipſa obſeruari, immo ſcriptores ipſorum ſtatutorum, nec non poteſtates, conſules, rectores, & conſiliarij locorum, quorum tempore, conſilio, & opere hæc ſtatuta edita, vel ſeruata fuerint, & qui ſecundum ea iudicauerint, & qui talia iudicata redegerint in publicam formã, vt eſt de hoc apertus text. *in d. c. nouerit*, & ſi aliqui prædictorum haberent feuda Eccleſiaſtica, remanerent illis ipſo iure priuati, vt *in d.c.grauem,* vbi omnes ſcribentes. 84

Digitized by Google

85 Declara, vt licet † ſcriptores dictorum ſtatutorum dicantur ſtatim excommunicati, vt per Ant. de Butr. *in d. cap. nouerit, n. 11.* tamen illud intelligerem, ſi percipiunt, quid faciunt, aliàs ſi ignoranter fecerunt, non incurrunt, ſicuti non incurrunt ignorantes talia ſtatuta, ſecundum *c. nemo. 11. q. 2. & c. 2. de conſtit.* Innoc. *in d. cap. nouerit, in fin.* & per eundem Ant. *ibidem*, quo in loco vna cum eod. Innoc. & alijs declarat, quod poteſtates, & alij ſuperiores laici, de quibus ſupra, tunc incurrunt, ſi erunt negligentes in ſtatutis declarandis, & negligentes dicentur arbitrio iudicis, quod eſt verum in illis ſuperioribus laicis, qui non interfuerunt editioni talium ſtatutorum, ſed ſi interuenerunt editioni, ſtatim fuerunt ligati, & ꝙ dicitur, quod ſuperior ſtatim debe-
86 at talia delere, intelligitur illud ſtatim † arbitrio iudicis p tex. *in c. ad Apoſtolicæ, de don. in l. ratum, ff. de ſolut.* prout idem Ant. *vbi ſupra*, & Innoc. *ibidem*, qui Ant. ſubiungit, quod conſiliarius, qui dedit conſilium cõtrarium talibus ſtatutis, ſi aliàs non erat in poteſtate ſua impedire talia ſtatuta, non incurrit excommunicationem, ſed alij cõſulentes ſic, ſecus ſi dictus conſiliarius, vel tacuit, hoc pacto tacite conſentiendo huiuſmodi ſtatutorum ordinationi, eo quia qui tenetur loqui, & tacet, habetur pro cõſentiente, vel ſaltem vltra conſilium contrarium datum, poterat etiam impedire, ne procederetur ad editionẽ ſtatutorũ, quia
87 tunc ipſe quoque illaquearetur, † cum potius deberet dimittere dignitatem, & officium, quam prædictis aliquo modo adhærere, vel illa ſufferre, per tex. *in d. cap. aduerſus, de immunit. Eccleſ. & in Clement. ex grandi, de vſur.* & conferunt ea, quæ ſcripſit Felyn. *in c. cum omnes, num. 11. in fin. de conſtitut.* vbi voluit, quod licet minor pars capituli non poſſit appellare, quando aliquid fit à maiori in præiudicium tertij, quia eorum non intereſt, tamen tenentur contradicere, aliàs illaquantur tacendo, peccato, qui videntur conſentire iniuſte geſtis, quod etiam prius voluit Innoc. *in c. 1. de his, quæ fiunt à maior. par. cap.* vbi etiam Abb. Et quod ſit arbitrariũ iudici tempus, intra quod ſuperiores, & illi, ad quos ſpectat, poſſint, & debeant facere deleri, & abrogari ſtatuta contra libertatem Eccleſię, tenuit etiam Socin. ſen. *in d. c. nouerit, numer. 13. de ſenten. excomm.* & illum referendo ſequitur Menoch. *in ſua cent. 6. nouiſſime edita, caſ. 596.* qui dicit, quod in hoc iudex etiam conſiderabit, an ſit in poteſtate ipſorum ſuperiorum abſque populi conſenſu abrogarę, & deleri facerę ſtatuta, & ſi ſoli hoc præſtare non poſſint, concedendum erit eis tantum temporis, quo populum cõuocare, & ei oſtẽdere poſſint ſtatutum lædere Eccleſiaſticam libertatem, & ob id delendum, & abrogandum eſſe, prout ſi eſſent infirmi, vel alio iuſto impedimento detenti, de his etiam habenda eſſet ratio.

Verum quia ſolet dubitari, † quando, & 88
quomodo dicantur ſtatuta, aut ordinationes laicorum eſſe, & tendere in præiudicium, & contra libertatem & immunitatem Eccleſiaſticam generaliter.

Dic primo, quod tunc Eccleſiaſticæ libertati, aut immunitati contrariari dicentur, quando ſtatuta directe aut indirecte erunt contraria, aut derogatoria, aut obſtãtia priuilegijs, & prærogatiuis Eccleſiæ, & Eccleſiaſticis conceſſis à Deo, ita Lap. *d. alleg. 92. nu. 1.* & ante eum idem tenuit Innoc. *in dict. cap. nouerit.* vbi etiam Abb. *num. 2.* & Ant. de Butr. *num. 9.* Ioan. Andr. & Hoſtienſ. & Dec. *in d. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, nu. 6.* Cyn. Bart. & Sal. *in d. authen. caſſa*, & alibi paſſim omnes.

Secundo erunt contra libertatem Eccleſiaſticam, quando item directe, aut indirecte erunt contra priuilegia, & prærogatiuas

Digitized by Google

gatiuas conceſſas Eccleſiæ, & Eccleſiaſticis perſonis à Papa, Lap. Abb. Innoc. Anton. de Butr. Ioan. Andr. Hoſtien. Dec. & alij omnes *in ſupracitatis locis*, Bart. *in conſ. 187. incip. Domini priores, in d. l. 1. verſ. quinto quæro, C. de ſumm. Trinit.* Bald. *in rubric. de conſtit. in princ. verſ. ſed quæro, & in authen. ſtatuimus, in fin. C. de Epiſc. & cler.* Abb. *in conſ. 63. incip. videtur primo, in princ. lib. 1.*

Tertio tanquam libertati Eccleſiaſticę, ac immunitati repugnantia ſtatuta laicorum iudicabuntur, & ideo delenda erunt, ſi priuilegijs, conceſſionibus, & prærogatiuis conceſſis Eccleſiæ, & Eccleſiaſticis perſonis ab Imperatore, aut ab alijs regibus, qui etiam in his, quæ ad eos ſpectāt, huiuſmodi priuilegia Eccleſiaſticis dare poſſunt, directe, vel indirecte contrarientur, ita ijdem omnes ſupracitati Doctores communiter *in locis ſupra allegatis*, & in his non eſt, qui diſcrepat.

Vel quarto dicas, quod tunc ſtatuta, & ordinationes laicorum dicentur contra libertatem Eccleſiaſticam, quando ex eis clerici efficerentur timidiores, & laici audaciores contra eos, vt exemplum cōmuniter allatum à ſcribentibus, ſi extaret ſtatutum, quod occidens laicum puniatur grauiter, occidens autem clericum quadā tantum leui pœna mulctetur, ita Abbas *in d. c. nouerit, n. 2.* & ante eum idē voluit Bart. *in d. authen. caſſa, & irrita, C. de ſacroſ. Eccleſ.* vbi etiam Bald. *num. 4.* & cæteri ſcribentes communiter. Bart. & Ang. *in l. 1. §. quæ onerandæ, ff. qua. rer. act. non dat.* Anch. *in repetit. canonum ſtatuta, verſ. quæro, circa hoc, quæ dicantur, de conſtit.* Abb. *in conſil. 88. incip. præſens dubium, in princ. lib. 1.* Paul. de Caſtr. *conſ. 335. incip. primum dubium, col. 5.* Dec. *in d. cap. Eccleſia ſancta Maria, n. 11.* Barbat. *conſ. 23. col. pen. lib. 3.*

Vel quinto dicas, quod illa ſtatuta dicātur contra libertatem Eccleſiarum & clericorum, ex quibus impediuntur directe, vel indirecte clerici facere ea, quæ ſibi cōpetunt, & ſunt cōceſſa de iure cōmuni, canon. vel ciuili, vel per q̄ prohibetur clericis non prohibitum à lege canonica, vel diuina, ita Dd. *in d. c. S. Maria*, vbi præcipue Felyn. Ant. de Butr. & Imol. & *in c. cum terra, de elect.* Fulgoſ. *in d. authen. caſſa*, & Bal. late *in repet. d. l. cunctos populos, verſic. nunc de tertio membro, C. de ſumm. Trinit. & fid. cathol.* & facit quod ſi, vt dicimus, cenſetur contra libertatem Eccleſiæ ſtatuere contra ea, quæ ex particulari priuilegio illi competunt, multo magis erūt contra eandem libertatem diſponere contra ea, quę eidem Eccleſiæ permittuntur de iure communi, quia magis videtur offendi, qui ſpecialiter remouetur, & impeditur in his, quæ omnib. communiter, & vniuerſaliter competunt, quā qui ab his, quæ ex aliqua cauſa ſpeciali permittuntur, abſtinere mandatur, cū fortius dicatur acquiſitum, quod competit de iure communi, & vniuerſali, quam quod competit de iure ſpeciali, & ideo in his magis aggrauari, & offendi libertas Eccleſiaſtica dicitur, ita Felyn. *vbi ſupra nu. 69.* & facit text. *in §. quia vero veriſimile, in authent. de non alienand. & in l. eius militis, §. militia miſſus, ff. de milit. teſtamen.* Dec. *in d. cap. Eccleſia ſancta Maria, nu. 8.* Alex. *in l. filiusfamilias, §. Diui, col. 7. ff. de leg. 1. & in conſil. 209 & 210. col. 4. & penult. lib. 2.* Barbat. *conſil. 31.* vbi late, *lib. 4.* Doct. *in d. c. nouerit, de ſenten. excommun.*

Vel ſexto & vltimo ad cognoſcenda ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam vtere notabili theorica Baldi, *in repet. d. l. cunctos populos, C. de ſumm. Trinit. & fid. cathol.* quæ repetitio cum paſſim non habeatur in eius lecturis, hic fere ad verbum illam adducere placuit, inquit igitur Bald. quod iſta verba, *libertas Eccleſiaſtica*, poſſunt accipi dupliciter, vno modo diſcretiue, id

eſt, in

eſt, in eo, in quo Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ ab alijs diſcernuntur, ita quod ſit libertas Eccleſiæ, & non alterius, & tunc iſta ſupponit de prærogatiuis & priuilegijs Eccleſiarum, quæ alijs nō competunt, ſed priuata lege Eccleſiis, & in quibus Eccleſiæ præiudicare eſt Eccleſiaſticæ libertati contrauenire; Alio modo accipitur, non diſcretiue, ſed in abſtracto, & communi ſignificatu, & tunc dicit, quod libertas ſtat in libere agere, ſicut libertas hominis, quæ eſt naturalis facultas, vt *l. 3. ff. de ſtat. homin.* Vnde quiſquis onerat talem libertatem, ſine dubio Eccleſiaſticæ libertati contradicere dicetur, onerare autem ex eo erit, ſi Eccleſiam, vel Eccleſiaſticas perſonas in aliquo ex prędictis modis ſub ſeruitute redigeт. Vnde ſtatutum, quod impedit Eccleſiam vti iure naturali, & ſua defenſione, dicetur libertati contrarium, *Clem. paſtoralis, de re iud.* ſic pariter omne ſtatutum, quod impedit Eccleſiam vti iure gentium, puta, dominio rei ſuæ directe, vel indirecte, vt *in d. c. fin. de immun. Eccleſ. libr. 6.* ſi ſtatutum impediret Eccleſiam vti iure ciuili, tunc aut loquimur, quando impeditur vti iure ciuili cōmuni, & tunc intelligitur cōtra libertatem Eccleſiaſticam, aut loquimur, quando impeditur vti iure ciuili ſpeciali, & tunc aut de iure ſpeciali, id eſt, municipali intelligimus, & videtur, quod ſtatuta poſſint ſuam prouiſionem, & beneficium Eccleſiis negare ab initio, id eſt, quando fit ſtatutum, ſed ex poſtfacto poſtquam dedit, auferre non poteſt, *l. perfecta, C. de donat. quæ ſub modo, & l. priuilegia, C. de ſacroſ. Eccl.* niſi vt infra, aut loquimur de iure ſpeciali, id eſt in priuilegiū conceſſo, & tunc ſi eſt priuilegium vniuerſalis Eccleſiæ, ſtatutum illud auferre non valet, ſi autem priuilegium eſt vnius capellæ, vel Eccleſiæ, & tunc, aut eſt ei conceſſum à Principe, & habente auctoritatem, & ſtatutum factum in contrarium, dicetur contra libertatem Eccleſiæ, aut ab ipſis ſtatuentibus, & tunc ſi per modum contractus, vel legis tranſeuntis in contractum, idem dicendum erit; Si vero ſimpliciter, & ſic non in modum contractus, aut non in modum legis tranſeuntis in contractum, ſed per modum ſimplicis legis municipalis, & mere voluntariæ diſpoſitionis ſtatuentium, & tunc dicit, quod ſtatuentes poſſunt illam legem reuocare, & priuilegium ſuum tollere, quia ideo lex ſemper operatur, quia habet cauſam ſucceſſiuam; nam ſemper vult, & ſemper loquitur, vt *l. Arrianus C. de heret.* ita quod ſemper eſt in fieri, & ceſſat, ceſſante cauſa ſua, ergo ceſſante voluntate legis per legem contrariam poſtea editā finitur & priuilegium, *c. generaliter, 16. q. 1. l. qui ſub prætextu, C. de ſacroſ. Eccleſ.* cui theoricæ in hoc vltimo optime conueniunt dicta per Alex. *in conſ. 209. num. 14. lib. 2.* vbi tenuit, quod ſi ciuitas debeat religioſis certā quantitatem frumenti ſingulo anno pro eleemoſyna, & poſtea fecerit ſtatutum, per quod reuocata fuerit dicta eleemoſyna, ſi talis eleemoſyna deberetur ex contractu, vel fuiſſet dictis religioſis conceſſa in priuilegium, non poſſet reuocari, nec tale ſtatutum illam reuocans valeret, ſecus ſi fuiſſet dictis religioſis aſſignata per modū ſimplicis eleemoſynæ, vel ſtatuti, & deliberationis ciuitatis, quæ ſimplex & voluntaria præſtatio non conſueuit inducere obligationem, *l. ſi certis annis, C. de pact. cum ſimil.* & ſtatuentes ſimpliciter non cenſentur ſibi legem impoſuiſſe neceſſariam, à qua recedere non poſſent, & id etiam fuiſſe teſtatur de mente Fulgoſ. *in l. priuilegia, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Cyn. & Ioan. de Imol. *in l. non amplius, §. 1. ff. de leg. 1.* & Paul. de Caſtr. *in l. ſi quis curialis, C. de Epiſc. & cler.* & ſecundū prædicta concordabuntur opiniones in hoc diſcedentes, dum ſunt qui aſſerunt, ciuita-

Digitized by Google

ciuitatem poſſe dictam eleemoſynam reuocare, vt habeat locum, quando eleemoſyna fuit determinata per ſimplicem voluntariam diſpoſitionem, ſecus ſi per priuilegium, & modum contractus.

Contra modo priuilegia à Deo conceſſa Eccleſiæ ſtatuta laicorum dicentur iuxta diſtinctionem, de qua *ſupra*, ſi aliquid diſponeretur per ea obſtans auctoritati ligandi, & ſoluendi à peccatis, cum inter priuilegia à Deo Eccleſiæ conceſſa illud potiſſimũ enumeretur, ſcilicet *quodcunque ligaueris*, &c. Itẽ aliud de decimis, & primitijs: Item quod Eccleſia ſola res Eccleſiaſticas adminiſtret, & quod de ſpiritualibus ſola iudicet, & de alijs, de quibus *in cap. 18. Matth. Quodcunque*, & Ioan. *c. 20. accipite Spiritum ſanctum, c. quodcunque, 24. qu. 1. c. ſolitæ, ante fin. de maiorit. & obed. & in cap. 22. & 23.* Exod. & Leuit. *c. vlt. in can. veſtimini, 16. quæſt. 1. in c. à nobis, de decim. in can. tua, & in can. ſi Imperator, cum plur. præcedent. & ſeqq. 96. diſtinct. & in aliis locis tam ex veteri, quam nouo teſtamento.*

Contra priuilegia, & prærogatiuas à Papa ad fauorem Eccleſiarum emanata ſtatuta iudicabuntur, ſi aduerſabuntur priuilegio, *ſi quis ſuadente, 17. quæſt. 4.* in quo prohibetur iniectio manus violentæ in perſonas Eccleſiaſticas ſub pœnis, & cenſuris, de quibus in eo; Item ſi contrariarentur text. *in c. relatum, & in c. cum eſſes, de teſtament.* in eo, quod priuilegiata eſt pia cauſa, vt etiam ob eius fauorem teſtamentum cum duobus teſtib. ſufficiat, & in multis alijs diſpoſitis, & ordinatis à ſummo Pontifice ad fauorem, & priuilegium Eccleſiaſticorum.

Tandem contra priuilegia ab Imperatore Eccleſiæ, & Eccleſiaſticis conceſſa erunt ſtatuta, ſi repugnabunt immunitatibus, ab eodem Imperatore tam Eccleſiis, quam Eccleſiaſticis perſonis conceſſis, de quibus inter cæteras, *in l. placet, & in l. illud, & in l. 2. cum pluribus aliis, C. de Epiſc. & cleric. & in titul. de pac. Conſtant. ver. hoc quidem res, vel noſter acceſſor*, & per Ioan. Andr. *in c. fin. n. 2. de immunit. Eccleſ. lib. 6.* & per Card. *in conſ. 144. incip. ſtatuit ciuitas, nu. 3. verſ. ſecus dicit.*

Et quod dictum eſt † de libertate, & immunitate Eccleſiæ, intellige tam de Eccleſia vniuerſali, quam de qualibet ſingulari, 89
quia cum vniuerſalis Eccleſia ſit vnũ corpus, cuius membra ſunt aliæ Eccleſiæ ſingulares, *cap. ſignificaſti, de elect.* impediendo Eccleſiæ ſingularis libertatem, dicetur Eccleſiæ vniuerſalis in ſuis membris libertatem impedire, vnde ſcribitur, quod qui facit iniuriam vni Eccleſiæ, totam Dei Eccleſiam offendit, ſicut etiam in vno clerico, qui coram iudice ſeculari conuenitur, omnis ordo clericorum, & immunitas illorum alteratur, *cap. ſi diligenti, de for. competen.* ſicut ex læſione vnius Epiſcopi omnis Eccleſia læditur, eſto quod non lædantur omnes Epiſcopi, vt *in cap. olim, de iniur.* Lap. *d. alleg. 92. numer. 6.* Felyn. *in d. cap. Eccleſia ſancta Maria, numer. 69. verſ. ſed quod coniungi*, ponens exemplum, ſi extaret ſtatutum laicorum, quod non reddatur ius tale Prælato contra ſuos debitores, & dicit, quod tale ſtatutum dicetur contra libertatem Eccleſiæ, etiamſi vnum tantum Prælatum comprehendat, prout etiam impediretur libertas Eccleſiaſtica, etiamſi ab vna tantum Eccleſia collectæ exigerentur, idem ſenſit Card. *in d. repet. c. perpendimus, in 4. & 5. quæſt. verſ. ex prædictis conclud. de ſent. excommunic.* Salic. *in dict. authent. caſſa, in 2. quæſt.* Dec. *in dict. cap. Eccleſia ſancta Maria, nu. 12.* Barbat. *in conſ. 23. col. pen. lib. 3. & conſ. 31. in princ. lib. 5.*

Quod intellige, quando † præiudicatur 90
Eccleſiæ ſingulari de his, quæ competunt ei de iure vniuerſali & communi cum alijs Eccleſiis, ſecus quando præiudicatur Ec-

Digitized by Google

cleſiæ ſingulari in his, quæ ex iure ſingulari, & conceſſione, aut priuilegio particulari eidem fuerunt conceſſa per ea, quæ expreſſe voluit Innoc. *in d.c. nouerit, nu.3.* vbi dixit, quod ſi quis venerit contra priuilegia data ſingularibus Eccleſiis, non credit, quod incidat in canonem, & quia non dicitur facere contra libertatem Eccleſiaſticam, licet faciat contra libertatem huius Eccleſiæ, vel illius ſingularis, quod dictum Innoc. cõmuniter eſſe approbatum, quicquid alij in contrarium dixerint, teſtatur Barbat. *d. conſil.23. col. pen.* prout idem tenuit *in d. conſil.31. in princ.* Anchar. *in conſ.12. n.3.* Lap. *d. alleg.92. n. 6.* ibi, *vnius ſcilicet Eccleſiæ circa id, quod competit omnibus*, & ante eos idem voluit Card. *in d.c. perpendimus, verſic. examinanda eſt, 2. quæſt. de ſent. excom.*

91 Quod ego tamen † ſublimitarem, vel ſubdeclararem, ſi aliter quam ſtatuendo, & diſponendo laici venirent contra ius ſingularis Eccleſiæ, aliâs ſi per modum ſtatuti, aut legis, quamuis de iure particularis Eccleſiæ diſponerent, cõtra tamen Eccleſiæ libertatem facere, & in pœnas, ſi admoniti non deſiſterent, incidere arbitrarer, tum quia laicis eſt omnino prohibitũ, poſſe per modum auctoritatis aliquid contra Eccleſiaſtica diſponere, & ordinare, vt *in d. can. bene quidem, 96. diſtinct. d. cap. cum laicis, de rebus Eccleſ. alienan. cap. decernimus, de iudic. dict. cap. Eccleſia ſancta Maria, de conſtitut. cum aliis, de quibus ſupra*, tum quia hoc, vt ſcilicet Eccleſiaſtici, & Eccleſiæ ſint immunes à iuriſdictione laicorum, & ipſorum ordinibus, ipſis competit ex iure vniuerſali tangente vniuerſalem Eccleſiam, & totum ordinem clericalem, *vt in dictis iuribus modo citatis*, & hinc dicebat Anch. *in d. conſil.12. num.3.* quod licet rem Eccleſię, ſeu conceſſam per principem, aut regem auferre Eccleſiæ ſingulari, non ſit facere contra Eccleſiaſticam libertatem ſecundũ Innoc. *in d. cap. nouerit*, tamen ſtatuere ſuper illis, vel auferendis, vel non libere vtendis, eſt contra Eccleſiaſticam libertatem, quia vt dicebamus, eſt contra immunitatem ipſius, & quomodocunque violatur immunitas, libertas violari neceſſe eſt, vt per Felyn. *in d. c. Eccleſia ſancta Mariæ, nu. 69. verſ. ſecundo decidit*, & Lap. *d. alleg.92. nu. 3.* dicit, quod eo ipſo ſit contra libertatem Eccleſiæ, quo ſit contra eius immunitates, & contra immunitates fieri dicitur, ſi per laicos ſtatuatur de rebus, perſonis, vel iuribus ſuis, à quibus laici ſunt prohibiti, & ſolum Prælatis Eccleſiæ eſt conceſſum.

Vel etiam dicas, quod † ad incurrendam pœnam canonis, de quo *in d. cap. nouerit, & aliis ſimilibus*, requiritur, quod ius, ſiue priuilegium, contra quod ſtatuitur, ſit vniuerſalis Eccleſiæ, non autem ſingularis, vt dixit Innoc. & illum ſequent. Si autem ageretur de ſtatuto laicorum cõcernente rem particularem Parrochialis Eccleſiæ, habebit locum ſola pœna nullitatis ſtatuti, tanquam facti contra immunitatem clericis à iuriſdictione, & ordinibus laicalibus tributam à iure, ità diſtinxit Salicet. *in d. authent. caſſa, numer. 2. in fin.* vbi rationem adducit, videlicet quia quando priuilegia vniuerſalis Eccleſiæ violantur, delictum cenſetur grauius, ideo grauius punitur, ſecundum *l. ſancimus, C. de pæn. l. clerici, C. de Epiſcop. & cleric. c. ſicut dignum, de homicid.* 92

Sed ex ſupra per me conſideratis de hoc valde dubito, quia licet non violetur ius vniuerſalis Eccleſiæ in eo, in quo ſtatuta rẽ particularem ſingularis Eccleſiæ tangunt, violaretur tamen, vt ſupra dicebamus in eo, in quo laici de re Eccleſiaſtica, & ſpirituali, licet particularis Eccleſię, diſponerẽt, & ſtatuerent contra immunitatem vniuerſaliter, & de iure vniuerſali omnibus Eccleſiis conceſſam, ideo cogita.

Tertio

Digitized by Google

93 Tertio amplia, vt procedat † concluſio
etiam quoad bona patrimonialia clerico-
rum, quæ quid ſit in alijs, in hoc gaudent
priuilegio bonorum Eccleſiaſticorum, ne
ſcilicet ſubiaceant ſtatutis laicorum, ne ad
ea ſtatuta porrigātur, quia cum à pari pro-
94 cedant † forum ſortiri, & ſtatutis ligari,
Doct. *in l. fin. ff. de iuriſdict. omn. iud.* vbi præ-
cipue Dec. *in fin.* Alex. *conſil. 210. lib. 2.* Boer.
deciſ. 12. numer. 14. Innoc. *in rubr. de conſtitut.*
vbi etiam Anton. de Butr. *verſic. vnam re-
gulam habetis*, ſicut talia bona non ſubia-
95 cent, nec † ſunt de foro laicali, Dec. *in ca-
pit. Eccleſia ſanctæ Mariæ, numer. 66.* Rolan.
à Vall. *conſil. 23. num. 13. libr. 2.* notatur *in c.
ſi clericus laicum, & in c. ſane*, vbi Socin. &
alij *de foro competen.* Abb. *in d. c. Eccleſia ſan-
ctæ Mariæ, numer. 21.* ita nec laicalibus con-
ſututionibus ligabuntur, prout hoc mo-
do argumentatus eſt Dec. *vbi ſupra nu. 176.*
& ibi Abb. *num. 21. & numer. 22.* teſtatur,
quod ita ſeruatur in curia; & illum referen-
do ſequitur Felyn. *in eodem cap. num. 9. verſ.
& de hoc eſt gloſſ. in c. fin. de vit. & honeſt. cle-
ric. in verb. ſuis facultatibus, & in d. cap. Eccle-
ſia ſanctæ Mariæ, in verb. perſonis Eccleſiaſticis.*
& hoc idem ſimiliter infert Roch. de Curt.
in ſuo tractat. de ſtatut. ſect. 8. quæſt. 11. num. 56.
per not. *in dict. cap. fin.* vbi præcipue Abb.
de vita & honeſt. cleric. & inquit, quod iſte
eſt vnus de caſibus, in quibus clerici ha-
bēt priuilegium in patrimonialibus, & fa-
ciunt not. per Abb. & alios *in d. c. ſi clericus
laicum, de for. compet.* & idem tenuit Ant. de
Butr. *in d. c. fin. n. 3. de vit. & honeſt. cler.* vbi e-
tiam Imol. *num. 2.*

96 Quarto amplia, vt ideo † multo magis
procedat concluſio, quoad bona, ad quæ
clericus fuerit ordinatus tanquam in ti-
tulum ſui patrimonij, nam illa indiſtincte
gaudent priuilegio Eccleſiæ, nec ſubiacēt
ſtatutis laicorum, ita Nauar. *conſ. 12. num. 1.
de cenſib.* & ita Dec. *in d. c. Eccleſia ſanctæ Ma-
riæ, nu. 70.* & per gloſſ. not. *in cap. Epiſcopus,
in gloſſ. fin. in fin. de præbend.* Bald. *in titul. de
pace Conſtant. gloſſ. 6. in princ. in verſ. ex his ap-
paret*, Felyn. *in d. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, nu-
mer. 10.*

Intellige, vt hoc procedat, quoad † fa- 97
uorem ipſius ordinati ad dicta bona, ſecus
ſi eſſemus in caſu, in quo eſſet damnoſum
clerico, quod dicta bona reputarentur
Eccleſiaſtica, puta reſpectu teſtandi, vel a-
lienandi, nam tunc non obſtante intitula-
tione poterunt huiuſmodi bona alienari,
tam inter viuos, quam in vltima volunta-
te, argumento regulæ, *quod ob gratiam, de
reg. iur. in 6.* Dec. *in d. cap. Eccleſia ſanctæ Ma-
riæ, numer. 71.* vbi etiam Felyn. *numer. 10.* &
faciunt not. per Bartol. *in l. 3. §. ſi emancipa-
tus, ff. de contr. tab.* & Bal. *in l. ſi Ruffinus, C. de
teſtament. milit.* & Anton. de Butr. *in cap. fin.
de for. competen.* cum concor. in quibus di-
citur, quod priuilegium datum alicui, vt
habeatur pro ciue, intelligitur præterquā
in onerosis, & quoad illud, quod dicta bo-
na poſſint alienari per clericum ad ea ordi-
natum teſtatur Abb. *in cap. tuis, in fin. de præ-
ben.* hanc eſſe veriorem opinionem, quam
etiam tenuit Innoc. *in cap. cum Epiſcopus, de
præben.* licet in eodem loco Abb. opinio-
nem tenentem dicta bona non poſſe alie-
nari abſque ſaltem conſenſu Epiſcopi, ap-
pellet benigniorem, & æquiorem, ne men-
dicent clerici in opprobrium cleri, fatetur
tamen, quod ſi ordinatus ad titulum pa-
trimonij conſequeretur beneficium, lici-
te poterit diſponere de patrimonio, prout
voluerit, quia hoc caſu ceſſat ratio, ob quā
prohibetur patrimonium alienari poſſe,
ex quo ſcilicet vnde viuat habet, cum
quo concordat hodie † ſacrum concilium 98
Tridentinum, *ſeſſ. 21. c. 2.* vbi prohibet, hu-
iuſmodi patrimonium ſine licentia Epi-
ſcopi alienari, aut extingui, vel remitti poſ-
ſe, donec beneficium Eccleſiaſticum ſuffi-

 ciens

ciens ſint adepti ordinati, vel aliunde habeant, vnde viuere poſſint.

99 Sub amplia, quod etiamſi † clericus vellet pro bonis Eccleſiaſticis, & ſuis, vt ſupra in titulum conceſſis ſponte ad formam ſtatuti impoſitionem ſoluere, non poſſet tamē ſine peccato, nec communitas deberet recipere, quia hoc priuilegiū eſt inductū in fauorē totius cleri, prout in dubio præſumitur, & ideo illi renuntiari non poteſt, vt *in capit. ſi diligenti, de for. competen. cum aliis ſimilibus*, vt habetur *in capit. exigit, de cenſ. libr. 6.* & per Nauarr. *dict. conſil. 12. de cenſib. numer. 2.* Petr. Duen. *reg. 100. num. 1.* Thom. Parpa. *in repet. l. placet, verſ. & teſtium, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Ægid. Thomat. *de collect. fol. mihi 114.* vbi concordando opiniones dicit hāc procedere in caſibus expreſſe prohibitis à lege, in quibus etiam ſpontanea ſolutio, & receptio prohibetur, ſi autem eſſet aliquis caſus, in quo ſpecialiter de iure teneretur Eccleſia onus ſuſtinere per indictionem collectæ, & auariæ, tunc ſolutio ſpontanea fieri poſſet, & illis receptio admitteretur tanquam facta ſecundum diſpoſitionem iuris, & permiſſionem, & faciunt ſequētes limitationes, & ad prædicta nota, quod dixit Euerard. *conſ. 42. n. 25. & ſeqq.* quod licet olim laici recipientes collectam à clericis etiam voluntarie ſoluētibus, pœnam excommunicationis incurrerent, hodie tamen non incurrunt, niſi duobus concurrentibus, ſcilicet quod ab inuitis petantur, & extorqueantur collectæ, & ꝙ moniti, vt deſiſtant, non obtēperent, & ſubijcit vnicam monitionē ſufficere, & extorqueri eo ipſo dici, quod præcedit laicorum petitio, & ſubſequitur ſolutio clericorum, ex quo vltimo dicto temperatur, quod prius minus iuſte dixerat, dum monitionē requirebat ad incurrendā excommunicationem in extorquentibus collectas à clericis, cum extorquentes nulla præcedente, aut interueniente monitione ſint excommunicati, tanquam grauantes immunitatem Eccleſiaſticam præcipue per *c. quanquam, de cenſib. in 6. & c. 1. de immunit. Eccleſ. eod. lib. 6.*

Primo limita ſupradictam † ampliatio- 100
nē, vt procedat, niſi ſuper dictis bonis fuiſſet appoſita conditio, & onus aliquod ad formam ſtatuti etiam ab initio, quādo peruenerunt in Eccleſiā, vt puta ſi fuiſſet facta donatio vel trāslatio in Eccleſiā de aliquibus bonis cum conditione tamen, ꝙ de illis ſoluerentur ſolitæ & ordinariæ auariæ, ac impoſitiones à ſtatuto ordinatæ, quia tunc ſicut Eccleſia acceptando dicta bona cenſetur acceptaſſe cū onere ſuo, prout tenetur, ita clericus & Eccleſia ſecundum dictam conditionē ſoluens, licite ſolueret, & communitas exigeret per *c. cum verum*, vbi notatur *de condit. appoſ.* & facit text. *in Clem. 1. de cenſ.* & ita Anchar. *conſ. 303. & conſ. 117. n. 1.* vbi reſpondet ad ea, quæ in contrariū facere poſſent, & conuenit ad prædicta, quia eſt naturæ conſonum, cum non recuſare onera, qui acceptat commoda, *d. Clem. 1. de cenſ.* & dixit lex, quod non eſt ferendus is, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem annexum contemnit, *l. 1. §. pro, 4. C. de cad. tollen.* poterat enim Eccleſia & clericus non acceptare dicta bona, ſed acceptando debet cōditiones adimplere, quia Eccleſia eſt cultrix & auctrix iuſtitiæ, nec debet voluntates diſponentium defraudare, iuxta not. *in c. 1. §. inde poteſt, de alien. feud. col. 10.* idē voluit Felyn. *in dict. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 77.* vbi dicit, quod hoc eſt adeo verum, quod ſi bona transferantur in Eccleſiam ſub conditione prædicta ſoluendi onera, & Eccleſia recuſet ſoluere, licet laico propria auctoritate illa capere per tex. *in d. c. verum, de condit. appoſ.* & per not. à Ioann. Andr. & Hoſtienſ. *in cap. verum, de for. compet.* & idem ſenſit Anchar. *vbi ſup. n. 2.* Bello.

conſ.

Digitized by Google

conſ.4. num.4. Duen. *d.reg.100.num 6.* Iaſ.*in*
l.placet,in 2.lect.in fin. C.de ſacroſanct. Eccleſ.
idẽ voluit Angel. *conſil.102.incip.pro deciſio-*
ne huius puncti præmitto, vbi dixit, quod de
iure,& ſalua conſcientia poterat quoddam
hoſpitale aſtringi, ad ſoluendum quaſdam
præſtationes per commune Florentiæ im-
poſitas, & decretas, antequam illa bona
tranſirent à laicis ad dictum hoſpitale, &
illum referendo etiam ſequitur Barbat.
conſil.1.col.10.in fin. lib.3. vbi late, idem cen-
ſuit Calder.*conſil.2.col.3. verſic.quædam ſunt*
munera mere realia, vbi dixit, *quod ſi ad Ec-*
cleſiam veniat poſſeſſio, ex qua debet præſtari
munus perſonale, ſeu militare, puta exercitum
vel hoſpitium, Eccleſia ad illud tenetur, iurib.
ibi, vſq; ad finem conſilii, ad quod conſi-
lium recurre in contingentia onerum im-
ponendorum bonis clericorum, & Eccle-
ſiæ,nam procedit per diſtinctionem,& de-
ciſionem multorum caſuum.

101 Secundo limita,niſi † ageretur de bonis
in caſu, quo poſt ordinationem laicorum
de ſoluendo per tantũ tempus auariã, ſiue
collectas,antequã eſſet cõpletum d. tẽpus,
d. bona à laicis tranſiiſſent in clericum, vel
in Eccleſiam,quia pro reſiduo temporis, vt
ſupra ordinato,antequam bona eſſent Ec-
cleſiæ, vel clerici, teneretur Eccleſia, vel
clericus iuxta ordinationem & ſtatutum
laicale, ad dictam auariam & collectas, ita
Felyn.*in d.cap. Eccleſia ſancta Mariæ.num.77.*
verſic. tertio nota, reddens rationem, quia
ſcilicet licet Eccleſiæ non poſſit imponi
collecta de nouo pro re in eam tranſlata,
tamen ſi iam fuit impoſita, tranſit ad Ec-
cleſiam cum onere illo,ſicut ad quemcun-
que ſucceſſorem, per *l.incola, ff ad municip.*
& idem ante Felyn. conſuluit Angel. *con*
ſil. 206. incip. inter ordinamenta, ea potiſſi-
mum ratione,quia bona dicuntur ex dicto
præcedenti ordine, ſiue ſtatuto laicali ob-
ligata ad dictam auariam, & bona obliga-
ta,ad quemcunque,aut qualeſcunque ma-
nus ambulent, vel decurrant quocunque
alienationis titulo inter viuos, aut in vlti-
ma voluntate,ſemper ambulant,& diſcur-
runt cum ſua cauſa, *l. alienatio, ff.de contra.*
hen.empt. l.ſi cum venerit, §.ſi fundus, ff.de pi-
gnor. act. l.ſi debitor, ff.de diſtract.pignor. l.de-
bitore, ff. de pignor. l.ſi prædium, C.de euict. &
ibidem dicit etiam procedere, ſi poſtquam
Eccleſia acquiſiuit, declaretur ſigillatim
portio cuiuſlibet poſſeſſionis,quia per hoc
non dicitur noua impoſitio,quod etiã pla-
cuit Felyn, vbi *ſupra* per text.*in l.heredes pa-*
lam, verſic.ſed ſi notum, ff.de teſtament. hanc
eandem limitationem ſequutus eſt Bello.
d. conſil.49.num.4. & Duen.*vbi ſupra,num.7.*
Ægid.Thomat.*de collect fol.mihi 146.verſic.*
ſupereſt, & hanc magis communem opi-
nionem teſtatur Burſat. *conſil.16.nu 11. cum*
ibi per eũ. lib.1. & hanc veriſſimam ſententiã
dicit Theſaur.*dec Ped.234.n.8.* quicquid in
cõtrarium dixerit Ruyn.*conſ.117.n.7. lib.4.*

Amplia limitationem, quod † imo ſi de 102
decurſo laicus tunc poſſeſſor, & dominus
non ſoluiſſet, poſſet illud ab Eccleſia mo-
do poſſidente exigi, ita Imol. *in cap. fin. nu-*
mer.16. de vita & honeſt.cleric. vbi Abb. *n.12.*
& Ant.de Butr.*nu 10.* Duen.*d.reg. 100. num.*
14 pro quo facit text. *in l.Imperatores ff.de*
public. vbi innuitur, quod quiſquis poſſeſ-
ſor eſt obligatus ad ſoluenda onera præte-
riti temporis, & antequam poſſeſſio per-
uenerit ad eum, cum hoc videatur onus
annexum rei, quod tranſit in quemcunq;
ſucceſſorem, arg.text. *in c.ex literis, de pign.*
idem tenuit Ægid.Thom.*vbi ſupra.fol.mihi*
117.verſ.quid ſi poſſeſſor, & ibi notat, ꝙ Eccle-
ſię tali caſu datur actio contra ſuũ auctorẽ.

Quinto amplia, vt † concluſio procedat 103
etiam in clerico ſcholare, qui non arctatur
ſtatutis, aut ordinationibus Rectoris laici,
cuius iuriſdictioni minime ſcholares cleri-
ci ſubſunt, Bart.*in l.fin.nu.13.ff.de colleg.illici-*

ris, vbi ſubiungit, quod non eſt nouum, quod inter vniuerſitatem ſcholarium aliqui ſint exempti, & priuilegiati, vt *in l. n. ff. ad municip.* vbi gloſſ. & hoc idem approbauit Decian. *d. tract. crim. lib. 4. c. 9. num. 65.* & Barbat. *in c. cæterum, num. 20. de iudic.*

104 Sexto amplia † principaliter concluſionem, vt procedat etiam quoad clericos in minoribus conſtitutos, qui, cum non ſint de foro ſeculari, nec ſtatutis laicorum ſubiiciuntur, vt Felyn. *in d. cap. Eccleſia ſancta Mariæ, num. 110.* vbi etiam Dec. *num. 19.* Rochus de Curte *d. ſect. 8. quæſt. 11. num. 54* Alexand. *conſil. 210. num. 1. & 2. lib. 2.* Bald. *in cap. cum veniſſent, colum. 4. de eo, qui mittit. in poſſeſſ.* & aliis, de quibus in ſequenti ſubampliatione.

105 Subamplia, † vt idem ſit, quoad clericos primæ tonſuræ, qui & ipſi veniunt appellatione clericorum, & veri clerici exiſtimantur, gaudentque priuilegiis laicalibus, & præcipue fori, prout hanc communem Canoniſtarum ſententiam dicit Mandoſ. *in 1. quæſt. reg. 24. de male promot.* & hoc notauit Dec. *in d. c. Eccleſia ſancta Maria, num. 21.* per gloſſ. *in cap. nullus, in verb. tonſura, de tempor. ordin. in 6* Hoſtienſ. *in cap. cum contingat, de ætat. & qualit.* Abb. *in in c. cum non ab homine, de iudic.* Couar. *practic. quæſt. cap. 31. num. 5. in fin. & ibidem, num. 9.* hanc communem & ab omnibus approbatam ſententiam appellat, ſicut eandem communem teſtatur *in eodem loco, cap. 32. num. 1.* & idem communiter Doctores notant *in cap. vnico, de cleric. coniugat. in 6. & in l. presbyteros, C. de Epiſcop. & cleric.* & ſicut illam etiam communem opinionem aſſirmat Gomez. *variar. reſolut. tom. 3. tit. quando res gaud. immunit. Eccleſ. num. 5.* & Farinac. *variarum quæſtionum lib. 1. tit. de inquiſit. quæſt. 8. numer. 5.* Barbat. *in conſil. 45. mandato, & iuſſu, nu. 2. vol. 2.* vbi plura Marſil. *conſil. 67. nu. 58. & ſeq.*

Intellige, vt procedat, † dummodo in 106
eis verificentur requiſita à ſacroſancto Concilio Tridentino *ſeſſ. 23. c. 6.* quo cauetur, quod clericus primæ tonſuræ, aut etiam minoribus ordinibus conſtitutus fori priuilegio non gaudeat, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut habitum, & tonſuram deferens alicui Eccleſię de mandato Epiſcopi inſeruiat, vel in ſeminario clericorum, aut in aliqua ſchola, vel vniuerſitate de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos verſetur, ſi autem prædictis carerent, nec in ciuilibus, nec in criminalibus fori beneficio, aut priuilegio iuxta dicti Concilii decreta gauderent, & ex eodem ſacro Concilio nota propter illam dictionem, aut quod ſi clericus haberet beneficiũ Eccleſiaſticum, etiamſi non incederet in habitu, & tonſura, verificabitur tamen in eo, & habebit locum priuilegium fori, quia Concilium nõ coniunctim, ſed diſiunctim beneficium, aut habitum, ac tonſuram requirit, prout hoc etiam tenuit Clar. *in d. quæſt. 36. ſub verſic. hac autem, in fin. & in verſ. regulariter autẽ*, & ita fuiſſe iudicatũ Mediolani teſtatur, prout etiam iudicatum Romę aſſirmat Farin. *d. q. 8. nu. 45* dummodo clericus necdum habeat titulũ beneficii, ſed etiam illius poſſeſſionem, & de illa conſtet, alias ſecus, ſicut etiam præſupponit idem ſacroſanctum Concilium *vbi ſupra*, in illis verbis, *niſi beneficium Eccleſiaſticum habeat*, nam habere beneficium, eſt, cum effectu illud poſſidetur, & quidem pacifice, iuxta not. *in cap. commiſſa, de elect. lib. 6* Abb. *in c. dudum, il 2. de elect. in 6 & in c. quia nonnulli, de cleric. non reſid. in vlt. not.* & Rebuff. *in § 1. in verb. habentem, de mandat. in concord.* & licet Farinac. *vbi ſupra, num. 5. verſic. limita hanc quartam ampliationem*, de mente Couar. *d. cap. 32. num. 1.* aſſerat clericos primæ tonſuræ de generali conſuetudine in criminalibus tantum, nõ autem

Digitized by Google

autem in ciuilibus fori priuilegio gaudere, tamen, ſi meam licet in hoc proferre ſententiam, arbitror, pace tãtorum virorum, haud tenendam eſſe illorum opinionem, tum quia talis conſuetudo non eſt vera, quia apud nos, & alibi clerici, qui vere ſecundum requiſita à ſacro Concilio Tridentino clerici ſunt, quamuis primæ tonſuræ, coram ſuo iudice Eccleſiaſtico conueniuntur ciuiliter, & puniuntur criminaliter indiſtinctè, tum etiam, quia talium
107 vere clericorum, quamuis † primæ tonſuræ exemptio à poteſtate, & iuriſdictione laicali eſt de iure diuino, ſecundum communem, & approbatam opinionem, de qua per eundẽ Farin. *in ſupra cit. loc. n. 2. verſ. limita ſecundo*, & idẽ Couar. *c. 31. n. 5. verſ. tertio illud eſt obſeruandũ*. contra ꝙ non decet cõſuetudinẽ allegare, vt nos *infra*. vnde quicquid poſſet dici de clericis primæ tonſuræ coniugatis, de quibus per Dd. *in d. c. vnic. de cleric. coniugat.* & per Couar. *d. c. 31. num. 7.* & per eundem Farinac. *ibid. num. 7.* & per nos *infra*, de his tamen clericis primæ tonſuræ, qui incedunt in habitu, & tonſura cum aliis, de quibus in Concilio Tridentino, & qui vere clerici ſunt, tenendum eſt, quod gaudent priuilegio fori, & quod debẽt coram eorum iudice, tam in ciuilibus, quam in criminalibus conueniri, reiecta quacunque conſuetudine, quæ, non obſtantibus, quæ diſtinguendo notauit idem Farinac. *vbi ſupra, num. 3. verſic. limitando*, de mente Couar. *d. c. 31. nu. 5. verſic. quamobrem*, & Clar. *§. fin. q. 36. verſic. ſed ea retenta.* in nullo caſu poterit verificari, niſi aut in illis clericis deſineret eſſe clericus, & priuilegio fori gaudere ex aliquo eius defectu, & contrauenientibus requiſitis à ſacris Canonibus, aut niſi ex permiſſu Summi Pontificis ius diuinum circa dictam immunitatem in hoc declarantis, aut ex ipſorum Canonum diſpoſitione dictis caſibus laicis hoc permitteretur, & tunc nõ ex cõſuetudinis virtute, ſed ex iuris permiſſione laici in clericos cognoſcere dicentur, alias eſſet nimis incongruum, vt ſolo vſu, qui iniquiſſimus abuſus dici potius deberet, iuxta text. *in c. fin. de rebus Eccl. non alie.* laici ſuper clericos propria aliqua ipſorum ſuperioritate intuitu conſuetudinis in aliquo caſu intendere vellent, dum ab eorum auctoritate, & iuriſdictione præterquam in caſibus ab eodem iure permiſſis, ex omni iure tum humano, tum diuino penitus eximuntur; Nec ſuffragatur, quod prædicti Dd. præſupponũt conſuetudinem, de qua per eos, non eſſe mere laicorum, ſed mixtam etiam clericorum, quia mixta conſuetudo poterit operari in aliquibus, vt *infra*, ſed in ſubiiciendo clericos laicorum poteſtati nequaquam, quia clericis eſt prohibitum, etiam volentibus expreſſe in laicorum iuriſdictionem conſentire, *cap. cum non ab homine, & c. at ſi clerici, de iudic. c. ſi diligenti, de foro compet.* vbi ſcribentes: ideo multo magis tacite, iuxta not. *in l. de quibus, ff. de legib. & in l. cum quid, ff. ſi cert. pet at. cum ſimilib.* & iſta conſuetudo reducit caſum, ac ſi de eodem fuiſſet idem prouiſum per legem ſecularem, & per legem Eccleſiaſticam, vnde eueniente aliquo caſu mixtę conſuetudinis clericorum, dicentur in eo arctari ex conſuetudine, aut lege laicali, quæ in nullo caſu, & nullo pacto contra illos poteſt operari, ſed ideo tenebuntur tali caſui obedire, & ſubiicientur, quia, vt dicebamus, mixta conſuetudo pręſupponit, ac ſi de eodem adeſſet lex, & Eccleſiaſtica, & laicalis, & virtute, ac vigore Eccleſiaſticæ diſpoſitionis obediẽt, non autem laicalis: Et hanc partem, quod clerici primæ tonſuræ conueniri nequeãt tam in ciuilibus, quã in criminalib. coram quocunq; ſuperiore laico, ſed ꝙ debeãt vocari coram eorũ iudice Eccleſiaſtico tenuit, & eoẽm dixit Vill. *cõ. op. in ver. clerici à poteſtate.*

Et

Et quia quod de priuatione priuilegii fori dictum eſt, quando clericus non incedit in habitu, & tonſura, Farinac. *vbi ſupra, num. 60.* & Couarru. *loco cit. num. 1.* & alii, de ** quibus ibi per eos, qui de communi, & magis communi teſtantur, intelligant, dummodo trina monitio præceſſerit, quicquid poſſet dici de iſta eorum ſententia de iure communi per *cap. in audientia, & c. contin-*
108 *git, de ſenten excommun.* poſt † tamen Concilium Tridentinum dictas trinas monitiones minime requiri arbitror, nam ſacrum Concilium indiſtincte nullis requiſitis, aut præſuppoſitis monitionibus non incedentes in habitu, & tonſura, priuat fori priuilegio, & illius cōſtitutio, cum ne dū ſit ſynodalis, ſed ſynodalis Tridentina, id eſt, vniuerſalis iam diu nota, & publicata inter Chriſti fideles, alias non deſiderat monitiones, iuxta notata per eoſdem Clar. Farinac. & alios ibi per eos, qui teſtantur * communiter Dd. tenere, quod monitio
109 non † requiritur, quando de prædictis extaret conſtitutio, & hinc dixit Clarus *d. quæſt. 36. verſic. hæc autem,* quod indiſtincte, abſque alia monitione, ſi clerici non habentes beneficium, nec in ſacris conſtituti non incedant in habitu, & tonſura, puniuntur à iudice ſeculari, & eodem modo, ni fallor, debent etiam intelligi ea, quæ dixit Roland. à Valle *conſil. 4. num 28. lib. 1.* & idem Farinac. cum aliis per ipſum allegatis *vbi ſupra, num. 64. & ſeq.* quod ſcilicet, etiamſi clericus vtatur tantummodo habitu, & non tonſura, vel altero ipſorum, ſufficiat, vt poſſit priuilegio fori gaudere, vt
110 hoc ſcilicet † procedat forſan de iure communi, ſecus poſt Concilium Tridentinum, quod omnino requirit delationem habitus, & tonſuræ coniunctim. Bene ve-
111 rum eſt, † quod non quælibet omiſſio delationis habitus, & tonſuræ, priuabit clericum priuilegio fori, ſed requiritur multa perſeuerantia, & tanta, vel quod contrarius animus in ea diſcernatur, vel quod publice exiſtimetur laicus, vt per eundem Farinac. *vbi ſupra num. 68.* & faciunt alleg. *in deciſ. 104. Capella Toloſan.* in qua fuit clericus remiſſus à iudice ſeculari ad iudicem Eccleſiaſticum, non obſtante, quod opponeretur, quod tempore capturæ erat carens tonſura, quia replicatum fuit per iudicem Eccleſiaſticum, quod hoc euenit ex accidenti propter infirmitatem, cum ante, & poſt eſſet ſolitus illam gerere, quod & approbauit Decian. *d. ſuo tract. crimin. lib. 4. cap. 9. num. 109.* vbi voluit, quod tunc clericus, ſi incedat in habitu laicali, dicatur priuatus fori, & exemptionis priuilegio, niſi aliqua fuerit iuſta cauſa, vel neceſſitate coactus ad mutandum habitum, & ad vtendum habitu laicali, per text. cum gloſſ. *in c. clerici, de vita, & honeſt. cleric. in clem. fin.* vbi gloſſ. *in verb. rationabilis,* vbi etiam Imol. *eodem tit.* gloſſ. *in c. 2. in verb. temere* per illum text. *ne clericus vel monachus,* gloſſ. *in c. nullus, 21. quæſt. 4.* Ideo ſi clericus propter paupertatem portaret veſtes laicales, vel vteretur veſtibus coloratis, excuſaretur, vt per Imol. & alios *in d. clem. fin. de vita, & honeſt. cleric.* Ideo † hoc ex arbitrio boni iudicis iudicandum relinquerem, qui etiam in diiudicando habitu conuenienti, vel non, in clericis debebit ponderare potiſſimum conſuetudinem loci, quæ attendenda eſt in his, vt per Fulgoſ. *conſil 24. in 1. dub.* & Abb. *in cap. transmiſſam, de elect. col. 2.* Rebuff. *in tract. de priuil. ſcholar. priuil 94.* & Decian. *vbi ſupra, num. 97. & duobus ſeqq.* 112

Amplia ſubampliationem, vt † verificetur etiam in clericis primæ tonſuræ coniugatis, qui non dicuntur de foro laicali, & per conſequens laicorum ſtatutis non ſubiiciuntur, ita habetur *in d. c. vnic. de cleric. coniugat. in 6.* Couar. *d. c. 31. nu. 5. verſic. tertio illud, & verſic. hinc,* Clar. *in d. quæſt. 36. verſic,* 113

quæro

Digitized by Google

quaero an clericus coniugatus, vbi teſtatur de communi Capr.*concluſ.97.num.85*.Farinac. *d.quaeſt.8.num.6.*

114 Limita ampliationem,vt † procedat ſolummodo quoad cauſas criminales, non autem quoad ciuiles, quia in his ſubiacent iuriſdictioni laicali, etiamſi tonſuram, & veſtes deferant clericales, ita Couar. *d. c.31. num.7.* vbi teſtatur hanc communem opinionem, à qua licet nonnulli diſcedere auſi ſint, tenentes text.*in d.c.vnic.* eximere clericos coniugatos à iuriſdictione laicali etiam in ciuilibus propter illa verba, *trahi non poſſe criminaliter, aut ciuiliter ad iudicium ſeculare*, tamen praedicti quaſi mutilãtes ipſum textum contra ipſius apertam diſpoſitionem inſurgentes communiter reprobantur: inquit enim text. pro commiſſis à clericis coniugatis exceſſibus, vel delictis illos trahi non poſſe criminaliter, aut ciuiliter ad iudicium ſeculare, & ſic prohibet, quod quando agitur de delictis, & exceſſibus clericorum coniugatorum, ſiue ex eis agatur criminaliter, ſiue ciuiliter ad iudicium ſeculare minime trahi poſſunt, non autem diſponit textus, quod ſi extra delicta, & exceſſus agatur contra clericos coniugatos, ciuiliter non poſſunt coram iudice ſeculari conueniri, imò textus ipſe, exceptis illis duobus particularibus priuilegiis, de quibus in eo, Canonis ſcilicet, & pro commiſſis ab eis exceſſibus, ſiue delictis, ſtatuit illos priuilegio clericali minime gaudere, prout ita communiter dictum text. intelligi teſtatur idem Couarru. *vbi ſupra, num.7.* & ita illum etiam intelligit Clar. *d. quaeſt.36. verſic. quaero an clericus coniugatus*, & Capr. *ſupradicta concluſ. 97. num. 85.* & Farinac. *d. quaeſt.8. num. 7.*

Secundo limita, vt nõ procedat ampliatio, † niſi in clerico coniugato, qui cum vnica, & quidem virgine contraxit, & tonſuram, & veſtes deferat clericales iuxta diſpoſita *in d.c.vnic.* & per Capr. *vbi ſupra, n.84.* vbi diſtinguendo dixit, quod ſi clericus contraxit cum vidua, licet deferat habitum, & tonſuram, non tamen gaudet priuilegio clericali, ſicut ſi contraxit cum virgine, non tamen incedit in habitu, & tonſura, quia nec tunc priuilegio clericali fruetur, prout etiam ſiquidem contraxit cum virgine, & in habitu clericali etiam incedet, ſed non tamen in tonſura, vel econtra, quia in effectu ad hoc, vt gaudeat priuilegio clericali, etiam quoad ea, de quibus *in d.cap.vnic.* requiruntur illa tria copulatiue, quod ſcilicet contraxerit cum virgine, & quod incedat in habitu, & tonſura, vt in dicto textu, hinc dicebat Couarru. *vbi ſupra, num.7. verſic.tertio, vt locus ſit*, quod ad effectum, vt locus ſit conſtitutioni de clericis coniugatis, de qua *in d. cap. vnic.* tria ſunt ab eiſdem clericis probanda. Primo, ꝙ tonſuram. Secundo, quod & veſtes detulerint clericales. Tertio, ſe cum vnica, & virgine contraxiſſe, quod fuit ante eum deciſum in Rota, vt conſtat ex *deciſ.3.de ſentent. excommunic. in nou.* & idem ſenſit Mil. *in repertor. verſic. clericus coniugatus*, & Dominic. ac Franc. *in cap. ſi iudex, §.1.de ſentent. excommunic. in 6.* & licet Ripa *in repetit. cap. decernimus, col. 21. verſic. vndecimo dubitatur, de iud* reprehendit, quod ſupra dictum eſt, in quantum, quod clericus coniugatus debet probare, ſe contraxiſſe cum virgine, quia ipſe dicit, quod hoc videtur durum, quia praeſumitur virgo, niſi probetur oppoſitum ſecundum Abb. *in cap. 1. num.5. de adulter.* Bertrand. *conſil. 135. & conſil. 157. lib. 2.* tamen non eſt recedendum à ſupradictis, quia ex quo eſt fundamentum intentionis allegantis, ſe contraxiſſe cum virgine, debet non praeſumptiue, ſed concludenter ſecundum ſubiectam materiam ſuam intentionem facere apparere, alias ſuccumbit, iuxta notata *in l. qui accuſare, C. de edend.*

115

Digitized by Google

Lei, qui dicit, ff. de probat. tum etiam, quia admittitur allegatio virginitatis, ac illius præſumptio, quando allegatur ab ipſa muliere, quæ ideo ſubleuatur ab onere illam probandi, & cui præſumptiue creditur, cum ipſa certo ſciat, an ſit virgo, necne, ſecus quando allegatur à tertio, quia tunc non admittitur, quia de ea talis tertius certus non eſt, nec eſſe poteſt, nec ideo quoad ipſum operatur præſumptio naturalis, ita Crauet. *d. conſil. 176. num. 5. verſic. et ſi dicatur, allegata fuit virginitas*, vel etiam dicas, & melius, quod licet clericus coniugatus teneatur hoc tertium requiſitum probare, nempe cum virgine contraxiſſe, tamen in eo nō ita exigetur præciſa probatio, prout animaduertit Couar. *d. cap. 31. num. 7. verſic. tertio, vt locus ſit.* limitationem ſequutus eſt etiam Clar. Couar. & Farinac. late *in ſupra citatis locis*, in quibus reperies, quiſnam di-
116 catur † clericus coniugatus, & quinam dicatur habitus clericalis, & quinam iudex debeat cognoſcere de huiuſmodi habitu clericali, an ſcilicet laicus, an vero Eccleſiaſticus, & quid de clerico coniugato immiſcente ſe negotiationibus, & armis, & quid ſi fuerit controuerſia, an clericus clericale priuilegium amiſerit, & quid interim ſit agendum per iudicem laicum, quando per iudicem Eccleſiaſticum cognoſcetur de priuilegio, & habitu clericali, & an ad talem cognitionem debeat vocari, & citari iudex laicus, & quid ſi notorium, & ſtatim ad oculum poteſt apparere de nō habitu, & non tonſura, ad quos adde etiam Dominum Ioſephum fratrem meum *de probat. lib. 2. concluſ. 689. & concluſ. 961. & concluſ. 302. lib. 1.* & Fulgoſ. *conſil 123. præſup poſitis ſtatutis, num. 1.* quo in loco etiam voluit, quod etiam ſi extaret conſuetudo generalis in contrarium, quod ſcilicet clerici coniugati ex veſtibus, & tonſura non incedant, non tamen eis prodeſſet, niſi forte proponeretur etiam generalem conſuetudinem eſſe, vt clerici coniugati quoad forum priuilegio gauderent clericali, quāuis veſtibus, & torſura forſan non vterentur, tunc enim fatetur, quod conſuetudo talis ipſos clericos coniugatos non incedentes in veſtibus, & tonſura tueretur per iura per eum ibi allegata, & omnibus ſupra adductis adde Decian. *d. ſuo tract. crimin. lib. 4. cap 9.* vbi late de habitu, & de incidentibus circa illam.

Tertio limita, † prout ſupra etiam annuimus, quod licet clerici coniugati gaudeant, ſicut alii clerici in ſacris ordinibus conſtituti, priuilegio fori in criminalibus, ac etiam Canone, *ſi quis ſuadente*, tamen his duobus priuilegiis exceptis in cæteris eos gaudere nolumus priuilegio clericali, ſcriptum reliquit Bonifacius VIII. *in d. c. vnic. de cleric. coniug. lib. 6* & laicos quoad reliqua cenſeri dixit Couar. *d. c. 31. num. 9.* per gloſſ. communiter acceptam *in d. cap. vnic. in verb. cæteris.* Vnde infert, quod talibus etiam cum vnica, & virgine coniugatis, & qui veſtibus, & tonſura vtuntur, negatur priuilegium immunitatis, quoad gabellas, munera ſecularia, indictiones, collectas, alia quæuis regalia obſequia cenſuum, & his ſimilia, quæ ſubire tenentur, ſicut ſubeunt, & præſtant omnino laici, prout idem Couarru. *ibid.* hanc eſſe communem, & ab omnibus approbatam opinionem teſtatur *in cap. ex parte, de cleric. coniugat.* & illam etiam communem affirmat Farinac. *vbi ſupra. num. 9.* & ſequitur Capr. *d. concluſ. 97. num. 85.* 117

Septimo amplia concluſionem, vt procedat † etiam quoad clericum depoſitum 118
pro delicto, puta pro homicidio, quia ſicut non perdit priuilegium fori, ita non poterit alligari ſtatutis laicorum, donec degradetur, ſi degradādus erit, ita declarat Abb. *in c. non poteſt, de re iud. in cap. tua, in vlt. not. de pæn.*

de pœn. & *in cap. cum non ab homine*, vbi Dec. *num. 6. de iud.* quos etiam referendo ſequitur Decian. *in d. ſuo tract. crimin. lib. 4. cap. 9. num. 19.*

119 Octauo amplia † idem eſſe de eo, qui licet ſit ingreſſus religionem, eſt tamen adhuc in anno profeſſionis, quia, quicquid ſit quoad reliqua, quoad tamen iuriſdictionem cenſetur etiam intra illũ annum perſona Eccleſiaſtica, ita aperte Iaſ. *in d. l. cum quaedam puella, num. 13. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* quod prius dicit fuiſſe de mente Angel. *in l. 1. ff. de pœn.* per text. quem appellat optimũ *in l. ſtatuliber. ff. de quaſt.* & illos nouiſſime ſequitur Decian. *vbi ſupra, num. 24.*

120 Nono amplia, vt † eadem habeant locum in illis, qui inſeruiunt Eccleſiæ, & ſe obligarunt eius ſeruitio, animo, vt fierent poſtea clerici, nam etiamſi vere in ordine aliquo Eccleſiaſtico non exiſtant, tamen tanquam de Eccleſiaſticis, quoad iuriſdictionem, iudicandum erit, ſtante, quod hoc pacto dicuntur aſtricti ſeruitio Eccleſiæ, ſicut in ſimili de oblatis proxime dicemus, ita gloſſ. *2. in cap. 2. de foro competen.* vbi etiam Abb. *num 5* & ibi Barbat. *nu. 29.* quod eſt intelligendum de vere aſtrictis, & deputatis Eccleſiæ ſeruitio, ita vt adueniente ætate promoueantur ad ordines, ſecus ſi ſolum intereſſent celebrationi diuinorum, nam licet etiam incederent in habitu, & tonſura, & viuerent inter clericos, non tamen gauderẽt priuilegio Eccleſiæ reſpectu immunitatis, & exemptionis illorum perſonæ, ita Abb. *vbi ſupra*, & ſequitur Decian. *loco ſupra citato, num. 27.* quod nota pro ſeminariſtis illis, qui licet ſint in habitu, & tonſuram gerant, & viuant in ſeminario, & aliquando aſſiſtant in ſeruitio Eccleſiæ, tamen quia non ſunt eidem ſeruitio aſtricti, omnino non erunt, prout alii clerici ordinati, à iuriſdictione laicorum exempti, ex prædictis iuribus.

121 Decimo amplia, † vt concluſio procedat etiam in oblatis, qui ſe, & ſua obtulerunt religioni, nam, & hi perſonę Eccleſiaſticæ dicuntur, & priuilegio Eccleſiaſtico gaudent cum bonis per ipſos oblatis, quia per oblationem pure factam de ſe ipſis dicuntur tranſiſſe in poteſtatem Eccleſiæ, ita vt quaſi Eccleſię ſint, & per quandam conſequentiam dominium, & poſſeſſionem illorum bonorum in Eccleſiam tranſtuliſſe cenſentur, ita Abb. *in conſil. 53. ſcienter, & concluſiue procedam, num. 1. & 2.* vbi etiam *num. 3.* ſubiungit, quod iſta nullam habent difficultatem, aut dubietatem, idem tenuit Grammat. *conſil. ciuil. 102. nu. 7.* Duen. *d. reg. 100. num. 4.*

122 Intellige, † vt procedat ampliatio in tali oblato, qui mutato habitu differẽti ab habitu ſeculari in totum ſe tranſtulit religioni renunciando ſeculo, ita Bald. *in authent. ingreſſi, nu. 24. C. de ſacroſ. Eccl.* ſecus ſi habitum ſecularem retinuerit, quia tunc remanet ſuppoſitus foro ſeculari, & per conſequens ſtatutis, ita fuit deciſum in Capella Toloſan. *deciſ. 8.* vbi lata additio, & idem tenuit Clar. *in pract. crimin. §. fin. quaſt. 35. verſic. ſed pone, quod aliquis*, facit text. *in cap. fin. de ſepul. in 6. & in cap. per exemptionem, de priuileg. in 6.* Grammatic. *d. conſil. 102. num. 14. & 16.*

123 Vndecimo amplia, † vt idem ſit quoad equites, ſiue fratres Hieroſolymitanos ſancti Ioannis, quia & ipſi religioſi, & Eccleſiaſticæ perſonæ dicuntur, & ſunt de foro Eccleſiaſtico, nec ſubiacent per conſequens ordinationibus laicorum, *c. quiſquis*, & ibi gloſſ. *17. quaſt. 4.* quã ad hoc notat Gemin. *in c. 2. §. laici, verſic. quæro qua dicuntur perſona Eccleſiaſtica, de rebus Eccleſ. non alien. in 6.* facit text. *in c. quia coniungit, §. penult.* & ibi gloſſ. *in verb. militiarum, de religioſ. domib. & in cap. ex parte, il 1. de decim.* vbi nominantur tanquam fratres, & connumerantur inter

F 2 perſo-

perſonas religioſas, gloſſ. *in cap. ſciant cuncti, in verb. Eccleſiaſticas, de elect. in 6.* Abb. *in cap. cum deputati, in 1. not. de iud.* Felyn. *in cap. 2. num. 8. verſic. item ſubdunt moderni, de foro compet* vbi expreſſe dicit, religionem ſancti Ioannis Hieroſolymitani ſine dubio eſſe de foro Eccleſiaſtico, dicens, modernos poſt Ioannem Monach. ita tenere, & facit, quia etiam in poſſeſſione illius ordinis
124 profitentur † caſtitatem, paupertatem, & obedientiam, vnde dicuntur regulares religioſi, quia iſta tria ſubſtantialia ſunt veræ, & regularis religionis, *cap. cum ad monaſterium, de ſtatu monachor. & can. reg.* Abb. *in rubr. de reg. num. 1.* Dec. *in d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, colum. 7. de conſtitut.* & apertius oſtenditur ex textu *in cap. canonica, de ſent. excommunic.* in quo Papa præſupponit, quod propter percuſſionem inter ipſos fratres incurrant ſententiam excom-
125 municationis, † quæ ſolum in Eccleſiaſticis habet locum, *vt in can. ſi quis ſuadente, 17. quæſt 4. cum ſimilib.* hanc eandem ſententiam tenuit Rota *deciſ. 591. num. 5. part. 1.* Nauar. *conſil. 21. num. 1. lib. 3. in tit. de regular.* Menoch. *conſil. 54. num 17. lib. 1.* & nouiſſime *in addit. ad tract de arbitr. iudic. lib. 2. c. 58. num. 16. & 17.* vbi teſtatur hanc opinionem veriorem, & receptam ſententiam, quicquid dixerit Afflict. *in cap. 1. §. qui clericus, num. 9 ſi de feud. ſuer. controuerſ. inter dom. & agnat. vaſal.*

126 XII. Amplia, vt † generaliter procedat in omnibus perſonis Eccleſiaſticis, vt dicit expreſſe text. *in d. cap Eccleſia ſanctæ Mariæ, ibi, ſuper Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis.* Perſonæ autem Eccleſiaſticæ illæ dicuntur, quæ gaudent priuilegio fori, de quibus per Doctores *in d. cap. 2. de foro competen.* gloſſ. *in can quiſquis, 17 quæſt 4. can vt l x, 17. quæſt. 2. can. duo ſunt, 12. quæſt. 1.* & Grammat. *d. conſil. 102. nu. 7.* vbi etiam loquitur de religioſis perſonis, vt ſunt monachi cuiuſcunq; ordinis approbati, & fratres, qui gaudent omnes priuilegiis clericalibus, & de conuerſis etiam, qui tamen aliquam profeſſionem fecerunt, vtputa obedientiæ, vel paupertatis, vel caſtitatis, Calderin. pulchre *in conſil. 30. incip. an conuerſi, ſub tit. de reg.* Crauet. *conſil. 303. num. 10.* Menoch. *in addit. vbi ſupra, caſ 58. num. 12.* & not. *in cap. parochianos, & in cap. ex tenore, & in cap. non dubium, de ſent. excommunic. & in cap. religioſa, eodem tit. in 6.* & in moniali potiſſimum hoc ſeruari teſtatur Lamberteng. *in ſuo tract. de contract. in verb. mulierum, nu. 58.* vbi etiam habebis, quid tenendum, ſi monialis nondum profeſſionem feciſſet, vel eſſet ſolum tertii ordinis ſancti Franciſci, & quid de hominibus viuentibus ſub regula tertii ordinis ſancti Franciſci, Rot. *deciſ. 591. num. 7. part. 1.* & de militibus ſancti Stephani *ibid.* ampliationem ſequutus eſt Dec. *in d. cap. Eccleſia ſancta Mariæ, num. 25. & 26.* Decian. *in d. ſuo tract. crimin. lib. 4. c. 9. num. 29.* vbi de communi, & quoad Eremitam diſtinguit, quod aut erat clericus, vel monachus, quando ſumpſit habitum Eremitæ, & tunc gaudet, vt ante, priuilegio clericorum, aut non erat clericus, nec religioſus, & tunc aut fuit, & eſt approbatus à Papa, vel ab Epiſcopo, & datus ei modus viuendi, cui ſe obligauit, & tunc pariter gaudet priuilegio fori, aut vero ſua ſponte, & nemine authorante, cum eſſet purus laicus, ſumpſit habitum, & tunc aut habet locum in Eremi ſolitudine, vbi continue ſtat in oratorio, præſtans operas Deo, orationibus, & diſciplinis, macerans carnem, & tum etiam gauderet priuilegio clericali, quia hoc pacto vere poſſunt dici religioſi, donec in eo ſtatu perſeuerant, aut vagantur hinc, & inde, & tunc ſemota contraria conſuetudine non gaudent priuilegio Eccleſiaſticorum, iuribus, & auctoritatibus ibi per eum, quod nota pro illis, qui

Digitized by Google

qui pietatem ſummam ſimulantes in habitu, viſu aſperrimo Eremitarum quotidie hinc & inde percurrunt victum mendicãtes, & ſecum quandoque pediſſequam in charitate ducentes cum maximo ſcandalo veræ noſtræ Chriſtianæ religionis, vt ſine ſcrupulo aliquo, eueniente caſu, poſſitis vos quoque domini iudices ſeculares ad triremes illos in charitate, & in domino condemnare, niſi conſuetudo eos foro tãtum Eccleſiaſtico reſeruaret.

127 XIII. Amplia, vt nec † conſuetudo in contrarium valeat, ita communiter Doct. * *in c.clerici. de iud.* prout hanc etiam cõmunem opinionem teſtatur Couarr.*d.c.31.nu.5.* & illam etiam communem dicit Clar. *d. q.36. verſ.ſed ea retenta.* Farin. *d.q.8.nu.3.* qui etiam de immemorabili loquitur. Rot. *deciſ.10. aliàs 840.de conſuetud.in antiq.* Alexan. *conſ.8.num.1.lib.1.* vbi dicit, quod damnatur huiuſmodi conſuetudo, Rolãn.à Vall.*conſ. 23. numer. 9. vol. 2. & conſ.4. numer.11. libr.1.* Socin.*in cap.ſi quis clericus, in 19.fallen.de foro*
128 *compet.* † Nam licet conſuetudo regulariter tribuere poſſit merum, & mixtum imperium, & iuriſdictionem altam, & inferiorem, vt inquit Bal.*in l.etiam, columñ.3.C. de except.rei iud.cap.clericus laicum,* vbi gloſ. & alij *de foro compet.* & Capol.*conſil.40.* Decian.*in ſuo tractat.crimin.lib.4.cap.9.n.10.* tamen nõ poteſt tribuere laicis in clericos ex improbata incapacitate ab omni iure, vnde talis conſuetudo eſſet irrationabilis, vt not. *in d.c.clerici, de iud. & in d.c. clericus laicum,* vbi præcipue gloſſ.& Abb. *& in c. qualiter, & in cap. nouit, de iud. & in capit.poſtulaſti,* vbi Innoc.*de foro compet.* Beltra. *conſil. 22.n.2.vol.1.*

129 Subamplia, vt prædicta † vera ſint, etiamſi conſuetudo foret præſcripta tanto tempore, de cuius initio non extaret memoria, quia tanquam cõtra ius diuinum, quo clerici ſunt exempti à iuriſdictione laicorum, vt ſupra probauimus, non ſubſiſteret, maxime quia præſcriptio iuriſdictionis præſupponit capacitatem, & habilitatem aliquo modo in præſcribente, ſed laicus, vt laicus, eſt omnino, vt dicebamus incapax, & inhabilis iuriſdictionis in clericos, Abb. *in c. quanto, de conſuetud.* Curt.*de conſuet.num.mihi 300.* Rot. *d.deciſ.10. num.4.* vbi nedum habetur, quod nullo quantũcunque tempore fuerint tali conſuetudine vſi laici, excuſantur, ſed quod potius in eis tali caſu haberet locum, quod habetur *in c. fin. de conſuet.* videlicet quod ſunt tanto grauiora peccata, quanto diutius infelicem animam detinuerunt alligatam, Felyn.*in cap.ſi quis, in princ. de maiorit. & obed.* Abb.*in repet. d.c. Eccleſia S. Mariæ, in princip. de conſtitut. & in cap. ſolitæ, notab.6.de maiorit.& obed.* Decian.*loco ſupra citato, num.14. & 17.*

Secundo ſubamplia, etiamſi † hoc Papa 130
ſciuerit, & ſemper tolerauerit, quia non ſufficeret tolerantia ſola, niſi etiam approbatio ex tolerantia cõijceretur, & ſic quod tolerauerit, quia in his caſibus approbauerit; Nam ſicut potuerit toleraſſe, forte ob maius ſcãdalum, vel ob aliquam aliam iuſtam cauſam, & non ad conſuetudinem inducendam, ita, niſi conſenſus illius ex alio reſultaret, non eſt præſumendum in dubio, quod voluerit derogare exemptioni ſuorum clericorum à iure diuino proueniente abſque rationabili cauſa, vt dixerũt domini de Rota, *d deciſ.10.numer.4.* Decian. *loco ſupra citato. nu.16.* qui loquitur, quando Papa fuit conſcius de tali conſuetudine, & nihil dixit.

Et licet per Clar. Couar. † & Farinac. *lo-* 131
cis ſupra citatis teneatur, quod iſtud ſit verum, quod de conſuetudine diximus, in generali & vniuerſali conſuetudine, quæ non poteſt in totum, & generaliter clericorum exemptioni præiudicare, ac derogare,

gare, ſecus in particulari, quod ſcilicet in aliquibus caſibus, vel cauſis, & quod aliqui clerici ſubijciantur laicorum poteſtati, per quam particularem conſuetudinem legitime præſcriptam inquiunt, exemptionem ſupradictam Eccleſiæ, & ordinis clericalis poſſe reſtringi, & limitari, rationibus ibi per eos, tamen eorum opinionem, vt etiam ſupra in alio propoſito diximus, haud admitterem, ſi ſuper ſola conſuetudine remaneret fundata, quia ſi laicis, vt ſupra viſum eſt, ſuperioritatem exercere in clericos expreſſe non licet, quomodo illam tacite per ſimplicem vſum ex ſe exercere poterunt, in vtroque enim caſu neceſſe eſt, quod operetur auctoritas, & ſuperioritas, quam nullo pacto laici ſuper Eccleſiaſticis habent, aut habere poſſent, ſecundum omnes ſupra citatas opiniones: nec ſuffragatur, quod dicatur hoc procedere ſolum in aliquibus caſib. quia reſpondetur, q; aut in illis caſib. iura Can. & Conſtit. Pont. aut ſummi Pont. ipſi cōcurrunt, & conſentiūt expreſſe, vel per tacitam approbationem, & eis hoc permittunt, & tunc non ex conſuetudine laicorum, ſed ex iuris & Pontificum diſpoſitione, & permiſſione, talem facultatem exercebūt, aut iura prædicta non conſentiunt, & tunc cū defectus iuriſdictionis, & poteſtatis, propter quam laici arcentur à iuriſdictione in clericos, æque militet in caſibus particularibus, prout in vniuerſalibus, ſiue de particularis, ſiue de vniuerſalis Eccleſiæ perſonę priuilegio fori agež, conſuetudo illos minime defendet, maxime quia talis conſuetudo eſſet contra præceptum prohibitiuum, & negatiuum, vt *in dict. c. 2. de foro*
132 *competen.* † & præcepta negatiua obligant ſemper, & ad ſemper, & per conſequens omni tempore, in omnibus caſibus, vt animaduerterunt in terminis Do. de Rota *deciſ. 11. numer. 2. de conſuet.* ſicut nec obſtabit, dum præfati Doct. præſupponunt, quod loquendo de conſuetudine intelligunt de conſuetudine mixta laicorum, & clericorum, & per conſequens, quod debeat poſſe operari circa prędicta ſub ea ratione, † quod conſuetudo mixta proce- 133
dens ſcilicet à tacito conſenſu clericorum, & laicorum, maximam vim habet etiam in his, quæ Eccleſiaſtica ſunt, *c. cum veniſſent*, & ibi Abb. *de eo, qui mitt. in poſſ. cau. rei ſeru.* & *in c. cum cauſa, de re iud.* gloſſ. & Doct. *in c. vir autem, de ſecund. nupt.* quia reſpondetur, quod mixta conſuetudo clericorum, & laicorum, quicquid ſit in alijs, vt dicebamus, non poteſt operari quoad ſubiectionem erga laicos, & erga illorum ſtatutum; Nam data inhabilitate laici, & illius ſtatuti ſuper clericos, ex omni iure ſic determinata in vniuerſale priuilegium, & prerogatiuam totius ordinis clericalis, impoſſibile eſt, quod tacitus conſenſus aliquorum clericorum in contrarium operari valeat, quia ex eorum voluntate etiam expreſſa hoc non dependet, cum etiam volentes expreſſe in hoc capite exemptionis totius ordinis clericalis minime præiudicare poſſunt, ideo multo minus tacite, vt per eundem Farinac. *vbi ſupra, numer 10.* & per Couarr. *pract. quæſt. c. 32. numer. 2.* Clar. *dict. quæſt. 36. verſic. ſecundo infertur.* Dom. de Rota, *vbi ſupra, numer. 3.* Barbat. *conſ. 65. vol. 10. verſ. nec eſt vera reſponſio aliquorum, lib. 4.* adducens in ſimili ibi iura, & auctoritates, & concludit, quod contra tenentium opinio eſt peſſima, nec eſt auditu digna, & contra veritatem, erit igitur concludendum, quod aut in nullo caſu operabitur conſuetudo ſupradicta in pręiudicium exemptionis ordinis clericalis, & Eccleſiaſtici, aut ſi in aliquibus caſibus aliquid, & aliquando operari apparebit, apparebit etiam, quod in illis, aut iura ipſa ſuffragantur, aut quod tacitus conſenſus non clericorum

corum ſolum, ſed ſummi Pontificis ex aliqua iuſtæ cauſa præter ſam conſuetudinem
134 admittet: Nam certum eſt, quod † ſummus Pontifex licet in totum, & quoad omnes clericos priuilegio fori derogare non poſſit, vt per Couar. *dict. c.31. numer.4. verſ. primum etenim.* Farinac. *dict. quæſt. 8. numer. 4.* Roman. *ſing. 418.* Gram. *deciſ. 29. numer. 11.* Boſſ. *de foro competen. num. 130.* Rol. à Vall. *conſ. 54. nu. 15. vol. 1.* Doct. *in cap. 2. de maiorit. & obed.* tamen quoad quoſdam clericos, & quoad quaſdam cauſas, ita aliqua rationabili, & iuſta cauſa ſuadente, poterit declarare, & tacite, & expreſſe dictam exemptionem clericis minime ſuffragari, ita idem Couar. *vbi ſupra,* vbi etiam Farinac. *verſ. limita hanc tertiam ampliationem,* cum ibi alleg. & nos etiam *infra.*

XIV. Amplia, vt idem ſit quoad fami-
135 liares, ſeu ſeruos, & † famulos Epiſcoporũ, qui ſicuti fori priuilegio gaudent cum Epiſcopo, ita & à ſtatutis laicorum ſunt exempti, etiamſi ſint laici, ex ſæpius repetita regula, quod paria ſunt forum ſortiri, & ſtatuto ligari, ita Maran. *in ſuo ſpec. part. 4. diſtinct. 11. n. 4.* per gloſſ. *in c. eos, 23. diſtinct.* & gloſſ. *in c. clericum, il 1. 11. quæſt. 1.* Bald. *in l. 2. C. de Epiſc. & cler.* & licet tam dictus Maranta, quam Calcan. *in conſ. 71.* poſt numerum tertium, ac alij voluerint indiſtincte prædicta etiam extendi ad familiares, & famulos clericorum, quos dixerunt cum clericis clericali priuilegio gaudere, ita vt Couar. *2. part. relection. §. 4. n. 5.* ſub hoc prætextu tenuerit familiarem clerici etiam laicũ admittendum eſſe ad officia diuina tempore interdicti, modo ipſe familiaris non ſit in ſpecie, nec in genere interdictus, tamẽ eorum opinio quoad hoc de priuilegio fori,
* & ſic quoad ſtatuta communiter reproba-
* tur, cum communis opinio teneat, quod huiuſmodi priuilegium ſit ſolum famulorum, & familiarium, non clericorum indiſtincte, ſed Epiſcoporum, prout ita teſtatur Clar. *d. §. fin. quæſt. 35. verſ. quæro nunquid familiares,* & illam ſequitur Burſat. *conſ. 25. num. 13.* qui dixit, hos ſeruos, & famulos Epiſcopi, ſeu familiares frui etiam priuilegio immunitatis onerum, Theſſaur. *d. deciſ. 22. nu. 6.* & prout hanc etiam magis cõmunem opinionem affirmat Capic. *deciſ.* **
12. nu. 1. & 2. Abb. *in d. c. 2. num. 6. de for. com.* ibi Felyn. *col. 1.* appellat hanc opinionem tutiorem, licet Ioan. Ant. Niger *in extrau. vnica, numer 90. in fin. de vita & honeſt. cleric.* poſt Albert. & Soc. ſen. intelligit prædicta non procedere, quando etiam ſerui & famuli Epiſcoporum ſeruirent dietim tantum.

Pro concordantia tamen prædictorum
poſſet dici, quod † aut agitur de famulis, & 136
ſeruis, qui ſint perpetuo clericis, & Eccleſiæ obligati, & hoc caſu tenendum eſt, eos eodem iure, quoad priuilegium fori ſtatutorum, & immunitatis, cum clericis, & cũ Eccleſia iudicari, etiamſi non ſint Epiſcoporum, ex gloſſ. *in c. iudicatum, 89. diſt. & in c. clericum, 11. quæſt. 1.* Felyn. *in c. 2. numer. 2. de foro compet.* Theſſaur. *deciſ. 22. nu. 5.* & hanc receptam omnium ſententiam teſtatur Menoch. *in ſua vlt. cent. caſ. 562. n. 3. & nu. 20.* de mente etiam Bald. *in l. 1. num. 2. & in l. 2. n. 4. C. de Epiſcop. & cler.* Feder. de Sen. *conſil. 111. numer. 10.* Abbas *in c. non minus. num. 14. de immunit. Eccleſ.* Grammat. *conſ. 102. num. 15. in ciuil.* Theſſaur. *deciſ. 116. numer. 12.* & probatur *in l. 2. C. de Epiſ. & cler. & in c. continua, 11. quæſt. 1.*

Aut agitur de famulis, & ſeruis ſeruientibus annua, vel alia ad tempus mercede cõſtituta, & ad iſtos, quidquid ſit in famulis Epiſcoporum, ſecundum magis receptam opinionem Doctorum non porri- **
guntur priuilegia clericis, aut perſonis Eccleſiaſticis conceſſa, prout ſic tenuit vltra ſupra allegatos etiam Couar. *pract. qu. c. 35. num. 2.*

Digitized by Google

num. 2. verſ. quinto non video, Grammat. *dict. conſ. 102. nu. 14. ciuil.* Natt. *conſ. 576. num. 3. 6. & 17.* & ita pluries iudicaſſe Senatum Taurinenſem reſtatur Theſſaur. *d. deciſ. 22. verſ. verum*; Niſi forte & hæc erit loco ſecundæ concordiæ, ſerui & famuli clericorum, ſi remanerent excluſi à priuilegio, puta fori, conceſſo dominis, ita impediti detinerentur, vt in eorum ſeruitio etiam domini ipſorum impedirentur cum graui eorum damno, & incommodo, ſecus ſi leui, ita diſtinguendo probauit Menoch. *vbi ſupra dicto caſ. 562. num. 11.* affirmans, hanc opinionem eſſe alijs forte probabiliorem, & ita tenere Felyn. *in d. c. numer. 2. verſ. tene iſtam concluſionem, de foro competen.* ibidemque declarat, quod erit in arbitrio iudicis diiudicare, quando dominus Eccleſiaſticus dicetur impediri ſeruitio famuli, ſerui, & coloni.

137 Declara etiam, vt tunc † priuilegium fori proſit etiam ſeruo, famulo, & colono clericorum, quando clericus, vel Eccleſia veniret ad defenſionem ſerui, famuli, vel coloni, & lis hoc reſpectu intentaretur cōtra Eccleſiam, ita Menoch. *vbi ſupra n. 15.* de mente Præpoſ. *in c. clericum, il 1. 11. quæſt. 1.* & Rip. *in c. decernimus, num. 2. & 4. de iud.* Theſſaur. *dict. deciſ. 22. in fin. verſ. fallit ſeptima.*

138 Qui autem dicantur familiares † ad effectum, vt poſſint familiaritatis priuilegio gaudere, vide apud dominum Ioſephum fratrem meum, *de probat. lib. 2. concl. 755.* vbi late, & late etiam per Mandoſ. *in regula cancellariæ, 32. q. 10. & regul. 3. q. 18.* Rot. *deciſ. 378. lib. 3. in nouiſſ.*

139 XV. Amplia, vt idem † habeat locum quoad priores, & gubernatores hoſpitalium, in his ſcilicet, quæ ad eorum officium, & res, aut bona hoſpitalium pertinent, ſecus quoad perſonas ipſorum, & bona propria, quod ſicut in primis ſubiacent foro Eccleſiaſtico, & per conſequens ſunt extra diſpoſitionem ſtatutorum laicorum, ita in ſecundis remanent ſubiecti primo ſuo eorum iudici laico, & ſub lege laicali, prout ita ſe habere communem Doctorum ſententiam affirmat Decian. *in ſuo tractat. crimin. lib. 4. c. 9. num. 37.* quidquid aliter ſenſerit Barb. *in c. 2. de for. compet.* qui *ſub num. 68. cum plur. ſeqq.* tenet, quod iſti gaudeant priuilegio fori Eccleſiaſtici indiſtincte, vti inſeruientes pio loco, qui habet priuilegia Eccleſiæ, prout infra, dum in ſpecie de hoſpitali dicemus, ſecundum quæ hic poſita intellige, & diſtingue, imo quoad officiales montis pietatis laicos, & etiā quoad priores fraternitatum, & aliorum huiuſmodi locorum, in quibus pietas & religio per laicos aliquo modo exercetur, idem Decian. *vbi ſupra numer. 38.* tenuit, quod ſubiacent laicali iudicio, etiamſi deliquerint in his, quæ ad eorum officium ſpectant, quia licet in dictis locis pietas exerceatur, non tamen huiuſmodi loca pia proprie dicuntur, ita vt pij loci priuilegio gaudeant, prout de confraternitatibus hoc dicit Bald. *in l. illud, num. 2. verſ. quid de eo, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in authen. hoc ius porrectum, num. 12. verſ. vigeſimo quæro, eod. tit.* vel ſaltem † licet 140
pia loca etiam proprie appellari poſſint, nō tamen ſunt, aut Eccleſiaſtica, aut religioſa, aut ſacra, ita vt perſonas laicorum in eis adminiſtrantium à iuriſdictione originali laicali eximant, cum aliud ſit, locum eſſe pium ad effectum prædictum, aliud Eccleſiaſticum, vt late per Tiraqu. *de priuileg. piæ cauſ. in præfat. verſ. ſed alij indiſtincte*, & quod tales gubernatores, & rectores nō eximātur à iuriſdictione laicali, cum non poſſint dici religioſi, tenuit Rot. *deciſ. 591. numer. 6. par. 1.* Afflict. *in c. 1. §. qui clericus, n. 9. ſi de feud. fuer. controuerſ. inter dom. & agnat.* Menoch. *in addit. ad tractat. de arbitr. iud. caſ. 58. numer. 13.*

XVI. Am-

Digitized by Google

XVI. Amplia, vt idem ſit, non ſolum,
141 quando † ſtatutum reſpiceret ipſos clericos, ſed etiam quando propinqui, ſeu aliæ perſonæ intuitu clericorum opprimerentur à ſtatuto, quia etiam in tali caſu ſtatutum diceretur contra libertatem Eccleſiæ, nec valeret, ita Dec. *in d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 179. & ſeq.* per ea, quæ not. Angel. per gloſſ. *ibi in l. 1. ff. in ius voc. vt eant*, vbi gloſſ. dixit, quod nemo vnquam carnem ſuam odio habuit, iuxta text. *in canon. non extimemus, 13. quæſtion. 2.* & ideo Angel. ibi notat, quod ſtatutum grauans conſanguineum clericorum eorum intuitu eſt contra libertatem Eccleſiæ, quia clerici efficiuntur timidiores, Bartol. *in l. 1. in fin. ff. de his, quæ pœn. nom. & in l. hi, penes*, *C. de agricol. & cenſit. libr. 11.* facit text. *in capit. ſciant cuncti, de elect. in 6. & in c. quicunque. de ſentent. excommun. in 6.* Bald. *in l. final. in fin. C. de ind. vid. tollen.* vbi ideo voluit, quod non valet ſtatutum mandans clericorum conſanguineos in pœnam incidere, ſi clerici ipſi declinauerint iuriſdictionem, quod & confirmauit Crot. *in d. l. omnes populi, numer. 94.* vbi dixit, quod
142 ſtatutum † imponens pœnam conſanguineis clericorum propter clericorum ipſorum inobedientiam, non valet, per ea etiam quæ not. Bal. *in l. 1. in princ. C. de Epiſc. & cler.* & facit Rot. *deciſ. 7. dubitatur, an va'et,*
143 *de renuntiat. in nou.* vbi renuntiatio † facta propter liberationem ſui fratris de carcere non valet, etiamſi eſſet iurata, quod notent illuſt. & multum reuer. Do. mei Canon. Luneſ. Sarzan. aliquando pro cauſa Marinellæ contra Amelian. & ratio ampliationis eſt
144 etiam, † quia contumelia fratri meo illata, mihi illata dicitur, & metus conſanguineorum meorum dicitur meus iuſtus metus, *l. præterea, ff. de lib. cauſ. Clem. vnica, de homicid. dict. c. ſciant cuncti, de elect. libr. 6.* & not. *in dict. cap. quicunque, de ſentent. excommun.* imo Bartol. *in dict. l. hi, penes, C. de agricol. & cenſit. libr. 11.* dixit, quod nec etiam contra colonos † clericorum poteſt quidquam 145
ſtatui propter ipſos clericos, vnde appellat iniquum, & iniuſtum ſtatutum Peruſii, quo cauebatur, quod coloni teneantur pro clericis, † quod videant no- 146
ſtri Sarzanenſes, hi, qui tanquam de re præclare geſta gloriabantur de carcere, & perſequutione aliquando procurata contra conſanguineos, & colonos clericorum propter terras Macchiæ, antequã pro cenſu illarum ſoluendo à Sede Apoſtolica eſſet breue obtentum, qui, dum bono publico ſe conſulere dicebant, priuatam animæ ſalutem deſeruerunt, cum periniquũ ſit, propter inobedientiam, & contrauentionem clericorum vexare alios, alteri enim per alterum non debet iniqua inferri conditio, *l. non debet, ff. de reg. iur. l. tranſactio muneris, C. de tranſact. l. coheredibus, C. famil. erciſcund. l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pact.* ſic Deus illorum miſereatur, ampliationem etiam ſequutus eſt Felyn. *dict. capit. Eccleſia ſanctæ Mariæ, numer. 99.* & Feder. de Sen. *conſil. 111. incip. quæſtio talis eſt, an Diæceſanus, numer. 9.* dixit, quod licet coloni, qui Eccleſiarum prædia ad medium, † vel 147
ad affictum colunt, teneantur ſoluere gabellas de parte fructuum eis contingentium, & alia onera, quę imponantur per dominum temporalem, ſicut ſi clericus affictat Eccleſiam ſuam, vel vendit fructus, emptor non gaudebit priuilegio Eccleſię, tamen ſi dominus temporalis vidẽs, quod non poteſt grauare Eccleſiã directe, & expreſſe pro parte Eccleſiæ contingente, grauaret indirecte, grauando nimis ruſticos ſuos, ne careret omni eo, quod non poſſet exigi ab Eccleſia, in iſto caſu hæc Epiſcopus non debet tolerare, ſed debet ei reſiſtere, quia eſt contra cap. fin. *de immunit. Eccleſ. in 6.* & idem ſenſit Theſſaur. *deciſ. Pedem. 116.*

dem. n6. num.9. vbi dixit, quod ſi coloni Eccleſiæ per ſtatutum compellerentur ad aliqua onera, ad quę coloni laicorum non tenerentur, tunc ſicut eſſet per indirectum grauare Eccleſiã, & diceretur fieri in fraudem Eccleſiæ, ita ſtatutum prædictum non valeret, prout hoc idem ſenſit Iaſ. *in l. 1. numer. 10. C. de indict. vidui. tollen.* Silua. *conſil. 9. numer. 7.* Burſat. *conſil. 42. num. 16. libr. 1.* & Gemin. *in cap. quanquam, de cenſib. in fin.* Barbat. *conſil. 29. in princip. libr. 4.* vbi ad propoſitum dixit, quod paria ſunt committere aliquid in aliquem, vel in illos de domo ſua, & cum prædictis concordat Lap. *alleg. 29. numer. 7.* vbi additio *in litera K.* dicit, ex hoc etiam procedere, quod nec valet ſtatutum, quod quocunque condemnato appellante eius conſanguineus puniatur, ſecundum Bald. *in l. heres meus, §. quod in heredem, ff. de condit. & demonſtr.* vbi etiam Imol. qui per illum text. notauit, quod ſicut non poteſt imponi pœna contrahenti matrimonium, ita nec patri, nec alteri, cuius timore deſiſtat à contrahendo, & bene facit, quod not. Bartol. *in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi Pratori. in 9. quæſt. ff. de*
148 *nou. oper. nunc.* vbi dixit, quod ſi † iudex cõſueuit male tractare conſanguineos eorũ, qui appellant ab ipſo, vel laboratores terrarum ſuarum, iſte erit iuſtus metus, quo ad excuſandum non appellantem, vt eſt pro prædictis notabile dictum Roman. *in rubric. de arbitr. verſ. quid autem ſi compromiſſum,* vbi voluit, quod vulnerans conſanguineum clerici, quia clericus aliquid ei fecit, eſt excommunicatus, ſicut ſi vulneraſſet ipſum clericum, licet hoc dictum non approbat Felyn. *in dict. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, numer. 98. verſ. ſed iſtud de vulnerante,* ad ampliationem facit dictum Petri de Anchar. *in dict. cap. ſciant cuncti,* dum voluit,
149 quod ille dicitur † frangere pacem, qui cum promiſiſſet Titium non offendere, offendit conſanguineum ſuum; & ampliationem ſequutus eſt etiam Curt. ſen. *conſil. 27. numer. 30. verſic. ſicut omnia,* vbi voluit, quod ſicut omnia ſtatuta laicorum ſunt nullius valoris, ſi ſunt contra clericos, & Eccleſiaſticam libertatem, ita ſi pœnam adijciant conſanguineis clericorum propter clericos ipſos, quia veriſimile eſt, quod clerici nollent ſuos cõſanguineos laqueari pœnis ſtatutorũ, & ideo impedirẽtur in eorum libertate, & in libere agendo.

Bene verum eſt, quod ſi coloni, & † ruſtici Eccleſiarum, & clericorum, de quibus 150
ſupra facta eſt mentio, delinquerent, & eſſent ſuperioribus laicis inobedientes circa eorum præcepta minime libertati Eccleſię contraria, poſſent ab eiſdem laicis valide puniri, & carcerari, quia perſeuerant, & remanent ſub eorum iuriſdictione, & foro, licet ſeruiant clericis aut Eccleſię in eorum bonorum cultura, ita Gabr. *conſil. 37. numer. 4. & 5. lib. 2.* Grammat. *conſil. 102. n. 8. 9. & 14.* Decian. *in tract. crimin. lib. 4. c. 8. n. 58.* Clar. *in pract. crim. §. fin. quæſt. 35. verſ. quaro nunquid familiares,* Proſp. Carauit. *in comment. rit. magnæ Curiæ, rit. 66. num. 27. & 28.* Theſſaur. *deciſ. Pedem. 22. numer. 4. verſicul. verum,* vbi dicit, quod ita ſæpius vidit iudicatum per Senatum, Natt. *conſil. 576. n. 3. 6. & 7.* & de hoc etiam ſupra.

Quod eſt etiam verum, ſi coloni, & ruſtici † delinquerent cum rebus Eccleſiæ, 151
vel clericorum, dũmodo delictũ non procederet ex facto clericorum ipſorum, aut Eccleſiæ, ſed ex propria perſona ruſtici, & ſeruientis Eccleſiæ, & clericis, & ex culpa, negligentia, & malitia ipſius, vt in pœna damni dati per animalia clericorum & Eccleſiæ reſpondet Grammat. *dict. conſil. 102.* vbi ideo concludit, quod valet, & ſubſiſtit ſtatutum imponens pœnam † cu- 152
ſtodibus animalium etiam clericorum, & Eccleſię ob damnũ datum in terris alienis, nec

nec hoc dicetur contra libertatem Eccleſiaſticam, quia de Eccleſia, aut Eccleſiæ bonis non diſponit, ſed de perſonis, & de facto perſonarum ſibi ſubditarum ob delictum proprium ipſarũ, in quo caſu nullus poteſt conſiderari reſpectus Eccleſiaſticæ libertatis, etiamſi delinquens delinqueret cum rebus Eccleſiæ, aut clericorũ, quia non res, cum quibus delinquitur, ſed perſonæ delinquentium laicis ſubditorũ puniuntur, & ponderantur; Nec poſſunt iudices Eccleſiaſtici prætẽdere ad ipſos ſpectare de hoc iudicare, quia huiuſmodi delinquentes, ex quo præſupponant laici, non ſubſunt illorum iuriſdictioni, & licet animalia, aut alia, cum quibus delinquitur, ſint Eccleſiæ, tamen factum, id eſt, delictum damni, ſuper quo iudex laicus ſe fundat, & quod punire intendit, eſt extra rem, & factum Eccleſiæ, cum proueniat ex culpa, aut malitia ipſius laici delinquentis iudici laico ſuppoſiti, vt dicebamus: Idem intellexit Salyc. *in authen. caſſa, num. 12. verſ. & primo quæro de ſtatuto. C. de ſacroſ. Eccleſ.* dum voluit, quod inquilini & coloni clericorum poſſent puniri per iudicem laicum; Nã hoc intelligitur in caſu, de quo ibi per dictum Salycet. videlicet quando coloni & inquilini proijciunt immunditias, & alia in vijs cõtra formam proclamatis, quia licet hoc proijciant de domo, & de re clericorum, & Eccleſiæ, tamen poterunt puniri, cum eo, quia domus, aut res ſit clericorum, nõ importat, vt ſupra dicebamus, libertatem ad malum, & ad præiudicialia, ac nociua abſque rationabili cauſa alijs, ſed talia facere eſt delinquere, non autem manutenere libertatem Eccleſiæ, quæ nunquam porrigitur, vt dicebamus, ad illicita in præiudicium aliorum, & præcipue circa ea, quæ non repugnant libertati Eccleſiaſticæ.

153 Intellige tamen, quod † ſi coloni, & alij ruſtici Eccleſiarum vere cum rebus, vel in rebus Eccleſiæ non delinquerent, dando operam rei illicitæ, ſed ſolum tranſgrederetur præcepta laicorum ſuperiorum forte prohibentium indebite aliquid circa bona & res clericorum, vtputa quod non cultiuarentur agri in tali parte, in qua reperiuntur terrena Eccleſiarum, & clericorum, nõ poſſent à laicis etiam ſuperioribus puniri, tanquam inobedientes, tum quia aliâs hoc pacto dicerentur laici indirecte impedire clericos, & Eccleſiam in rebus ſuis, & eorum immunitate, & libertate contra iura ſupra allegata, & contra præcipue not. *in dict. c. final. de immunit. Eccleſ. in 6.* & ſic inciderent in pœnas, libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam impedientibus impoſitas, tum quia ex eadem cauſa coloni, & ruſtici non poſſent dici delinquere, cum agros Eccleſiæ, & clericorum colere nedum generaliter non ſit de iure illicitum, ſed illicitum eſt potius laicis illorum culturam impedire quoquo modo, nec ſaltem quia non obediunt dictis proclamatibus etiam à ſuperioribus laicis emanatis, cenſendi ſunt delinquentes, aut ideo de iure puniendi, quia non obedire † præcepto ſuperioris non eſt ſemper malum, 154
can. non ſemper, 11. quæſt. 3. ſed tunc eſt ei parendum, quando non repugnat, aut Dei, aut Eccleſiæ, aut ſacrorum Patrum inſtitutis, quod ſi contrariatur, ſpernenda eſt poteſtas imperantis, inquit text, *in c. qui reſiſtit poteſtati, eadem quæſt. 3.* & *in c. ſi dominus, ibidem*, ſtatuitur, quod ſi dominus ea iubeat, quæ non ſunt aduerſa ſcripturis ſanctis, ſubijciatur domino ſeruus, ſi vero contraria præcipit, magis obediet ſpiritus, quam corporis domino, & ſubiũgitur, ſi enim bonum eſt, quod Imperator præcipit, iubentis exequere voluntatem, ſi malum, reſponde, *oportet magis Deo obedire, quam hominibus*, ex quo igitur laici dire-

directe non poſſunt de bonis, & rebus Eccleſiæ, & clericorum ſtatuere, non poterunt etiam hoc pacto indirecte ſe de eis intromittere, quia ſi prohibere, ne propria bona, & alia laici vendant clericis, eſt contra immunitatem Eccleſiæ, ita vt eo ipſo excommunicationis ſententiam incurrant, *dict. cap. fin. de immunitat. Eccleſ. in 6.* & tamen de perſonis, & rebus ſibi ſuppoſitis tali caſu diſponerent, multo magis eandem excommunicationem incurrent, ſi etiam in proprijs bonis, & rebus clericorum, & Eccleſiæ immunitatem, & libertatem eorũ laicos cultores, & ſeruiẽdos im-
155 pediẽdo læderent. Nec refragatur, †ſi forte tacito nomine, non expreſſe colonos à rebus Eccleſiæ arcerent, & ſolum generaliter aliquid laicis ſuperiores ſeculares prohiberent, quia vt ſupra vidimus, nedum expreſſe & directe, ſed tacite, & indirecte, & omni modo, quo præiudicant, aut rationabiliter dubitari poſſet præiudicare Eccleſiæ, & clericorum libertati ſemper ſtatuta, & ordinationes laicorũ prohibentur, & remoueri debent ad trad. per Felyn. *in d. c. Eccleſia ſancta Maria, numer. 107.* Ioan. Andr. & Dominic. *in dict. c. fin. de immunit. Eccleſ. libr. 6.* Ant. & Imol. *in d. c. 1. de conſuet.* cum alijs, de quibus *ſupra*, ſicut nec conſideraretur, quod ſtatuta loquerentur in perſonam, non autem in rem, quia ſicut finis, & principalis intentio ſtatutorum, & editorum eſſet in hoc caſu prohibere ſemina, & cultiuationem illorum agrorum licet Eccleſiaſticorum, ita iſta, quæ eſt principalis, attenderetur in diiudicando validitatem, vel inualiditatem ſtatutorum, nec in aliquo conſideraretur locutio in perſonam, quæ eſt in conſequentiam intentionis prohibentis ſemina, & cultiuationem, iuxta late per nos in ſimili adducta, & allegata *in concluſ. quando forenſes ligantur ſtatuto, in 2. ampliatione*, ad intelligentiam primæ ampliationis, & facit etiam regula generalis, quod in iudicando actu, & diſpoſitione attenditur, quod principaliter agitur, *l. 1. in princ. ff. de auct. tut. l. ſi quis, ff. ſi cert. petat.* Et licet talis etiã poſſet dari caſus, in quo aliqua iuſta cauſa ita ſuadente poſſent ordinata per laicos etiã videri exequenda in bonis clericorum & Eccleſiarum, tamen in hoc quoque caſu ſeruandus eſſet modus, id eſt, eſſet adeundus ſuperior Eccleſiaſticus, qui, re perpenſa & examinata, ea, quæ iuris erunt, etiam quoad clericos & Eccleſias, & earum bona, deliberabit, non autem hoc poterit iudex laicus ex ſeipſo prouidere ex defectu poteſtatis, prout ſupra diximus, & prout etiam infra dicemus de clericis aſtringendis per ſuos iudices, & ſuperiores etiam in illis caſibus, in quibus & ſtatuta, & ordinata per laicos exequantur, aliqua æquitas, aut rationabilis cauſa ſuadet. Et mirandum eſt, †quo- 156
modo hodie ſatagãt quidam domini temporales, vt ſemper in aliquo libertatem, & immunitatem Eccleſiæ ſibi vſurpent à ſeipſis poſtmodum, quaſi de re præclare geſta triumphantes, & gloriantes, dum potius illam augere, ſi vere Chriſtiani ſunt, & fidem Dei habent, defendere, & manutenere, pro omni eorum poſſe deberent, memorãtes boni Principis eſſe, ac religioſi, Dei ſacerdotes honorare, ac Eccleſiaſtica tueri, non autem eiſdem debere fieri perſequutiones, nec inferri fluctuationes, nec inuidere laboribus in agro Dominico, nec expellere æterni regis diſpenſatores, *c. boni Principis, diſtinct. 96.* & pariter dominos temporales debere eſſe Aduocatos, & defenſores, non autem vſurpatores & oppugnatores Eccleſiæ, aut eius immunitatis, *c. Eccleſia mea, 97. diſtinct.* & deberent in eorum corde ſemper habere, ac ſibi ipſis ad imitandum proponere ſacroſanctum Ottonis Imperatoris iuramentum his admiran-

mirandis, & catholico Principe dignis verbis expoſitum per eius nuntium, de quo in c. tibi Domino, diſtinct. 63. *Tibi Domino iurauit Rex Otto Ioanni Papæ, ego Rex Otto promittere, & iurare facio per Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, & per lignum hoc viuificæ crucis, & per has reliquias Sanctorum, quod ſi permittente Domino Romam venero, ſanctam Romanam Eccleſiam, & Rectorem ipſius exaltabo ſecundum meum poſſe, & vitam, aut membra nunquam, neq; ipſum honorem, quem habes mea voluntate, aut meo conſilio, aut meo conſenſu, aut mea exhortatione perdes, & in Roma nullum placitum, aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te, aut ad Romanos pertinent ſine tuo conſilio, & quidquid de terra ſancti Petri ad noſtram poteſtatem peruenerit, tibi reddam, & cuicunque Italicum regimen commiſero, iurare faciam illum, vt adiutor tui ſit, ad defendendum terram ſancti Petri ſecundum ſuum poſſe*, alias caueant, ne omnipotentis Dei iram contra ſe ipſos prouocantes, & ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, quorum Eccleſiam præſumunt confundere, in hac vita, & in futura furorem ſentiētes ſuper ipſos cadat maledictio, de qua *in can. in nomine Domini, diſtinct. 23.* vt ſcilicet fiat habitatio eorum deſerta, & in tabernaculis eorum non ſit, qui inhabitet, & fiant filii eorum orphani, & vxores eorum viduæ, commoti commoueantur, ipſi, & filii eorum mendicent, & eiiciantur de habitationibus ſuis, ſcrutetur etiam fœnerator omnem ſubſtantiam eorum, & diripiant alieni labores eorum, orbis terrarum pugnet contra eos, & cuncta elementa ſint eis contraria, & omnium Sanctorum quieſcentium merita illos confundant, & in hac vita ſuper eos apertam vindictam eorum oſtendant.

157 Et de † immunitate, & exemptione colonorum Eccleſiæ, & quouſque extendatur, videre poteris apud Burſat. *conſil. 25. lib. 1.* Nat. *conſil. 419.* Lancellot. Galli. *conſil. 159.* Alba. *conſil. 441.* Decian. *reſponſ. 51.* Dd. *in cap. non minus, de immunit. Eccleſ.* & latiſſime per Menoch. *de arbitr. iudic. lib 2. cent. 6. caſ. 562.* vbi diſtinguit inter portionem dominicalem, & propriam ipſorum colonorum, & de prima non eſt dubium, quod ſunt exempti coloni, ſicut tenentur ſoluere de ſecunda, id eſt, de propria, & hanc magis communem opinionem teſtatur, & ** contrarios allegat, & illis reſpondet, & limitat etiam talem magis communem, vt ** non procedat; Primo, quando coloni Eccleſiæ magis, ſeu etiam nimis grauarentur, adeo quod ex eo Eccleſia ipſa ferret non leue detrimentum. Secundo, quando colonus paciſceretur cum ipſa Eccleſia, vel clerico, quod etiam hæc portio fructuum eſſet immunis, & ſequitur Marcambr. *conſil. 18. num. 39.*

XVII. Amplia, vt † concluſio procedat, dato etiam, quod clerici, & Eccleſiaſtici tacerent, nec opponerent inualiditatem ſtatuti, aut legis laicalis, quia nihilominus ſtatutum contra eos non operabitur, & quicquid fuerit iudicatum contra clericos vigore ſtatuti, erit ipſo iure nullum, & ratio eſt, quia priuilegium exemptionis Eccleſiaſticorum, quoad laicos, non eſt priuilegium illius, aut iſtius clerici, & Eccleſiaſtici ſingularis, ſed totius ordinis clericalis, *cap. ſi diligenti, de foro compet.* ideo nemo clericorum, aut tacendo, aut etiam expreſſe conſentiendo præiudicare poteſt, nec laico iudici iuriſdictionem præbere, prout eſt in omni actu à iure improbato, & qui non dependet à mera ſua voluntate, & auctoritate facientis, ita Bart. *in conſil. 225. incip. cleric.* Socin. *in d. cap. 1. de foro competen. 23. declarat.* Barbat. *in d. cap. 2 de foro compet. num. 100* Bertrand. *conſil. 209. nu. 2. in 3. part. & conſil. 182. nu. 3. verſic. forte vero dicet, vol. 1.* vbi etiam concludit, quod imo, & ipſe † iu- 158 159

d. ex laicus, qui, vt ſupra iudicauit clericum tacentem, poterit declarare ſententiam nullam prætextu incompetentiæ, prout poſt prædictos hoc idem ſenſit Decian. *d. ſuo tract. crimin. lib. 4. cap. 9. num. 61. & nu. 115.* qui ſubiungit, quod clericus, vt ſupra, ta-
160 cens, & præiudicatus à iudice laico, † habet duplicem viam reparandi grauamen, qui vel poteſt appellare ad ſuperiorem ipſius iudicis laici, & docere de nullitate, vel recurrere ad Eccleſiaſticum, qui inhibeat laico, ne exequatur, ſecundum ea, quæ dixit Ancharan. *in cap. ea quæ, in 5. quæſt. de reg. iur. in 6. & in cap. nullus, de foro compet.* vbi etiam Barbat. *num. 100.* tenebitur tamen talis clericus tacens ad expenſas factas coram iudice laico, licet incompetenti, ſecundum Bellamer. *deciſ. 227. incip. in cauſa mea*, & Felyn. *cap. exceptionem, num. 1. de except.* quos etiam ſequitur Decian. *vbi ſupra, num. 115. in fin.*

161 XVIII. Amplia, † vt idem ſit de hoſpitali, quod non ſubiacet ſtatutis laicorum, nam licet non veniat appellatione Eccleſiarum, vel clericorum, *. lem per literas de prebend.* Bald. *in conſil. 205. num. 1. lib. 3* tamen dicitur proprie locus pius, & tanquam talis remanet extra iuriſdictionem, & ſtatuta, ac ordinationes laicorum, Dec. *in d. cap. Eccleſia ſancta Maria, num. 28.* Anton. de Butr. *conſil. 40. incip. nulla eſt dubitatio.* Abb. *conſil. 26. incip. videtur quod ſic, lib. 1.* Alexand. *conſil 209. num. 1. & plurib. ſequentib.* & præcipue *num. 12. lib. 2.* Bald. *conſil. 465. lib. 1.* Dec. *conſil. 488. num. 4.* Abb. *conſil. 14. vide-*
162 *tur primo, num. 2.* & quod hoſpitalia † æquiparantur quoad priuilegia Eccleſiæ, notatur *in l. omnia, C. de Epiſcop. & cleric.* & hanc
* communem dixit Farinacius *de carcerib. quæſt. 28. num. 36. cum ſeq.* vbi ideo concludit, quod aufugiens ad hoſpitale ſit tutus,
163 ſicut † confugiens ad Eccleſiam, *iuribus ibi late per eum*, & Dec. *conſil. 504. num. 1.* dixit, quod ita ſunt exempta hoſpitalia, ſicut Eccleſia, & idem cenſuit Dominus Ioſephus frater meus *de probationib. lib. 2. concluſ. 869. nu. 13.* vbi in eadem concluſione infert ad multa, in quibus hoſpitale, & Eccleſia de pari procedunt.

Intellige ampliationem, † vt ſit vera, 164
dummodo ſit auctoritate ſuperioris erectum, ſiue ordinatum, alias ſecus, quia ſi eſt auctoritate Epiſcopi fabricatum, dicetur locus pius, ſi autem ex mera voluntate laicali, erit tanquam locus profanus, nec gaudebit priuilegiis piæ domus, ita Roman. *conſil. 477. in caſu propoſita conſultationis, num 6.* Bald. *conſil. 5. per tot. lib. 3. & d. conſil. 465. lib. 1. & in authentic. hoc ius porrectum, num 11. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Anton. de But. *d. conſil. 40.* & hanc magis communem opi- *
nionem teſtatur Gabr. *in ſuis communibus concluſionibus, ſub tit. de pia cauſa, concluſ. 2. num. 4.* vbi latiſſime more ſolito concordantes adducit, & hanc etiam communem *
dixit Farinac. *vbi ſupra, num. 37.* prout illam etiam ſequitur Benintend. *deciſ. 13. num. 2. & 3.* vbi ideo voluit, quod tali caſu, quando hoſpitale eſt auctoritate ſuperioris erectum, eadem auctoritas ſit adhibenda in alienatione rerum hoſpitalis, quæ requiritur in alienatione rerum Eccleſiæ, & hoc ab omnibus teneri teſtatur. Quando † autem dicatur, & quibus probetur 165
hoſpitale ordinatum, & erectum auctoritate ſuperioris, Epiſcopi, vide per Roman. *d. conſ. 477. per tot* & ſcribẽtes *in c. de quarta*, vbi præcipue Felyn. *de præſcript.* & per eundem Gabr. *d. concluſ. 2.* & per Dominum Ioſephum fratrem meum late *d. concluſ. 869.* & per Benintend. *d. deciſ. 13.* vbi etiam quod in dubio † præſumitur erectum auctori- 166
tate Epiſcopi, maxime ſi hoſpitale habet faciem & formam Eccleſiæ, & in hoc erit etiam animaduertẽdum ad diſtinctionem, de qua per Dominos de Rota *deciſ. 106. lib. 1.*

lib.1. part.2. vbi dixerunt, quod ſi hoſpitale habet Eccleſiam, & Eccleſia eſt principalis, & hoſpitale acceſſorium, tunc dicetur, & præſumetur Eccleſiaſticum, ſi autem econtra hoſpitale erit principale, & Eccleſia acceſſoria, tunc habetur tanquam laicale, & ſi ſumus in dubio, ſi apparet poſſeſſio, per quam poſſumus alterum præeligere, eam ſequemur. Hinc dicebam, in cauſa Dominorum de Galbiatis ex vna agen-
167 tium, & magnificæ communitatis † Pontremuli ex alia, ſe defendentis coram Re-
168 uerendiſs. † & integerrimo, ac religioſiſs. D.D. meo Ioan. Baptiſt. Saluago Epiſcopo Lunenſ. Sarzan. & Comite tanquam Apoſtolicæ Sedis delegato, hoſpitale ſancti Lazari de Pontremulo laicale, & mere profanum, non autem Eccleſiaſticum cenſen-
169 dum eſſe † quia à memoria hominum ſemper à laicis fuit poſſeſſum, & adminiſtratum, iuxta conſiderationem Rotæ *in d. deciſ.106. cum ibi allegat* accedebat, quod conſtitutio, & deſtitutio gubernatorum, adminiſtratorum, ac rectorum illius ſemper fuit facta à laicis ex immemorabili tempore, vnde laicale præſumendum erat, Rot. *de. iſ. 275. num.1. part.1. & d. deciſ.106. num.4.* poſt Calderin. *conſil. 4. verſic. item conſtitutio, de rel g domib.* Tertio faciebat, quia fructuum illius diſtributio eſt ordinata in alimoniã, & nutritionem pauperum, quod non conuenit, niſi hoſpitali laicali, Rot. *de. iſ. 714. num 6 & ſeq. part.1. & deciſ.114. num 1. & 2. part 2.* Quarto addebatur, quod D. Galbiatus non ſupplicaſſet illud ſibi committi in regimen, & gubernium, cum onere expreſſo conuertendi fructus dicti hoſpitalis in ſuſtentationem pauperum & infirmorum, ſi tanquam Eccleſiaſticum, & religioſum potuiſſet illud obtinere in titulum, faciendo fructus ſuos. Quinto, quia ipſa impetratio, & conceſſio de dicto hoſpitali præſentata per dictum D. Galbiatum hoc apertum manifeſtabat, quia in ea Summus Pontifex mandabat dictum hoſpitale regendum, & gubernandum dicto D. Galbiato committi, quod verbum *committere*, eſt proprie hoſpitalis laicalis, cum in laicalibus fiat commiſſio, ſicut in beneficialib. & Eccleſiaſticis fit collatio, prout ita argumentati ſunt in terminis Domini de Rot. *d. deciſ.714. num.3. & 4.* & ex aliis concludebam hoſpitale prædictum † non ſubiacere 170
impetrationi Summi Pontificis, cum ab eo hoſpitale laicale non impetretur, & quod per conſequens impetratio dicti D. Galbiati non ſubſiſtebat, Anton. de Butr. *in cap. dilectos, num.15. ad fin. verſic. vidi maximam quæſtionem, de donat.* ibique teſtatur ita fuiſſe iudicatum Florentiæ, & illum in eodem loco ſequitur Imol. *num. 18.* & hanc tanquam communem concluſionem approbauit Rot. *d. deciſ.725. num.2. part.1.* prout & ita indubitanter in illo caſu tenendum exiſtimo, ex aliis etiam, de quibus in meis iuris allegationibus.

Sed circa ſupra adducta in intelligentia animaduerte, quod licet non defuerint multi, qui indiſtincte tenuerunt, quod hoſpitale dicatur pius locus, ſiue ſit inſtitutum auctoritate Epiſcopi, ſiue non, de quibus per Tiraquel. *de priuileg. pia cauſa, in præfat. verſic. ſed alii indiſtincte*, tamen quoad caſum noſtrum, in quo tractatur de iuriſdictione laicali in Eccleſiaſticos, erit veriſſime ſupra adducta intelligentia com-
muniter approbata, quod † hoſpitale tunc 171
erit à iuriſdictione laicorum ſolum exemptum, quando nõ tanquam profanum priuatim à laicis, ſed tanquam Eccleſiaſticum ab Epiſcopo, ſiue eo autorizante erectum fuerit, nec ſequitur, *eſt pius locus, ergo Eccleſiaſticus, religioſus, aut ſacer, & per conſequens à iuriſdictione laicorum exemptus*, quia vt alias dicebamus, datur pius locus, & tamen non Eccleſiaſticus, non religioſus, & non

&c non ſacer, vt late per eundem Tiraquel. *loco ſupra citato*, & erit pius locus non proprie, ſed reſpectu, quod in eo aliqua pietatis opera exercentur, ſed non per hoc erit à laicorum auctoritate liberum, alias eſſet ſumme inconueniens, ſi vbicunq; pia aliqua exercerentur, ibi laicalis iuriſdictio ceſſaret, cum vbique locorum inter Chriſti fideles pietas, religio, & pia, ac Chriſtiana opera vigeant, & adminiſtrentur, ideo licet ſecundum præallegatos per Tiraquel. hoſpitale poſſet etiam dici locus pius, reſpectu operum, quæ in eo exercentur, nunquam tamen erit de foro Eccleſiaſtico & à laicali auctoritate, & ſuperioritate alienum, niſi etiam Eccleſiaſticum appareat, iuxta ſuperius conſiderata, quibus conueniunt dicta per Bart. *in l. fin. num. 6. ff de col*
172 *leg illicit.* vbi diſtinxit, † quod aut ſiunt collegia cauſa religionis, & vt in eis pia opera frequententur, vt ſunt collegia diſciplinatorum, collegia miſericordiæ, & collegia iuuantium oppreſſos, & ſimilia, ita tamen, quod remaneant perſonę ſeculares, & tunc etiam de iure communi à quocunque fieri poſſent, nec in hoc Eccleſiaſtica auctoritas conſideratur, aut fit collegium cauſa quidem religionis, & pietatis, ſed ita quod perſonæ Eccleſiaſticæ efficiantur, & iſtud non poteſt fieri, niſi auctoritate Summi Pontificis.

173 XIX. Amplia, † vt idem ſit generaliter de omnibus piis locis, cum ſint de foro Eccleſiaſtico, & Eccleſiæ æquiparentur, ita Dec. *in d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 27.* & not. *in d. cap. de quarta, de præſcript.* Abb. *in c. fin. in 3. not. de teſtam. & in c. accedentibus, in 2. not. de priuileg.* & faciunt omnes ſupracitati in proxima ampliatione de hoſpitali, qui ideo illud eximunt à conſtitutione, & iuriſdictione laicali, quia dicitur locus pius, & quod hic de pio loco dicimus, intellige ſecundum ea, quæ ſupra conſiderauimus.

XX. Amplia, † vt idem ſit circa tangentia matrimonium, in cuius materia laici quidquam nequeunt ſtatuere, cum non ſit ciuilis, ſed Canonica, & ſpiritualis, ideo ſpectat ad Eccleſiam, eſt enim vnum ex ſeptem Sacramentis Eccleſiæ, ideo non iure fori, ſed poli, id eſt, non ſecundum leges, ſed ſecundum Canones regi debet, imo ſi quis dixerit, cauſas matrimoniales non ſpectare ad iudices Eccleſiaſticos, anathema ſit, inquit can. 12. *in ſacroſancto Concilio Trident. de Sacramento matrim. ſeſſ. 24.* & facit text. *in c. Euphemium, §. hinc colligitur, 2. quæſt. 3.* Federic. de Sen. *conſil. 36. per totum.* Abb. *in conſil. 12. num. 1. & 2. lib. 1.* Cephal. *conſil. 319. num. 12. lib. 3.* not. communiter ſcribentes *in cap. fin. de ſecundu nupt. & in cap. 1. de ſponſal.* vbi præcipue Abb. & Anton. de Butr. *in cap. ſtatutum, il 1. de hæretic. in 6.* Cur. ſen. *conſil. 27. num. 2.* vbi hanc veriorem, & magis communem teſtatur, ſubiungens, quod ideo non valebit ſtatutum prohibens † matrimonium cum forenſi, & Federic. de Sen. *d conſil. 36.* dixit, quod mulier nubens etiam intra annum luctus, non per hoc perdit vſumfructum eidem relictum à marito, non obſtante *l. 1. & 2. C. de ſecundu nupt. cum ſimil. b.* niſi tamen per maritum de viduitate conſeruanda aliter fuerit diſpoſitum, & Dd. communiter *in d. cap. fin.* vbi præcipue Ioan. Andr. & Hoſtienſ. notant, † quod omnes leges ciuiles prohibentes matrimonia contrahi, ex aliqua cauſa, recipiunt correctionem à lege Canonica, vnde nec laici ex tali ſtatuto de matrimonio diſponente ligabuntur, prout idem notauit Abb. & Butr. *in d cap. 1. de ſponſal.* Ruyn. *conſil. 44. num. 2 vol. 5.* Curt. iun. *conſil. 94. num. 1.* Dd. *in d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ*, & Ioan. Andr. *in d. c. ſtatutum, de hæretic. lib. 6.* dixit, quod non valet ſtatutum imponens pœnā mulieri contrahenti matrimonium † ſine conſenſu patris, quod etiam 174 175 176 177

etiam comprobauerunt alii ſcribentes, & præcipue Anton. de Butr. *in d. cap. 1. de ſponſal. & in d. cap. Eccleſia ſancta Maria*, Calcan. *conſil. 12.* Abb. *d. conſil. 12. num. 1.* vbi etiam
178 dixit, quod non valet exheredatio † facta à patre de filia, eo quia nupſit contra eius voluntatem, quia hoc eſſet impedire libertatem matrimonii, vt Curtius ſenior *d. conſil. 27. num. 3.* affirmat, quod opinio Calderin. *in cap. 2. de clandeſt. deſponſat.* dicentis, quod valet, & tenet ſtatutum diſponens, contrahentem matrimonium cum puella
179 ante vigeſimum quintum annum † ſine conſenſu propinquorum incidere in pœnam, reprobatur à Dd. præcipue ab Abb. & Anton. de Butr. *d. cap. 1. de ſponſal.* quia per tale ſtatutum intimidaretur matrimoniũ, quod debet eſſe liberum, *cap. cum locum, de ſponſal.* & ſuper quo laicis eſt prohibitum diſponere, & licet tam iſtud ſtatutum, quã aliud ſupra poſitum, quod filia non valeat ſine conſenſu patris contrahere matrimonium, ſub pœna, non vtiq; iuris præſidio, æquitatiſque minime carere videatur, eo quod per talem prohibitionem arceantur, & deſidia, & ſimultates, & aſſiduæ rixæ, contentiones, iurgia, cædes, & ſcandala, quæ oriuntur, vt plurimum ex furtiuo, & inaſpectato aliquo matrimonio, quod inuitis parentibus contrahitur, & quibus ideo malis occurrere non modo æquum, ſed neceſſarium videri deberet, & licet etiam ex ſupradictis conſiderationibus non defecerint aliqui acerrimi ingenii, ſummęque auctoritatis viri, qui talia ſtatuta valere affirmarint, vt Bald. *in l. omnem, ad fin. C. ad Tertull. & in rubr. de conſtit. col. 5. & in cap. tenor, in fin. de reg. iur.* Calderin. *in cap. 2. de clandeſt. deſponſ.* Roman. *in rubr. ff ſol. matrim. in 7. col.* vbi inquit, admirari de tenentibus in oppoſitum, & Paul. de Caſtro *in l ſi filiam, C. de inoffcioſ. teſtamen.* tamen à priori opinione minime recedendum erit, quia non ſufficit, vt pluries dictum fuit, quod in aliquo caſu adſit iuſta, † rationabilis, imo 180 neceſſaria cauſa aliquid ſtatuendi, niſi & à ſtatuere debentibus ſtatuatur, & eo modo, quo ſtatuẽdum eſt, nec æquitas facit, quod laici, qui de ſpiritualibus nullo modo ſe intromittere poſſunt ſpiritualem etiam auctoritatem ſibi aſſumant, ſed bene æquitate ſuadente, vt pro remedio ad ſuperiores Eccleſiaſticos recurrant, conſentiendum eſt, & hanc partem etiam ſequutus eſt Felyn. *in d. cap. 1. num. 22. in fin.* non obſtantibus ibi oppoſitis. Ampliationem etiam ſequutus eſt Angel. *in conſil. 29. incip. Titius exiſtens de nobili progenie, num. 3.* vbi dixit, quod ſuper matrimonio diſpoſita à iure ciuili contra diſpoſita à iure Canonico, vel præter, non valent, † & licet olim fuerit fa- 181
ctum contrarium, id fuit temporibus, quibus Imperator præerat etiam ſpiritualibus, nedum temporalibus, ſecundum Odo. *l. qui contra legum præcepta, C. de inceſt. nupt.* & ideo illo iure prohibitæ erant nuptię per SCtum inter tutorem, & pupillam, *l. 1. C. de interdict. matrimon.* & per legem Iuliam inter ſenatorem, & libertam, & ſenatoris filiam, *l. lege Iulia, ff. de ritu nupt. cum aliis ſimilibus*, ſicut etiam reperitur diſpoſitum à ſeculari poteſtate, de Epiſcopis, & Abbatibus, atque monachis, & de quampluribus generibus clericorum, quæ omnia hodie ad Eccleſiaſticam auctoritatẽ tranſlata, & reſeruata repperiuntur, vt *in d. cap. Eccleſia ſancta Maria, & in cap. nouit, de iudic. cum aliis, de quibus ſupra in principio concluſionis.*

Subamplia, † vt idem ſit de dependen- 182
tibus à matrimonio, vtputa in repudiis, diuortiis, & impedimentis matrimonialibus, quid enim ſciunt leges, quod compater cum commatre, vel cum filiola ſua ſpirituali non poſſit contrahere, vel cum ſponſa ſui conſanguinei, etiam mortuo

Digitized by Google

illo, ita Federic. de Sen. *d. conſil. 36. num. 1.* quem ſequitur Abb. *in d. cap. Eccleſia ſancta Mariæ, num 19.*

183 Secundo ſubamplia, † quod licet laicis ſit regulariter permiſſum diſponere de acceſſoriis matrimonii, puta de dotibus, & ſucceſſionibus, & de inuitando certum tantum numerum perſonarum ad nuptias, vt omnes *in d. c. 1. de ſponſal.* vbi Felyn. *num. 16.* dicit communem; & *num. 23.* Bald. *in rubr. de conſtit. in fin.* tamen ſi laici eo modo de prædictis ſtatuerent, quod timidaretur matrimonium, & impediretur illius libertas, nec quoad prædicta eorum ſtatutum valeret; ne quod vna via prohiberi non poteſt, altera via præcluderetur, ſeu timidaretur, *c. cum quid. de reg. iur. in 6.* prout * hanc eſſe communem Dd. opinionem teſtatur Curt. ſen. *d. conſil. 27. num. 3. verſ. quod intelligendum,* per ea, quæ not. Ioan. Andr. *in d. c ſtatutum.* & idem voluit Bald. *in l. nemini. C. de nupt. & in l. cum qui. ff. de ſtat hom.* Iac. Butrig. *in l. 1. ff. de conſtit. Princip.*

184 Tertio ſubamplia, † vt ſtatutum imponens pœnam contrahenti matrimonium, nõ valeat, etiamſi ſtatuentes ex aliqua iuſta cauſa ad ita ſtatuẽdum fuiſſent moti, quia, vt alias diximus, in condendis ſtatutis nedum cauſa iuſta, ſed iuriſdictio, & auctoritas ſtatuendi requiritur, qua iuriſdictione, & auctoritate circa matrimonium, laicos omnino carere ſupra viſum eſt, vnde erroneam, & communiter damnatam appellat Curt. Sen. *in d. conſil. 27. n. 7.* opinionem Bart. *in l. edicimus, C. de muril. g. lib. 11.* dum voluit, reſpectu pœnæ valere ſtatutum, quod inter homines diuerſarum ſectarum non contrahatur matrimonium, quando honeſte mulier nubere poſſet, ſeruata forma ſtatuti, & opinionem Bald. *in l. 1. § ius naturale, ff. de iuſtitia & iur* dum voluit, valere ſtatutum, quod Guelfus non accipiat Gibellinam propter publicam vtilitatem, & eiuſdem Bald. *in rubr. de conſuetud.* vbi dixit, quod conſuetudo poteſt ponere pœnam rei licitæ, vt matrimonio, ſi ex eo ſequatur illicitum, puta ſi ſeminatur diſcordia, & tumultus in ciuitate, & eiuſdem Bald. *in l. omnem, C. ad Tertullian.* dum approbat ſtatutum imponens pœnam nubenti ſine conſenſu patris, eo quia nubere ſine dicto conſenſu ſit contra bonos mores, maxime prudentum, & contrariam opinionem tenentem huiuſmodi ſtatutum non valere, appellat magis communem, & ** abſque in iudicando non recedendum idem Cur. ſen. *in ſupracitato loco, num. 3. & 4.* ex quo male ſenſiſſe videtur Decian. *d. tract. crimin. cap. 34. num. 161. l b. 2.* dum ob per eum ibi allegata in contrariam ſententiam deſcendit.

Quarto ſubamplia, † quod nedum non 185 valet ſtatutum, aut pœna in eo appoſita contra libertatem matrimonii, vtputa contra nubentem ſine conſenſu patris, quod imo pater dicto ſtatuto non obſtante, tenebitur dotare filiam, ita Abb. *in d. cap. Eccleſia ſancta Mariæ, nu. 20.* per gloſſ. *in c. fin. 33. quæſt. 2. & in c. de raptoribus. 36. quæſt. 1.* & idem Abb. *conſil. 12. num. 1* & faciunt addita ad Bartol. *in l. obligamur, ff. de action. & obligation. b. in addit. fin.* & hoc idem ſenſerunt Ancharan. *conſil. 21. num. 4. & 5.* Calcan. & multi alii, qui cum eo conſuluerunt *in conſil. 3. 4. 5. & 6.* & ſuadetur ratione, quia ſi leges ipſæ, quæ alias contra liberam contrahendi voluntatem diſponebant, ſunt correctę, & redactę ad diſpoſitionem iuris Canonici, *vt in c. fin de ſecund. nupt. & in c. 1. de deſponſ. impub.* & per Cyn. *in l ſi vt proponis, C. de nupt.* multo magis corrigi, & non valere ſtatutum contra prædicta dicendum eſt, eo quia ſtatutum dicitur ſolũ pars iuris. Ancharan. *conſil. 303. nu. 3.* Nec obſtat ratio, qua contraria opinio fulciri videtur, videlicet, quod ſeculari poteſtati nemo iure prohi-

Digitized by Google

prohibere poteſt, quo minus rempublicam ſuam ſeruet, ac tueatur, & quod ideo pro conſeruanda in populo concordia, & ad ſcandala euitãda poſſunt prohiberi matrimonia inter aliquos, & ſub certo modo iuxta conſiderationem Baldi *in d. § ius naturale*, & aliorum, *vbi ſupra*, quia reſpondetur, quod cuiq; certe licet ſuam rempublicam ſeruare, ac tueri, & ſcandala remouere, ac ſedare, ſed tamen eſt modus in rebus, & ideo debent prædicta fieri ſeruatis ſeruandis, & cum debitis mediis, non autem ſubuertendo iura, & faciendo de voluntate rationem; vnde ſi forſan concederemus, quod eſſet bonum remouere matrimonia inter aliquos præcipue abſque conſenſu parentum, & occaſione euitandi ſcandali, & diſcordię in ciuitate, & ob publicam reipublicę quietem, nunquam tamen concedemus id fieri potius debere ex ipſorum laicorum auctoritate, & ordinatione, qui carent in prædictis omni iuriſdictione, quã ex Summi Pontificis, ad quem ſolum de iure ſpectat circa prædicta diſponere, ac diſpenſare; Nam in hoc nullum poteſt conſiderari periculum reipublicæ, quia contra eam effectus coniunctionum, & matrimonii inter illos ſuſpectos, non autem modus, & auctoritas talem effectum diſpenſandi, & remouendi vrgere poteſt, & ſi intereſt reipublicæ quietis, vt inter aliquos matrimonium non ſequatur, nihil tamen refert, ſi talis de eo contrahendo prohibitio proueniat à ſuperiore competente, & ideo ſaluãdo opiniones, dicerem, quod imminente maximo ſcãdalo in republica, poſſent huiuſmodi matrimonia prohiberi, hoc tamẽ Summo Pontifice, & non alio approbante, & ex eius auctoritate fieri deberet, non autem aliquo pacto ex mera laicorum ordinatione, prout etiam infra dicemus de his, ad quæ vt clerici teneantur, aliqua ſuadet rationabilis cauſa, & tamen ad ea per ſuos ſuperiores Eccleſiaſticos adſtringẽdos eſſe probauimus, & ratio inter alias eſt, quia, vt ſæpe diximus, dato defectu poteſtatis in ſtatuente, nihil operari poteſt rationabilitas, vel aperta iuſtitia ſtatuti, Felyn. *in cap. 1. num. 13. in fin. de ſponſ.* vbi hanc opinionem veriorem, & communem dicit, ibique ad contraria reſpondet, & hinc apparet, haud iure ſubſiſtere, quod dixit Anchar. *d. conſil. 21. num. 6.* dum voluit, ſtatutum poſſe imponere pœnam priuationis hereditatis filiæ nubenti contra voluntatem patris cum infami vel turpi perſona, eo quia ex quo ꝑ hoc patrẽ offenderit, & famam eius læſerit, videtur in hoc iuſta exheredationis cauſa reſultare per *l. nõ tantũ, § ſi emancipatus, ff. de contra tab.* quia, vt fuit dictũ, non ſufficit iuſta cauſa in ſtatuto, niſi etiã adſit auctoritas talia ſtatuẽdi, & per Apoſtolũ conceditur filiis, & filiab. libera poteſtas nubẽdi, cui voluerint, quæ nõ poteſt metu pœnę coarctari ad aliquos caſus per laicos, cum ſoli Pontifici datum fuerit diſtinguendi in ſpiritualibus, & limitandi prohibita, vel conceſſa de iure diuino, ſecundum Doctores *in cap. fin. de conſuetud.* & per Ioannem Andream & alios *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.*

186 Intellige prædicta vera, † quando filia nubendo ſine conſenſu patris dotem promiſiſſet, ſecus ſi ſine dotis conſtitutione nupſiſſet, Abb. *in d. c. Eccleſia ſancta Maria, num. 20* de mente Bart. *in d. l. obligamur, in fin.* vbi dixit, quod ſi filia maritauerit ſe, & promiſiſſet dotem, licet pater eam nõ maritauerit, illam tamen dotare teneretur; ſecus ſi eſſet maritata ſine promiſſione dotis, & tunc, inquit Abb. *vbi ſupra*, imputandum eſſet marito, qui duxit vxorem ſine dote, & nihilominus eam alere tenetur, iuxta allegata *in c. per veſtras, de dot. poſt diuort. reſtit.* idem voluit Abb. *d. conſil. 12. num. 3. verſic. limita tamen hoc.*

H 2 Limita-

187 Limita, † quod ſupra dictum eſt de nullitate ſtatuti imponentis pœnam contrahenti matrimonium, vt non habeat locum, ſi ſtatutum non quidem pœnam imponeret, ſed ſolum aliquod lucrum nubenti eo modo, quo ſtatutum ordinat, conceſſum, non eo modo nubenti auferret, ita Anton. de Butr. *in d. cap. 1. num. 12. de ſponſal.* vbi voluit, quod quando ſtatutum apponit pœnam lucrum legis, vel à lege datum tollendo, valet per gloſſ. *in cap. cum ſecundum, in verb. certoque caſu, de heretic. lib. 6.* & licet Abb. *in eodem cap. 1. num. 9.* teneat contrarium, tamen ab opinione Anton. de Butr. non recederem, ex illa potiſſimum ratione, quod ſicut eſt permiſſum laicis beneficium ſuorum ſtatutorum generaliter clericis prohibere; & non per hoc dicentur contra libertatem Eccleſiaſticam ſtatuere, iuxta notata per ſcribentes, & præcipue Felyn. & Dec. *in d. cap. Eccleſia S. Maria*, & alios, de quibus nos *infra*, ita nec contra libertatem matrimonii dicetur ſtatutum, per quod à beneficio prouueniente ſolum ex ipſorum ſtatutorum diſpoſitione quis in aliquo caſu amouebitur, qui enim non dat de ſuo, non facit iniuriam, aut rem prohibitam, ſed qui aufert de alieno, Felyn. *vbi ſupra, nu. 81. verſic. ſecundo declara*, vbi etiam Dec. *num 226.* & hanc opinionem dicit veriorem contra Abbat. Felyn. *in d. c. 1. num. 15. de ſponſ.* & illam etiam approbauit Ioan. de Ana. *in cap. cum cauſa, in 5. col. de rapt.* & Salycet. *in l. vnic.* poſt argumenta ad partes *col. 6. C de rapt. virg.*

188 Secundo limita, † vt non procedat quoad pœnas defectum, aut culpam circa aliquod mulieris nubentis punientes, nam quoad illas ſtatutum valet, & ad illas porrigitur, etiam quod illas imponeret occaſione matrimonii, aut ſecundarum nuptiarum, vtputa ſi ſtatutum priuaret tranſeuntem ad ſecundas nuptias non petito tutore filiis, iuxta tex. *in l. omnem matri, C. ad Tertul.* Nam tunc ſtatutum nõ diceretur impedire, quin quiſq; libere poſſet nubere, & tráſire ad ſecũda vota, ſed ſolum puniret defectus illius, qui antequam nuberet, non adimpleuit ea, quæ iuris ſunt, & ea, ad quæ tenetur. Abb. *in d. c. Eccleſia S. Mariæ, nu. 20.* vbi dixit, quod ſunt per Canones ſublatæ pœnæ illæ, quas mulier incurreret ex eo ſolo, q́ tranſiuerit ad ſecundas nuptias, de quibus *in l. 1. & in l. fœmina, & in l. hac edictali, & l. fin. C. de ſecund. nupt*: & con ſerta alia cõmunis Dd. ſententia, qua habetur, quod nec etiam p Canones ſunt ſublatæ pœnæ cõtra nubentes impoſitæ iure ciuili, quæ reſpiciunt, & ſunt fundatæ ſuper fauore filiorũ primi matrimonii, de qua communi teſtatur idem Abb. *vbi ſupra, & in c. fin. de ſecund. nupt* nã tales pœnæ non fuerunt impoſitæ, vt impediretur libertas matrimonii, eo q́ aquis nubit, ſed quia nubit antequam adimpleret ea, quæ lex in fauoré ipſorum filiorum primi matrimonii derelictorum ob tranſitum ad ſecunda vota diſpoſuit; † nec dictũ 189 Apoſtoli, de quo *in c. fin. & c. præcedenti, de ſponſ. in c. Euphemiũ, §. hinc colligitur, 2. q. 3.* ſuper quibus capitulis videntur fundati, qui aliquando contrariũ tenuerunt, repugnat. Nam licet Apoſtolus generaliter dixerit, q́ mulier viro ſuo mortuo ſoluta eſt à lege viri ſui, & nubendi, cui vult, in Domino liberam habet licentiam, non tamen tam late eſt accipienda illa licentia, vt etiam incongruo tempore, & omiſſis his, ad quę mulier de iure tenetur, illam nubere poſſe Apoſtolus intellexerit, ſed potius ad inſtar aliarum legum, dictũ, quamuis generale, Apoſtoli interpretabitur rationabiliter, & pie, vt ſcil. nubat, cui velit, tẽpore tñ congruo, & modo, quo nemini noceat, aut præiudiciũ afferat, & prius adimpletis de iure adimplẽdis, ſicut nõ obſtãte ſupradicta generali licentia mulier non poſſet nubere ex certa cauſa

Digitized by Google

cauſa,&quodam tempore,vtputa quadrageſimali, & alijs, de quibus *in c.non oportet, cum tribus canon. ſequentibus, 33. quæſt.4.& & in c.ad eius vero,5. diſt.cum ſimilib.* & dictũ Apoſtoli in ſumma tribuit libertatem nubendi,quoad perſonas,vt ibi,cui vult,non autem quoad modum, & tempus incongruum indiſtincte, & quod ſupra dictum Apoſtoli generale ſit intelligendum cum grano ſalis,& rationabiliter dixit Abb. *in d. c.Eccleſia ſancta Mariæ, num. 20.* vbi ideo infert,quod pœna infamiæ,& aliæ pœnæ cõtra tranſeuntes ad ſecunda vota ſunt correctæ tanquam contrariæ libertati matrimonij, de quo per Apoſtolum in ſupradictis iuribus, niſi tamen ex magna feſtinatione ad ſecunda vota reſultaret turbatio ſanguinis, & incertitudo prolis,puta quia naſceretur ex muliere partus in nono mẽſe poſt mortem viri ſui,ita quod poſſet eſſe primi viri, quia natus in nono menſe,& etiam ſecundi, quia in ſeptimo menſe naſci poteſt, & eſſe perfectus,vt *l.ſeptimo menſe, ff. de ſtat. hom.*. & hoc caſu mulier deberet pati omnes pœnas impoſitas contra ſecũdo nubentes: Nam licet Apoſtolus dicat, *& nubendi, cui vult, in Domino licentiam habet*, non tamen eſt veriſimile,quod ſub tali generalitate licentiæ Apoſtolus cogitauerit permittere ſecundas nuptias, propter quas poſſet reſultare incertitudo prolis, vel aliquod aliud malum,& ſcandalum apud bonos,& graues,ſed eius dictum debet diſtingui per ius humanum ad ea, quæ iuris ſunt, ſicut ius diuinum in multis alijs caſibus diſtinguitur, vt not. *in c.1. & in c.quæ in Eccleſiarum,de conſt.* quod placuit & Bald. *in l.liberorum, ff.de his, qui not.infam.* vbi affirmat ſecundum hoc etiam Paul. de Leaz. & Ray. conſuluiſſe,& ſupra dicta ſuadent etiam verba illa, de quibus *in ſupra dictis,c.penult. & fin. de ſponſ.* videlicet *nubendi,cui vult,in Domino*,nã in Domino nubet, ſi nubet ſecundum charitatẽ, potiſſimum erga proprios filios, illis ante omnia, & ſic antequam ſecundo nubat, prouidendo,& alia erga illos gerendo,quæ indemnitatem ac vtilitatem illorum reſpiciunt, aliâs, ſi poſtpoſita charitate prædicta, & ſoli libidini cõſulens, minus feſtinanter nuberet, non eſſet in Domino nubere, ſed ſi hoc dicere licet in aduerſario, ex quo charitatem erga proprios filios beſtiali ipſius concupiſcentiæ poſtponere non erubeſceret, vnde omnes pœnas ſupradictas ſubiret impoſitas quidem non ſecundo nubentibus ex eo, quod ſecundo nupſerint, ſed quia ſecundo nubentes ea, qua decet, pietate erga filios minime ſe geſſerint, & quibus ideo Apoſtolus minime derogare intellexerit, & hanc eandem ſententiam ſequutus eſt Felyn. *in d.c.1.n.14.de ſponſ.* & Bal. *in l.1. ff.de conſtit. Princip. & in l. Paulus, ff. de ſtat.hom.* Anch. *in repet. d.c.1. fol.mihi 8. verſ. quædam vero leges, de conſtitut.* Innoc. *in d.c. final.de ſecund. nupt.* Socin. *conſ.34.columna.2. verſ. nec obſtant legata, volum. 1.* vbi hanc cõmunem teſtatur,ibique conſuluit,quod omnes pœnæ, quæ fuerunt impoſitæ matri tranſeunti ad ſecunda vota habent etiam locum in patre, & viro, & auctoritates adducit.

XXI. Amplia, etiamſi † ſtatutum eſſet 190 fauorabile clericis, ac tenderet ad illorum fauorem; Nam ſi tamen de eis expreſſe diſponeret, non valeret, nec ab Eccleſia permitteretur, per tex. expreſſum, *in d.c.Eccleſia S. Mariæ,ibi, quod Eccleſiarum etiam reſpiciat commodum,& fauorem*, vbi cõmuniter Doct.& præcipue Abb. *numer.26. & 37.* Dec. *num.88. verſ. prima concluſio*, qui loquitur etiam de ſtatuto,vel lege Imperatorũ,& ratio eſt ex defectu poteſtatis, quæ nullo modo competit laicis ſuper, & de clericis ſtatuendi, & ſicut etiam poteſtas ſtatuendi à iuriſdictione regulatur, Bartol.

in d. l. omnes populi, 1. quaſt. prin. ff. de iuſt. & iur. Bald. *in l. final.* per illum text. C. *de iuriſ-
dict. omn. iud.* gloſſ. *in l. 1. & in l. final. ff. eod. ti-
tul.* Dec. *in dict. c. quæ in Eccleſiarum, num. 38.
de conſtitut.* & Imperator, aut alius Prin-
ceps laicus nullam habent iuriſdictionem
in clericos, aut Eccleſiaſticos, *d. c. bene qui-
dem, c. cum ad verum, 96. diſtinct. c. ſi Impera-
tor, c. placuit, 11. quaſt. 3. c. ſi diligenti, de foro
compet.* ita nec ſtatuendi auctoritatem ha-
bere potuit, *c. à nobis, de ſenten. excom. c. vt a-
nimarum, de conſtit. in 6.* Ideo Dec. *in dict. c.
Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 91.* infert, quod
omnes leges, quæ habentur in titulo C. *de
ſacroſanct. Eccleſ.* & in titul. *de Epiſcop. & cle-
ric.* non valent, cum de laicis, & alijs Eccle-
ſiaſticis licet fauorabiliter aliquando, ſpe-
cialiter tamen loquantur. Idem voluit Cal-
der, *in conſil. 2. de cenſ. verſicul. ratio, quia le-
ges,* ſicut ſolemnitas introducta per Impe-
ratorem, vt in alienatione rei Eccleſiaſti-
cæ, de qua *in authentic. hoc ius porrectum.* C.
de ſacroſanct. Eccleſ. non attenditur, vt vo-
luit Innocent. *in dict. c. 1. de rebus Eccleſ. non
alienand. in 6.* vbi etiam Dominicus *in gloſ.
in verb. tractatus, in fine,* Abbas *in cap. nulli,
column. 1. in fine, de rebus Eccleſ. non alienand.
& in cap. in præſentia, colu. 6. verſicul. & in
hoc dubito, de probat.* vbi eadem ratione con-
cludit, quod iura ciuilia loquentia de em-
phyteuſi Eccleſiæ, non debent ſeruari, ſic-
ut nec etiam text. *in l. ad inſtructionem,* C.
de ſacroſanct. Eccleſ. de quo tamen per Cal-
der. *dict. conſil. 2. colum. 3. de cenſ.* Abb. *conſ.
3. caſu, ſuper quo, per tot. libr. 1.* Bartol. & Dd.
in dict. l. ad inſtructionem, & Andr. Barbat.
conſil. 1. column. 10. libr. 3. & nos *infra,* am-
pliationem etiam ſequutus eſt Alexand.
conſ. 210. numer. 1. libr. 2. Abb. *conſ. 83. num. 2.*
Ioan. Andr. & Hoſtienſ. *in c. fin. de ſolut.* Io-
an. de Lign. & Ant. de Butr. *in c. quod cleri-
cus, de for. compet.*

Limita ampliationem, vt nõ procedat,
quando ſtatutum † eſſet à ſummo Pontifi- 191
ce approbatum, nam tunc valeret, & ſuſti-
neretur, ita Capr. *dict. concluſ. 15. numer. 29.*
per tex. *in c. nouit, de iud. & c. can. 11. 147. qu. 1.*
Abb. *in dict. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, numer. 5.*
vbi notabiliter dixit, quod talis approba-
tio eſt reſeruata ſolo Pontifici, nec Epiſco-
pi, aut alij Prælati poſſunt talia ſtatuta ſpe-
cifice de rebus Eccleſiæ, ſiue Eccleſiaſticis
perſonis etiam fauorabiliter diſponentia
approbare, qui non poſſunt hanc iuriſdi-
ctionem laicis demandare, ſed hoc ſum-
mo Pontifici reſeruatur, vt *in c. decernimus,
de iud.* vbi licet hoc dicatur ratione fori, &
reſpectu poteſtatis iudicandi, idem tamen
eſt, quoad poteſtatem ſtatuendi, quia à pa-
ri procedunt, vt ſupra pluries dictum eſt,
prout & hoc etiam adnotauit Dec. *in d. c.
Eccleſia ſanctæ Mariæ, numer. 56.* & hoc idem
voluit Barb. *in conſ. 65. col. 11. verſ. dat etiam a-
liam reſponſionem, lib. 4.* exemplificans etiam
in legato, & de hoc etiam infra latius in li-
mitationibus.

Secundo limita, vt non procedat am-
pliatio, quando ſtatutũ eſſet † rationabile, 192
& fauorabile clericis, nec diſponeret de eis
expreſſe, vel eorum bonis, ſed generaliter
ſtatueret, non faciendo mentionem de il-
lis, nam tunc porrigetur etiam ad clericos
ad hoc, vt eo vti poſſent, non autem quod
eis inuictis illo obligarentur. Alexander
dict. conſil. 210. numer. 2. libr. 2. Carpan. *in
in prælud. ad ſtatut. Mediolan. num. 573.* Capr.
vbi ſupra. num. 32. Anton. de But. *in dict. c.
quod clericus, de for. competen.* & not. per ſcri-
ben. *in d. l. 1. C. de ſumm. Trinitat. & fid. cath.*
vbi habetur, quod ſtatutum generaliter
includens clericos incluſione fauorabili,
valet, vt idem Ant. *in c. quæ in Eccleſiarum,
de conſtitut.* & ita communiter teneri teſta-
tur Capr. *vbi ſupra, numer. 35.* quem refert
& ſequitur Burſat. *dict. conſil. 93. num. 22. lib.
1.* qui item de communi teſtatur ex mente

Socyn.

Socyn. *conſil. 230. numer. 8. verſic. primò nota.* & quod ſtatutum fauorabile diſponens tamen in genere comprehendat clericos, dixit Lap. *dict. allegat. 101. numer. 6.* vtputa ſi
193 ſtatutum loqueretur de † Sarzanenſibus generaliter, & facit cap. *dilecti, de for. competen.* & ibi Ioan. Andr. *in c. ſine culpa, col. penult. verſ. ſuaderent. de reg. iur. in 6.* Idem ſi fiat mentio de vniuerſitate, nam tunc etiam porrigetur ad clericos, ſi ſit fauorabile, Oldrad. *conſil. 32. incip. quæſtio eſt, vtrum ſacerdos*, Ancharan. *conſ. 155. incip. optimis rationibus, column. 1. verſ. ſecundo principaliter.* Idem ſi fiat mentio de diſtrictualibus, Bald. *in l. 1. §. huius ſtudij, in fin. ff. de iuſt. & iur.* Anchar. *in cap. fin. in 4. notab. de offic. deleg. in 6.* Idem ſi fiat mentio de ciuibus, vt ita cõmuniter Doctores tenere teſtatur Mandoſ. ad Lap. *in allegat. 101. in verb. in genera, littera G.* & late de eodem vide Horat. Mandoſ. ad Roman. *conſ. 180. verb. comprehenduntur, lit. B.* & per Burſat. *dict. conſil. 93. lib. 1.* qui dicit, limitationem iſtam vbique ſeruari in practica, & ab Aduocatis, nempe clericum venire in ſtatuto laicorum honeſto, ſi non diſponat de clericis in ſpecie, & ſit eiſdem fauorabile, & hanc communem etiam dicit Dec. *conſil. 282. numer. 8.* & illam ſequitur *in dict. c. Eccleſia, num. 107.* vbi reſpondet obiecto, quod fieri poterat de poteſtate laicali in clericos, & Eccleſias, ſi teneremus conſtitutione generali laicorum clericos ligari, ſi eſt fauorabilis, & dicit, quod talis conſtitutio laicalis non aſtringet clericos virtute ipſius, ſed virtute approbationis, quæ colligitur ex canonum diſpoſitione circa plures leges laicorum fauorabiles clericis & Eccleſiis, de illis tamen nõ ſpecifice, ſed generaliter diſponentes, ex quo formatur regula per Doct. quod ſicut in pluribus caſibus particularibus fauorabilibus clericis, & Eccleſiis, licet de eis minime ſpecifice diſponentibus per canones fuerunt approbatæ leges laicorum, etiam quoad clericos, & Eccleſias, ita regulariter ex eo omnes etiamſi leges ciuiles approbatæ cenſentur ab Eccleſia, ſi generaliter loquentes fauorabiles ſint clericis, & canonibus non cõtradicãt; & virtute talis approbationis præſumptæ obſeruabitur illarum diſpoſitio non virtute ipſarũ legum, & per cõſequens poteſtas legis laicalis in hoc tantum operari dicetur, quantum approbata ab Eccleſia reputabitur, vltra quod tale ſtatutum, cũ præſupponatur ſimpliciter fauorabile, nõ diceretur ligare & imperare, ſed priuilegiare clericos, quod eſt permiſſum laicis, vt *ſupra, & in d. c. fin de reb. Eccl. non alienand.* ſecus ſi ſtatutum priuilegiando arctaret, & prohiberet, vt infra proxime.

Sublimita, vt non procedat, quando
ſtatutum † laicorũ caueret, ne clerici gau- 194
derent priuilegio ſtatutorum ipſorum laicorum; nam tunc clerici etiam volentes illis minime vti poſſent, ita Roch. de Curt. *in d. ſuo tractat. de ſtat. ſect. 8. nu. 73. & 85.* Felyn. *in d. c. Eccleſia, col. 40. verſ. ſecundo declara,* & Dec. *ibid. n. 226.* vbi dicunt, quod poſſunt facere ſtatuentes, nec dicetur contra libertatem Eccleſiaſticam, quia qui nõ impendit beneficium, nullam tamen facit iniuriam, & facit, quod not. Bal. *in repet. l. 1. verſ. ſuper quinto. C. de ſacroſ. Eccl.* dum dicit in ſimilib. terminis, ꝙ quis poteſt ſuũ beneficiũ remouere ab aliquo, ꝙ nota pro noſtro ſtatuto Ianuenſi, ſub rubr. *de priuil. cler.*

Tertio limita, vt procedat, quando ſta-
tutum † eſſet prohibitiuum, vel arctatiuũ, 195
vel inductiuum grauaminis, nam tunc nõ ligat clericos, vel Eccleſias, etiamſi in effectu concernat eorum fauorem, vtputa quia ſunt impeditiua dilapidationis, vel ſimilium, & ratio eſt, quia imperare & vetare non poteſt fieri, niſi quadam auctoritate ſuperioritatis, quam nullatenus habent laici

Digitized by Google

laici in clericos, etiam fauorabilia diſponēdo, cum quoſibet modo laici de rebus Eccleſiaſticis aliquid decernere prohibeantur iuxta tex. *in d. c. bene quidem, 96. diſtinct. & in d. c. Eccleſia ſancta Maria*, ſecus ſi ſtatuta ſunt mere priuilegiatiua, vel fauorabilia perſonarum, vel rerum Eccleſiaſticarum, vt ſupra per *l. omnia priuilegia, C. de Epiſc. & cler. c. 2. de conſuetud. c. 1. eodem tit.* quia conſulere, & permittere, & priuilegia præſtare poteſt lex etiam non ſuppoſito, *l. 1. C. de emancipat. liber. l. conuentionem, ff. de pact.* & facit, quia ſicut laicis permittitur poſſe beneficia conferre, & benefacere Eccleſiæ, & Eccleſiaſticis perſonis, & huiuſmodi actus priuilegiant, vt *l. 1. l. illud, & l. fin. C. de ſacroſ. Ecclesſ.* ita per ſtatuta laicalia, & per conſuetudines poteſt conferri beneficium clericis, facta æquiparatione poteſtatis contrahentis ad poteſtatem ſtatuentis, *l. non impoßibile, ff. de pact. l. nec eſt mirum, ff. de pignorat. act.* & idem tenuit Lap. *d. alleg. 101. nu. 14. cum ſeq. & alleg. 100. nu. 5.* qui dicit, quod ſic intelligitur text. *in d. c. bene quidem, 96. diſtin.* idem voluit Gemin. *in c. final. num. 1. de offic. deleg. lib. 6.* Alex. *conſ. 200. ponderatis, col. fin. verſ. accedat id, quod not. lib. 2.* & iſtam magis * communem, & veriorem ſententiam teſtatur Mandoſ. ad eundem Lap. *in d. allegat. 101. numer. 15. lit. R. in verb. perſonas*, de mente Alex. *in conſil. 211. num. 3. libr. 2.* qui Mandoſ. etiam affirmat Mattheſil. & alios cum * eo contrarium tenentes, *in ſing. 111.* communiter reprobari, prout etiam inquit Socin. *conſil. 241. circa primum, nu. 2. lib. 2.* idem ſenſerunt Abb. & Dec. *in d. c. Eccleſia ſancta Maria, numer. 106. & 201.* vbi cæteri ſcribentes.

196 Sublimita, quod diximus de † ſtatuto prohibitiuo, arctatiuo, & vetante fauorabilia, tamen vt verum ſit, quando expreſſe de clericis mentionem facit, ſecus ſi ſolum vtatur verbis generalibus ex ſuo ſignificatu tamen clericos implicantibus, vt ſi diceret, *omnes Florentinos, omnes Hiſpanos*, & ſic de ſimilibus, ita Lap. *dict. allegat. 100. num. 5.* & Alex. *dict. conſ. 211. numer. 2. & alibi iuribus ibi per eos*, tunc enim clerici ex eo comprehenderentur, quamuis eſſet arctatiuum, ex quo eſt fauorabile, & expreſſe de clericis non diſponit, vt diximus *ſupra in 2. limitatione*, de quo tamen ego ſummopere dubito, ratione præcipue, de qua ſupra in limitatione, quia ſcilicet vetare, & imperare clericis eſt omnino prohibitum laicis etiam priuilegiando, vt iuribus in dicta limitatione adductis, & certum eſt, quod etiamſi expreſſe de clericis non ſtatuant, ſi tamen per eorum verba generalia clericos etiam comprehendi intelligemus, & dixerimus ideo ſtatutum valere, de clericis etiã illos ſtatuere poſſe tacite ſaltem neceſſario fateremur, & permitteremus eos tacite hoc pacto clericis imperare, & prohibere poſſe, & tamen ſi hoc expreſſe fieri denegatur, vt ſupra, ratione defectus capacitatis, iuriſdictionis, & ſuperioritatis in eis, non video, quo iure huiuſmodi defectus, & incapacitas ſanetur ex generalitate verborum importantium tamen ſuperioritatem, & iuriſdictionem, de quo enim quis in ſpecie deponere non poteſt, nec in genere de eodem diſponere permittitur, prout ſic in terminis argumentatus eſt Hipp. Rimin. *in conſil. 15. num. 88. lib. 1.* per tex. *in l. Lucius, §. penult. ff. ad municip. cap. à nobis, de ſenten. excommun.* Bart. *in l. ſi quis ſub conditione, ff. de condit. inſtitut.* Bal. *in l. fin. §. in computatione, ad finem, C. de iur. delib.* bene verũ eſt, quod ſi clerici vellent vti priuilegio, & beneficio in ſtatuto, quamuis arctatiuo, & prohibitiuo comprehenſo, non poſſent, niſi ex toto eodem ſtatuto vterentur, & cum omnibus ſuis qualitatibus, & cum ſua forma, ſecundum Bald. *in d. l. de quibus, columm. 16. ff. de legib.* vbi etiam Iaſ. *col. 4.* Roch. de Curt. *de ſtatut.*

Digitized by Google

ſtatut.d.ſect.8.qu.11.num.62. Felyn.*in dict. c. Eccleſia ſancta Maria,quæſt.8.ver.ſed hunc primum caſum*, vbi etiam Dec.*nu.225.*& Bald. *in l.in legatis, C.ad leg.Falcid.* Decian.*d.tract. crim.lib.2.c.35.nu.7.verſ.fallit ſecundo,cum ibi per eum.*

XXII. Amplia, etiamſi clericus litiga-
197 ret coram † iudice ſeculari, quia contra eum non ſeruabitur ſtatutum, ſeu conſuetudo laicorum in deciſiuis, & quoad deciſionem cauſæ,ita Roch.de Curt.*d.ſect.8.qu. 11.nu.59.* qui ita omnes Dd. tenere teſtatur *in d.c.Eccleſia ſancta Maria,& in d.c.quod clericis.*

198 XXIII. Amplia, etiamſi cauſa † promoueretur principaliter contra laicum, & incidenter contra clericum, quia nihilominus conſuetudo, & ſtatutum laicorum in deciſiuis,vt ſupra,non ligaret clericum,ita idem Roch.de Cur.*vbi ſupra,n.60.* de mente Abb.ac aliorum,*in d.c.Eccleſia ſancta Maria*, & arg.tex.*in c.tuam, de ord. cogn.*

XXIV. Amplia, etiamſi conſuetudo &
199 ſtatutum laicorum † adduceretur pro clerico cōtra clericum, quia non per hoc inter eos valeret, aut aliquis ex eis ligaretur, ita idem Roch.de Curt.*vbi ſupra,nu.61.iuribus ibi per eum.*

200 XXV. Amplia, etiam reſpectu † laicorum habentium ius indiuiduum cum clericis, quia tunc ſtatutum laicorum, nec ipſos laicos ligaret, ſed poſſent vti beneficio,& priuilegio clericorum, cum quibus ius indiuiduum habent,ita Aret *conſ.25.viſo themate, numer.3. verſ. circa ſecundum dubium*, ea potiſſimum ratione, quia propter
201 perſonam priuilegiati defenditur † etiam non priuilegiatus,& quod eſt maius,trahit ad ſe,quod eſt minus,*l.ſi cōmunem.ff. quemadmod.ſeru.amitt.l.1.C.ſi in com. ead. cauſ. in integr.reſtit.l.tutor.§.1.ff.de mino.* gloſſ.*in c. 1.de iur. patron. libr. 6.* Abb.& poſteriores *in c. dilectus, de offic. leg.* idem cenſuit Roch. *in dict. tractat. de ſtatut. vbi ſupra, numer. 62.* Decian. *dict. tractat.crimin. libr.2. c. 35.num. 6. verſ. Amplia, quod imo, & latius,libr.4.c.9. numer. 44. iuribus, & auctoritatibus ibi per eum*,qui etiam *num. 46.* tenuit, quod nedū clericus habens ius indiuiduum cum laico poteſt recuſare diſpoſitionem, & iudicium laicale, ſed etiam ipſo tacente, nec priuilegium, aut exceptionem opponente,vel etiam opponere nolente, hoc idem poterit ipſe laicus ius indiuiduum cū clerico habens, & ampliationem ſequutus fuit Specul. *in titul. de cler. coniug. verſic. ſed quid ſi clericus*, vbi dicit, quod ſecus eſt, quando materia eſſet diuidua inter clericum & laicum, quia vbi ſeparatum eſt intereſſe Eccleſiæ, ab intereſſe laicorum,nō poſſunt laici ſe tueri iure Eccleſiæ, Natt. *conſ.280.num.3.* vbi ideo dixit, quod fratres clerici non poſſunt fratris immunitate defendi indiuiduis.

XXVI. Amplia,vt procedat contra e-
tiam † quoad laicos ipſos litigantes cum 202
clericis in foro Eccleſiaſtico, etiamſi ſtatutum ipſum adduceretur in fauorem clericorum, vel Eccleſiæ, quia ſicut laicus non poſſet vti ſtatuto laicali contra clericum in eodem iudicio fori Eccleſiaſtici, ita nec ſtatutum laicale poteſt clericus in eodem foro Eccleſiaſtico allegare contra laicum, quia lex debet eſſe communis omnibus, vt ſit æqua, & in iudicijs debet ſeruari æqualitas, ita Roch. de Curt. *vbi ſupra, numer. 64.* per ea, quæ voluit Abb. *in dict.c. quod clericis, columm. 9. verſic. ſi vero, de foro competen.* & hoc idem firmat Aretin. *conſ. 45. viſis articulis, per totum*, vbi conſuluit, quod conſuetudo laicorum,vt credatur libris mercatorum, nō ſeruatur in foro Eccleſiaſtico contra laicum, etiam in fauorem clericorum,quia nec contra clericum laicus illa vti poſſet.

XXVII. Amplia,etiamſi ſtatutū † eſſet de 203

I per ſe

per ſe honeſtum,&rationabile; Nam tunc nec etiam clericos ligaret, ita Bald. *in dict. l. 1. C. de ſumm. Trinitat.* & ita communiter tenere Doctores teſtatur Capr. *dict. concluſ. 15. numer. 41.* quidquid in contrarium dixerit Bart. *in d. l. 1.* quem in hoc magis cõmuniter reprehendi teſtatur etiam Burſ. *conſil. 93. num. 22. lib. 1.* Neuizan. *conſ. 39. num. 10.* Dec. *in d. c. Eccleſia ſancta Maria, num. 53.* vbi etiam Felyn. *numer. 81.* Abb. *in cap. tua, il 1. de decim.* Calder. *conſil. 11. de conſtitut.* Gemin. *in c. Romana, §. 1. de ſentent. excom. in 6.* & ratio eſt, quia, vt fuit ſæpius dictum, in ſtatutis, quoad illorum validitatẽ, nedum requiritur honeſta, & rationabilis cauſa, ſed etiam auctoritas, quam laici in clericos minime habent, Bald. *in dict. l. 1.* & Felyn. *d. numer. 81. & 96.* Socin. iun. *conſil. 8. num. 22. volum. 4.* Couarruu. *pract. quæſt. c. 8. numer. 5.* & non ſequitur; *ſtatutum, & ordinatio laicorum eſt æqua & honeſta, igitur per eam laici poſſunt grauare clericos*, quia tali conſequentiæ repugnat, vt dicebamus, defectus iuriſdictionis in laicis in quocunque caſu, etiamſi reſpiceret commodum, & fauorem ipſarummet Eccleſiarum, & clericorum, vt per nos *ſupra, & infra*, ſed bene forſan ſequeretur, *eſt æquum & honeſtum ſtatutum, igitur ex tali æqua, & honeſta cauſa, debet induci ſuperior Eccleſiaſticus ad declarandum, quod clerici eidem obedire debeant, & ſubiacere*, vt ſupra fuit dictum, & vt proxime dicetur.

XXVIII. Amplia, quod dato etiam caſu, in † quo ex aliqua rationabili, & iuſta
204 cauſa clerici ligarentur ſtatutis laicorum, deberent tamen ad illa obſeruanda cogi per ſuum iudicem Eccleſiaſticum, & non per laicum, ita expreſſe gloſſ. *in c. generaliter, 16. qu. 1. in verb. neceſſitatis*, Salycet. *d. auth. caſſa, num. 12.* vbi dat conſilium, quod iudex laicus recipiat licentiam ab Epiſcopo, & eius auctoritate clericos cogat, idem voluit Ambr. de Opiz. *in repet. l. filiusfamilias, §. diui, numer. 89. ff. de leg. 1.* Calder. *conſil. 2. de cenſ. colum. 3. verſic. ad hoc tamen clerici*, Barbat. *conſil. 1. col. 12. verſ. & dicit, quod ſtatuta, lib. 3.* Abb. *in dict. c. non minus, col. fin.* vbi docuit, quod quando clerus nollet conſentire ordinatis ex iuſta & rationabili cauſa per laicos, poſſet populus officium ſuperioris Eccleſiaſtici implorare, vt compellat clerum ad conſentiendum, & contribuendum, idem cenſuit Paul. de Caſtr. *in l. ad inſtructionem, C. de ſacroſ. Eccleſ.* vbi dicit, quod tali caſu non cogentur clerici per iudicem ſecularem, ſed per Epiſcopum, & illum referendo ſequitur Natt. *conſil. 311. n. 4.* & ad iudicem Eccleſiaſticum pertinere hoc caſu coactionem, dixit Guihel. Benedict. *in c. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num. 70. de teſtam.* Bellam. *conſ. 45. in princ. & fin.* & Innoc. *inter conſilia eiuſdem Bellam. conſ. 46. nu. 4. & conſil. 47. verſ. ſuper ſexto articulo*, & facit ad prędicta optimum, & nunquam ſatis laudatum exemplũ Conſtantini Principis, † de quo *in c. ſacerdotib. 11. q. 1.* cui cum in ſcripto oblatæ accuſatio- 205
nes contra Eccleſiaſticos fuiſſent, libellos quidem accuſationis accepit, ſed eoſdem, qui accuſati fuerant, conuocans in eorum conſpectu libellos, quos acceperat, incendit, dicens; *Ite, & inter vos cauſas veſtras diſponite, quia dignũ nõ eſt, vt nos iudicemus Deos*, innuẽs verbo, Deos diuinis eloquijs, quibus ſacerdotes aliquando Dij vocantur, vt in eo, *Dijs ne detrahes*, ſcilicet ſacerdotibus, vt idem in eodem textu, ampliationem ſequutus eſt etiam Iſern. *in c. 1. §. illicitas, de pac. iuram. firm.* vbi dixit, quod quãdo clerici tenentur, vt propter aeris ſalubritatẽ, taxantur per Epiſcopos conſulto Papa, nõ autem per ſuperiores laicorum, & idem ſenſit Rip. *in tractat. de peſt. in tit. de remed. ad conſeru. vbert. num. 234.* vbi voluit, dum clerici ad aliqua tenentur, vt vniuerſali ratione, &

ne, & neceſſitate im ſuadente, auctoritate ordinarij Eccleſiaſtici, non autem per laicos, debent adſtringi, quia notum eſt, ſubiungit, quod laici nullam coactionem habent in clericos, & hoc idem apertè probatur *in dict. c. non minus, de immunit. Eccleſ.* vbi in illis caſibus, in quibus aliquando concilium Lateranenſe arbitratus eſt, clericos debere contribuere cum laicis, ſtatuit tamen id abſque vlla laicorum exactione, ſed iudicio Eccleſiaſticorum fieri debere, & clarius etiam idem habetur *in c. aduerſus, eod. titul.* vbi etiam in caſibus, in quibus aut neceſſitas, aut vtilitas perſuadebit, clericos ſubuenire laicis, & ſubſidia per Eccleſias conferenda, laici, nulla coactione præcedente, ſed humiliter, & deuote recipiant à clericis cum gratiarũ actione, conſulto prius Romano Pontifice, & *in c. ſi Imperator, 96. diſtin.* ſcribitur, non legibus publicis, non à poteſtatibus ſeculi, ſed à Pontificibus, & ſacerdotibus omnipotens Deus Chriſtianæ religionis clericos & ſacerdotes voluit ordinari & diſcuti, & Imperatores Chriſtiani ſubdere debent executiones ſuas Eccleſiaſticis Præſulibus, non præferre.

Limita tamen ſupra ſcriptam amplia-
206 tionem, vt procedat, niſi periculum † eſſet in mora, expectãdo conſenſum, & approbationem ſuperiorum Eccleſiaſticorum, nam tali caſu ſi ageretur de his, quæ non poſſent exequi, niſi cõſulto Romano Pontifice, tunc quilibet conſenſus ſuperioris Eccleſiaſtici ſufficeret, ſi autem ageretur de his, in quibus ſoli inferiores Eccleſiaſtici conſentire poſſent, tunc verum, non autem affectatum, & vere, non autẽ affectate imminens periculum, talem conſenſum non expectaret, ſic colligitur ex his, quæ tradit Abb. *in d. c. non minus, numer. 9. verſic. poteſt tamen eſſe,* Ancharan. *in d. c. 1, num. 5. de immun. Eccleſ. in 6. verſ. ſed ego vlterius circa hoc quero*, vbi de mente Oldrad. fatetur ſummum Pontificem eſſe conſulendum, niſi mora eſſet periculum allatura, nam illa ſtante, ſufficeret deliberatio Epiſcopi, & clericorum, idem voluit Oſaſc. *deciſ. 61. numer. 21.* & faciunt omnia ea, quæ tradunt Doct. *in c. 2. de iudic.* ad idem optime facit text. *in c. Præſidentes, de hæret. in 6.* vbi neceſſitate vrgente, quando ſine moræ periculo, vel negotij diſpẽdio recurſus ad competentem ſuperiorem haberi non poteſt, qui iudex non eſt, & eſſe prohibetur, & ſolum de facto iuriſdictionem exercet, recte tamen iuriſdictionalia & iuſtitiam exequetur, conuenit etiam, quod dixit Bald. *in l. ſi quis filio, §. hi autem, ff. de iniuſt. teſt.* quod propter metum periculi, † vel ſcandali po- 207
teſt magiſtratus legem tranſgredi, *& in c. Obertus, qualiter olim feud. alien. pot.* notauit, quod propter caſum terribilem licitum eſt, tranſgredi leges, & Innoc. *in c. venerabilem, de elect.* dixit, quod etiam in iuramento licito † poteſt quis contrauenire 208
propria auctoritate imminenti neceſſitate ineuitabili, & alia ad id optime facientia allegat Felyn. *in c. 1. num. 49. & ſeq. de conſtit.* & facit, quod voluit Roman. *conſil. 242. vnum eſt, numer. 2.* vbi dixit, quod † incom- 209
petentiæ iudicis allegatio non admittitur, quando is, qui captus eſt, fuerit captus, vt ſuſpectus, & ſic eſſet periculum in mora, & hanc mirabilem & ſingularem concluſionem appellat, quod placuit etiam prius Ancharan. *conſil. 134. aliâs 192. incip. in auxilium veritatis*, & quod ibi periculum eſt in mora, non conſideratur incompetentia iudicis, magis communiter à Doctoribus teneri teſtatur Mandoſ. ad Roman. *vbi ſupra*, cum late ibi per eum adductis, Marſ. *in repet. l. fin. nu. 54. verſ. ſecundo limitat, ff. de iuriſdict. omn. iud.* Hinc ratione periculi euitandi quandoq; per quoſdam dictũ fuit, ſecularem † ipſum ſuperiorem etiam in Ec- 210

cleſiaſticos animaduertere poſſe, quando Eccleſiaſtici iudices ita dormirẽt, vt clerici ſurſum, & deorſum omnia voluentes, & graſſantes effrenate in aliorum, & reipublicæ perniciem ſe gererent, quaſi illos Eccleſiaſticus non caſtigando, & ab iniurijs non cohibendo, aut quia nolit, aut quia non poſſit, hoc liceat ſeculari magiſtratui, non quidem auctoritatiue, ſed defenſionis cauſa, vt ſcilicet ſuorum ſubditorum perſonas, & bona, ac reipublicæ quietem ſeruaret, & tueretur laicus ſuperior: Nam ſi ad vim repellendam licet, vt ſeruus in dominum, & filius in patrem inſurgat, idem & ſecularis iuris adminiſtratoribus licebit, vt cohibeant Eccleſiæ miniſtros, ne eorum immunitate contra Eccleſiæ intentionem male vtentes in præiudicium proximi temere pergant, ciuilem ſocietatem moleſtare, & ſummopere differt gladium auferre, reſiſtere, & impedire, atque id genus alia, & iſta facere auctoritatiue; Nam hoc ſuperiori tantum licet, illa vero cuilibet, cum vnicuiq; licita ſit defenſio, vt per Gaet. *de auctorit. Pap. c. 27.* pro quibus etiam faciunt not. per gloſſ. & Doctor. *in l. addictos, C. de Epiſc. audient.* & cõfert, quod
211 canonis † pœna, quæ contra inuaſores, aut quouis modo Epiſcoporum, aut Cardinalium offenſores infligetur, nullatenus locum habet, quoties id non hoſtiliter, aut iniurioſe, ſed neceſſaria defenſionis via fit, ita gloſſ. & communiter Doct. *in c. felicis, in princip. in verb. percuſſerit, de pœn. in 6. & in Clem. 1. in verb. tenere, eod. titul.* & notatur *in c. 1. & in c. 3.* vbi Abb. & *in c. ex tenore, de ſenten. excommun.* & ſic etiam ſi dolus iniuriandique animus abſit, canon *ſi quis ſuadente*, nullatenus locum habebit, Abb. per text. *ibi in d. c. 1. & d. c. ex tenore, de ſent. excom.* & quod magis eſt, prædicti etiam auſi ſunt dicere, quod licet hæc permiſſio, ſiue defenſionis remedium fieret iudiciali ordine per laicos, ſemper tamen defenſio diceretur; Nam quæ ad tuitionem auctoritate propria fieri valent, multo potiori iure per iudicem etiam incompetentem adminiſtrabuntur, teſte gloſſ. *in §. ſerui vero, in ver. tranſitu, Inſtitut. de libert.* Nec tali caſu teſtium examinatio iudiciarium ordinem præ ſe fert, ſed inſtructionem potius, vt facti veritas perpendatur, & ſeculares magiſtratus intelligant, quid in ea re agendum ſit, vt in ſimili animaduertit Ant. de Butr. *conſ. 81. incip. quendam clericus*, Archid. *in c. frequens, diſtinct. 54.* & pro primo dicto facit etiam optime text. *in dict. c. perpendimus, de ſentent. excommunic.* vbi Comes quidam minime abſolutione indigere declaratur, etiamſi quidem ſacerdotem acceptis armis ſeditionem facientem iuſſit fuſtigari, & qui poſtea etiam eius mandato traditus patibulo expirauit, eo quia talis ſacerdos non propulſando, ſed inferendo iniuriam prædicta commiſerat, cui caſui, & textui optime etiam conuenit conſilium Curt. ſen. 20. & aliorum Doctorum Florentinorum, qui reſponderunt † optimo 212
iure Franciſcum Saluiatum Archiepiſcopum Piſanum captum, repente ex Prętoris feneſtris vna cum alijs ſuſpenſum fuiſſe, eo quia contra rempublicam conſpirando omnia perturbabat, & tumultuabat, & vt ſedarentur, & ne coniurati, interfecto illorum Principe vlterius ſperarent, & ab incepto deſiſterent, talem in dictum Archiepiſcopum deliberationem vti rectiſſimã prædicti Doctores comprobauerunt, non quia auctoritate laicali factam, ſed quia ad ſuam, & reipublicæ defenſionem geſſam demonſtrarunt, pro quo facit etiam dictũ Iaſ. *in d. l. de pupillo, §. prætereа, ff. de nou. oper. nunc.* vbi voluit, quod propter imminens periculum poteſt recedi à regulis iuris etiam prohibitiui, nec poteſt iudicis incõpetẽtia † allegari, & malo imminẽti quo- 213

quo

Digitized by Google

quo modo obuiandum eſſe dixit Anchar-ran. *conſil.277.num.10.* & quod per viam facti reſiſti poſſit, ſi mora interpellandi, vel adeundi iudicem eſt allatura periculum, & quod poteſt contemni ſtatutum legis, & canonis, ſi in eius obſeruantia mora afferat periculum, & adducit ad prædicta, quod ſcribit Valer. *lib.3. cap. de fortitud.* vbi cum
214 Tiberius Gracchus † profuſiſſimis largitionibus fauore populi occupato, rempublicam oppreſſam teneret, conuocatis patribus conſcriptis in ædem fidei à Conſule Mutio Scæuola, quidnam in tali tempeſtate faciendum eſſet, deliberabant, cunctis cenſentibus, vt Conſul armis rempublicam tueretur, Scæuola negauit, ſe quicquam vi eſſe acturum, tunc Scipio Naſica, *quoniam* inquit, *Conſul, dum iuris ordinem ſequitur, illud agit, vt cum omnibus legibus Romanũ Imperium corruat, ego memet priuatus voluntati veſtra ducem offero*, ac deinde læuã aperte manum togæ circumdedit, ſublataque dextra proclamauit, *qui rempublicam ſaluam eſſe volunt, me ſequantur*, eaque voce cunctatione ciuium bonorum diſcuſſa, Gracchum cum ſcelerata factione, quas meruerat pœnas, perſoluere coegit, & ex iſto exemplo Ancharan. dicit notandum, quod vbi quies patriæ infeſtari timetur, omiſſo iuris ordine ad arma recurritur, quibus delatis ruere imperium facile eſſet, voluit etiam Theſaur. *deciſ.110.* ratione ſcãdali euitandi, & ne partes deueniant ad arma, poſſe iudicem, & ſuperiorem laicum mandare aſſociari beneficiatum ad poſſeſſionem beneficii, omiſſa etiam citatione contra quoſcunque intereſſe prætendentes, vel cum clauſula, *niſi quis ſe opponat*, & ita fuiſſe iudicatum, & ſeruatum per Senatum Pedemontanum, Imol. *in deciſ.131.* teſtatur fuiſſe iudicatum, & ſeruatum, Dominum ſecularem poſſe facere reductionem beneficii vacantis ad manus ſuas, donec de beneficio à Summò Pontifice fuerit prouiſum, vt ſcandala, & rixæ euitentur.

Bene verum eſt, quod ſupra dicti voluerunt talem animaduerſionem per ſuperiores laicos minime fieri poſſe in perſonas clericorum, ſed ſolum in eorum bona, & temporalitates eis illos priuando, & à republica reiiciendo, per gloſſ. & Ioan. Fabr. *in d.l. addictos, C. de Epiſcop. audient. & in l.3. ff. de offic. præſid.* Bald. *in cap. ſi clericus, de pace tenen. & eius violat. c. quo iure, 80. d. ſtinct.* Oldrad. *conſil. 17. & conſil. 63.* Aufrer. *de poteſt. ſecul. 2 & 4. reg.* & pro hoc *l. quicunque, C. de Epiſcop. & cleric.* vbi Epiſcopus ab Epiſcopatu eiectus fuit, quod contra quietem publicam moliretur.

Sed † quidquid prædicti ſenſerint, non 215
obſtantibus ſupracitatis, haud eorum opinio admittenda eſſet, niſi quæcunque per ſeculares agi contigerit in clericos in actu ipſo defenſionis, & ita contra eos mera neceſſitate cogente fierent, vt ſupra in principio limitationis, tali enim caſu prædicta, & maiora permittuntur, cum defenſionis conceſſio non exceptuat perſonam priuate quomodocunque offendentem ad tradita *in l. vt vim, ff. de iuſtit. & iur. & in d. c. ſi quis ſuadente, & in d. c. felicis, & in d. c. cum non ab homine, & in c. ſi vero, il 1. de ſentent. excommun. & in d. c. perpendimus*, & ſi priuatis id conceditur, multo magis & Principibus, & magiſtratibus licebit, & tali caſu, nedum in bona, vt ſupra, & temporalia agi poterit per laicos ſe defendendo impune, ſed etiam in perſonas contra quoſcunq; Eccleſiaſticos, vt *in d. cap. perpendimus, & in aliis ſupra allegatis*, & iuxta tradita per Curt. ſen. *d. conſil. 20.* cum aliis ibi per eum.

Cæterum ſemota neceſſitate defenſionis, & ceſſante, aut ſubito, aut irremediabili periculo, etiam contra clericos quæcunque grauia committentes debere iuris or-

Digitized by Google

dine ſeruato, & per ſuos iudices competentes procedi, vt in ipſo crimine læſæ maieſtatis, hoc determinat Bart. *in d. extrauag. ad reprimendum, verſic. conditionibus*, Dd. *in d. c. cum non ab homine*, Gig. *in tract. de crimine læſæ maieſt. lib. 1. in quaſt. illa, quis de crimine læſa maieſtatis cognoſcere poteſt, num. 12. & plur. ſeq.* Clar. *in pract. crimin. §. læſa maieſtatis, verſic. hinc infertur, & in §. fin. quaſt. 36. verſic. nunquid clericus*; & hanc tutiorem, & communem ſententiam teſtatur Farinac. *de inquiſit. quaſt. 8. num. 30. verſic. ſed his non obſtantibus*, & ideo Felyn. *in cap. 1 de conſtit. nu. 50.* de mente Rom. *in d. l. ſi vero. §. de viro, fol. 12. ff. ſolut. matrim.* tenuit, quod etiam in quocunque caſu inopinato, & periculoſo, & terribili, ſi id fieri poteſt, ſemper debet adiri ſuperior proprius, & conſuli, vt facit textus *in l. Diuus. la vltima. ibi, Imperatori reſcribitur. ff. de falſ.* Nec releuat, quod ſi licet priuato propriam iniuriam ſe defendendo, proſequi propriis manibus, multo magis hoc licebit Principi etiam per iudicem incompetentem, per dictam gloſ. *in d. §. ſerui, verſic. tranſitu. Inſt. de libert.* quia potius poteſt retorqueri argumẽtum in contrarium, quod ſicut ex interuallo, & ceſſante periculo, non licet priuato abſque excommunicationis incurſu, manus in clericos iniicere per iura ſupra adducta, & præcipue per *d. cap. ſi vero, de ſent. excommun.* ita nec idem per alium quemlibet iuriſdictione in clericos carentem licebit; nam, vt dicebamus, & vt omnes indiſtincte fatentur, non auctoritas, quæcunque illa ſit in ſeculari, facit, quod poſſit animaduertere in clericos etiam ex quocunque delicto, ſed ſolum propriæ defenſionis neceſſitas, & periculi euaſio, qua ceſſante, ceſſant etiam omnia ſub eo prætextu conceſſa, & defenſio non poteſt conſiderari, dum non in continenti, ſed ex interuallo agitur, quia tunc ad vindictam potius, quam ad defenſionem fieri diceretur, iuxta conſiderata per Carer. *in ſua pract. § circa, nu. 110.* cum ibi late per eum. Bart. *in l. 1. col. fin. in verſic. tertium moderamen, in fin. C. vnde vi*, Dec. *in d. l. vt vim, num. 10 verſic. ſecus tamen eſt*, Dominus Ioſephus frater meus *de probationibus, volum. 1. concluſion. 490. numero 13.*

Ideo reſtringendo omnia ſupra dicta ad caſum meræ neceſſitatis, & ſubiti periculi euitandi, prout in principio limitationis; Amplia † eandem limitationem eſſe veram, etiam quando Eccleſiaſtici ſuperiores ad ſuam iuriſdictionem ſpectantia exercere non poſſent, & in his à delinquentibus contemnerentur, nam etiam in illos per iudicem ſecularem intelligi poſſet, & prouideri, & tali caſu non in contemptum, aut læſionem, ſed in adiutorium Eccleſiaſticæ iuriſdictionis fieri prædicta dicerentur, iuxta tradita *in c. Princeps & trib. ſeqq. 23 quaſt. 5.* vbi præcipue gloſſ. & *in c. adiutorium, 10. diſtinct. & in cap. 1. de noui operis nunciat.* & iudicem ſecularem etiam in rebus Eccleſiaſtici fori adiri poſſe, cum iudex Eccleſiaſticus deeſſet, vel per iudicem Eccleſiaſticum prouideri non poſſet, dixit gloſſ. *in can. filiis, 16. quaſt. 7. & in can. nec licuit, 17. diſtinct.* quod etiam fieri permittitur ipſo iudice Eccleſiaſtico prouiſionem, † & remedium negligente, vt aperte probatur *in d. cap. filiis, ibi, quod ſi talia Epiſcopus agere tentet, Metropolitano eius hæc inſinuari procurent, ſi autem Metropolitanus talia gerat, Regis hæc auribus intimare, non differant*, & pro hoc facit, quod conſuluit Ancharan. *conſil. 96. magnifi. e, & illuſtris, num. 7. & 8.* vbi determinauit, quod iudex laicus etiam ab Eccleſiaſtico præuentus in aliquo delicto, quod eſt mixti fori, poteſt tamen Eccleſiaſtico iudice per negligentiam, vel dolum non puniente, ſupplendo talem punire, rationibus ibi per eum,

216 217

eum, & quod negligente, & quod, renitente ſuperiore Eccleſiaſtico, poſſit ſecularis iudex adiriſtate comprobat ex iure diuino, Canonico, & ciuili, Rebuff. *reſponſ. 135. per tot.* & facit in fortioribus, quod ſupra in alio propoſito diximus, quod etiam propria auctoritate poſſunt laici contra clericos exequi, quādo indebite, quod ad illos ſpectat, retinent, vt per Felyn. *in d. c. Eccleſia S. Mariæ, n. 77.* & Angel. *in d. conſil 102.* & hanc eandem opinionē ſequutus fuit Menoch. *de ret in poſſ. remed. 3. nu 354.* vbi amplius dixit, quod clerici ipſi poſſunt adire iudicem laicum, ſuperioribus Eccleſiaſticis illis iuſtitiam miniſtrare negligentibus circa eorum bona, eo quia in realibus poteſt iudex, & ſuperior laicus ſupplere negligentiam iudicis Eccleſiaſtici, & reprehendit Abb. & Socin. tenentes contrarium, primo, *in c. qualiter, nu. 7. de iudic.* & ſecundo, *in c. ſi quis clericus, nu. 28. & c. ſane, nu. 10. de foro compet.* in quibus locis voluerunt, non poſſe per iudicem laicum ſuppleri negligentiam iudicis Eccleſiaſtici iuſtitiam non adminiſtrantis, & quod textus *in d. c. filiis, 16. quaſt 7.* ſit correctus, & ſuæ opinionis, dicit etiam fuiſſe Couar. *pract. quaſt. c. 35. nu. 3. verſic. ſecundo probatur,* & ante eum Nauar. *in c. cum contingat pag. 152. verſ. & quamuis, de reſcrip.* & Aufrer. *in d. tract. de poteſtate ſecular. ſuper Eccleſiaſt. perſon. reg. 2. fallent. 30.* & Benedict. *in c. Raynutius, in verb. Adelaſiam, num. 454. de teſtamen.*

Verum quia contra prędicta tenuerunt Abb. Socin. & alii, de quibus ſupra, & per Franciſ. Marc. *deciſ. 1091. part. 1.* poſſent conciliari ex declaratione Decian. *in tract. crimin. lib. 4. cap. 9. num. 83. & 108* vbi tenens & 218 ipſe, quod † iudex ſecularis poſſit ſupplere negligentiam, & defectum iudicis Eccleſiaſtici in adminiſtranda iuſtitia, hoc declarauit verum, quando probata negligentia, 219 & defectu in ſuperiore Eccleſiaſtico † per probationem coarctatam tanquam de negatiua tempore, & loco, & quod requiſitus fuerit iudex, & quod in ſpecie ſic requiſitus neglexerit, & quod poterat facere, & non fecit, non per hoc ſola negligētia primi iudicis, † ſecularis iudex deberet, aut 220 poſſet ſupplere, ſed primo negligente deberet prius recurri ad alium ſuperiorem, & tandem ad Papam, & data in omnibus negligentia, defectum ſecularis ſupplebit, nō quidem auctoritatiue, cum nullam iuriſdictionem habeat in Eccleſiaſticos, ſed quaſi proprios ſubditos ſubleuans, & defendens à denegata iuſtitia, & à damno illis ex hoc iniuſte illato, iuxta ſuperius cōſiderata, quę ſpecies defenſionis, cum ſit de iure naturæ, non poteſt recuſari, prout ſupra probatum fuit, etiam contra perſonas nedum contra bona, & iura quorumcunque Eccleſiaſticorum, *vt in d. c. perpendimus, & c. ſi vero, de ſent. excommun.* cum aliis, de quibus ſupra.

XXIX. Amplia, † vt concluſio procedat etiam in his, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, vt in legitimando; nam nec ea poterunt exerceri à laico erga clericum etiam in minoribus conſtitutum, quia etiam illa, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, debent fieri coram iudice competenti, ita late Dec. *conſil. 150. per totum,* Ancharan. *conſil. 320.* Alexand. *conſil. 67. num. 8. verſic. non etiam poteſt, lib. 1.* 221

Primo, † limita generaliter concluſionem quoad leges ciuiles generales, ſeu ius commune, quod ſeruādum eſt etiam quoad clericos, & perſonas Eccleſiaſticas, & eorum bona, & in cauſis ipſorum, *c. 1. de noui operis nuntiat.* & ibi per gloſſ. & apertius *in cap. inter alia, de immunit. Eccleſ. ibi, iuxta ſacrorum Canonum ſtatuta, & traditiones legum ciuilium,* & hanc veriorem, & regulárem ſententiam dicit Capr. *in d. concluſ. 15. n. 4. & concluſ. 16. n. 3,* etiamſi non deficerent 222

Canon.

Digitized by Google

Canon. nam vna cum eis poterunt allegari leges, vt ibi per eum, & Dec. *in d. c. Eccleſia, num. 104.* vbi etiam Abb. & patet in omnibus legibus, quæ de contractibus loquuntur, nam omnes, quę Canonibus non contradicunt, vt infra dicetur, ſeruari debent, vt dixit Dec. *vbi ſupra*, & ibidem Abb. & Ancharan. *in d. cap. 1. verſic. circa illam tamen dictionem, eodem tit. de conſtitut.* Abb. *in d. cap. 1. de noui operis nuntiat. & in cap. dilecti, & in cap. innotuit, de arbitr. & in cap. 1. de iuramen. calum.* Butr. *in d. cap. Eccleſia, col. 3. verſic. dic ſi quæritur*, facit c. *ſi in adiutorium, 10. diſtinct.* Decian. *reſponſ. 43. num. 9. lib. 1.* & facit text. *in c. fin. 16. quæſt. 3. ibi, veneranda Romana leges diuinitus per ora Principum promulgata*, & text. *in cap. ſuper ſpecula, de priuileg.* vbi dicitur, *ſancta Eccleſia legum ſecularium non reſpuit famulatum* & hinc eſt, quod Romani Pontifices in decidendis cauſis, & in negotiis Eccleſiarum, & clericorum ſæpiſſime fundant ſuas deciſiones in dictis legum, vt patet *in c. ex antiquis, 54. diſtinct. in c. cum accuſatores, & c. cuius agendo, 3. quæſt. 8. c. legibus, c. cum deuotiſſima, 12. quæſt. 2. c. 2. de alien. iudic. mut. cauſ. fact. in d. cap. innotuit, & cap. dilecti, de arbitr. cap. nouit, de iudic. cap. 1. de iuram. calum. cap. 1. de conſeſſ. cap. ad vltimum, & cap. paſtoralis, de cauſ. poſſ. cap. in cauſis, cap. cum à nobis, de teſtamen. cap. venientes, de iureiurand. cap. 1. de re iudic. cum ſimilib.* Vnde B. Thom. *in 2. 2. quæſt. 16.* quem ſequitur Summa Piſan. *in verb. lex, 9. vtrum leges humanæ*, dixit, quod leges humanæ, ſi iuſtæ ſunt, habent vim obligationis in foro conſcientiæ à lege æterna, à qua deriuantur, ſecundum illud Prouerb. 8. *Per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.*

223 Sublimita, † vt non procedat, quando leges ſiue ius commune contradiceret canonibus; nam tunc lex ipſa ſeruanda erit in foro ciuili, non in foro canonico, in quo ſeruari debent canones, *vt in d. cap. 1. de noui operis nuntiat.* vbi Dd. *in cap. omnes, de teſt.* & ita limitat Capr. *in dictis concluſ. 15. & 16. ſub num. 5. & 4.* & ſublimitationem ſequitur Dec. *in d. cap. Eccleſia, num. 104. & 110* vbi etiam Abb. & Anton. de Butr. facit cap. *non ſine, de arbitr.* Bart. *in d. l. priuilegia, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Abb. *in cap. clerici, de iudic. & in d. cap. 1. de noui oper. nuntiat.* & hanc communem opinionem teſtatur Felyn. *in d. c. Eccleſia, num. 43.*

Intellige ſublimitationem, † vt non 224 procedat, quando ageretur de foro ſeculari, exiſtente tamen de temporali iuriſdictione Eccleſiæ; nam in eo ſeruabũtur canones, non attentis legibus ciuilibus contrariis, ita Capr. *d. concluſ. 15. ſub num. 5. & d. concluſ. 16. ſub num. 4.* per text. *in cap. ſi duobus, de appellat. & c. quod clericis, de foro compet.* & late Felyn. *in d. cap. Eccleſia ſancta Mariæ, num. 43* & nos *alibi.*

Secundo ſublimita, † quando lex eſſet 225 præiudicialis Eccleſiæ, vt eſt, quando ſimpliciter infertur onus, & præiudicium ſine cauſa, quia tunc non valet, *can. dignam, 3. quæſt 8* Ioan. Andr. poſt Hoſtienſ. *in cap. fin. de ſolut.* Capr. *vbi ſupra, num. 7.* Dec. *in d. cap. Eccleſia, num. 104.*

Tertio ſublimita, † quando lex ipſa diſ- 226 poneret, ſtatuendo, vel præſumendo expreſſe ſuper re ſpirituali, vel Eccleſiaſtica perſona, nam vt ſupra diximus, tunc non valet ex defectu poteſtatis, cum diſponat ſuper materia non ſubiecta, nec videtur Papa probare eam, imo potius improbare, cum alias denotaretur ſuperioritas in Imperatore, ita dixit Capr. *vbi ſupra, num. 11.* ſubdens, quod ideo talis lex in foro Eccleſiaſtico non erit de honeſtate ſeruanda, cum ſit res mali exempli, cum ex hoc Imperator, qui debet obedire Eccleſiæ, vſurparet eius iuriſdictionem, pro quo allegat, quod habetur *in can. ſingula, 11. diſtinct.* & quod

Digitized by Google

quod not. per Innocent. & Ioan. Andr. *in cap. 1. de rebus Eccleſ. non alienand. in 6.* & per Federic. de Sen. *conſil. 35. & conſil. 100. apparet quadam lex,* Abb. & Dec. *in d. cap. Eccleſia, num. 88. cum plur. ſeq.* vbi Felyn. *num. 66.* & prius *num. 40. verſ. recipit,* vbi dicit, quod licet tales leges non eſſent in damnum Eccleſiarum, nec repugnarent canoni, tamen non ſunt etiam de honeſtate ſeruandæ, propter argumentum ſuperioritatis, quod denotaret obſeruantia illarum legum, & ideo Innocent. *in d. cap. 1. de rebus Eccleſ. non alienan. in 6.* dicit, quod ſolemnitas inducta per Imperatorem in alienatione rei Eccleſiaſticæ, de qua *in authent. hoc ius, C. de ſacroſ. Eccleſ.* non valet, nec eſt ſeruanda, quia non potuit diſponere ſuper hac ſolemnitate, ponendo falcem in alienam meſſem, quod dictum ſequitur etiam Abb. *in c. inter alia, de immunit. Eccleſ.* & Felyn. *vbi ſupra, nu. 40.* & nos etiam *ſupra.*

227 Amplia ſublimitationem, † vt procedat, & ſit vera, etiamſi tales leges eſſent incorporatæ in decretis, quia niſi aliqui canones faciant de ipſis mentionem, non dicuntur canonizatæ ex eo ſolo, quod Grat. eas inſeruerit, ita Felyn. *vbi ſupra, num. 40.* per gloſſ. *in d. cap. 1. de rebus Eccleſ. non alienan. lib. 6. in verb. tractatus.*

228 Sublimita ſublimitationem, † vt vera ſit, quando lex principaliter diſponeret circa actum ſpiritualem, & Eccleſiaſticum, ſecus ſi ſuper actu temporali, cui eſt annexus ſpiritualis, & Eccleſiaſticus, ita Abb. *in d. c. Eccleſia, num. 18. in lectura,* qui dicit ita debere intelligi Bart. *in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur.* dum dixit valere ſtatutum laicorum, ſi in certo caſu præſumit contractum ſimulatum, licet ſit appoſitum iuramentum in contractu, ſecus autem ſi ſtatutum irritaret iuramentum principaliter non præſumendo ſimulationem contractus, vel aliam contractus annullationem, idem voluit Dec. *in d. c. Eccleſia, num. 145.* vbi Felyn. *num. 65. verſic. hanc declarationem,* Capr. *vbi ſupra, num. 16.* Riminal. *conſil. 12.* Alexan. *conſil. 196. num. 4. lib. 6. & conſil. 151. lib. 7.*

Sublimita, † & intellige limitationem, 229 vt quotieſcunque, & in quibuſcunque caſibus dicitur, quod leges ciuiles habent locum, etiam quoad Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas, intelligitur non virtute propria, & ex ea auctoritate conditorum illarum, ſed ex tacita approbatione iuris Canonici, & Summorum Pontificum, qui in illis caſibus, & aliis, in quibus ſimiles leges ab eis approbatæ expreſſe fuerunt, & in illis ipſis approbatæ cenſentur, & præſumantur, adiuncta longa patientia, ita communiter Dd. & præcipue Dec. *in d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 167.* & licet Abb. in eodem loco requirat, quod debeat interuenire ſpecialis & expreſſa approbatio Summi Pontificis ad effectum, vt in aliquibus caſibus leges Imperatorum locum habeant quoad Eccleſiaſticas perſonas, tamen ne vniuerſalis machina huius materię deſtruatur, quoties lex eſt fauorabilis, & canonibus non contradicat ex generali Eccleſiæ patientia, & approbatione comprobata, ſatis eſſe dicetur ex ſententia Dec. & aliorum *vbi ſupra,* ad quos accedit Luc. de Penna *in l. fin. col. 6. C. de incol. lib. 10* per text. *in c. nemo, 16. quæſt. 3.* quæ approbatio tunc etiam magis ineſſe dicetur, ſi aliquando Principes ſæculares ita requirentibus, & inſtantibus ſuperioribus Eccleſiaſticis in adiutorium Eccleſiæ, aut Eccleſiaſticorum aliquid etiam expreſſe de Eccleſia mentionem facientes ſtatuerunt, & tunc tantum abeſt, quod improbatum dici queat, quod potius ſumme laudandum ſit tanquam in obſequium, & ſuffragium Eccleſiæ factū, iuxta *c. quoniam, 10. diſtin. in d. c. 1. de noui oper. nuntiat. & in c. 1. de rer. permut.* cum ibi not. & aliis, de quibus *ſupra.*

K Secundo

Digitized by Google

Secundo limita concluſionem, vt non procedat, quotieſcunq; per Summũ Pon-
230 tificem fuiſſet per gratiã,† & ex aliqua iuſta cauſa conceſſum alicui Regi, aut reipub. vt poſſet etiã contra clericos ſua ordinamẽta exequi in aliquibus, nam licet, vt ſupra dicebamus in alio loco, priuilegiũ exemptionis clericorũ ſit de iure diuino, ita vt nec p Papam poſſit in vniuerſum tolli, poterit tñ in ſpecie in aliquibus caſibus, ita rationabili, & iuſta aliqua cauſa ſuadẽte illi per Pontificem derogari, & declarari in illis nõ habere locum, vt per communiter ſcribentes *in d. c. decernimus, de iudic.* Archid. & alii *in c. ſunt quidã, 25. q. 1.* Felyn. *in c. 2. n. 3. & 4. de maior. & obed.* Steph. Aufr. *in repet. c. 1. de offi. ord. q. 4 nu. 6* Card. *in c. perpendimus, n. 6 in fin. de*
231 *ſent. excom.* & facit, quod † ſicut Papa poterit delegare cauſas etiã ſpirituales aliquibus laicis, vt *in c. verum, 22. diſt.* vbi Papa cõmiſit duobus Ducibus cauſam clericorum ſimoniacorum cum aliis, de quibus *in c. nos, & ſi competentẽ. 2. q. 7. & in c. illud, 10. q. 3.* ita quoque poterit priuilegium concedere, vt pro quibuſdã caſibus clerici ſubſint iudici laico, & tunc iudex laicus nõ exercebit iuriſdictionẽ propria virtute, ſed tanquã iudex datus, & deputatus à Papa, in quo caſu per conſequens non poterit conſiderari læſio immunitatis Eccleſiaſticæ, vt bene notauit Decian. *d. ſuo tract. crim. lib. 4. c. 9. n. 66.* iuribus, & auctoritatibus ibi per eum, qui etiã *nu. 67.* ibidem, ſubiungit, quod ſi non conſtaret expreſſe de tali priuilegio, ſufficeret
232 poſſeſſio tanti temporis, † de cuius initio memoria non extaret cũ allegatione ipſius priuilegii, quia per tantum tempus priuilegium præſumitur extitiſſe de mente Alex. *conſ. 6. vol. 1.* Dec. *conſ. 85. col. 2. & ſeq.* Aufr. *d. c. 1. de offic. ord. in 1. reg. in 12. fall. & dub. ſeq.* late Chaſſan. *in conſuet. Burg. char. 49. n. 48. in tit. ſ' alcun comet ſimple latrocin.*

233 Tertio limita concluſionem, † vt non habeat locum in clericis ratione alicuius officii, vel adminiſtrationis laicalis ab eis aſſumptę, in quibus ſubiacebunt poteſtati, & ordinibus laicorũ, vt eſt de iure text. expreſſus *in c. Sacerdotibus, ne cler. vel monach.* & tenuit Aufr. *d. c. 1. de offi. ord. in 1. reg. 16. fall. & 17. n. 24. & 25.* & arg. not. *in l. miles, in princ. ff. de re iud.* & per Iaſ. *in l. fin. §. fin. in 5. not. C. de iur. delib.* & Decian. *d. ſuo tract. crim. in lib. 4. c. 9. n. 143.* qui tamen reſtringit, vt id ſit verũ in ciuilibus, & quoad ciuilia, non autem quoad criminalia, & facit pro limitationẽ, quod habetur *in addit. ad Capel. Toloſ. q. 168.* vbi notatur, quod clericus effectus depoſitarius, poteſt ratione officii inter laicos cogi executiue per iudicem ſecularem ad reſtitutionem depoſiti, allegat Bald. *in l. acceptam, col. 2. C. de vſur.* vbi tamen declarat, ꝙ ſecus eſſet, ſi nõ executiue, ſed per modum iudicii cognoſceret iudex de depoſito.

Quarto limita concluſionem, quando ſtatutum diſponeret circa ordinem iudicii,
vel præparatoria iudiciorum, † non autem 234
quoad deciſoria, nam tunc ſeruari debet tale ſtatutum generaliter loquens, quoad proceſſum fiendũ in foro ſeculari, etiamſi ſit cauſa Eccleſiarum, & clericorum, prout hanc communem regulam dixit Dec. *in d. c. Eccleſia. num. 146* nempe quod in his, quæ ſpectant ad litis ordinationem attenditur ſtatutum, vel conſuetudo, vbi cauſa agitur indiſtinctè, nam cum iudicium naſcatur, vbi agitatur, legibus, & ſtatutis illius loci ſubiicitur, vt not. Cuman. *conſ. 139. P. laicus, col. 2.* & Abb. & cæteri ſcribentes *in d. c. Eccleſia*, Bart. *in l. 3. §. fin. de teſtibus, & in l. 1. col. 6. verſic. ſexto quæro, C. de ſumma Trinit.* & tali caſu clerici non dicuntur ligari ſtatuto laicorum, ſed arctari ad obſeruantiam iudiciorum, quæ ſubeunt, permittente iure Canonico, vt per regulam, quod actor ſequitur forum rei, *cap. cum ſit generale, de foro compet.* & ideo clericus litigans in foro ſeculari

Digitized by Google

culari arctabitur ex tempore præfixo inſtantiæ à ſtatutis laicorum, vt per Abb. *in d. c. Eccleſia*, & Butr. *in d. cap. quod clericus, col 8.* vbi etiam Imol. *col. 1.* Dec. *in d. cap. Eccleſia, num. 43. & 49.* vbi etiam Felyn. *num. 81. verſic tertius caſus eſt*, ea ratione, quia lex Canonica conſentiens, quod ibi cauſa agitetur, cenſetur etiam velle, quod agitetur ſecundum modum illius iudicii, ita gloſſ. *in d. cap. quod clericis, de foro competent. & in clement. 2. in verb. vſuris, de iudic.* & Lap. *allegat. 81. incip. non valuit*, dixit, quod clericus litigans in iudicio ſeculari arctatur ſtatuto diſponente ſuper exhibitione mandati, & hanc limitationem communem teſtatur Rochus de Curte *in d. tract. de ſtatut. ſect. 8 q. 11. nu 66.* vbi late eandem etiam ſententiam tenuit Cephal. *conſ. 654. nu. 32. lib. 5.*

235 Quinto limita, vt † procedat concluſio, quando tempore ſtatuti quis clericus, vel res de foro Eccleſiaſtico reperitur, ſecus ſi laicus ſit, vel de foro ſeculari tempore ſtatuti, quia tunc à ſtatuto vinculum inicitur, à quo poſtea non eximitur per clericatum ſuperuenientem, ita Abb. *in d. c. Eccleſia ſancta Maria, num. 25. in lect. & num 36. in repetit.* vbi ideo infert ad quæſtionem, quam diſputauit Ioan. Andr. *in reg fin. col. 1. de reg. iur in 6. in fin.* de ſtatuto, quod primogenitus præferatur, nam ſi ſecundo genitus tempore ſtatuti laicus reperitur, ligatur à ſtatuto, & excludetur, quamuis poſtea clericus efficiatur, quod tenuit etiam ibidem Butr. & Imol. quos refert, & ſequitur Capr. *vbi ſupra, num. 47. cum ſeq.* qui dicit, quod ita potuit intelligi cap. *ſtatutum, de reſtitut. in integrum*, & cap. *cum venyſſent, de de eo. qui mitt. in poſſeſſ* & per hoc Abb. *in d. cap. Eccleſia*, dixit, quod ſi ſtatutum diſponeret, quod ſtantibus maſculis fœmina non ſuccedat, ligabitur ex eo filia quantumcunq; poſtea intret monaſterium, ſecus ſi tempore dicti ſtatuti fuiſſet monialis, vt etiam voluit Lap. *allegat. 101.* ſed de hoc dicto vide ſupra in illatione quinta, Abb. *in d. cap. quod clericis, de foro compet* Paul. Caſtrenſ. *conſil 35. primum dubium, col. 6.* Salyc. *in d. auth. caſſa, col fin. verſic. ex his deciditur, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* vbi inquit, quod ita vidit terminari in perſonam Epiſcopi Imolenſis, Roman. *in l. ſtipulatio, hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.* Anchar. *conſil. 434. poſtquam iſta Domini, & in d. c. 1. de conſtit. verſic. pro hoc quæſtio diſputata, deciſ. Toloſan. 144.* Bald. *conſil. 300. lib. 3.* Abb. *in conſil. 111.* Arct. *in d cap quod clericus*, qui dicit communem *in fin.* licet arguat in contrarium, & ita in practica ſeruari teſtatur Roch. de Curt. *vbi ſupra, nu. 81.* & hanc ſententiam defendit à contrariis, Felyn. *in d. cap. Eccleſia, num. 111.* & facit, quod voluit Bald. *in l. officiales, C. de Epiſcop. & cleric.* dum dixit, quod ſuperuenientia clericatus non impedit cauſam prius inchoatam coram ſeculari iudice, vide Couar. *pract. quaſt. cap. 8.* & Alexand. *conſil. 211. nu. 4. lib. 2* & pro hoc facit etiam, quia alias de facili fraus poſſet fieri, quia ſecundo genitus clericus efficeretur, ne ſtatuti diſpoſitione grauaretur, prout conſiderauit Ioan. Andr. *in d. reg. ſine culpa, in fin.* & illum ſequitur Anton. de Butr. *in d. c. quod clericis*, & Martin. Laudenſ. *in tract. de primogen. col 8.*

Primo ſublimita, † vt procedat limitatio de vinculo iniecto ante clericatum in caſibus, qui habent principium, & fundamētum ante clericatum, ſicuti in exemplo de ſecundo genito, & de moniali fœmina, quę excluditur, ſecus eſt in aliis caſibus, qui eſſentiam & principium recipiūt poſt clericatum, in quibus non poteſt dici vinculum iniectum ante clericatum, exemplum in quæſtione, quam diſputauit Calder. *incip. ſtatuto ciuitatis cauetur, col. fin.* vbi concludit, quod dictante ſtatuto, quod ſolutio debiti per teſtes probari non poſſit, ſi lai- 236

Digitized by Google

cus poſt ſolutum debitum clericus efficiatur, poterit ſolutionem probare teſtibus, quia probatio fit poſt clericatum, & reſpectu probationis non poteſt dici, quod vinculum iniiciatur ante clericatũ, quia probationes habent ſuum principium, quando quis neceſſitatur, vel euenit caſus, quod fiant ante iudicem, & ita declaratur dictum Ioan. And. *in c. fine culpa*, prout notauit Anchar. *in c. ea, col. fin. de reg. iur. in 6.* quem ſequitur Dec. *in d. c. Eccleſia, num. 204.* vbi etiam Felyn. *num. 101. verſic. ſed pro declaratione*, qui dicit, quod iſta eſt neceſſaria, & bona declaratio, alias vero multa abſurda ſequerentur, quia cum nemo naſcatur clericus, & communiter ſtatuta iam facta ſint tempore, quo quis naſcitur, viderentur ſemper inieciſſe vinculum ante clerica-

237 tum, quod non eſt dicendũ, & † pro declaratione, & modo cognoſcendi vinculi iniecti ante clericatum, vel poſt, vide ſemper Ant. de Butr. *in diſput quæ incip. ſtante ſtatuto municipali, in ſolut. 2. dub.* & Calder. *in d. diſp. incip. ſtatuto ciuitatis cauetur.*

238 Secundo ſublimita, † vt vera ſit limitatio, dummodo effectus clericus poſſit etiam poſt clericatum ſine peccato ſeruare ſtatutum, prout poterat facere ante, alias ſecus, ita Ioan. Andr. *in c. fin. de except. lib. 6.* quẽ refert, & ſequitur Capr. *d. concl. 15 n. 52.*

239 Tertio ſublimita, † vt non procedat limitatio in eo, qui etiam ſi tempore ſtatuti non erat vere clericus, tamen conſtat, quod tunc iam emiſerat votum religionis, nam etiamſi poſt ſtatutum adimpleret votum, & ſic efficeretur poſtea vere clericus, tamen de eo, vt de vere clerico iudicaretur etiam tempore ſtatuti, & ante ſtatutum, ita Bald. *in l. 1. in fin. C. an ſeruus ex ſuo facto*, vbi dicit, hoc fixum menti eſſe tenendum, & illum ſequitur etiam Iaſ. *in l. cum quædam puella, num. 11 ff de iuriſdict. omn. iudic.* vbi etiam aſſerit, quod ſtatur iuramento aſſerentis votum emiſiſſe ante ſtatutũ, cum ſit de illis, quæ conſiſtunt in animo, quod etiam licet in alio propoſito approbauit Nauar. *conſil. 25. num. 7. & 10. de voto & voti redempt.* Quod tamen vltimum dictum de ſtando aſſertioni votum aſſerentis, non ita facile admitterem, cum non ſemper etiam, quæ in animo conſiſtunt, probantur iuramento ſolo; ſed ſecundum coniecturas, & alia, quæ vel ſuadent aſſertionem, vel reprobãt, vt dixit Marſil. *conſil. 7. num. 7. & conſil. 9. num. 36.* ideo hoc relinquerem iudicis arbitrio, habita perſonæ, & facti ratione.

Sexto limita, † quando ſtatutum reſpiceret ea, quæ ſunt ad communem vtilitatem clericorum, & laicorum; nam clerici ex eis ligarentur, vt probatur *in cap. 2. & d. c. non minus, & c. aduerſus, de immunit. Eccleſ. & c. clericus, & c. 1. eodem tit. in 6. & cap. vlt. de vit. & honeſt. cleric.* & hanc dicit communem ſententiam Canoniſtarum, Decian. *reſponſ. 14. num. 12. lib. 1.* ponens exemplum in refectione pontium, & viarum, & in cuſtodia ciuitatis, tempore belli, & aliis pluribus exemplis, de quibus per eum, & prædicta approbauit etiam Nat. *conſil. 280. n. 6.* qui exemplificat in expenſis ad euadendum rapinas, incendia, captiuitates, & alia mala ex aduentu alicuius hoſtilis ſocietatis contra ciuitatem, & redimũt ſe ciues pecunia, non valentes aliter ſe defendere, & ibi cumulat alios, & idẽ tenuit Anch. *in d. c. non minus*, vbi dicit, poſſe dari generalẽ doctrinã, ꝙ vbicunq; tractaẽ de cõi vtilitate clericorũ, & laicorũ mixtim, clerici teneñ ſe cõtribuere vna cũ laicis, vt dicit ſe habuiſſe de facto, & fuiſſe cõſultum, ꝙ ad aggeres, qui fiunt circa mare, vel flumẽ ꝓpter periculũ, ſeu timorẽ inundationis poſſeſſionũ tenẽtur clerici ſe contribuere pro ſuis poſſeſſionibus, ſicut laici propter cõe periculũ, & Salyc. *in d. auth. caſſa. C. de ſacroſ. Eccleſ.* dicit, ꝙ ſtatuta Notarii de Fanglo, quę ſunt edita Bononiæ.

240 (margin, beside "Sexto limita"); * (margin, beside "de vit. & honeſt. cleric.")

Digitized by Google

Bononiæ circa ſtratas, cloacas, & immunditias, ex dicta ratione ligant Eccleſiam, & clericos, & idem voluit Archid. *in c. generaliter*, §. *ad inſtructionem, alias eſt c. ad inſtructionem*, 16. *quæſt.* 1. & ideo collecta *in c. aduerſus, de immunit. Eccleſ. in fin.* dixit, quod ſi vtilitas communis eſt laicis, & clericis, tenerentur clerici contribuere per illum tex. à contrario ſenſu, & facit, quod dixit Speculat. *in titul. de cenſibus*, §. *nunc dicendum, in princ. verſ. item pone, quod ſi vicinia habet puteum communem, qui egeat purgatione, vel refectione, contribuere debent etiam clerici, & Eccleſia ad expenſas*, hinc reſcripſit Gregorius IX. *in cap. peruenit, de immunit. Eccleſ.* clericos teneri excubias facere pro cuſtodia, & defenſione ciuitatis, ex quo cõmunem laicorum, & etiam clericorum vtilitatem reſpicit, & Anchar. *in dict. c. non minus, num. 8. verſ. item clerici*, notauit, clericos pro bono pacis, & quietis, qua laici tenentur tueri & defendere Eccleſiam, poſſe compelli præſtare tributum per *c. tributum 23. quæſt. 8.* & idem Anch. *in conſ. 96.* reſpondet, clericos teneri conferre pro impenſa facta ad euitandum, ne ciuitas & territorium ab hoſtibus deuaſtaretur, combureretur, & prædaretur, ea ratione, quia tam clerici in eorum bonis, & poſſeſſionibus, quam laici in ſuis euitarunt ex eo diſpendia, & ideo æquitati, & iuri conuenit, vt impenſæ onus ſentiant, ſicut ſenſerunt commodum, iuxta *l. ſecundum naturam, ff. de reg. iur. & c. qui ſentit, eod. tit. in* 6. & idem ſenſit Bart. *in l. nullus peritus, C. de curſ. publ. lib.* 12. quem referendo etiam ſequitur Decian. *reſp. 14. num. 20. libr.* 1. vbi etiam ſubiungit, quod ideo nauis Eccleſiæ, & clericorum non excuſatur ab onere portandi res, vel perſonas, ita communi reipublicæ neceſſitate ſuadente, & Luc. de Pen. *in l. vlt. in fin. C. de exact. tribut. lib. 10.* dicit, clericos teneri contribuere pro impenſis excauationis fluminum, & reparationis pontium & foſſarum ciuitatis, cum ex conſeruatione talium æque conſulatur clericis, & eorum bonis, ſicut laicis, quod approbauit etiam Guid. Pap. *qu. 7. & qu. 78.* & Bart. ac Platea *in l. 1. C. vt nemini liceat, in emptio. ſpecier. libr. 10.* voluerunt, quod clerici ſubiaceant moderationi pretij frumenti factæ à Principe ſeculari tempore penuriæ, & hoc idem late comprobat Vinc. Franc. *in deciſ.* 9. ibique ita deciſum fuiſſe teſtatur, quod & à Theologis eſt receptum, vt per Sot. *in 4. ſenten. diſtinct. 25. quæſt. 2. art. 2. col. 4. verſic. quarta concluſio*, vbi dixit, perſonas Eccleſiaſticas neque iure diuino, neque iure humano adeo eſſe à legibus exemptas ciuilibus, quin nõ obſtante clericatu, remaneant ciues reipublicæ, & eius membra, & propterea teneri clericos, quatenus leges Principum ſpectant ad pacem, & tranquillitatem, & commune bonum reipublicæ, eis parere, & ſubdit, quod ſi rex pretia frumenti, vel hordei, vel quarumcunque rerum lege moderetur, clerici carius vendẽtes mortaliter peccant, & delinquunt, & ad reſtitutionem, ſicut laici, tenentur, prout hoc idem ſenſit Nauar. *in Manuali, c. 23. nu. 88.* cum alijs ibi per eum, & hanc partem nouiſſime late tuetur excellentiſſimus dominus meus Petrus Caballus poſt hæc ſcripta viſus *in ſuis centur. criminal. reſolut. caſ. 9. cent.* 1. ibique ita fuiſſe obſeruatum in pleriſque Italiæ partibus de anno 1590. quo tempore vbique maxima vigebat penuria frumenti, & frugum omnium, teſtatur iuribus, & auctoritatibus ibi per eum, & Iſern. ac Afflict. *in d. §. illicitas, num. 9.* dixerunt, quod clerici ligantur ſtatuto, ſiue edicto emanato ob ſalubritatem aeris, ex quo & id eiſdem commodo ſicut laicis eſt, idem voluit Rip. *in tract. de peſt. part. 1. num. 456. & ſeq.* vbi ſubdit generaliter, quod vbicunque vertitur æqualiter vtilitas cleri-

corum,& laicorum, quod & clerici teneantur ad omnes expenſas pro rata conferre, & quod licet Abb. *in dict. c. non minus, & in conſ. 3.* teneat contrarium,& quidem multis, & vrgentibus auctoritatibus, & rationibus, tamen contra eum eſt communis opinio, prout etiam eandem communem affirmat idem Rip. *conſil. 20. incip. ciues, & incolæ, per tot. libr. 2. reſponſ.* & ex hoc Decian. *dict. conſil. 14. per totum*, reſpondit etiam clericos teneri circa expenſas, &ſtipendia docentium in publico gymnaſio, quia eſt cauſa continens in ſe communem vtilitatem tam clericorum, quam laicorum, & clericos teneri ad ſolutionem impoſitionis, ſeu collectæ pro pace obtinenda cum inimicis, voluit Andr. Sicul. *conſil. 1. column. 4. volum. 3.* qui *colum. 5.* dicit, ſe idem conſuluiſſe Mutinæ,& obtinuiſſe, & ibi reſpondet ad alleg. per Abb. *in d. conſ. 3. & in d. c. non minus*, idem tenuerunt Card. Hoſtienſ. & Zabarell. Butr. Ancharan. & Ioan. Andr. *in dict. c. 2. & in d. c. non minus, de immunit. Eccleſ. & in c. 1. eod. titul. numer. 6.* vbi etiam Philipp. Franc. & hanc communem teſtatur,& illam defendit Rip. Riminald. *conſil. 2. per tot. libr. 1.* ibiq; de facto ſeruari affirmat.

Si tamen hanc communem cõtra Abb.
241 pie & † docte allegantem *in dict. c. non minus, & dict. conſil. 3. ſupradictis*, ſequi malueris, illam tamen intellige, vt clerici non iudicio,& auctoritate laicorum, ſed ſuorum ſuperiorum Eccleſiaſticorum in prædictis grauari, taxari, & aſtringi debeant iuxta ſuperius allegata in 28. ampliatione, & ſecundum expreſſe diſpoſita *in dict. cap. non minus, & in dict. c. aduerſus, de immunit. Eccl.* aliàs laici contrarium tentantes excommunicationi ſe nouerint ſubiacere, prout & hoc idem conceſſit Riminal. *dict. conſ. 2. numer. 26. libr. 1.* vbi omnibus, & præcipue Abb. *in d. conſil. 3.* tenenti contra communem reſpondet,& hoc idem firmauit Natt. *conſ. 280. n. 6.* & nouiſſime hoc comprobat, & tenet dominus Caballus, *vbi ſupra, num. 10. & ſeqq.*

Et his ſtantibus, & † alijs, de quibus *ſupra*, præcipue in dicta 28. ampliatione, redditur mihi admodum dubitabilis opinio, Couarruu. *pract. queſtion. capit. 33. ad finem, & variarum reſolut. capit. 20. ad finem*, ac Clar. *in practica criminali, §. finali, quæſt. 36. verſicul. vlterius quæro numquid*, & quam nouiſſime ſequitur ipſe dominus Caball. *in dict. caſ. 9.* dum voluerunt, quod familia ſecularis poſſit nulla præcedente licentia iudicis Eccleſiaſtici, ſed propria auctoritate, & ex ſe ipſa capere clericos, & illos armis ſpoliare de facto abſque timore excommunicationis, aut reſtitutionis armorum prohibitorum per legem laicalem; nam aut volumus beroarios talia exequi ex mãdato ſuperioris Eccleſiaſtici, & ſupradicti Doctores præſupponũt nullum mandatum adeſſe, aut volumus exequi ex mandato ſuperioris laici, aut virtute edicti laicalis, & in eis deficit auctoritas imperãdi contra clericos,& vt dicebamus, alias ſi adeo eſt exempta perſona clericorũ ab auctoritate, & poteſtate laicali, vt neq; etiam in his, quæ publicam & communem vtilitatem reſpiciunt, vt eſt conſulere ſalubritati aeris, inuaſioni inimicorum, ac rapinis, & viarum, pontium, & aggerum reſtaurationi prouidere, & alijs permultis, de quib. ſupra in 27. ampliatione, & 28. quod per laicos ſuperiores alias cõgruenter procedentes aliquid ex ſeipſis contra clericos attentare, aut exequi poſſe negauimus, nõ eſt vnde poſſit dici, beroarijs inſolenter,& temerarie, vt plurimum ſe gerentibus hoc permiſſum facere, ita vt poſſint manus in clericos inijcere,& de facto,& ex libera eorum auctoritate eos capere,& publice ſpoliare armis in maximum dedecus,& opprobrium 242

brium ſacerdotij, & Eccleſiaſticæ dignitatis; nec facit meo iudicio, quod cum edicta laicorum prohibitoria delationis armorum reſpiciant vtilitatem publicam, & quietem totius populi, teneantur clerici eis parere, quia, vt ſupra vidimus, præcipue in 27. & 28. ampliatione, nõ ſufficit quæcũq; cauſa honeſta, iuſta & laudabilis in conſtitutione, vt comprehendat clericos, & ex ea aſtringantur, ſed requiritur in ſtatuente auctoritas imperandi etiam clericis, quam nullam habẽt laici, vltra quod etiamſi daremus huiuſmodi edicta tanquam honeſta & laudabilia clericos ligare, nihilominus, vt etiam ſupra late fuit probatum, non poſſunt clerici contrauenientes per laicos occaſione prædicta, ex eorum propria auctoritate in aliquo moleſtari, exequutari, aut grauari, ſed debent in omnib. per eorum ſuperiores Eccleſiaſticos, aut de eorum licentia coerceri, & licet ſubiungat Couar. ac alij in locis ſupra citatis, quod cum iudex, & ſuperior Eccleſiaſticus non habeat, vt plurimum familiam armatam, quæ poſſit noctu clericos armatos incedentes capere, & arreſtare, vnde ceſſante metu familiæ ſecularis libere vagarentur perturbando quietem ciuitatis, quod non eſt permittendũ, tamen cum facilis poſſit adeſſe prouiſio cõtra prædicta, non erit ex hoc concedendum in læſionem immunitatis, & exemptionis Eccleſiaſticorum à ſecularibus, quod poſſint clerici à beroarijs ſuperioris laicalis ſbiratari & ſpoliari, ſed (vt apud nos ſeruatur) & apud reuerendiſſimum dominum noſtrum Epiſcopum, qui familiam armatam in numero ſufficientem tenere non ſolet, poterit vel per Eccleſiaſticum ſuperiorem fieri pariter prohibitio pœnalis circa delationem armorũ, vel per ipſum mandari, quod etiam clerici abſtineant ab huiuſmodi delatione prohibita à laicis ſuperioribus, ſub pœnis in eorum edictis contentis, & non exiſtentibus miniſtris ipſius iudicis Eccleſiaſtici, concedetur licentia in ſcriptis beroarijs iudicis ſecularis, vt etiam clericos contrauenientes capiant, & incarcerent ad inſtantiam ipſius ſuperioris Eccleſiaſtici, vt inde debitis pœnis afficiantur, & ſic ex his ſalua libertate, & exemptione Eccleſiaſtica remanebit prouiſum ſecundum mentem Principum ſecularium quieti ciuitatum, & locorum, & ceſſabit abſurdum, quoad vagationem impune, & libere clericorum cum armis per loca, & ſi aliquando reperirentur ſuperiores Eccleſiaſtici, quod tamen nec præſumendum, nec credendum eſt, qui aut recuſarent, aut negligenter prouiderent contra ſuos clericos in prædictis, ita vt generaretur aliquod inconueniens, aut ſcandalum in ciuitate, iam in hac eadem cõcluſione ſupra diximus, quid in hoc caſu agendum ſit, & agi poſſit per ſuperiores laicos in remedium, & pro quiete ſubditorum, & locorũ, & quia hæc omnia fauent libertati Eccleſiaſticæ, nec repugnant menti Principum ſecularium circa quietem populorum, & locorum, ſalua pace tantorum virorum ſupra contrarium tenentiũ, his potius eueniente caſu adhærerem, quam contrarię opinioni, pręcipue etiam quia, quod delatio armorum ſit prohibita etiam de iure canonico, vt argumentantur ſupradicti Doctores, non infert, qđ ideo ſuperiores laici, aut illorũ executores poſſunt ex ſe ipſis, & incõſulto ſuperiore Eccleſiaſtico, contra clericos irruere, & exequi, prohibentur enim etiam ex eodem iure, prout etiam de iure ciuili multa alia delicta, & malefacta, vt eſt notoriũ, & tamen in illis Eccleſiaſtici à laicis minime iudicantur, & coercentur.

Secundo intellige, vt ad † prędicta clerici aſtringi poſſint, ſi propter neceſſitatem, non autem ad decus vrbis ſolum fierent, 243

ita

Digitized by Google

ita Rebuff. *de ſenten. prouiſio. artic. 3. gloſſ. 6. n.*
4. & 6. vbi ita pluries iudicatum fuiſſe te-
ſtatur.

Tertio intellige, quod ad effectum, vt
244 clerici ad † ſupradictas expenſas, & repara-
tiones teneantur, requiritur, quod Eccle-
ſia res ibi temporales poſſideat, aliâs clerici
& Eccleſiæ ad talia non poterunt conde-
mnari, ita idem Rebuff. *vbi ſupra, num. 7.* de
mente Guiliel. Bened. *in c. Raynutius, in verb.*
& vxorem, n. 1030. de teſtam.

Septimo limita concluſionem, vt non
245 procedat ratione † feudi, cuius reſpectu
clericus efficitur de foro iudicis laici, & per
cõſequens illius ſtatutis ligatur, prout hãc
veriorem opinionem teſtatur Scap. *in tra-*
ctat. de iur. non ſcript. lib. 1. c. 6. & illam in pra-
ctica ſeruandam affirmat, *iuribus ibi per e-*
um, idem voluit Roch. de Curt. *in d. tract. de*
ſtatut. d. ſectio. 8. q. 11. num. 86. de mente Abb.
Anton. de Butr. & Hoſtien. *in d. c. quod cle-*
ricis, de for. comp.

Octauo limita, vt non procedat cõclu-
246 ſio, quando † ſtatuta laicorum eſſent con-
firmata à ſummo Pontifice, quia tunc o-
mnis poteſtatis defectus, ac impotentiæ
ceſſat, & cõprehendet clericos ex eo, quod
propter confirmationem Pontificalia ef-
fecta ſunt, quia omnia noſtra facimus, qui-
bus auctoritatem noſtram impartimur,
inquit text. *in l. 1. §. merito, C. de vet. iur. e-*
nucl. & ideo pulchre dixit Bald. *in l. ex placi-*
to, C. de rerum permut. quod ſi Papa confir-
mat ſtatuta Spoleti forma ſpecifica, quod
amplius non dicuntur ſtatuta Spoletana,
ſed ſtatuta Papalia, & tranſgreſſor punie-
tur, vt tranſgreſſor ſtatutorum Papalium,
prout idem voluit Barbat. *conſil. 14. nu. 24.*
volum. 2. & probatur ex text. *in c. bene qui-*
dem, 96. diſtinct. ibi, maxime cum neq; Pa-
pa Romanus ſubſcripſerit, nec alicuius ſe-
cundum canones Metropolitani legatur
aſſenſus, & *in dict. c. Eccleſia ſancta Maria, de*
conſtit. vbi ſtatutum Baſilij de non alienan-
dis prædijs ruſticis, vel vrbanis miniſterijs,
& ornamentis Eccleſiarum illa reproba-
tum fuit potiſſima ratione, quia auctorita-
te non fuit Romani Pontificis roboratum,
ita Maluaſ. *conſil. 3. nu. 28. per c. cum acceſſiſ-*
ſent, vbi Dec. *col. 2. verſicul. ſecundo concludo,*
prædicta locum habent, de conſtit. Abb. *in d. c.*
Eccleſia, col. 3. in fin. & ita omnes tenere te-
ſtatur idem Maluaſ. *vbi ſupra*, Doct. *in d. l. 1.*
C. de ſumm. Trinitat. & fid. cathol. & in d. l. o-
mnes populi, ff. de iuſt. & iur. idem ſenſit Ber-
taz. *conſ. ciu. 2. n. 2.* vbi dixit, quod confirma-
tio operatur, quod cenſeatur Principis ſta-
tutum, & quod extendatur ad caſum, ad
quem extendi non poſſet, pro quo facit
Roman. *conſil. 12. viſo facto, col. 2. verſ. maxi-*
me, quia vt mihi, vbi propter confirmatio-
nem ſummi Pontificis ſtatutorum voluit
comprehendere caſum iuratum, Alexan.
conſ. 123. n. 17. lib. 4.

Nono limita quoad † conſuetudinem 247
mixtam clericorum, & laicorum, tunc e-
nim clerici ligantur, quia ceſſat ratio ſu-
pra firmatæ regulæ, nempe defectus ſupe-
rioritatis, & iuriſdictionis, cum in tali con-
ſuetudine clerici non ex poteſtate laicorũ,
ſed ex lege ſua propria ſibi ipſis per eorun-
dem conſuetudinem impoſita adſtringi
dicantur, & licet in eadem conſuetudine
concurrant etiam laici, ita vt promiſcua
dici poſſint, tamen non obſtat, cum non
ex laicorum, ſed ex ſua propria conſuetu-
dine adſtringantur, nec eſt, vnde poſ-
ſint dici clerici, quod potius obediant cõ-
ſuetudini laicorum, quam propriæ ipſo-
rum, cum vna & eadem ſit, & ſuæ, non
autem laicorum, prout iuris eſt, regula-
ri cenſendi ſunt, ita Roch. de Curt. *vbi ſupra*
num. 65. de mente Ant. de But. Gemin. & a-
liorum, *in d. c. Eccleſia*, ponens exemplum in
conſuetudine inducta promiſcue in loco
tam per clericos, quam per laicos: Idem
voluit

Digitized by Google

voluit Dominic. & Imol. *in cap. ad noſtram,* per illum text. *de probat.* Hoſtienſ. *in ſumma, de conſuet.* §. *fin. ver. ſed pone, quod inter laicos.*

Decimo, vt non procedat regula reſpe-
248 ctu bonorum † emphyteuticorum Eccleſiæ, quia comprehēduntur in generali ſtatuto laicorum reſpectu vtilis dominij, ita Roch. de Curt. *vbi ſupra, n. 84.* de mente Alexan. *conſil. 9. ponderatis, column. 1. volum. 5.* facit, quod notat idem Alex. *conſil. 101. viſis, in fin. volum. 1.* vbi allegando Andr. de Iſer. *in c. 1. numer. 56. & ſeq. quæ ſint regalia,* dicit, quod emphyteutæ Eccleſiarum tenentur ad collectas ratione fructuum, quos colligunt, & ita dicit obſeruari de conſuetudine, limitationem ſequitur Anchar. *conſil. 125. viſis, & diligenter ruminatis, numer. 7.* vbi dicit, quod tale ius vtile in re Eccleſiaſtica non dicitur Eccleſiaſticum, ſed prophanum, & cum ſupraſcriptis tenuit Feder. de Sen. *conſ. 3. incip. quæſtio talis eſt,* Bal. *conſ. 31. lib. 1.* Bertran. *conſil. 4. libr. 1.* Decian. *d. tract. crimin. lib. 2. c. 35. numer. 14.* Ruin. *conſil. 70. numer. 11. libr. 5.* vbi dixit, quod de tali vtili dominio iudicatur, ſicut de quolibet alio iure laicali, & temporali, reſpectu tamen præiudicij, & intereſſe laicorum dominorum vtilium, ſecus reſpectu Eccleſiæ præiudicij, vt idem voluit, & declarauit etiam Anchar. *conſil. 434. incip. poſtquam iſta domina.* Iaſ. *in l. 1. n. 12. C. de indict. vid. toll.* Rolan. *conſil. 18. numer. 28.* Menoch. *de arbitr. iud. caſ. 180. numer. 8.* & nouiſſime *in cent. 6. caſ. 562.* vbi *numer. 30.* teſtatur hanc opi-
** nionem veriorem, & magis communem.

Sublimita tamen, vt prædicta limitatio
249 non † procedat etiam reſpectu vtilis dominij, & emphyteutæ, quoad munera, & onera ſordida, ad quæ cum non teneatur emphyteuta fiſci & Principis, *l. penult. C. de excuſat. mun. libr. 10.* ita nec emphyteuta Eccleſiæ poterit grauari eorum cauſa, ita idem Menoch. *dict. caſ. 562. numer. 31.* iuribus & auctoritatibus ibi per eum, ibique docet, quæ dicantur munera ſordida, *ex l. maximarum, C. de excuſat. mun. libr. 10.* vbi recitantur late, & ibidem Bar. Ioan. de Plat. & Luc. à Pen.

Vndecimo limita, vt non procedat in ſtatuto † laicorum, per quod excludantur 250
clerici à beneficijs inductis per ipſa ſtatuta, quia tale ſtatutum valet contra clericos, ita Roch. de Curt. *vbi ſupra, num. 35.* per Bald. *in l. de quibus, column. 19. verſicul. ſexto quæro an clerici, ff. de legib. & in l. ſi quis curialis, C. de Epiſcop. & cler. & in dict. authen. caſſa, verſic. ſed quæritur, C. de ſacroſanct. Eccl.* idem voluit Calcan. *conſil. 7. numer. 17. verſic. item,* ibidem Ancharan. *in cap. & quæ, de reg. iur. in 6.* vbi dicit, quod tale ſtatutum non dicitur contra libertatem Eccleſiaſticam, quia reducit clericos ad metam iuris communis auferendo ſibi beneficium proprij ſtatuti, vel priuilegium ex ſtatuto conceſſum, quod fieri poteſt, & ratio eſt, quia nemo tenetur de ſuo facere alteri beneficiū, *c. precariæ, il 1. 10. qu. 2.* nec per hoc, qui beneficium non impendit, dicitur facere iniuriam, ita Felyn. *in dict. c. Eccleſia, nu. 81. verſic. ſecundo declara,* vbi etiam Dec. *num. 226.* Decian. *dict. tractat. crimin. libr. 2. cap. 35. n. 7.* Bal. *in l. 1. in 6. quæſt. C. de contrahen. empt.* & nos *ſupra.*

Sublimita, niſi ageretur † de ſtatuto ali- 251
quo, quod ſpecialiter, & expreſſe prius aliquod beneficium, ſeu priuilegium clericis conceſſiſſet, nam etiam per ſtatutum ſuperueniens excludens clericos à beneficio ſtatutorum, tale ſtatutum non cenſeretur reuocatum, nec iſtud ſecundum operaretur in præiudicium clericorum, quoad primum, quia illud diſpoſitum in primo erga clericos expreſſe videtur tranſiiſſe in priuilegium ipſorum, & cum tali caſu dicatur priuilegium conceſſum non ſubditis,

Digitized by Google

non videtur poſſe reuocari, ita Dec. *in dict. c. Eccleſia ſancta Mariæ, numer. 238. per c. nouit, de iudic.* & hoc pacto procedere ait, quod per hoc dixit Bartol. *in l. priuilegia, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* vbi notauit, quod ciuitas non poteſt reuocare eleemoſynam, quę vigore ſtatuti conſueuit dari religioſis, & idem fuiſſe de mente Dominic. *in dict. c. nouit, de iudic.* & Archid. *in c. quicunque, 11. quæſtion. 1.* vbi voluerunt, quod nec Imperator priuilegium ſemel conceſſum Eccleſiæ reuocare poteſt, faciunt notata *in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.* vbi Abb. *in tertio notab.* Dec. *numer. 6.* Anton. de Butr. *numer. 3.* Imol. *numer. 6.* & comprobat Couarruu. *pract. quæſt. dict. c. 31. quarta concluſ.* & ſecundum iſtam doctrinam fuit iudicatum nouiſſime Romæ in ſacro Rotæ Audit. in vna Valentina Gabellæ coram R.P. domino Pamphilio nunc meritiſſimo Cardinali, & de hoc nos etiam ſupra, & ſecundum illa hæc etiam intellige.

Limita concluſionem in ijs, quæ reſpi-
252 ciunt ſolemnitatem actus † introductam à ſtatuto, ad validitatem ipſius actus, nam
253 quoad illam etiam † Eccleſiaſtici ex huiuſmodi ſtatuto tenentur, & ligantur, vt nos late in concluſione, quod ſtatutum loci contractus attendatur, in tertia ampliatione ad primam intelligentiam.

254 XIII. Limita, vt non † procedat concluſio in his, in quibus ſtatutum diſponēdo eſſet conforme iuri communi, & de eiſdem in iure canonico modicum haberetur, quia in alijs, in quibus ius canonicum deficeret, & suppleret ſtatutum in conformitatem iuris communis, comprehenderet Eccleſiam, & Eccleſiaſticas perſonas, ſi credimus Barbat. *dict. conſ. 14. col. 6. verſ. item iſtud ſtatutum videtur conforme iuri communi, volum. 2.* allegans ad id Petr. de Ancharan. *in repet. d. c. 1. de conſtitut. in 6. char.* vbi quærens quoad Eccleſiam, & clericos quid in materijs, de quibus in iure canonico modicum habemus, ſed in iure ciuili copioſe, puta in contractibus, vt commodati, depoſiti, locati, emptionis, venditionis, & pignoris, & dicit ſe credere, quod perſonæ Eccleſiaſticæ, & Eccleſiæ, poſtquā in accipiendo, & retinendo, & diſponendo de bonis temporalibus, & de omnibus prędictis titulis ſunt capaces, quod ſubiaceant legibus, quę proditę ſunt ſuper talibus bonis acquirendis & retinendis.

XIV. Limita, quoad † obſeruantiam 255
dierum feſtorum, quam laici ſuperiores poſſunt vti religioſi, & pij eorum ſubditis præcipere, ac eidem cōtrauenientes punire, *arg. tot. titul. C. & ff. de fer.* & probatur ex vniuerſali omnium locorum conſuetudine, in quibus paſſim leges, & ſtatuta contra non feſtantes feſta reperiuntur, & ex *c. irreligioſa, de conſecrat. diſtinct. 3.* & ex doctrina Bal. *in conſil. 166. num. 2. libr. 5.* Maran. *in 4. par. Spec. §. validum, aut inualidum, nu. 9.* reſpondendo etiam contrarijs Dec. *in l. milites, numer. 18. C. de milit. teſtam.* Beat. Antonin. *in ſum. ſacr. Theolog. part. 2. titul. 9. c. 7. in princip. & in §. feſta autem,* Summ. Syluestr. *in verb. Dominica, numer. 2. & 3.* & facit, quia laicus ſuperior poteſt ſuos ſubditos laicos punire de omni delicto nedum ſeculari, & profano, ſed etiam Eccleſiaſtico, Abbas *in capit. cum ſit generale, numer. 31. de foro competen.* & ratio eſt, quia non inconuenit pœnas temporales à temporalibus etiam ſuperioribus adijci contra illud crimen, quod Eccleſia ipſa improbat, & damnat Couarruu. *in Epit. de ſponſ. part. 2. cap. 6. numer. 18. cum duobus ſeqq.* imo vt dicebamus, nedum poteſt laicus ſuperior dictam obſeruantiam præcipere, ſed etiam ex pietate Chriſtiana ad prædicta tenetur, cum veneratio Dei, & eorum, quæ Dei ſunt, ſit religio, qua omnes obligamur, & quæ nobis ex iure ipſo naturali, & diuino etiam

insinu-

inſinuatur. Beat. Antonin. *d. c. 7. in princip.* Nauar. *in Manuali, c. 13. numer. 1.* Vnde non eſt dubium, quin & à rerum initio publica magiſtratus auctoritas ſubditos in hoc cõſeruauerit, ſummaque diligentia, ne quis ab ea deflecteret, cauerit, & quod etiam hodie cauere poſſit, cum in his, quæ ad bene, beateque viuendum ſecundum naturalem rationem pertinent laicis ſuperioribus à Deo immediate iam inde ab exordio mundi poteſtas data ſit, Nauarr. *conſil. 25. n. 3. de ſentent. excomm. & in cap. nouit, notab. 3. numer. 86. de iud.* Hinc etiam blaſphemos deierantes, ſacrilegos, & id genus alios, quod à natura ea omnia minime perpetrãda eſſe, cuilibet inſitum ſit, & reipublicę interſit, vt huiuſmodi homines pœnis afficiantur, etiam punit ſecularis poteſtas, *cap. 2. de maledict.* Ancharan. *conſil. 15. incip. ſpiritualis iudex*, Calder. *conſil. 236.* Socin. *conſil. 119. col. 2. ver. circa ſecundum, vol. 4.* Vnde etiam Pius Quintus ſanctiſſimæ memoriæ eius 5. Conſtitut. huiuſmodi dierum feſtorum obſeruationem, quantum potuit nedum locorum ordinarijs, verum etiam alijs magiſtratibus commendauit eiſdem diſtricte præcipiendo tandem, vt eam diligẽter obſeruari procurent, ſub pœnis arbitrio ipſorum imponendis, & moderandis.

Nec poteſt dici meo iudicio, vt aliqui voluerunt, quod dicta conſtitutio quoad magiſtratus ſeculares procedat, dummodo præſupponatur delictum adeſſe, non autem ſi de hoc diſputetur, quia cum eadem conſtitutio vnica, & eadem oratione tam de locorum ordinarijs, quam de magiſtratibus ſecularibus, quoad prædicta loquatur ibi; Qui vero in diebus præfatis opus aliquod illicitum feciſſe deprehenſus fuerit præter vltionem & amiſſionem animalium, quibus ad vecturam vtetur, etiam graues pœnas incurret arbitrio noſtro, ſeu vicarij noſtri in vrbe: In alijs autem locis arbitrio ordinariorum, vel aliorum magiſtratuum, ita vt præuentioni locus ſit, & infra debita cum reuerentia obſeruari faciãt ſub pœnis arbitrio ipſorum imponendis & moderandis, non poteſt, inquam, quoad ſeculares ad delictum iam in eſſe deductum reſtringi, & quoad Eccleſiaſticos etiam, quoad illius cognitionem, & deciſionem ampliari ex vulgata regula, quod determinatio vna reſpiciens plura determinabilia vniformiter omnia determinat, *l. quamuis, C. de impub. & aliis ſubſtit.* Vnde ſi vicario Papæ in vrbe, in alijs autem locis arbitrio ordinariorum, vel aliorum magiſtratuum ſummus Pontifex nedum huiuſmodi curam remiſit, ſed vt etiam diximus, inter eos præuentioni locum reliquit, ſi vicarius in vrbe, & in alijs locis ordinarij habent circa prædicta cognitionem ex dicta bulla, non eſt, ni fallor, vnde ab ea remoueri poſſit magiſtratus ſecularis, qui ab eadem conſtitutione nedum indiſtincte pari paſſu in prædictis procedere cum Eccleſiaſticis ſtatuitur, ſed etiam illos præuenire poſſe determinatur, vltra quod verba ipſius conſtitutionis huiuſmodi cognitionem etiam in ſecularibus ſuperioribus important, cum omnia ſub pœnis arbitrio ipſorum imponendis, & moderandis relinquantur, nec arbitrari iudex poterit, an in vno caſu ſit pœna augenda, vel moderanda, niſi & circa huiuſmodi caſus qualitates, perſonas, & circumſtantias prius intelligendo cognoſcat, & cognoſcendo perpendat, & arbitretur, ad trad. late per Menoch. *de arbitr. iud. lib. 1. q. 1. cum plur. ſeqq.*

Nec obſtat, quod hi, qui huiuſmodi curam à poteſtate laicali ſegregatam contendunt, opponunt, videlicet quod imo feſtiuitates Dei, & ſanctorum, ac obſeruationis illarum præceptum ab Eccleſiaſtica ſola poteſtate dependet, & quod hæc eſt materia mere Eccleſiaſtica, de qua per conſequens

L 2

quens nihil quoad laicos, Doctores *in c.licet, de fer.* Anton. de Butr. *in c. conqueſtus, n. 19. eod. titul.* Scribent. *in d.c. cum ſit generale, de for. competen.* Beat. Antonin. & Summ. Syluestr. *vbi ſupra*, cum ſimilibus; Quia reſpondetur, quod hoc eſt verum, quoad peccatum, vt infra, & quoad inducendas feſtiuitates de nouo, & quoad feſtiuitates ſanctorum nondum approbatorum ab Eccleſia, quæ certum eſt, quod omnino depẽdent à ſola Eccleſia, & à ſummo Pontifice, & in quo nedum laici, ſed nec Epiſcopi ipſi habent auctoritatem, & circa quæ, ſi laicus ſuperior, quicunque eſſet, delinqueret, ex ſuo marte, & ex propria lege ſancti, nondum ab Eccleſia approbati, feſtum ordinando, vtique eſſet peccare in materia mere Eccleſiaſtica, & eſſet delictum mere Eccleſiaſticum, & ad ſolos Eccleſiaſticos ſuperiores ſpectans, ſed ſecus eſt, quoad feſtiuitates, & ſolemnitates ſanctorum iam canonizatorum, & ab Eccleſia approbatorum, de quibus loquimur, quarum obſeruationem ſtatuere, nedum non eſt merum Eccleſiaſticum, ſed potius eſt debitum, & proprium cuiuſcunque ſuperioris vere Chriſtiani, prout ſic colligitur ex dict. gloſſ. *in can. pronunciandum, de conſecr. diſt. 3.* & [illegible]on. *dict. c. 7. verſ. hoc verum eſſe, de feſto ſanctorum, qui ſunt canonizati*, & Summ. Syluestr. *in d. verb. Dominica, n. 3. verſ. quod limita primo*, & per Doct. *in c. fin. de fer. & in c. 1. de reliquiis, & vener. ſanctorum.* & prout ſuadent multa adducta per Lud. Carb. *in ſuo tract. de legib. lib. 7. diſput. 2.* & ſi crimen eſſet mere Eccleſiaſticum, ab Eccleſia tantum prohiberetur, vel laici de illo ſe impedire non poſſent, iuxta doctr. Abb. *in d.c. cum ſit generale, de for. competen.* ponens exemplum in crimine hæreſis, & quando dubitatur de ſubſtantia vſuræ, & pro ſupra ſcripta limitatione adeſt additio ad gloſſ. *in l. ſi feriatis, ff. de fer.* vbi habetur, quod per conſuetudines, & ſtatuta laicorum poſſunt feriæ indici, & indictæ tolli, quia decretalis dicit, quod etiam in ferijs in honorem Dei ſeruentur conſuetudines, & ſtatuta laicorum.

Amplia limitationem, vt † etiam laicus 256
ex aliqua cauſa diſpenſatus ab Epiſcopo, vt poſſit operari in die feſto, poterit tamen contra prohibitionem de illo die feſto à ſuo ſuperiore laico emanatum operãs puniri, quia quod dicitur, quod omnis licentia operandi in die feſto ſpectat etiam reſpectu laicorum ad Eccleſiam, Dominic. Sot. *de iuſt. & iur. lib. 2. quæſt. 4. artic. 4. poſt med. verſ. ſed tamen alia ſunt, & verſicul. quinta cauſa*, Couar. *in ſimil. d.c. 6. numer. 18. verſicul. ſecundum multo minus obſtat*, intelligitur quoad peccatum incurrendum, vel non, in quo etiam laici ſubduntur Eccleſiæ, nec de hoc ſuperior laicus, qui de peccato non cognoſcit, ſe impedire poteſt, *c. nouit, de iudic.* Fuſc. *de viſit. lib. 2. c. 21. num. 4. & 41.* Sed non per hoc laicus hoc reſpectu peccati excepto, eximitur, quoad reliqua propter dictam licentiam Eccleſiaſtici à iuriſdictione, & obedientia ſui ſuperioris laici, qui ideo poterit punire ſuum ſubditum non obſeruantem prohibitionem à ſe factam circa feſtorum obſeruantiã, non obſtante licentia Epiſcopi, quæ concernit, vt dicebamus, peccatũ ſolum, & relaxatio ab onere peccati facta à ſuperiore Eccleſiaſtico non impedit iudicium, & pœnas temporales in eadem re à ſuperiore laico indictas, nec in hoc vertitur aliquod præiudicium Eccleſiaſticæ iuriſdictionis, cum laicus de peccato ſe nõ intromittat, ſed ſolum punit ſuum ſubditum inobedientem, & vnaqueq; poteſtas hoc pacto ſuo vtitur iure, Couar. *var. reſol. lib. 2. c. 10. num. 3.* Farin. *de inquiſit. quæſt. 4. num. 5.* Et licet male aget ſuperior laicus, iniuſte tali caſu forte puniendo ſubditũ, qui tute etiam quoad Deũ, & in

Digitized by Google

& in conſcientia operatur iuxta licentiam ſuperioris ſpiritualis in illo die feſto, tamen quia poſſet idem laicus ſic diſpenſatus ab Eccleſiaſtico, operari, vel in contemptum ordinationis ſui operis laici à quo non curauit requirere, & obtinere licentiam, vel alio modo, vel etiam dato, quod ſuperior laicus iniuſte vexaret in hoc ſuum ſubditum laicum, tamen nihil de hoc cum iudice Eccleſiaſtico, qui diuiſum habet imperium cum ipſo iudice, & ſuperiore laico, nec ſuper eo per conſequens quoad prędicta intendere poterit, ſed dictus ſuperior laicus iniuſte ſe gerens hoc pacto erga ſuũ ſubditum, habebit quoad conſcientiam Deum vltorem, & de hoc aget cum ſuo confeſſario, vel in reliquis erit recurrendum ad illum, quem ipſe in ſuperiorem recognoſcit pro remedio, iuxta notata *in c. duo ſunt, 96. diſtinct. & in d cap. nouit, de iudic. & in c. ſolitæ, de maior. & obed.*

Verum, quia hæc me adnotante audio ortam fuiſſe differentiam occaſione præmiſſorum circa obſeruationem feſtorum pœnas violantium, & circa diſpenſationem de operando in die feſto, non obſtante prohibitione inter Sereniſſimum Senatum noſtrum, & Reuerendiſſimum noſtrum Epiſcopum, eaque de cauſa fuiſſe recurſum ad ſacram congregationem Illuſtriſſimorũ Cardinalium ſuper ſacri Concilii Tridentini interpretatione, ideo omnia à me hic dicta à reſolutione prædictorum Illuſtriſſimorũ Dominorum Cardinalium regulari, ac reformari intendo, & proteſtor, eidemque omnia hic ſcripta ſubiicio.

257 Eſt tamen animaduertendum, † quod licet ex ſupra ſcriptis videatur permiſſum ſuperioribus laicis de feſtorum obſeruatione ſtatuere, hoc tamen eſt intelligendum in augumentum ipſorum feſtorum, non autem in violationem, aut contrauentionem, ita Summa Angel. *in verſic. dies feſtos*, & Summa Syluestr. *in d. verb. Dominica, num. 4. verſic. limita verum*, vnde ſi laici ſubditi irreligioſe ſe gererent in feſtiuitatibus intuitu licentiæ eorum ſuperioris laici, poſſent nihilominus ab Eccleſiaſtico, non obſtante dicta licentia, pœnis ab eo indictis puniri, & corrigi, quia ſi, vt dicebamus, auctoritas laicalis, & temporalis non deſinit in ſuis ſubditis laicis, quoad laicalia, & temporalia, non obſtante in prædictis licentia Eccleſiaſtica, in his tamen, quæ Dei ſunt, & concernunt ſalutem, & vtilitatem animarum, non eximit eos à iuriſdictione Eccleſiaſtica, Fuſc. *d. c. 21. nu. 4. & 41.* Dd. *in c. 1. de conſtit. & in c. 2. §. ſtatuto, eod. tit. lib. 6.* ſed licentia ſuperioris laici tunc operabitur, quod contraueniens obſeruationi feſtorum per laicum ſuperiorem ordinatæ, non poterit pœnis in dicta ordinatione contentis puniri, iuxta in ſimili not. per Felyn. *in d. c. Eccleſia ſancta Maria, nu. 109.* & per Abb. *in d. conſil. 83. in fin.*

Et † generaliter nota diſtinctionem circa obligationem clericorum propter ſtatuta laicorum, quod aut loquimur in extraiudicialibus, aut in iudicialibus; In primo caſu conſiderandi ſunt iſti tres caſus; Primo, an ſtatutum laicorum diſponat circa certam ſolemnitatem adhibendam in aliquo contractu tempore contractus, & tunc, ſi contractus factus ſit per clericum cum laico ſine illa ſolemnitate, non valebit contractus, ſiue ſit ſtatutum laicorum, ſiue clericorum, cum non poſſit ſubditus contrahere cum non ſubdito ſine lege ſui ſuperioris, *cap. 2. de maiorit. & obedient. l. ſancimus. vbi not. C. de donat.* & in vtroque foro iudicabitur ſecundum tale ſtatutum, & ita concludit Capr. *vbi ſupra, num. 58.* & Felyn. *in d. c. Eccleſia, num. 82. verſic. quartus caſus*, ea ratione, quia dicitur tali caſu nulla nata obligatio propter reſiſtentiam ſtatuti, *l. lex in* 258

venditionibus, ff. de fideiuſſor. & ideo clericus contrahendo cum laico, omiſſa ſolemnitate ſtatuti nulliter contrahit, ita etiam Abbas *in d. c. Eccleſia, in repetit. & in d. cap. quod clericis, de foro compet.* dicens, quod ſi Cardin. & Anton. iſtum caſum conſideraſſent, aliter ſcripſiſſent, & adducitur in ſimili Federic. *conſil. 85. ſtatuta ciuitatis Peruſiæ*, & Caſtrenſ. *conſil. 159. in præſenti cauſa viſis, & examinatis, in fin.* & conuenit dictum Alexand. *conſil 93. lib. 2.* vbi dixit, quod inueſtitura facta per clericum laico, non vocato poſſeſſore iuxta formam ſtatuti laicalis, eſt nulla, & hanc dixit communem opinionem Doctorum, Maluaſ. *conſil 3. num. 25.* Roch. de Curte *in d. tract. de ſtatut. d. quæſt. 11. num. 75.* vbi late, & facit, quod ſi ſtatutum irritet donationem nō inſinuatam, quando excedit certam ſummam, ſi fiat talis donatio clerico à laico non facta inſinuatione, non tenebit, ſecundum Felyn. *in d. cap. Eccleſia, num. 82. verſic. modo ex iſto caſu*, & Abb. *in d. cap. quod clericis*, per not. *in d. l. ſancimus C. de donat.* ſecus tamen ſi nō fuiſſet facta clerico intuitu ipſius, ſed fieret Eccleſiæ, quia in Eccleſia ceſſat cauſa requirens inſinuationem, nempe ſuſpicio * fraudis, & ita communiter Dd. tenere teſtatur idem Felyn. *vbi ſupra*, & quod clerici teneantur ſeruare ſolemnitates in contractibus diſpoſitionis ſtatuti laicorum, dixit Lamberteng. *in d. ſuo tract. de contract. in fi. q. 39. n. 139.* vbi hanc opinionē veriorem eſſe teſtatur, & ibi recitat contrarium tenentes, & nos adhuc etiam in concluſione, quod ſtatutum loci contractus attenditur, vbi late.

Secundo caſu, aut ſtatutum loquitur circa rem laici, vt ſi dicat, quod talis res ex aliqua iuſta cauſa non poſſit alienari, & tunc ſi clericus eam emat à laico, non valebit ipſa alienatio, cum venditor eam non poſſit alienare ob ſtatutum rationabiliter diſponēs circa materiam ſubiectam, quod ideo tenet argum. not. *in d. cap. 2. de maiorit. & obedient. & d. l. lex, ff. de fideiuſſor.* nec tale ſtatutum dicetur eſſe contra libertatem Eccleſiæ, nec ligare clericos, ſed tantum ſubditos, ex quo ſtatuit circa res ſubditorum, & dum ſunt ipſorum, & ex quo talis prohibitio eſt facta tempore habili, & ex rationabili cauſa, non autem in fraudem clericorum, aut Eccleſiæ, & in odium ipſius, iuxta not. vt ſupra in prima illatione ad concluſionem, & per ea, quæ not. Bart. *in l. reſcripto, ff. de muner. & honor.* & ſecundum hoc ſtatutum iudicabitur in vtroque foro, ita Felyn. *in d. cap. Eccleſia, num. 84* adducens exemplum in re dotali, vtpute ſi ſtatutum dicat, quod res dotalis non poſſit alienari, nam ſi clericus emat, non valet alienatio, quia inhabilitatur vendens, & res vendita ab habentibus auctoritatem, vnde naturalis obligatio non oritur, *l. cum lex, l. non dubium, C. de legib.* nec dicetur hoc ſtatutum, vt ſupra ligare clericum, & ſtatuere in illum, ſed tantum ſubditum vendentem, & quoad rem venditam, quæ eſt eius poteſtatis, & impedit obligationem oriri ex contractu, & ſuper re ſua quilibet poteſt ſtatuere. *l. in re mandata, C. mand.* & ita decidit etiam Abb. *in d. cap quod clericis*, Roch. de Curt. *vbi ſupra, num. 78.* & ibi late Capr. *vbi ſupra, num. 50.*

Tertio caſu, aut ſtatutum diſponit circa perſonam, vt quod aliquis debeat facere aliquid, puta apprehendere poſſeſſionem infra certum tempus poſt contractum; & tunc non ligabit clericos, ſicuti non ligabitur econtra laicus ex ſtatuto clericorum talia diſponente, ita idem Capr. *vbi ſupra, num. 60.* per ea, quæ notat Bartol. *in d. l. 1. C. de ſumma Trinitate, & fide catholica, & in l. 1. ff. de tutor. & curator. dat. ab his, & in l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & ſupra tactum eſt.

Secundo

Secundo autem caſu, quando diſponit circa iudicialia, ſeu explicanda in iudicio, dic, quod aut ſtatutum reſpicit ordinatoria, aut deciſoria, ſi ordinatoria, comprehendet etiam clericos, & eos ligabit ad illius obſeruantiam, vt ſupra fuit oſtenſum in ſecunda limitatione, ſi deciſoria, nunquam, ita Dd. communiter *in d cap. Eccleſia ſancta Maria, & in d. cap. quod clericus, de foro compet.* & hanc claram & indubitatam Dd. ſententiam teſtatur Roland. à Valle *conſil. 33. num. 6. lib. 3.* & ita omnes ſentire *in d. l. cunctos populos*, dicit Decian. *reſponſ. 109. num. 39. lib. 2.* Bertazzol. *conſil. crimin. 469. num 9. lib. 2.* vbi ideo dixit, quod ſtatutum loquens de inſtantia, tanquam concernens ordinatoria, ligat, & comprehendit clericum, ſecus ſi ageretur de deſertione cauſæ, quia eo caſu diceretur reſpicere deciſoria, idem Cephal. *conſil. 273. num. 30. lib. 2.* & nos ſupra in hac eadem concluſione, & in concluſione, *quod ſtatutum non ligat forenſes, & quod ſtatutum loci contractus attenditur.*

CONCLVSIO II.

Statuta recipiunt interpretationem à iure communi, & quid ab aliis ſtatutis, ab obſeruantia, à præfatione, à rubrica, & ab aliis.

SVMMARIA.

1 *Statuta recipiunt interpretationem paſſiuam, & declarantur à iure communi.*

2 *Quando per ſtatutum inducitur aliquod munus perſonale, omnes leges, quæ de muneribus perſonalibus ſubeundis loquuntur, poſſunt ad talis ſtatuti interpretationem adaptari.*

3 *Si ſtatutum confirmat aliquod teſtamentum, quod alias de iure communi non valeret, tunc leges omnes loquentes de teſtamentis, habebunt locum circa interpretationem diſpoſitionis talis ſtatuti loquentis de huiuſmodi teſtamento.*

4 *Statutum permittens filiasfamilias teſtari, interpretatur prout de iure, vt ſcilicet non per hoc poſſit diſponere de dote profectitia, quæ fuit ſtipulata reddi patri.*

5 *Si ſtatuto cauetur, quod mulier poſt mortem viri poſſit eius domum inhabitare, & ibi habere alimenta, & nihil vltra, etiamſi maritus eam reliquerit dominam, & vſufructuariam omnium bonorum, interpretabitur ex eo, quod in tali caſu diſponit ius commune.*

6 *Si extat ſtatutum, quod maritus, ſtantibus filiis non poſſit relinquere quicquam in vltima voluntate eius vxori, ſi tamen maritus eam reliqueris dominam, & vſufructuariam, & filii, qui extabunt tempore legati, defecerint, habebit vxor integrum vſumfructum.*

7 *Stante ſtatuto, quod executiones debitorum fiant contra heredem, ſicut contra defunctum, cum defunctus poſſit in ſolidum conueniri, tamen ſi heres confecerit inuentarium, non poterit iuxta iuris communis diſpoſitionem fieri executio contra eum, niſi quatenus importabunt facultates hereditatis.*

8 *Quando ſtatutum loquitur ſuper aliqua diſpoſitione à iure communi interpretata, vtputa de debito, debitore, & creditore, quæ verba à iure communi interpretata importat, nedum principalem debitorem, ſed etiam eius ſucceſſorem ſemper, & de debitore, & de eius ſucceſſore, & prout ius commune ipſum intelligit interpretabitur pariter & ſtatutum.*

9 *Stante ſtatuto quod ille Doctor aggregetur collegio, qui plures albas habuerit, quam nigras, ſi voces fuerint pares, ille tamen*

admit-

admittetur, ſi maioris erunt auctoritatis illi, qui pro eo voces dederint.

10 *In partitis dandis attenditur non tam numerus, quam auctoritas vocum.*

11 *Canonici Lunen. SarZanen. admonentur pro partitis, quæ quotidie dantur, & proponuntur in eorum Capitulo.*

12 *Quando duo fuerunt electi, qui haberent voces æquales, ille obtinebit, qui pro ſe habuerit Priorem, ſacriſtam, & ſimiles, qui ſunt in dignitate, & præfertur ei, qui habuerit voces aliorum Canonicorum ſimplicium, dignitatem non habentium.*

13 *Archidiaconi, & Prapoſiti dicto, ſicut nec aliorum, ſtabitur, etiam cum iuramento, quando aſſerunt, ſe vocem dediſſe pro tali.*

14 *Dotata excluſa à ſtatuto, intelligitur de congruenter dotata.*

15 *Mortis pœna occidentem puniri mandante ſtatuto, intelligitur, ſi dolo homicidium commiſerit.*

16 *Quid ſi dicatur in ſtatuto homicidium quomodocunq; committens; intelligitur tamen dolo interueniente.*

17 *Homicidium tunc eſt punibile pœna mortis: ſi dolo malo fuit commiſſum.*

18 *Occidens caſu pœnam mortis euitat.*

19 *Homicidium ſine dolo non punitur pœna mortis vigore ſtatuti etiam diſponentis ſtatuta debere intelligi ad literam.*

20 *De vectigalibus ſtatutum loquens, interpretatur, prout de iure, quod nihil ſoluatur pro his, quæ deferuntur pro vſus ſui gratia.*

21 *Conſuetudo, quod quis ſoluat gabellam, rerum ſui vſus cauſa delatarum, non valet.*

22 *Gabella, ſiue pedagium non eſt ſoluendum de equis ſuper quibus equitant tranſeuntes vſus ſui cauſa.*

23 *Gabella non eſt ſoluenda de frumento extracto ſui vſus cauſa non obſtante ſtatuto de gabella ſoluenda in extractione frumenti.*

24 *Veſtimentorum, quæ quis portat in dorſo, non debet ſolui gabella.*

25 *Victualium vſus ſui cauſa emptorum, & aliorum ſui vſus gratia generaliter non debet ſolui gabella.*

26 *Emens à principio vſus ſui cauſa, licet ex poſt facto eadem reuendat, non tenebitur ad gabellam remota tamen fraude.*

27 *Iuramento partis ſtatur, an victualia ſint ſui vſus cauſa.*

28 *Fidem de apodiſia debet facere, & ea deſignare, qui portat etiam exempta à gabella.*

29 *Priuilegiatus à gabellis tenetur tamen conſignare bona datiario.*

30 *Scholaris licet non teneatur ſoluere pedagium, de libris tamen debet petere bullettam à gabellario.*

31 *Statutum quaſdam exceptiones admittens, interpretabitur de eis, prout de iure communi eſt diſpoſitum.*

32 *De ſucceſſionibus ſtatutum loquens, intelligetur, prout de iure, quod vocans fratres de vtrunq; coniunctis, &* num. ſeq.

34 *Agnati ſimpliciter à ſtatuto vocati intelliguntur vocati eo ordine, quo ab inteſtato ſucceſſuri fuiſſent.*

35 *Proximiores vocati ad ſucceſſionem à ſtatuto quomodo ſuccedant.*

36 *Coniuncti vtrinq; , vel ex latere patris tantum vocati à ſtatuto, quomodo admittantur.*

37 *Filii fratrum admittuntur etiam vigore ſtatuti fratres ſimpliciter admittentis.*

38 *Iudex eliget tertium arbitrum diſcordantibus duobus in eligendo.*

39 *Doctores legum, & medicinæ non ſubiacent ſtatuto de capiendis debitoribus.*

40 *Ignorantia probibita allegari à ſtatuto, intelligitur de craſſa.*

41 *Expenſas litis tunc victus reficere tenetur,* quando

quando non habuit iuſtam cauſam litigandi.

42 *Interpretatio ea eſt ſumenda in ſtatutis, vt aliquid operentur vltra ius commune.*

43 *Confiſcationem bonorum ſtatutum ordinans non comprehendit ea, quæ de iure communi non veniunt in confiſcatione.*

44 *Feudalia non veniunt appellatione bonorum confiſcandorum.*

45 *Feudalia ſubiacent diſpoſitioni confiſcandorum, quando aliter diſpoſitio verificari non poteſt.*

46 *Falſum à ſtatuto punitum intelligitur de eo falſo, per quod inciditur in aliquod caput* l.Cornel.de falſ.

47 *Arbitrium iudici à ſtatuto conceſſum intelligitur de arbitrio regulato à iure.*

48 *Operam præſtans ad delictum, quomodo punietur vigore ſtatuti imponentis eandem pœnam operam præſtanti, & delinquenti.*

49 *De ſpe ſtatutum loquens debet intelligi de ſpe probabili.*

50 *Quæſtiones facti, non iuris, veniunt in compromiſſo vigore ſtatuti faciendo.*

51 *Debitor non poteſt capi vigore ſtatuti, niſi præcedat citatio.*

52 *Periculum vbi eſt in mora, citatio mittitur.*

53 *Fideiuſſorem à præſtando excuſatur, qui fideiuſſorem non inuenit.*

54 *Minorum contractus abſq; propinquorum auctoritate valebunt, non obſtante ſtatuto huiuſmodi auctoritatem requirente, quando propinqui deficiunt.*

55 *Notarius vnus ſufficiet in confectione inſtrumenti, non obſtante ſtatuto duos requirente, ſi duo haberi non poterunt.*

56 *Exceptio litis ingreſſum impediens non excluditur à ſtatuto exceptiones excludente.*

57 *Statutum Ianuæ,* lib.2. cap.3. *ſub rubr.* de cauſ.execut. *interpretatur.*

58 *Solemnitates alias de iure communi introducta non cenſentur reiecta à ſtatuto nouas ſolemnitates in eodem actu adhiberi mandante.*

59 *In obligationibus minorum debent ſeruari etiam ſolemnitates iuris, vltra inductas à ſtatuto, niſi vt* num.ſeq.

61 *Statutum Ianuæ,* lib.4. c.20. §. his vero, *ponderatur.*

62 *Statuta debent reduci ad concordiam cum iure communi.*

63 *Statuto inhærendum eſt, nullo alio attento, quando ita apparet de mente ſtatuentium.*

64 *Coniecturis non eſt opus in claris.*

65 *Præferendi in aliquo honore vigore ſtatuti intelliguntur, ſi ſunt idonei.*

66 *Aufugiens non habetur pro confeſſo non obſtante ſtatuto, quando habuerit iuſtam cauſam fugiendi.*

67 *Vnica tantum gabella de contractu, & illa in loco contractus eſt ſoluenda.*

68 *Præſcriptio non habet locum non obſtante ſtatuto, niſi data facultate agendi.*

69 *Negligentia vbi non adeſt, non debet eſſe pœna.*

70 *Pœna impoſita officiali non inquirenti intelligitur data ſcientia delicti.*

71 *Statutum diſponens idem, quod ius commune, recipit omnes limitationes, ampliationes, & declarationes, quas recipit ius ipſum commune.*

72 *Diſpoſitio caſus veri verificatur in caſu ficto, ſi ſtatutum loquitur in materia iuris, in qua caſus verus, & fictus æquiparantur.*

73 *Interpretatio à iure communi admittitur in ſtatuto etiam formam inducente.*

74 *Interpretatio eadem fit ad ius municipale de vna lege, quæ fit de ipſa lege ad alium.*

75 *Legatum factum vxori præſenti, & ſibi ſtipulanti tranſit in vim donationis cauſa mortis.*

Digitized by Google

76 *Interpretatio admittitur in ſtatuto à iure communi etiam in alterius per ipſum ſtatutum vltra ius commune.*

77 *Interpretationem recipit ſtatutum à iure commmuni, etiamſi deberet intelligi ad literam, quod intellige, vt* num. 78. 79. & 80.

81 *Fraudis, & abſurditatis euitandi cauſa admittitur omnis interpretatio in ſtatutis.*

82 *Statutum Ianuæ ſub rubr.* de extrinſeco intellectu.

83 *Significatio dubia verbi in ſtatuto quomodo declaretur.*

84 *Impropriantur verba, vt habeat locum interpretatio proueniens à iure in ſtatuto.*

85 *Ciuitatis dominantis ſtatuta dant intellectum ſtatutis ſubditorum.*

86 *Subditorum ſtatutis deficientibus recurritur ad ſtatuta ciuitatis dominantis.*

87 *Interpretatio facilius admittitur, quam inductio noui iuris.*

88 *Ius cōmune ſeruatur nō ſtatutū ciuitatis dominātis ſtante ſtatuto, quod deficientib. ſtatutis recurratur ad ius commune.*

89 *Iuris communis appellatione, niſi aliter addatur, intelligitur de iure Romanorum.*

90 *Iuris communis appellatione non venit ius præcipuum alicuius ciuitatis.*

91 *Principi quod placet, legis habet vigorem.*

92 *Ad ciuitatis dominantis ſtatuta recurretur, non obſtante ſtatuto de recurrendo ad ius cōmune, quādo ita dici fuiſſet obſeruatū.*

93 *Mutanda non ſunt, quæ diuinam habuerunt interpretationem.*

94 *Imperio Romano omnes ſubiacent.*

95 *Principis ſtatuta dicuntur ius commune ſubditis.*

96 *Interpretationi ex obſeruantia prouenienti ſtandum eſt.*

97 *Ius commune erit ſeruandum, non obſtante ſtatuto de recurrendo ad ſtatuta ciuitatis dominantis, quando ita eſſet dici obſeruatum.*

98 *Abſurdi, vel ſuperfluitatis euitandæ cauſa iuris communis appellatione veniunt ſtatuta ciuitatis dominantis.*

99 *Iuris communis appellatione, quando veniat ius municipale.*

100 *Iuris appellatione ſimpliciter venit tam ius commune, quam ius municipale.*

101 *SarZana ſtatutum conſideratur.*

102 *Conſuetudo ciuitatis dominantis ſeruabitur, deficiente conſuetudine ſubditorum in aliquo caſu.*

103 *Conſtitutio noua intelligitur, & diſtinguitur ſecundum antiquam.*

104 *Reformationes ſtatutorum magis recipiunt interpretationem à ſtatutis reformatis, quam à iure communi.*

105 *Reformatio etiam cum clauſula*, aliquo alio ſtatuto non obſtante, *recipit interpretationem à ſtatutis reformatis.*

106 *Clauſula reuocatoria ſtatuti eatenus ſtatutum reuocat, quatenus cum ipſo reuocante repugnat.*

107 *Statutum nouum ab antiquo declaratur, non obſtante dictione taxatiua.*

108 *Taxatiua dictio non operatur in caſus concordes, vel concordabiles.*

109 *Antiqua ſtatuta declarantur à nouis.*

110 *Statuta vno, & eodem contextu condita ad inuicem declarantur.*

111 *Ius commune ſicut ſe habet ad ius commune, ita ſtatutum ad ſtatutum.*

112 *Pars vna ſtatuti ab alia declaratur.*

113 *Præcedentia verba ſtatuti à ſequentibus interpretantur.*

114 *Æquiuocum verbum ſtatuti declaratur à diſpoſitione eiuſdem alibi de tali verbo expreſſo.*

115 *Referens à relato regulatur.*

116 *Statuta recipiunt interpretationem potius ab aliis ſtatutis, quam à iure.*

117 *Symbolum in habentibus facilior eſt tranſitus.*

118 *Statutum præſumitur ſe conformare cum aliis.*

Digitized by Google

aliis ſtatutis potius quam cum iure communi.

119 Exceptiones prohibens ſtatutum non intelligitur de exceptione proueniente ab alio ſtatuto.

120 Ratio ſi eadem eſt in vtroq; ſtatuto, eadem debet eſſe interpretatio.

121 Diſpoſitiones reſtringuntur, & regulantur ſecundum rationem ſcriptam.

122 Statutum vnum ab alio interpretabitur, non obſtãte diſpoſitione, quod ſtatuta debeant intelligi ad literam.

123 Vicina ciuitatis ſtatuta dant interpretationem aliis ſtatutis.

124 Conſuetudo regionis vicinæ ſpectanda erit, quando deficit aliqua conſuetudo in loco vicino.

125 Statuentes præſumuntur ſe accommodaſſe conſuetudini locorum vicinorum.

126 Obſeruantia de aliquo non apparente recurritur ad patrias vicinorum.

127 Antiquum ſtatutum interpretatur modo antiquo.

128 Qualitates omnes in ſtatutis interpretaturu cenſentur repetita in ſtatutis interpretatis.

129 Diuerſa ſi continent ſtatuta, inter ea non habet locum interpretatio.

130 Poſteriores leges ad priores pertinent, niſi contraria ſint.

131 Præterita quando ſtatutum reſpicere dicatur, & num. 132. 133. 134. 135. 136. 137.

138 Sententiæ tempus ſpectatur quoad pœnam.

139 Conſuetudo, & obſeruantia tribuunt interpretationem ſtatutis.

140 Obſeruantia ſubſequuta declarat qualitatem monetæ, de qua in ſtatuto.

141 Gabella ſtatutum dubium declaratur per obſeruantiam præcedentem.

142 Caſus dubius in ſtatuto iudicabitur ex conſuetudine præcedenti.

143 Interpretatio ex obſeruantia facit, quod ſtatutum habeat locum in vno caſu, & non in alio.

144 Fœminarum ſtatutum excluſum operabitur ſecundum conſuetudinem præcedentem.

145 Interpretatio à conſuetudine operatur etiam contra verba ſtatuti.

146 Ad Principem recurrendum eſt, in dubiis ſtatuti.

147 Diſpoſitio omnis recipit regulam à conſuetudine.

148 Opinio illa, & intellectus ſequendus eſt, quem probauit conſuetudo.

149 Conſuetudo interpretatiua dicitur ſtatutum ipſum.

150 Intellectus ille ſumi debet, quem rerum exitus verum demonſtrat.

151 Bona non faciunt aliquem ſubditum.

152 Obſeruantia facit, quod ſeruetur, & non ſeruetur ſtatutum.

153 Statutum de reductione laudi ad arbitriũ boni viri obſeruatur ex conſuetudine.

154 Opinio communis circa intelligentiam ſtatuti operatur ſecundum eam illius obſeruantiam.

155 Impropriantur verba, vt obſeruantia in ſtatutis obtineat.

156 Interpretatio à conſuetudine cæteris præfertur.

157 Interpretatio à conſuetudine habet locum in ſtatutis, nõ obſtante diſpoſitione, quod non poſſit allegari conſuetudo.

158 Ianua ſtatutum ſub rubr. de extrinſeco intellectu, declaratur.

159 Conſuetudo interpretatiua non requirit præſcriptionem.

160 Præſcriptio procedit ſuper re certa ad illam tollendam.

161 Declarare facilius eſt, quam tollere, quod eſt certum.

162 Conſuetudo interpretatiua dicitur potius aſſuetudo.

163 Arbitrio iudicis relinquitur ex quibus

Digitized by Google

actibus inducatur conſuetudo interpretatiua.

164 *Conſuetudo admittitur ad interpretationem ſtatutorum, quæ non aduerſatur ſtatuto.*

165 *Conſuetudo inducitur per decennium.*

166 *Conſuetudo facit valere ſtatutũ, quod alias non valebat.*

167 *Obſeruantia facit actũ de inualido validũ.*

168 *Conſuetudo facit, quod ſtatuta obſeruentur, licet ſit dubium, an de iure valeant.*

169 *Conſuetudo contra quam non extat memoria, non indiget probatione.*

170 *Conſuetudo reducens ad ius commune dicitur fauorabilis.*

171 *Conſuetudo interpretatiua inducitur ex duobus, vel tribus actibus.*

172 *Conſuetudo interpretatiua iudicatur ex obſeruantia maioris partis populi.*

173 *Vſus communis loquendi ille dicetur, qui erit frequentior in ciuitate.*

174 *Conſuetudo interpretatiua habet locum quouſque ſumus in verbis dubiis ſtatuti.*

175 *Caſus ſi occurret non determinatus à ſtatuto, neque à conſuetudine, quid agendum.*

176 *Præfatio ſtatuti tribuit ei intellectum.*

177 *Præfatio ſtatuti oſtendit illius cauſam finalem.*

178 *Diſpoſitio ſequens à præfatione reſtringitur, & declaratur.*

179 *Præfatio ſtatuti ſi eſt generalis, generaliter etiam ſtatutum intelligetur.*

180 *Præfatio præbet intellectum toti legi.*

181 *Præfatio mentem diſponentis, & cauſſam diſpoſitionis demonſtrat.*

182 *Præfatio vbi non habet locum, nec ſtatutum locum habebit.*

183 *Statutum alias ſtricte interpretandum ob præfationem large interpretabitur.*

184 *Ratio proœmii cenſetur in ſequentibus repetita.*

185 *Mens ſtatuentium, & ratio plus eſt attendenda, quam verba, & diſpoſitio ſtatuti.*

186 *Ratio motiua ſtatuti vbi ceſſat, ceſſat & ſtatutum.*

187 *Concluſioni ſtatuti ſtabitur potius quam præfationi, niſi vt* num.188.

189 *Rubrica dat interpretationem ſtatuto.*

190 *Rubricarum ex diuerſitate oſtenditur diuerſitas ſenſus ſtatutorum.*

191 *Rubrica declarat textum dubium.*

192 *Rubrica oſtendit mentem ſtatuentium.*

193 *Interpretatio illa eſt ſumenda, quæ eſt magis conſona Rubricæ.*

194 *Prælatio elicitur ex ordine rubricarum.*

195 *Rubrica diſpoſitiue loquens prout nigrum indicatur.*

196 *Rubrica ſine textu allegatur ad deciſionem cauſarum, ſi habet rationem perfectam.*

197 *Rubrica ob generalitatẽ ampliatur ſtatutũ.*

198 *Statutum exorbitans propter generalia verba diſpoſitiua rubricæ generaliter intelligitur.*

199 *Statutum, quod extantibus maſculis, fœmina non ſuccedat, declaratur.*

200 *Rubrica ſi eſt generalior nigro attenditur, non obſtante, quod nigrum limitate loquatur, quod dic, vt* num.201.

202 *Rubrica perfectam rationem habere, quando dicatur.*

203 *Rubrica magis quam ſtatutum, quando attendatur.*

204 *Baldi dicta aliquando contraria concordantur.*

205 *Rubrica particulares caſus exprimens, non dicitur generaliter loqui.*

206 *Rubricæ generalitas reſtringitur, vt iniquitas euitetur.*

207 *Iniquitas vt euitetur, rubrica debet potius reddi ſuperflua.*

208 *Rubrica ſi eſt contraria diſpoſitis in ſtatuto, cedit ſtatuto.*

209 *Rubrica operatur interpretationem in obſcuris, non autem in contrariis.*

210 *Statuta in materia proportionata interpretantur in omnibus, vt mens teſtatoris.*

211 * Im*

211 *Ius commune ficte aliquid diſponens non accommodatur ad interpretationem ſtatutorum.*

212 *Fictus caſus, vt comprehendatur à ſtatuto, debet ſpecialiter exprimi.*

213 *Statutum puniens committentem delictum non comprehendit attentãtes ſcliē.*

214 *Statutum de portantibus perlis, non intelligitur de fictis.*

215 *Perſonæ appellatione non venit communitas in ſtatuto.*

216 *Conſenſus requiſitus à ſtatuto intelligitur de vero, & non de illicito per taciturnitatem.*

217 *Conuictus non dicitur in ſtatuto deficiens in probatione canonica.*

218 *Fictio habet locum in ſtatutis, quæ ſunt ſecundum, vel præter ius commune.*

219 *Statuta non deuiantia à diſpoſitione iuris recipiunt omnes iuris interpretationes, & limitationes.*

220 *Fictio habet locum in ſtatuto, quando eſſet omnino eadem ratio in caſu ficto, quæ in caſu vero.*

221 *Poſthumus habetur à iure pro iam nato.*

222 *Priuilegiatus caſus quando comprehendatur in ſtatuto.*

223 *Fictio habet locum in ſtatuto, quando eſſet maior ratio in caſu vero ſtatuti, quam in ficto iuris communis.*

224 *Committendo quis magis delinquit, quam omittendo.*

225 *Fictio habet locum in ſtatuto, quando aliàs eſſet eluſorium.*

226 *Statutum derogatorium iuris communis ab eo non recipit interpretationem, quod dic, vt* num. 227. & 228. 229. 230. 231. 232. 233.

234 *Ordinata à ſtatuto correctorio de caſu vero non interpretantur à diſpoſitis à iure de caſu ficto.*

235 *Fideicommiſſarius non vere, ſed ficte dicitur heres.*

236 *Diſpoſita à ſtatutis nõ extenduntur ad caſus non comprehenſos in eis, licet à iure communi diſpoſitos.*

237 *Statuta ſunt ſtricti iuris.*

238 *Statuta extenduntur, quando in eis diſpoſita non poſſunt commode ſortiri effectum.*

239 *Statuta extenduntur ad alios caſus, in quibus eſt eadem ratio, quando non ſunt caſus illi per ius commune deciſi.*

240 *Statutum generaliter loquens non recipit interpretationem à diſpoſitis à iure limitate de eadem re loquenti.*

241 *Statutum prohibens appellationem ab interloquutoriis declaratur.*

242 *Statutum prohibẽs appellationem in cauſa poſſeſſionis declaratur.*

243 *Statutum diſponens in aliquo caſu idem, quod ius commune, militabit etiam in caſibus exceptuatis ab ipſo iure communi in illa materia, quod tamen dic, vt* nu. 244. 245. & 246.

247 *Iuris communis interpretatio non admittitur in ſtatuto, quando illius verba remanerent ſuperflua, aut eſſent geminata.*

248 Nullus *eſt verbum vniuerſale negatiuum.*

249 *Statutum interpretatur à iure communi ordinario, non autem irregulari, & extraordinario, & ſpeciali cauſa inducto.*

250 *Iuris communis interpretatio admittitur in ſtatuto, quando non repugnat verbis ſtatuti.*

251 *Interpretatio iuris communis reijcitur à ſtatuto, quando repugnat rationi ipſius ſtatuti.*

252 *Interpretatio iuris communis non admittitur in ſtatuto, quando ſic interpretatum nihil omnino operaretur, ſecus ſi aliquid licet minimum, vt* num. 253.

254 *Statutum quando potius à iure ciuili, quã à canonico, & econtra interpretationem ſumat.*

255 *Interpretatur ſtatutum, ne quis indebite damnum*

damnum patiatur, etiamſi nihil operaretur, & eſſent improprianda verba.
256 *Interpretabitur ſtatutum, vt rationabilem ſenſum contineat, & ne videantur ſtatuentes illa ex abrupto edidiſſe.*
257 *Statutum debet eſſe ſanctum, honeſta iubens, prohibenſque contraria.*
258 *Interpretantur ſtatuta, ne abſurdum contineant.*
259 *Interpretatur ſtatutum non Iudaice & ſecundum corticem verborum, ſed ſecundum rationem.*
260 *Interpretātur ſtatuta, prout erit veriſimile, ſtatuentes fuiſſe reſponſuros.*
261 *Interpretantur ſtatuta, vt præſumātur ſtatuentes illud ſolum ſtatuiſſe, ſuper quibus habent poteſtatem.*
262 *Interpretantur ſtatuta ſecundum æquitatem.*
263 *Æquitas potius, quam rudis figura ſtatuti attendi debet.*
264 *Interpretatur ſtatutum, ne quis iniuſte ad lucrum admittatur.*
265 *Interpretantur ſtatuta ſecundum ſuam cauſam, & materiam ſubiectam.*
266 *Mercatorum libris ſi eſt credendum vigore ſtatuti, intelligetur de concernentibus mercantiam.*
267 *Interpretatur ſtatutum, quamuis generaliter loquens, vt non porrigatur ad illicita.*
268 *Statuentes non præſumuntur voluiſſe diſponere ea tacite, quæ expreſſe non poſſēt.*
269 *Statuendi facultate conceſſa non venit poteſtas ad iniqua.*
270 *Confirmatis ſtatutis ab aliquo Principe nō cenſentur confirmata ea, quæ ſunt illicita, & contra libertatem Eccleſiaſticam.*
271 *Statuta illicita quando dicantur.*

1 STatuta recipiunt † interpretationē paſſiuam, & declarantur à iure communi, * ita communiter Doctor. *in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. & in l. ſi ſerui veſtri, C. de noxal. & in l. ſi vero, §. de viro, ff. ſolut. matrimon.* & hanc eſſe communem opinionem * teſtatur Crott. *in d. l. omnes populi, nu. 294.* & hanc veram, & communem Doctorum * ſententiam affirmat Ioan. Andr. *in reg. pro poſſeſſore, nu. 7. de reg. iur. in 6.* & paſſim, ac vbique Doctores.

Primo ex regula & concluſione infertur, quod † ſi per ſtatutum induceretur a- 2
liquod munus perſonale, omnes leges, quæ de muneribus perſonalibus ſubcundis loquerentur, poſſent ad talis ſtatuti interpretationem adaptari, ita Bartol. *in dict. l. omnes populi, numer. 60. & conſ. 159. Viſa quadam, numer. 2.* quem ſequitur ſanct. Seuer. *in dict. l. omnes populi, num. 246.* & idem Bartol. *in l. 1. ff. de muner. & honor.*

Secundo infertur, quod † ſi ſtatutum 3
confirmaret aliquod teſtamentum, quod aliâs de iure communi non valeret, leges omnes loquentes de teſtamentis habebunt locum circa interpretationem diſpoſitionis talis ſtatuti loquentis de huiuſmodi teſtamento: quia licet tale teſtamentum de iure communi non ſubſiſteret, tamen ex quo per ſtatutum admittitur tanquam validū, ſi erit quæſtio, quouſq; procedant verba ſtatuti, erit ſtandum diſpoſitis à iure communi circa teſtamenta valida: ita voluit Bart. *vbi ſupra in d. l. omnes populi,* & illum referentes etiam ſequuntur Sanct. Seuer. & Crott. *locis proxime citatis.* Idem Bart. *in d. l. 1. ff. de muner. & honor.* vbi dixit, quod ſi ſtatutum permittit, quod filiusfamilias poſſit teſtari, certe lex extendit ſe ad iſtud, vt intelligatur, quod faciat legitime, & ſecundum leges, & ex eo petetur hereditas, & Falcidia detrahetur, & omnes leges teſtamentariæ habebunt locum in eo, & idem confirmauit *in l. 1. §. lex Falcidia, ff. ad leg. Falcid.* idem voluit Iaſ. *in l. cum*

Digitized by Google

cum nota, numer. 21. C. de tranſact. & Bart. *in l. 1. ad fin. C. de his, quibus vt indign. & in dict. conſil. 159. numer. 2.* & facit, quod conſuluit Cephal. *conſil. 256. num. 11. & per totum conſi-*
4 *lium, lib. 2.* quod ſi † ſtatutum permittat filiæfamilias teſtari, interpretabitur, prout de iure, vt ſcilicet non per hoc poſſit diſponere de dote profectitia, quæ fuit ſtipulata reddi patri.

5 Tertio infertur, quod † ſi ſtatuto caueatur, quod mulier poſt mortem viri poſſit eius domum inhabitare, & ibi habere alimenta, & nihil vltra, etiamſi maritus eam reliquerit dominam, & vſufructuariam omnium bonorum, interpretabitur ex eo, quod in tali caſu diſponit ius commune, nempe prædicta habere locum, quando maritus reliquerit filios, aliâs, illis non extantibus, habebit integrum vſumfructum à marito relictum, ita Crott. *vbi ſupra, numer. 159.* per ea, quæ habentur *in l. Titia cum teſtamento, §. final. ff. de legat. 2. & in authen. hoc locum, C. ſi mulier ſecundo loco nupſer.* & facit, quod conſuluit Alexan. *in conſil. 29. per totum, libr. 4.* vbi voluit, quod † ſi ex-
6 tat ſtatutum, quod maritus ſtantibus filiis non poſſit relinquere quicquam in vltima voluntate eius vxori, ſi tamen maritus eam reliquerit dominam, & vſufructuariam, & filij, qui extabant tempore legati, defecerint, habebit vxor integrum vſumfructum, & conualeſcet legatũ, non obſtante diſpoſitione ſtatuti, quod interpretatur à iure procedere ſolum in caſu ſuo, id eſt, exiſtentibus filiis, & illis deficientibus voluiſſe, quod procedant aliâs à iure diſpoſita, & de quibus *in d. l. Titia, §. fin. & in d. authen. hoc locum.*

Quarto infertur, quod † ſtante ſtatuto, quod executiones debitorum fiant cõtra heredem, ſicut contra defunctum, cũ defunctus poſſit in ſolidum conueniri, tamen ſi heres confecerit inuentarium, non poterit iuxta iuris communis diſpoſitionem fieri executio contra eum niſi quatenus importabũt facultates hereditatis, ita Calcan. *conſ. 17. verſ. ad hoc accedat*, vbi hanc omnium Doctorum opinionem teſtatur. *

Quinto infertur, quod † vbi ſtatutum 8
loquitur ſuper aliqua diſpoſitione à iure communi interpretata, vtputa de debito, debitore, & creditore, quæ verba à iure communi interpretata, important nedum principalem debitorem, ſed etiam eius ſucceſſorem, ſemper, & de debitore, & de eius ſucceſſore, & prout ius cõmune ipſum intelligit, interpretabitur pariter, & ſtatutum; ita idem Calcan. *vbi ſupra, dict. conſ. 17. verſ. pro hoc facit*, per ea, quæ voluit Imol. *in c. cum cauſam, de reſcript. & c. cum dilectus, de probation.*

Sexto infertur, quod † ſtante ſtatuto, 9
quod ille Doctor aggregetur collegio, qui plures albas habuerit, quam nigras, ſeu qui obtinuerit partitũ per maiorem partem Doctorum, ſi voces fuerint pares, ille tamen admittetur, ſi maioris erunt auctoritatis illi, qui pro eo voces dederint; ita declarante, & interpretante diſpoſitione iuris communis, qua mandatur, vt † non 10
tam numerus, quam auctoritas in ſimilibus attendatur, vt *in l. vbi abſunt, ff. de tut. & curat. dat. ab his*, vbi gloſſ. & Cyn. & alij *in l. Pomponius, aliâs incip. ſi vni, cum gloſſ. in fine*, vbi etiam Iacob de Rauen. Bartol. & Ang. *ff. de re iudic.* Alexan. *conſil. 192. num. 1. libr. 2.* quod notent † præcipue illuſtr. & multum 11
reueren. DD. mei Canonici Lunen. Sarzanen. pro partitis, quæ quotidie dantur, & proponuntur in eorum reuerendo capitulo: nam ſi erunt voces pares, ille tamẽ obtinebit, pro quo erunt multum reuerendi Domini, Archidiaconus, & Præpoſitus, ita decidente Bartol. *in l. teſtium*, *in princip. ff. de teſtibus*, vbi dixit, quod per Canoniſtas tenetur, quod † ſi duo erunt 12
electi,

electi, qui haberent voces æquales, ille obtinebit, qui pro ſe habuerit Priorem, ſacriſtam, & ſimiles, qui ſunt in dignitate, & præferetur ei, qui habuerit voces aliorum canonicorum ſimplicium, dignitatem nō habentium: & Bart. ſequitur Alexan. *dict. conſil. 192. num. 2. libr. 6.* ad quod etiam no-
13 ta, quod non † ſtabitur dicto, etiam cum iuramento, dominorum Archidiaconi & Præpoſiti, aſſerentium ſe vocem dediſſe pro tali: prout nec ſtabitur dictis aliorum, ſed debet de hoc aliter conſtare: per ea, quæ idem Alexand. allegat, *vbi ſupra numer. 12.* qui loquitur in terminis, vnde bonum erit, ſi votantes, in re præcipue graui, faciant apparere in ſcriptis coram eorum Cācellario adhibitis duobus teſtibus, quia requiritur, vt de tali voto, vt diximus, ſufficienter conſtet per teſtes concordes, vt tenet idem Alexan. *ibidem*, iuribus, & rationibus ibi per eum.

14 Septimo infertur, quod † ſtatutum excludens ſimpliciter dotatam, intelligitur ex iuris diſpoſitione decongruenter dotata, ita Burſat. *conſ. 248. n. 8. lib. 3.* ex Bald. *in l. fin. C. de dot. promiſſ.* Corn. *conſil. 111. numer. 8. & 9. & conſil. 162. numer. 3. & ſeq. volum. 2.* Ruin. *conſil. 56. n. 4. in fin. vol. 3.* de quo nos alibi.

15 Octauo infertur, quod † ſtante ſtatuto, quod occidens puniatur pœna mortis, interpretabitur, ſi dolo homicidium commiſerit, iuxta diſpoſitionem iuris communis, de pœna homicidij loquentis, *in l. cum autem, §. excipitur, ff. adil. edict.* Bart. *in l. quod ergo, §. pœna grauior, colum. 3. ff. de his, qui not. infam.* Crot. *vbi ſupra, in d. l. omnes populi, nu. 195.* Bal. *in l. quicunque, col. 2. C. de ſeru. fug. & in l. 2. C. de noxal. action.* vbi etiam Salyc. Alexan. *conſil. 15. num. 2. libr. 1. & conſ. 144. num. lib. 2.* Bertaz. *conſ. crimin. 505. nu. 10. lib. 2.* Bal. *in l. & ſi ſeuerior, C. de his, qui not. infam. & in l. data opera, col. 3. C. qui accuſ. non poſſ.* Doctores, & præcipue Iaſ. & Paul. de Caſtr. *in l. 1. ff. de legib.* Euerard. *in ſua centuria, in loco ab abſurdo, n. 4. in fin.* Ioan. Andr. *in d. reg. pro poſſeſſore, n. 3. de reg. iur. in 6.*

Limitat hoc dictum Salyc et. *in dict. l. 2. C. de noxal. action.* vt non † procedat, ſi ſtatu- 16
tum diceret, *committens homicidium quomodocunque*, nam tunc propter vniuerſale (*Quomodocunque*) ſtatutum non reciperet talem interpretationem, & Salyc. ſequitur Crott. *vbi ſupra*, allegans gloſſ. *in l. cum pœna, ff. de arbitr.* & facit text. *in l. 1. §. 1. verſ. quoquo modo, de teſtam. milit.* idem videtur ſenſiſſe Ruin. *conſil. 77. colum. 3. numer. 8. lib. 2.* Bello. *conſil. 8. numer. 11.* Alexand. *conſ. 35. n. 9. lib. 6.*

Sed mitiorem partem ſequendo, tanquam, & veriorem, & communem tenetur contra Salyc. nam † homicida tunc pœna 17
mortis tenetur, & homicidium eſt punibile tali pœna, quando dolo malo, & per nequitiam committitur. Cæterum ſi quid errore, vel ſi quid caſu fecerit, ceſſabit edictum, inquit Vlp. *in d. l. cum autem, §. excipitur, ff. de adil. edict.* ideo licet ſtatutum vteretur iſto verbo (*Quomodocunque*) intelligeretur tamen, quomodocunque dolo interueniente, iuxta text. *in l. lege Cornelia, ff. de ſicar.* aliâs ſequeretur abſurdum, quod ſi eſſet tale ſtatutum intelligendum generaliter, & in omnem caſum, infans, furioſus, vel ſe defendendo, & non volens, ſed caſu occidens, puniretur pœna mortis, † quod 18
eſt contra iura, *vt in clem. ſi furioſus, de homicid. l. illud, ff. de iniur. c. canon, 19. quæſt. 1. l. quod infans, ff. ad l. Cornel. de ſicar.* & eſſet intellectus repugnans iuri naturali, *l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. l. 1. C. vnde vi, l. diuus, ff. de offi. præſid.* & in hoc propoſito adducitur à Doctorib. caſus vulgaris, & iam notus, diſputatus, & iudicatus Bononiæ de quodam ſtatuto, quod generaliter mandabat puniri pœna manus quemcunque extrahētem ſanguinem

Digitized by Google

nem in platea; nam barbitonſor, qui ex-
traxerat ſanguinẽ in platea phebotomiam
faciendo, non fuit per hoc pœna ſtatuti
punitus; quia in eo non poterat argui do-
lus, qui requiritur (vt diximus) ad incur-
rendam pœnam ſtatuti de homicidio lo-
quentis, etiamſi extaret ſtatutum, quod
19 verba ſtatuti † deberent intelligi præciſe,
& ad literam ſine vlla interpretatione ſub
maxima pœna, prout refert Bartol. *in repe-*
tit. d.l. omnes populi, 6. quæſt. princip. poſt prin-
cipium, num. 55. & in l. non dubium, vbi etiam
Iaſ. *C. de legib.* & hanc eandem ſententiam
ſecutus eſt Bertaz. *dict. conſil. 505. libr. 2. num.*
10. Coadiuuatur hæc opinio ex textu *in l. ſi*
quis id, quod, ff. de iuriſd. omn. iud. ibi, qui ſi per
imperitiam, vel ruſticitatem; vel ab ipſo Præto-
re iuſſus, vel caſu aliquid fecerit, non tenetur, &
ſi alius ſine dolo malo fecerit, alius dolo malo
mandauerit, qui mandauit, tenebitur, ſi vter-
que dolo malo fecerit, ambo tenentur, ad idem
Euer. *vbi ſup. in d. loco ab abſurdo, n. 4.* vbi late.
20 Nono infertur, quod † ſtatuta ſimplici-
ter loquentia de vectigalibus debẽt intel-
ligi, modificari, & reſtringi ſecundum ius
commune, vtputa, quod nihil ſoluatur pro
his, quæ deferuntur ſui vſus gratia, ſed ſo-
lum cauſa mercaturæ, vel negotiationis, vt
in l. vniuerſi, C. de vectigal. l. ſi publicanus, §. 1.
vbi Bar. *ff. de public. & in l. cætera, §. ſed ſi quis,*
* *ff. de legat. 1.* vbi Iaſ. *in 5. notab.* de communi
teſtatur, & ita conſuluit Natt. *conſ. 655. per*
tot. vbi etiam ſubiungit, quod contraria
21 conſuetudo non valet, illamque † impro-
bam appellat, prout ita etiam dixit Bartol.
conſil. 96. numer. 9. & prout ſic reſpondet
Anchar. *conſil. 264. numer. 2.* in caſu ſtatu-
ti, loquentis de pedagio ſoluendo pro e-
quis, iumentis, & alijs generaliter, & dicit,
22 non comprehendi † equos, ſuper quibus
equitant tranſeuntes, vſus ſui cauſa, ratio-
ne, de qua ſupra, quia ſcilicet huiuſmodi
ſtatutum, licet indiſtincte loquatur, debet
tamẽ intelligi, vt diſponat de pedagio ſol-
uendo de his, quæ negotiationis cauſa cõ-
ducuntur, non autem ex cauſa proprij v-
ſus, & ſic concordet cum iure communi,
de quo *in d.l. ſi publicanus, §. 1. ff. de public. &*
ibi not. & in l. fin. §. quoties, ff. eod. titul. & in c.
quanquam, de cenſibus, lib. 6. & in d.l. vniuerſi,
C. de vectigal. idem voluit Ioſeph Ludouic.
in concluſ. 14. verſic. infertur decimo ſexto, &
verſic. infertur quadrageſimo primo, Rolan. à
Val. *conſil. 71. num. 21. lib. 4.* Iul. Ferret. *in tra-*
ctat. Gabellæ, num. 176. Franc. March. *in de-*
ciſ. 241. part. 2. Bertach. *in tract. de gabell. in 7.*
part. in quæſt. 7. & ideo ſi ſtatutum prohibe-
ret extrahi frumentum de Comitatu abſq;
gabella, vel de certo territorio, non intelli-
geretur de eo, † quod quis extraheret vſus 23
ſui cauſa, ita Bart. *in d.l. cætera, §. ſed ſi quis,* v-
bi Iaſ. *in 5. not. ff. de legat. 1.* Bartol. commu- *
niter Doctor. ſequi teſtatur Rolan. à Val.
dict. conſ. 71. numer. 16. & Iaſ. *in conſil. 20. col. 4.*
vol. 1. ſicut idem eſt de alijs victualijs ſui vſus
gratia, Fran. Mar. *deciſ. 14. n. 4. in 2. p.* Rol. à
Val. *vbi ſupr. n. 16.* qui ideo dicit, quòd de veſti-
mentis, quæ quis portat in dorſo, non de-
bet ſolui gabella, † etiam ſtante ſtatuto de 24
gabella ſoluenda, idẽ eſt de ſaldubio, quod
quis portat retro equũ ſuum vſus ſui cau-
ſa, idem de anulis, quos quis defert in digi-
to, & de veſtibus, quas quis defert cauſa ſui
vſus quotidiani, vt idem Rolan. *ibid.* & per
Bartol. *in leg. ſed et ſi, ff. naut. caup. & ſtabul.*
Franc. March. *deciſ. 285. par. 1.* vbi etiam tra-
didit, quod illi, † qui emunt in mercatu vi- 25
ctualia vſus ſui cauſa neceſſarij, vel ſuæ fa-
miliæ, vel pro bladis, corio, vel veſtibus, vt
cauſa ſui vſus, pedagium ſoluere non de-
bent, & contra exigentes imponitur pœ-
na capitalis, *d.l. vniuerſi, C. de vectigal. & d.l.*
publicanus, §. de rebus, ff. de public. & Bart. *in l. 4.*
in fin. ff. naut. caup. & ibidem idem Franc.
March. *num. 3.* dicit, hoc etiam procedere
(remota tamen ſemper omni fraude) licet

Digitized by Google

emens à principio vſus ſui neceſſarij cauſa
26 ex † poſt facto mutauerit propoſitũ, quia
debet attendi prima deſtinatio, vnde qui à
principio emerit frumentum, vel vinum
pro toto anno cauſa ſui neceſſarij vſus, ex
hoc dicetur exemptus à gabella, etiamſi ex
poſt facto reuendat, quia habet de ſuperis,
nec per hoc incidet in pœnã ſtatuti, quod
placuit etiam Rolan. à Val. *dict. conſil. 71. numer. 19.* & idem Franc. March. *in dict. de-*
27 *ciſ. 41. numer. 5.* dicit, † quod ſtatur iura-
mento partis, an bladum, vel alia victualia
portentur ſui vſus cauſa, & admonet, quod
licet de prædictis non ſoluatur gabella, de-
28 bet † tamen profiteri, & deſignare, & fa-
cere fidem de apodixia, *per l. final. §. diuus, ff. de publican.* quod etiam placuit Rolan. à
Val. *dict. conſil. 71. numer. 22.* vbi admonu-
it, quod licet huiuſmodi perſonæ non te-
neantur ad ſolutionem gabellæ, nihilo-
minus debent bona profiteri gabellario,
quoniam apud Doctores receptum eſt,
29 quod priuilegiatus à gabellis tenetur † per-
fecte conſignare bona datiario, iuxta tex.
in dict. l. fin. §. diuus, vbi Bart. *ff. de publican.*
& ideo refert ad propoſitum Bal. *in conſil. 79. columm. 2. volum. 2.* dicentem quod quis
non debet ſibi ſua auctoritate ius dicere,
ſed inſtructo datiario, & de eius conſcien-
tia, ne colludatur, & fiat fraus gabellæ ap-
poſitis aliorum mercib. & Bertach. *in tract. de gabellis in vlt. par. qu. 29.* ſequendo Bart. *in d. l. fin. §. diuus, ff. de public.* inquit, quod quã-
uis ſcholaris non teneatur ſoluere pedagi-
30 um de libris, † tamen debet petere bullet-
tam à gabellario, aliàs libri incidunt in
commiſſum.

Decimo infertur, quod ſi ſtatutum diſ-
ponat, quod nulla exceptio opponi poſſit
31 contra † inſtrumenta, niſi ſolutionis, &
falſitatis, ſi dictæ ſolutiones fuerint oppo-
ſitæ, ſtatutum quoad eas interpretabitur
ſecundum ius commune, & ideo in eis ob-
ſeruabitur, quod de iure communi eſt diſ-
poſitum, ita Ant. de Canar. *in ſuo tractat. de execut. inſtrum. qu. 10.*

XI. Infertur, quod ſtatuta loquentia 32
de ſucceſſionibus, † interpretantur ſecun-
dum iura communia, quæ loquuntur de
ſucceſſionibus, vnde quemadmodũ in te-
ſtamento, ſi teſtator vocauerit ſimpliciter
fratres, tamen de iure communi intellige-
tur de vtrinque coniunctis, Paul. de Caſtr.
quem ibi communiter omnes ſequuntur,
in l. fin. C. de verb. ſignif. ita & ſtatutum † vo- 33
cans fratres de vtrinq; coniunctis intelli-
gendum erit, Decian. *reſp. 16. n. 42. vol. 1.* vbi
idem dicit, ſi ſtatutum † vocaret agnatos 34
ſimpliciter; nam nihilominus deberet in-
telligi, quod eo ordine vocet, quo ab inte-
ſtato ſucceſſuri fuiſſent de iure communi,
prout idem voluit Socin. *conſil. 252. viſis in-
ſtrumentis, num. 17. volum. 2.* vbi dixit ex do-
ctrina Petr. de Ancharan. *in repet. cap. ca-
nonum ſtatuta, in 13. quæſt. princip. de conſt.* q;
ſtante ſtatuto, quod proximiores admittã-
tur ad ſucceſſionem, debet intelligi, & red-
igi ad intellectum † iuris communis, quod 35
ſcilicet frater vtrinq; coniunctus excludat
fratrem conſanguineum tãtum, idem fir-
mauit Paul. de Caſtr. *in auth. itaq; in verſ. nec
obſtat illa authentica, C. com. de ſucceſ.* & idem
fuit de mente Alex. *in conſ. 5. n. 4. libr. 6.* dum
voluit, q; ſi † ſtatutum admittat ſimpliciter, 36
vel alternatiue vtrinq; coniunctos, vel ex
latere patris tantum, intelligitur tamẽ pro-
ut de iure communi, vt conſanguineus tã-
tum per vtrinq; coniunctum excludatur,
ſicut etiam ſi ſtatutum admitteret † fratres, 37
& de filijs fratrum nullum verbum feciſſet,
tamen ſtatutum illud interpretaretur, vt
etiam admitteret filios fratrum, ſecundum
tamen iuris regulas, & diſpoſitionem, pro-
ut ita fuiſſe iudicatum in Rota Bononienſi
teſtatur Bertaz. *conſ. ciu. 22. nu. 13.* de mente
Bolognet. *in conſil. 17. & in addu. ad tractat.*

Matthe.

Digitized by Google

Matthesſi.de ſucceſſ.ab inteſt.in 3.artic.num.4. & eandem ſententiam affirmat Fulgoſ. *in conſil.84.n.3.*& hanc illationem communiter teneri teſtatur idem Bertaz. *in eodem cōſil.22.num. 12.* pro qua etiam tenuit ante omnes Bar. *in l.1.C.de his,quibus vt indign. & in l.in cognitione,col.2.ff. ad Syllan.* Dec. *conſ 90. n.3.verſ.& quod Bart.dicit*, Pariſ.*conſ.119.n.23. vol.4.*Alex.*in l.ea demum.C. de collat.*

XII. Infertur, quod ſi extat ſtatutum, quod diſcordantibus arbitris debeat ter-
38 tius eligi per iudicem, tale † ſtatutum interpretabitur nedum diſcordātibus in iudicando, ſed etiam in eligendo, quo caſu etiam de iure communi permittitur iudici tertium eligere, Decian. *reſp.42.n.6.& 7.li.3.*

XIII. Infertur, quod ſtatuta ſimiliter lo-
39 quentia † de capiendis debitoribus debēt interpretari, & intelligi, vt non comprehendant Doctores legum, & medicinæ, qui non poſſunt perſonaliter capi pro debito ex contractu, vel quaſi, ita diſponente iure communi, per *l.medicos, C.de profeſſ.lib. 10.*Matheſ.*in ſing.ſuo 59.nota,quod legum Doctores*, cum ibi allegatis.

40 XIV. Infertur, quod ſtatutum † prohibens contrafacientes illius diſpoſitioni poſſe allegare ignorantiam, & ex ea ſe tueri, intelligitur de ignorantia craſſa, non autem de iuſta, prout & ita diſponitur à iure communi, *c.vt animarum, de conſt.in.6.*Bald. *in l.1.col.3.verſ.ita dicta conſtitutio, C.de caduc. toll.*Salyc. *in l. ita nobis, C.ad l.Iul. de adult. & in l.Senatus, C.de his,qui ſibi in teſtamēto,* Roman.*in l.1.§.enunciatio,ff.de oper.nou.nunc.* & hos referendo ſequitur Crot. *in d. l. omnes populi,n.129.ff.de iuſt. & iur.*

XV. Infertur, quod ſi extaret ſtatutum,
41 quod † victus victori in expenſis condemnetur, debet interpretari, niſi talis victus habuerit iuſtam cauſam litigandi, prout diſponit ius commune, *l.qui ſolidum, §.etiam, ff.de legat.2.*Bal.*in l.terminato, C.de fruct. & lit.expenſ.* Alex. & alij *in l.properandum, §. ſin autem, C. de iud.* refert & ſequitur Crot. *vbi ſupra n.126.* & hanc teſtatur veritatem ipſam Zanch. *ad conſ.Alex.183.n.9.vol.5.* & ita etiam obſeruari.

Et licet regulariter eſt faciēda interpretatio in ſtatuto, † vt aliquid operetur vltra 42
ius commune, & vt aliquid addat iuri communi, vt per Marſ.*in ſing.121.incip.habens iuſtam cauſam*, & late *in alio ſing. 207. incip. victus*, tamen non procedit talis doctrina, & regula, quādo quis indebite damnum pateretur, & contineret addēndo iniquitatem, nam tali caſu debet ſtatutū reddi potius ſuperfluum, quam iniqua, & damna tertij indebite continere, vt late per nos *in concluſ.quod ſtatuta ſint ſtricte interpretanda, & in conclu. quod ſtatuta debeant ita interpretari, vt reducantur ad concordiam cum iure communi*, ſed ſi ſtatutum, de quo ſupra, interpretatur, vt etiam iuſte litigans in expenſis deberet condemnari, haberet in ſe neſcio quid iniquitatis, quia puniretur factum etiam alias iuſte factum, vltra quod quis cogeretur quodammodo ius ſuum etiam iuſtū indefenſum relinquere timore, ne forte ſuccumbens cogeretur ſoluere expenſas, prout ita animaduertit Crot. *in d.l.omnes populi, d. nu. 126.* & hanc veriorem Doctorum ſententiam, & ęquiorem teſtatur Gabr. *in ſuis commun. concl. ſub tit.de expenſ.concl. 1.* de mente Alex. *in d.l. properandum,§.ſin autem,il 2.col.1.verſicul. item limita gloſſ.C.de iud.* circa quam tamen vide in cōtrarium allegata per eundem Gabr. *ibidem*, & per alios communiter *in dict.§.ſin autem.* Eſt tamen aduertendum, quod huiuſmodi difficultas ceſſat in dominio ſereniſſimę reipublicæ noſtræ, in quo extat ſtatutum ſub rubr. *de impenſ.lit.lib.3.c.5.* quod ſuccūbens etiamſi habuerit iuſtam cauſam litigandi non poſſit per magiſtratum abſolui ab expenſis.

XVI. Infertur,quod ſtatutum loquens
de confiſcatione bonorum interpretatur,
43 ne comprehendat ea, † quæ de iure communi non veniunt in confiſcatione, ita Bertaz. *conſ. crim. 368. num. 9. libr. 2.* vbi ideo dicit, quod huiuſmodi ſtatutum non comprehendit feudalia, etiamſi generaliter loqueretur, quia de iure communi bona feu-
44 dalia † non veniunt regulariter appellatione bonorum confiſcandorum, niſi de eis facta fuerit ſpecialis mentio, quod etiam voluit Rolan. à Val. *conſil. 29. num. 14. lib. 3.* v-
* bi aſſerit, hanc eſſe communem opinionem. Borgn. *in tract. de vſufruct. n. 237.*

Intellige tamen iſtam illationem, vt nō
45 procedat, quando ſtatutum † eo modo loqueretur, quod non poſſet verificari, niſi etiam in his, quæ regulariter non veniunt in confiſcatione; tunc enim etiam de feudalibus, & alijs bonis intelligeretur, vt colligitur ex Bart. *in conſ. 196. incip. ciuitati Camerina, colum. 2. in 4. dub.* & Borgn. *vbi ſupra numer. 104.* cum alijs, de quibus per Bertaz. *conſ. crim. 369. n. 14. li. 2.* & faciunt infra alia, quod ſtatutum debet ita interpretari, vt aliquid operetur.

XVII. Infertur, quod ſi ſtatutum puniret aliquem committentem falſum ſim-
46 pliciter, † debet intelligi de eo falſo, per quod incidit in aliquod caput legis Corn. de falſo, & ſic de falſo, pro quo de iure cōmuni poteſt aliqua imponi pœna, ita Bertaz. *in conſil. crimin. 300. num. 2. lib. 2.* de mente Bart. *in l. quid ſit falſum, ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Alexan. *conſ. 73. n. 5. lib. 1.* Paul. de Caſtr. *inter conſ. crim. vlt. Tom. conſil. 45. n. 1.* & Boſſ. *in tit. de falſ. n. 80.*

XVIII. Infertur, quod ſtatutum aliquid committens iudicis arbitrio, inter-
47 pretatur prout de iure communi † de arbitrio regulato ab eodem iure communi, & ſecundum iuris communis diſpoſitionem, ita Ruin. *conſ. 147. nume. 1. & 7. vol. 5.* & Menoch. *de arbitr. iud. lib. 1. q. 78. n. 2. & q. 13. n. 20. & queſt. ſeq.*

XIX. Infertur, quod ſtatutum diſponens, quem teneri pro opera præſtita eadē pœna, qua tenetur conſocius delinquens,
debet † intelligi ſecundum ius commune, 48
quando ſcilicet talem operam & auxilium præſtiterit maleficio, quod ipſi maleficio cauſam dederit, vel ex eo fuerit maleficium ſequutum, aliàs tenebitur pro modo culpæ, ita Salyc. *in l. vnica, col. antepenul. verſ. aut pœna eſt eadem cum pœna principali, C. de rap. virg.* Cæpol. *in conſ. 27. n. 14.* Marſil. *ſing. 15. incip. ſtatuta, & in conſ. 24. n. 16. & conſ. 38. n. 14.* Gram. *conſ. 45. n. 41.*

XX. Infertur, quod ſtatutum loquens
de bonis, quæ ſunt in ſpe, debet † intelligi 49
ſecundum ius commune de ſpe probabili, & ſic quod ſubſit cauſa de præſenti, vt ex pluribus concludit Cephal. *conſ. 526. n. 67. cum pluribus præcedentibus, & ſeq. lib. 4.* Bertaz. *conſ. ciuil. 57. n. 15.*

XXI. Infertur, quod ſtatutum mandās omnes cauſas inter coniunctos debere compromitti, intelligitur de quæſtionibus
facti, † non autem iuris, quæ diſtinguun- 50
tur ab ipſo iure communi, de quibus per Ceph. *conſ. 371. n. 39. lib. 3.*

XXII. Infertur, quod ſtatutum mandans debitorem poſſe capi ad omnem requiſitionem creditoris, debet intelligi
præcedente † citatione ad effectum, vt pri- 51
us conſtet, eum eſſe debitorem, iuxta *l. diuus. ff. de teſtam. milit.* Marſ. *in l. de vnoquoque, col. 13. de re iud.* Alexan. & Caſtr. *in l. per diuerſas, C. manda.* Ruin. *conſ. 102. col. 1. vol 5.* Ceph. *conſ. 439. n. 9. & 74. lib. 3.*

Hoc tamen intelligerem, & obſeruarem, niſi militaret aliqua ex illis cauſis,
propter † quas etiam aliquando citatio i- 52
pſa omittitur de iure, vtputa, quia periculum eſſet in mora, quia ageretur de captura debitoris ſuſpecti, ac de alijs, de quibus

per

per Dd. *in d. l. de vnoquoque, & in l. nam ita Diuus, ff. de adopt. & in l. ſi quando, C. de teſt. cum ſimilib.* nam tunc ſtatutum ipſum reciperet interpretationem ab ipſo iure communi, vt etiam ſine citatione obſeruaretur, quemadmodum & de iure communi illa exiſtente cauſa poſſet citatio omitti.

XXIII. Infertur, quod ſi ſtatutum exi-
53 gat fideiuſſionem præſtari, † intelligitur dummodo fideiuſſor haberi poſſit, prout de iure communi, ſemper in caſu poſſibili quælibet diſpoſitio intelligitur, ita Cephal. *in conſil. 89. n. 10. lib. 1.* de mente Caſtr. *in auth. cui relictum, in fin. C. de indict. viduit. tollend.* ibiq; etiam ſubiungit, itidem ſtatutum exigens propinquorum auctoritatem in minorum contractibus ex eadem ratione in-
54 telligi, modo eſſent propinqui, † qui poſſint authorare, Bald. *in l. 1. C. vnde vir, & vxor*, & facit, quod voluit Marſil. *in l. 1. §. praeterea, verſic. & ſubdit etiam, & in §. Diuus, ff. de quaſt.* vbi ſi ex forma ſtatuti duo Notarii
55 requiruntur † ad conficiendum aliquod inſtrumentū, ſubintelligetur tamen, ſi duo haberi poſſunt, alias vnus ſufficeret, vt plene ibi per eum.

XXIV. Infertur, quod ſicuti de iure communi exceptiones impedientes litis
56 ingreſſum † ſemper poſſunt opponi, ita ſtatutum tollens exceptiones, & illis viam præcludens, interpretatur, quod non excludat eas, quæ litis ingreſſum impediunt, vt de exceptione implementi non ſequuti conſuluit Crauet. *conſil. 127. num 14. & conſil. 248. col. penult. verſic. non obſtat*, Corn. *conſil. 245. colum. 2. lib. 4.* Menoch. *conſil 55. num 3. lib. 1.* Caſtrenſ. *in l. Iulianus, §. offerri. ff. de act. empt.* Roman. *conſil. 244 num. 5.* vbi Mandoſ. *in addit. in lit. E* quod nota pro noſtro ſtatuto Ianuæ, *lib. 2. c. 3. ſub rubr. de cauſ.*
57 *execut.* dum † reiicit omnes alias exceptiones præter ibi expreſſas.

XXV. Infertur, quod ſi ſtatutum inducit aliquas ſolemnitates, puta in contracti-
bus minorum, & mulierum, † non pro- 58
pterea cenſetur minuere, aut tollere alias, quæ ſunt inductæ à iure communi, & ideo non ſumetur argumentum à contrario ſenſu in derogatione iuris communis, vt dicamus, quod ſeruata tantum ſolemnitate ſtatuti, contractus minoris valeat, ſed dicta ſolemnitas ſtatuti vltra ius commune cumulatiue requiritur, & ſtatutum dicetur ſuppleri à iure communi in reliquis, ita Dec. *in conſil. 110. num. 1.* de mente Paul. de Caſtro *in conſil. 278. alias 271. incip. à ſecundo dicto dictas venditiones, col. 1. & 2.* exemplificans in ſtatuto; quod minor viginti quin-
que annis non poſſit † ſe obligare ſine con- 59
ſenſu duorum propinquorum, & dicit, quod tale ſtatutum non intelligitur excludere alias ſolemnitates, quæ de iure communi in obligationibus minorum requiruntur, quia cum veniat ſtatutum addendo ad ius commune inducta ad vnum finem, non debent contrarium operari, *l. cum tale, § falſam. ff. de condit. & demonſt.*

Quod ego tamen intelligerem verum, niſi ſtatutum, adhibitis tantum ſolemnita-
tibus, de quibus in eo, mandaret, † quod 60
illis obſeruatis, contractus, & alia facta per minorem eſſent rata, & firma, & valerent, prout diſponit noſtrum ſtatutum Ianuæ ſub rubr. *de contract. minor. & mulier. cap. 20.*
§. his vero, quæ ſupra, lib. 4. nam † tunc aperte 61
diceretur apparere de mente ſtatuentium, quod voluerint in reliquis derogare diſpoſitis à iure communi, quoad ſolemnitates cōtractus minorū; Vnde obſeruatis cōtētis in ſtatuto contractus ſubſiſteret, & valeret iuxta dicti ſtatuti diſpoſitionē, quia licet regulariter ſtatuta debent ita interpretari, vt
nō derogent iuri cōmuni, † ſed reducantur 62
ad concordiam cum ipſo, iuxta notata per gloſſ. & Dd. *in l. 2. C. de noxal. & in cap. cum dilectus, de conſuetud.* tamen quando aperte

apparet de contraria mente ſtatuti, contra-
63 rium ſeruabitur, & † inhærebimus ſtatuto,
Caccialup. *in d.l omnes populi, num.203.* Ca-
ſtrenſ. *in authent. nouiſſima, col.2. C. de inoffic.*
teſtam. Riminald. *conſil.190. num.38. lib.1.* De-
cian. *reſponſ.32. nu.9. lib.2.* & facit, quia tunc
interpretatio iuris communis, & aliorum
admittitur in ſtatuto, quando verba eſſent
dubia, ſed ſi clare de voluntate ſtatuẽtium
appareret, ceſſabit coniectura de eorum
intentione iuxta regulam vulgarem, quod
64 in † claris non eſt opus coniecturis, iuxta
notata *in l. ille aut ille. §. cum in verbis, & in l.*
non aliter, ff. de legat.3. l. continuus, §. cum quis,
ff. de verb. oblig & nos *alibi.*

XXVI. Infertur, quod ſtatutum man-
dans homines certæ conditionis in hono-
65 re præferri † interpretatur, ſi ſunt idonei,
iuxta notata *in l. vt gradatim. §. ſed et ſi lege, ff.*
de muner. & honor. Ioan. Andr. *in reg. pro poſ-*
ſeſſore, num.3. de reg. iur. in 6.

XXVII. Infertur, quod ſtante ſtatuto,
quod aufugiens habeatur pro confeſſo de
66 crimine, quod ei adſcribitur, † debet intel-
ligi ex iuris interpretatione, niſi iuſtam ha-
buerit cauſam, & æquam aufugiendi, ſe-
cundum notata per Ioan. Andr. *in d. reg. pro*
poſſeſſore, & in terminis Alex. *in conſil.144.*
num.6. lib.2.

XXVIII. Infertur, quod licet ſtatutum
ſimpliciter, & indiſtincte diſponat, quod
in quacunque parte mundi celebratus ſit
67 contractus, † debeat ſolui tamen gabella in
loco ſtatuti, nihilominus tale ſtatutum in-
telligendum eſt, quando in ea parte mundi
celebratur contractus, in qua nulla gabel-
la de tali contractu ſolueretur, quia de iure
communi, vnica tantum gabella ſolui de-
bet, & illa in loco contractus, ita Angel. de
Nicol. *inter conſ. Socin. conſil.302. in ſubſcript.*
verſic. praeterea, & 3. & idem Socin. *ibid. nu.3.*
& conſil.303. vol.2. iuribus ibi per eum.

XXIX. Infertur, quod ſtatuta diſpo-
nentia circa præſcriptiones, intelliguntur
ſecundum ius commune † data facultate 68
agendi, Dec. *conſil.445. in caſu ad me tranſ-*
miſſo, num.48. verſic. & hoc idem, & notatur
in l. ſi quando, C. de inoffic. teſtamen. & in cap.
cum dilectus, de conſuetud. & propterea licet
ſtatutum dicat generaliter, quod omnibus,
qui non exegerint à debitoribus ſuis intra
decem annos, currat præſcriptio, tale ſta-
tutum non habebit locum in eo, qui agere
non potuit, quia hæc regula, † quod non 69
valenti agere non currat præſcriptio, eſt
naturalis, nam vbi non adeſt negligentia,
non debet eſſe pœna, & procedit etiam in
ſtatutis, vt per Bal. *in auth. niſi annale tempus,*
in princ. C. de bon. matern. Alexand. *conſil.84.*
num.2. lib.1. Dec. *conſil.468. num.33. & ſeq.*
cum aliis ibi per eum.

XXX. Infertur, quod ſtatutum impo-
nens pœnam officiali non inquirenti intra
certum tempus, † intelligitur de officiali, 70
qui ſciuit delictum, cum ignoranti pœna
de iure non imponatur, *l. ex maleficiorum,*
ff. de act. & oblig. Menoch. *conſil.74. num.10.*
lib.1. Alexand. *in l. vlt. C. de dolo.*

Primo amplia modo concluſionem, vt
tanto magis procedat, ſi ſtatutum diſpone-
ret idem, quod ius cõmune, † nam tunc re- 71
ciperet omnes limitationes, ampliationes,
& declarationes, quas recipit ius commu-
ne in eadem met materia, ita Gallin. *in ſuo*
tract. de verb. ſign. lib.10. c.32. n.39. & 40. Bald.
ſuper ſtatutis, in verſic. interpretatio. Ant. de
Butr. *in conſil.1. col.3. verſ. ad tertium dotis, &*
conſ.80. col.2. verſ. item ſtatuta, hinc fit, quod
caſus † veri diſpoſitio verificabitur in caſu 72
ficto, prout & diſponitur à iure communi,
quando ſtatutum loqueretur in materia
iuris, in qua caſus verus, & fictus æquipa-
rantur, ita Felyn. *in cap. inſinuatum, num.2.*
de ſimon. Abb. *in c. cum dilectus, num.5. de cler.*
non reſid. & in cap. ad audientiam, num.2. eod.
tit. Roman. *conſil.105. num.2.*

Secundo

Digitized by Google

Secundo amplia, vt vera ſit concluſio, etiam ſi ſtatutum induceret formam, quia
73 nihilominus reciperet † ſubauditionem à iure communi, ita Carpan. *ſuper ſtatutis Mediolani, in preelud. num. 278.* de mente Afflict. *conſil. 76. num. 6 & 7.*

Tertio amplia, vt omnis interpretatio,
74 quę fit de vna lege ad aliam, † fiat de ipſa lege iuris communis ad ius municipale, ita Lancillot. Galliaul. *in conſuetud. Alexand. in verſic. legare, quaſt. 7. num. 47.* vbi ideo infert, quod quemadmodum de iure communi, vbi ſumus in perſona incapaci, relictum nunquam tranſit in contractum, ne fiat fraus legi, eadem interpretatione debet inferri ad ſtatutum, & per conſequens ſi ſtatutum prohibet maritum poſſe legare vxori, licet legatum alias factum vxori præ-
75 ſenti, & ſibi ſtipulanti, † poſſit dici tranſire in vim donationis cauſa mortis, & ſic ſuſtineri ſi non iure legati, ſaltem iure donationis, tamen quia adeſt in ſtatuto talis prohibitio, ex qua vxor dicitur incapax legati, tale legatum non tranſibit in contractum, & non poterit peti ab vxore, quamuis præſente, & ſtipulante, ſed remanebit excluſa à ſtatuto, ſic interpretato ab illa interpretatione iuris communis, per quam prohibetur relictum tranſire in contractum; quando agitur de perſona incapaci, & inhabili, & ad id allegat Angel. de Nicol. *in ſubſcript. ad d. conſil. Socin. 202. col. fin. verſ. & hinc eſt, quod Salyc. idem voluit,* idem Salyc. *in l. 2. C. de noxal.*

Quarto amplia, vt procedat concluſio etiam in his, quæ alterantur ab ipſomet
76 ſtatuto vltra ius commune, † vtputa in pœnis alteratis à ſtatuto, vltra quam fecit ius commune, nam in his nihilominus ſtatutum recipiet interpretationem ab ipſomet iure communi, iuxta doctrinam Bart. *in d. l. omnes populi, in 6. quaſt. princip. ff. de iuſtitia, & iure,* quem ſequitur, & dicit communiter receptum, Bertazzol. *conſil. crimin. 300 num. 5. lib. 2.*

Quinto amplia, vt habeat locum concluſio, etiamſi extaret ſtatutum, † quod 77
ſtatuta deberent intelligi ad literam, & prout ſcripta iacent, reiecta omni interpretatione, & gloſſatione, ita Pariſ. *conſil. 16. num. 51. lib. 3.* Brun. *ſuper ſtatut. fœmin. excluſ. in 5 artic. princip. quaſt. 29 num. 21. & 22.* Bartol. *in d. l. omnes populi, colum. antepenult. num. 65. verſic. vltimo quærit,* Cephal. *conſil. 533. num. 33. lib. 4.* Felyn. *in proœm. decret, num 22.* Dec. *in cap. tranſlato, num. 40. de conſtit.* Ruyn. *conſil. 19. num. 11. lib. 2.* Alexand. *conſil. 50. colum. vlt. num. 12. & conſil. 80. colum. 3. num. 5. verſic. & ita declaratur, lib. 1.* vbi teſtatur, quod ita videtur eſſe cõmunis concluſio Dd. Aretin. *conſil. 109. num. 1.* Barbat. *in l. cum acutiſsimi num. 170 verſic. & ideo in propoſito, C. de fideicommiſſ.* Roland. à Valle *conſil. 34. num. 46. lib. 4.* Cot. *in ſuis memor. in verſic. ſtatutum cautum eſt vere, in verſic. & de eff. ſtu, & verſ. nem ſtante hoc ſtatuto,* Curt. iun. *conſil. 7. num. 8.* Menoch. *conſil. 5. num. 23. lib. 1.* Bonacoſſ. *cr. m. quaſt. in verſic. gloſſatio,* Angel. *in l. non poſſunt, num. 1. verſic. ſecundo caſu, ff. de legib.* Cuman. *conſil. 30. nu. 1.* Oſaſc. *deciſ. 21. num. 15.*

Sed ego tamen in hoc diſtinguerem, quod † aut agitur de interpretatione iuris 78
reſtrictiua, quę fit per ipſorum ſtatutorum arctationem, aut de extenſiua, quæ fit per ſtatutorum protrahationem, aut de correctiua, quæ fit per ipſorum patentem contrarietatem, & ſtante tali ſtatuto, nullã harum interpretationum admitterem, per ea, quæ voluit Bald. *in l. 2. nu. 8. C. de patr. qui fil. diſtrax.* Felyn. *in d. c. tranſlato, num. 4. & 12.* Iaſ. *in l. non dubium, num. 30. & 31. verſic. notatamen, & num. 36. C. de legibus, & in conſil. 52. num. 1. volum. 1.* Cot. *in ſuis memor. in verſic. ſtatuto cautum eſt, verſic. dicebat ſingulariter Baldus,* Carpan. *ad ſtatuta Mediolan. cap. 174. num. 14.*

Digitized by Google

num.14. & 69. lib. 2. & hanc veriorem opinionem dicit Brun. *in d. ſtatut. fœm. excluſ. artic. 5. quæſt. 29.* quia quando ſtatutum diſ-
79 ponit, quod attendantur † verba ſola, & ſonus verborum, prout iacent, non poteſt porrigi ad plus, nec ad minus, quam ipſa verba ſonant, & continent ex eorũ Grammaticali ſignificatione per *l. non aliter, ff. de legat. 1.* & notatur *in d. l. non dubium, C. de legibus.*

Aut agitur de interpretatione declaratiua prouueniente ex iuris diſpoſitione ad diffinitionem, & diſpoſitionem verborum in ſtatuto contentorum, declarando veritatem ſermonis in ſtatuto diſpoſiti, & tunc talis interpretatio eſſet admittenda, non obſtante ſupradicta diſpoſitione ſtatuti,
80 quia talis interpretatio † diceretur literalis, & de mente ſtatuentiũ, & appellatur interpretatio ſignificatiua, & non cenſetur reiecta à dicto ſtatuto iuxta ea, quæ animaduertit Bald. *in tract. ſuper ſtatut. in verb. interpretatio, num 9. 10. 11. & 14.* & notatur *in cap. exiui de Paradiſo, & in cap. exit, qui ſeminat, in fin. de verbor. ſignific. in 6* & idem Bald. *in l. iubemus, §. fin. C. ad Trebellian.* Signorol. *conſil. 101. num. 5.* Montepic. *conſil. 85. num 21. & 25.* Orian. *de interpret. ſtatut. num. 6.* & Cott. *vbi ſupra, d. verſic. ſtatuto cau tur,* & Plot. *conſil. 17. num. 68.* dixerunt, quod declaratoria, & diſtributiua, non autem ampliatiua, vel reſtrictiua interpretatio admittitur in tali caſu, idem voluit Galli. *in tract. de verbor. ſignific. lib. 8. cap. 31. num 17.* & hanc communem opinionem teſtatur Bart. *in d. l. omnes populi, num. 56. verſic. tertio quæro.* Et adducta ſupra in ampliatione poſſent procedere, quando ageretur de ſtatuto, in quo non adeſſent verba, adeo prægnantia, quæ interpretationes, & declarationes etiam ſubauditas, omnino reiicerent, nec ad literam obligarent, ſed ſolum, aut præciſe loquerentur, aut ſimpliciter interpretationem, vel gloſſationem prohiberent, quibus caſibus, quia etiam verbum præciſum recipit interpretationem laudabilem, & prohibita ſimpliciter interpretatione, & gloſſa, non cenſetur reiecta iuſta, & legitima interpretatio, ſecundum not. per Bart. *in d. l omnes populi, d. verſic. vltimo quæritur, nu. 65.* & Cæpol. *in conſil. 33. nu. 10. & in l. 1. C. de leg.* iuſta, & legitima interpretatio tali caſu admitteretur, & ſtatuta poſſent diſtingui, & interpretari ſecundum iura, & alia ſtatuta, ita Alexand. *d. conſil. 80. num. 5. lib. 1.* iuribus, & auctoritatibus ibi per eum.

Intellige tamen, quod dixi de aliis interpretationibus arctatiuis, & extenſiuis non admittendis, † ſtante tali ſtatuti diſpoſitio- 81
ne, niſi aliud iniquitatis, fraudis, & abſurditatis reiectio, & euitatio ſuaderet, nam tunc admitterentur, quia dicerentur de mente ſtatuentium, qui nunquam præſumuntur voluiſſe ſtatuendo inducere iniquitatem, fraudem, & abſurditatem, prout ita animaduertit Menoch. *conſil. 11. num. 19. lib. 1.* & ante eum Bald. *ſuper ſtatut. in d. verb. interpretatio, num 13.* & Brun. *in d. ſtatut. fœmin excluſ. artic. 5 quæſt. 29. in fin.* Montepic. *d. conſil. 85.* cum ibi per eum allegatis, Rot. *deciſ. 724. num. 16 part. 1.* quod nota pro noſtro ſtatuto Ianuæ, ſub rubric. *de extrinſeco intellectu,* † circa quod in facti contingen- 82
tia recurre ad Carpan. *vbi ſupra, c. 114. num. 5. vſq. ad fin.* vbi perbelle, & late, & ad Galli. *in d. ſuo tract. de verb. ſignific. cap. 30. & 31.* & nos etiam de hoc *alibi.*

Intellige etiam, quod dictum eſt de interpretatione ſignificatiua, † quod ſi ver- 83
bum in ſtatuto habebit vnum ſignificatum certum tantum, illud erit ſequẽdum, ſi plura, talis interpretatio ſignificatiua illius verbi ſumetur, prout conueniens erit ſtatuto, ſi forte eſſet dubium, ad quos ſpectaret declaratio, ſumetur ex iudicio non illorum, qui ſtatuta compilarunt, ſi ſuper- eſſent,

Digitized by Google

eſſent, quia illi, conditis ſtatutis, dicuntur functi officio ſuo, nec amplius habent imperium, & ſic non habent ius interpretandi, ſed ex iudicio populi, ſeu Conſulis loci ſtatutorum, ita Bartol. *in d. l. omnes populi,*
* *num. 56. verſic. veritas eſt*, vbi ita omnes tenere affirmat, & idem voluit Salycet. *in dicta l. 2. C. de noxal. num. 5.* iuribus ibi per eos.

Sexto amplia, vt etiam ſint impropriãda verba, vt habeat locum interpretatio
84 proueniens † à iure cõmuni Dd. & præcipue Anton. de Butr. & Imol. *in d. cap. cum dilectus, de conſuetud.* Cephal. *conſil. 210. num.*
* *18. lib. 2.* Corn. *conſil. 14. num. 2 lib. 4.* Doctores omnes *in l. fin. §. computatione, C. de iure deliber.* Alexand. *conſil. 85. num. 12. lib. 4.* Ruynus *conſil. 129. num. 2. lib. 2.* Socin. *conſil. 30. numer. 34. lib. 1.* Gozadinus *conſil. 35. numer. 13.*

Septimo amplia concluſionem, vt ſtatuta nedum recipiant interpretationem à
85 iure communi, † ſed etiam à ſtatutis ciuitatis dominantis, quia ſi ſtatutis in aliquo caſu in loco ſubditorum deficientibus re-
86 curritur † ad ſtatuta ciuitatis dominantis, iuxta doctrinam Paul. de Caſtr. *in d. l. omnes populi, nu. 7. ff. de iuſtit. & iur.* Corn. *conſil. 151. num. 6 lib. 3.* Socin. *conſil. 81. 3. col. & conſil. 128. in princ. vol. 4.* Socin. iun. *conſil. 11. num. 5. lib. 1.*
* & alibi communiter Dd. multo magis ſtatuta dubia locorum ſubditorum interpretabuntur ſecundum ſtatuta ciuitatis dominantis loquẽtia in eadem materia, cum facilius admitti debeat interpretatio ſtatu-
87 ti iam facti, † quam inductio eius, quod factum non eſt, argum. *l. patre furioſo ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur.* & ita Decian. *reſp. 32. num. 29 & 30. vol. 2.*

Declara tamen ſupra dicta, vt non procedant, quando in ſtatuto ciuitatis ſubditæ diſponeretur, quod deficientibus ſtatutis illius ciuitatis recurreretur ad ius commune, † nam tunc licet non per hoc diceretur excluſa interpretatio, quæ alias poſſet deriuare à ſtatutis ciuitatis dominantis, tamen ante illam, & ante omnia erit recurrẽdum ad ipſum ius commune, ſecundum quod ſtatuta ciuitatis ſubditæ interpretabuntur, & ſeruabuntur, & ſtatuta ciuitatis dominantis poſt ius commune locum habebunt, & interpretationem tribuent ſtatutis ſubditæ, ita conſuluit Dec. *conſil. 429. num. 5.* vbi hanc opinionem ſæpius obſeruatam, atque vſu receptam Florentiæ, teſtatur, & Roman. contrarium ſentientem reprobari affirmat, & ab hac opinione nõ eſſe recedẽdum dicit Mandoſ. ad Roman. *conſil. 218. lit. H.* illamq; confirmat, & defendit auctoritatibus, & rationibus, & præcipue, † quia ius commune, niſi aliter adda- 89
tur, de Romanorum iure intelligitur, *§. ſed quoties. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* & etiam quia inſeruiendum eſt menti ſtatuentium, qui nõ cenſentur voluiſſe ſtatuta ipſorum regulari à ſtatutis ſuperiorum, eo quia expreſſe mentionem fecerunt de iure communi in defectum ſtatutorum ſuorum, &
ius commune non poteſt dici † ius præci- 90
puum alicuius ciuitatis etiam dominantis, & licet Roman. *d. conſil. 218. num. 4.* & alii tenendo opinionẽ contrariam dicant, quod alias eſſet iniuſtum ſtatutum inferiorum, ſtatuendo, quod deberet recurri ad ius commune, quia per illud tolleretur ius ciuitatis ſuperioris dominantis, quod in hoc verſatur, ſcilicet, vt loca inferiorum ſuis conſtitutionibus debeant gubernari, tamen tale fundamentum non deſtruit ſupra poſitam opinionem, quę illa ſolum determinat, quid agendum, ſtante diſpoſitione ſupradicta, de ſtatuto inferiori ciuitatis diſponente, in defectum ipſius recurrendum eſſe ad ius commune, non autem determinat, an tale ſtatutum inferiorum eſſet iuſtum, nec ne, vltra quod non poteſt dici,

Digitized by Google

quod huiuſmodi ſtatutum ſit iniuſtum, quouſque ſaltem ciuitas dominans, ſiue Princeps ſciens illud tolli, & abrogari à volumine ſtatutorum, non mandat, ſi enim Princeps ſciens illud permittit, fruſtra quærunt alij, nunquid valeat, & iuſtum ſit, cum quod Principi placet, legis habeat vigo-
91 rem, † & tanquam lex ſit ſeruandum, quouſque de contraria Principis voluntate appareat, vt in ſimili dixit Bald. *conſ. 473. nu. 6. lib 5.* & facit text. *in § ſed quod, Inſtitut. de iur. natur. gent. & ciuil* & hanc magis communem opinionem teſtatur Borgn. *in ſuo tractat. de tut. num 96. in fin.* & illam, quicquid aliquando in contrarium dixerit, approbat vltimo loco Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 6. num. 14.* vbi recenſet etiam contrarium tenentes, & Roma. opinionem, contrarium, vt ſupra tenentis, communiter eſſe reprobatam, dixit Ludouic. *concluſ. 55. verſic. quintus caſus eſt*, ibique in principio affirmat hanc magis communem.

Primo ſubdeclara dictam declarationem, vt non procedat, quando ex communi conſuetudine ciuitatis ſubditæ fuiſſet
92 obſeruatum, † quod non obſtante dicto ſtatuto de recurrendo ad ius commune in defectum ſtatutorum dictæ ciuitatis, eſſet tamen recurſum ſemper ad ſtatuta ciuitatis dominãtis, nam tunc non obſtante diſpoſitione dicti ſtatuti erunt obſeruãda ſtatuta ſuperiora, & ab illis ſtatuta inferiora interpretationem recipient, nam tali caſu ita obſeruantes, videntur hoc voluiſſe, ex quo ita conſueuerunt, non obſtante dicto
93 ſtatuto. & minime mutanda ſunt, † quæ diutinam habuerunt interpretationem, *l. minime. ff de legib.* & quemadmodum vertitur in dubium apud DD. an in ſtatutis ſubditorum appellatione iuris communis veniat ius commune Romanorum, eo, quia dici-
94 tur ius commune omnibus, † cum omnes ſubiaceant Romano imperio, vt *l. deprecatio, ff. ad leg. Rhod. de iact.* an vero ius ſuperiorum, eo quod ſtatuta Principis † quodam- 95
modo poſſunt dici ius commune omnibus populis ſibi ſubditis per not. *in d § fin. Inſtit. de ſatiſd.* ita dicetur huiuſmodi dubium eſſe ſublatum per obſeruantiam eueniente caſu dicti ſtatuti ob recurſum factum ad ſtatuta ſuperiorum, nam certum eſt, quod conſuetudo, & obſeruantia declarant ſtatuta dubia, & ſtandum eſt interpretationi ex † obſeruantia prouenienti, Ant. de But. 96
in c. cum dilectus, de conſuet. Socin. iun. *d. conſil. 2 nu. 26. lib 1.* Dec. *conſil. 11. nu. 12.* & nos *infra.* Sicut econtra ſi probabitur per obſeruantiam communem non fuiſſe obſeruata ſtatuta ciuitatis dominãtis in aliquo caſu, ſed ius commune, non erunt huiuſmodi ſtatuta ſuperiora attendenda, non obſtante, quod † alias eſſet recurrendũ etiam ex diſ- 97
poſitione ſtatutorum ſubditorum ad ſtatuta ſuperiorum, ita Gozad. *conſil. 37. nu. 14.* iuribus ibi per eum, & Socin. ſen. *conſil. 81. num. 3 lib. 1. & in conſil. 271. num. 13. lib. 2.* Dec. *conſil. 469. num. 12.* & Menoch. *d. præſumpt. 5. in fin.*

Secundo ſubdeclara, niſi aliqua ſequeretur ſuperfluitas in ſtatutis, vel abſurdum aliquod, † vel niſi aliter de mente ſtatuen- 98
tium appareret, ita Decian. *in ſuo tract. crim. lib 2. cap. 32. num. 4.* ea ductus etiam ratione, quia ius ſcriptum in ſtatuto, ex quo eſt commune omnibus habitantibus in illa ciuitate, vel municipio, nõ abſurde aliqua ex prædictis ratione ſuadente etiam ius cõe appellari poterit, & iuris communis appellatione venire, vnde ſubiungit, quod ſi quis in libello accuſationis requiſierit aliquem condemnari ſecundum ius commune, † & nulla ſit impoſita pœna à iu- 99
re communi Romanorum, ſed tantum à iure municipali illius loci, verba illa, *ſecundum ius commune*, interpretabuntur, id eſt, *ſecundum ſtatuta ciuitatis illius*, per ea,

quæ

Digitized by Google

quæ voluit gloſſ.1. *in fin. in l.ius autem ciuile, ff. de iuſtitia, & iure*, & apertius Bald. *in l.1. C. de confeſſ. col. 12. verſic. ſed dubitatur, & col. 16. verſic. quinimo dico, quod ſi per ſtatutum, & in l.2. C. de bon. quæ lib.*

Hoc tamen certum eſt, quod ſi fuerit ſimpliciter dictum, & prolatum verbum,
100 *hoc ius*, vel *prout de iure*, † intelligetur, nedum de iure communi Romanorum, ſed etiam de iure municipali, tam ſcriptum, quam ex conſuetudine receptum, & ideo ſi per ſtatutum remittatur aliqua cauſa terminanda iuris terminis ſeruatis, vel fuerit dictum, quod quis puniatur ſecundum pœnam à iure impoſitam, & ſimilia, intelligetur etiã de iure municipali, tam ſcripto, quam conſuetudinario, ita idem Decian. *vbi ſupra, num. 5* de mente Iaſ. *in l. præſcriptione, in 4. not. num. 14. cum plur. ſeq. C. ſi contra ius, vel vtilit publ. & l. omnes populi, num 12. & plur. ſeq. in 1. lect. ff. de iuſtitia, & iure*, vbi etiam Crot. *num. 9.* late, & facit gloſſ. *in proœm. clement. in verſic. iuris textu, & gloſſ.* vbi etiam Abbas *in cap. 1. in fin. vt lite non conteſt.*

Quod nota pro noſtro ſtatuto Sarzanæ,
101 quod † mandat ius reddi, deficientibus noſtris ſtatutis, ſecundum ſtatuta Ianuæ, & illis deficientibus, ſecundum ius commune.

Subamplia ampliationem, vt quod di-
102 ctum eſt de ſtatutis, † idem ſit quoad conſuetudinem, nam ſi ſubditi non haberent in aliquo caſu conſuetudinem, vel haberent, ſed dubiam, recurritur ad conſuetudinem ciuitatis dominantis, Pariſ. *conſil. 25. num. 22. & ſeq. lib. 4.* Ludouic. *concluſ. 5 in fin.*

103 Sexto amplia concluſionem, † vt ſtatuta recipiant etiam interpretationem ab aliis ſtatutis antiquis ipſius ciuitatis nouorum ſtatutorum, cum noua conſtitutio debeat intelligi, & diſtingui ſecundum leges antiquas, poſteriores enim leges ad priores pertinent, vt per eas poſteriores corrigantur, & terminentur, & ſuppleantur, inquit text. *in l ſed & poſteriores, ff. de legib.* & not. *in l. filiusfamilias, ff. de act. & oblig. iuncta l. 1. ff ad Maced. & in l. ius gentium, § ſi paciſcar, ff. de pact. & in l. tranſigere*, vbi gloſſ. magna, *C. de tranſact* Iaſ. *in l. ſciendum, num. 4. ff. qui ſatiſd. cogant.* vbi dicit, hoc valde notandum pro ſtatutis, & reformationibus nouiter factis, idem voluit Bart. *in l. omnes populi in 7. quæſt. princip.* & in propoſito reformationum ad ſtatuta dixit Decian. *in ſuo tract. crimin lib. 2. cap. 36. num. 6.* quod † reformationes huiuſ- 104
modi magis recipiunt interpretationem à ſtatutis reformatis, quam à iure communi, prout hoc conſuluit Ancharan. *conſil. 94 iſta domina, verſic. non obſtat*, Dec. *conſil. 65. num. 4. & conſil. 301. num. 10.* Pariſ. *conſil. 56. num 27. lib. 1.*

Primo ſubamplia ampliationem, vt procedat, etiamſi noua conſtitutio, † & re- 105
formatio haberet clauſulam, aliquo alio ſtatuto non obſtante, ita Bart. *in d. l. ſciendum, num. 2.* vbi etiam Iaſ. *num. 4.* per gloſſ. *in authent. de hered. t. quæ ab inteſt. deferun. in princ. in verb. vocantibus*, & idem Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in verſic. non obſtantibus*, Roman. *in conſil. 4. num. 5* Alexand. *conſil 80. num. 4. lib. 1.* & ratio eſt, quia clauſula illa reuocatoria alterius ſtatuti, catenus ſtatutum, † vel conſtitutionem reuocare vi- 106
detur, quatenus cum ipſo ſtatuto reuocante repugnantiam continet, & non plus, igitur in aliis, in quibus ſtatutum poterit declarari, interpretari, & determinari ab antiquo, non autem corrigi, dicta clauſula non obſtabit, ita Roman. *in conſil. 57. num. 1. & in conſil. 322. num. 2. & conſil. 309. num. 10.* Dec. *in l. in toto iure, poſt num. 7. ff. de reg. iur.* Tiraq. *de vtroque retractu, tit. 1. §. 15. gloſſ. 2. in fin.*

Secũdo ſubamplia, vt vera ſit ampliatio, etiamſi

Digitized by Google

etiamſi nouum ſtatutum haberet in ſe di-
107 ctiones taxatiuas, † vtputa *tantum, duntaxat*, & ſimiles, quia non per hoc excluderetur interpretatio ab vno ad aliud, ſi inter ſe ex interpretatione poſſent concordari,
108 & correctio euitari, † quia taxatiua non operatur in caſus concordes, vel concordabiles, ita Roman. *conſil.322.num.2.* per gloſſ. *in l non tantum, in verſic. nec vlla exceptio, ff. de pet. heredit. & in l.1. §. denique, in verſic. nulla iuſta, ff. quod vi, aut clam, & in l. ob æs, C. de præd. minor.* Euerard. *in ſua cent. in loco à natura dictio. taxa. num.3.* iuribus ibi etiam percum.

Tertio ſubamplia, vt idem ſit de ipſis
109 ſtatutis antiquis, † quæ à nouis pariter declarantur, & recipiunt intellectum, nam non eſt nouum, vt priores leges ad poſteriores trahantur, inquit text. *in l. non eſt nouum, ff. de legibus*, & ibi gloſſ. ſubiungit, vt determinentur, ſuppleantur, corrigantur, ex his enim, quæ ſtatuentes vltimo loco apertius dixerunt; quid in antea intellexerint, clarius colligitur, argum. not. *in d. l. ſi ſeruus plurium, §. fin. ff. de legat. 1.* Alexand. *conſil.192. num.11. lib.6.*

Septimo amplia concluſionem, vt et-
110 iam ſtatuta ab aliis ſtatutis vno, † & eodem contextu conditis, & vno, ac eodem volumine comprehenſis interpretationem ſumant, nam non eſt nouum, quod vna lex aliam declarat, iuxta not. *in l. non eſt nouum, ff. de legib.* Alexand. *conſil.85. num.9. lib.4.* Pariſ. *conſil.16. num.52 lib.3.* Bart. *in l.1. §. & parui*, vbi etiam gloſſ. *ff. quod vi, aut clam*, Socin. *conſil.242. n.9. vol.2.* Rolan. à Valle *conſil 62. n.30. lib.3.* Alciat. *conſil.89. n.10. verſic. ſecundo reſpondeo*, Alex. *d. conſil.123. n.10. & plur. ſeq. lib.4* qui *num.15.* dixit, quod ſicut ſe ha-
111 bet ius commune ad ius commune, † ita ſe habet ſtatutum ad ſtatutum, & ſicut ius commune ſemper intelligitur, & interpretatur, vt non corrigat ius commune, ſed vt concordet, eodem modo debet intelligi ſtatutum ad aliud ſtatutum.

Primo ſubamplia, vt etiam idem ſit de vna parte ſtatuti ad aliam, † quæ ab illa in- 112
terpretationem ſumet, etiamſi nulla fuiſſet facta expreſſio, vel repetitio præcedentium, cum ſemper hoc cenſeatur expreſſum, ita Bertazz. *in conſil. crim. 465. num.25. lib.2.* vbi hanc veriſſimam ſententiam dicit Dec. *conſil.553. num.8.* Socin. iun. *conſil.46. num.4. vol.4.* Gozadin. *conſil.89. num.6.* Alba *conſil.36 nu.3.* Ruyn. *conſil.8. num.11. lib.5.* & quod verba ſtatuti præcedentia recipiant interpretationem † à verbis ſubſe- 113
quentibus eiuſdem ſtatuti, ſicut ſequentia declarantur per præcedentia, not. *in l. ſi ſeruus plurium, §. fin ff. de l. gat. 1.* & hoc voluit Alexand. *conſil.29. nu.9 lib.4. & in conſil 192. nu.11. lib 6.* vbi dixit, quod ſi verbum vnum æquiuocum ſit, poſitum in vna parte ſtatuti, † declarabitur ex his, quæ in alia parte 114
ſtatuti continentur, ſi apparet, quod in ipſa alia parte ſtatuti verbum illud fuerit clarum expreſſum, & prolatum, per text. *in l. vtrum*, vbi Bald. *ff. de petit. hered* idem cum ſubampliatione voluerunt Cephal. *conſil. 526. num.10. lib.4.* late Hieronym. Grat. *conſil.11. num 23. & plur. ſeq. lib.1.* Decian. *reſponſ. 6. num.24. vol.1.*

Secundo ſubamplia, vt tunc ſine dubio aliquo ampliatio procedat, quando vnum ſtatutum ſe refert ad aliud; † quia tunc re- 115
ferens à relato regulatur, Burſat. *conſil 44. num.34. vol.1.* & faciunt late adducta per Alexand. *d. conſil.123. nu.10. & plur. ſeq. & conſil.135. nu.8. vol.4.* Bart. *in l. prætor, §. heri, ff. vi bon. rapt.*

Tertio ſubamplia, vt potius ſtatuta recipiant interpretationem ab aliis ſtatutis, & † quod vnum ſtatutum magis declaretur 116
ab alio, quam ab ipſomet iure communi, Bertaz. *conſil. ciuil. 56. nu.29. & conſil.15 nu.2.* Dec. *in cap. cauſam quæ, col fin. de reſcript. & conſil.*

Digitized by Google

conſil. 301. num. 8. & conſil. 65. numer. 4. Ancharan. *conſil. 422. column. final.* quia in ha-
117 bentibus ſymbolum † facilior eſt tranſitus, idem Dec. *ibidem*, & Ancharan. *conſil. 63. iſta Domina, in verſicul. non obſtat, quod iſtud,* & facit, quod dicit idem Dec. *conſ. 110. num. 2.* quod ſcilicet ſtatutum præſumitur potius velle ſe confirmare cum aliis ſtatutis,
118 quæ † ab eodem fonte, & ab eiſdem ſtatuentibus proceſſerunt, quam cum iure cõmuni, idem voluit Cephal. *conſil. 146. num. 17. lib. 1.* Pariſ. *conſil. 97. numer. 16. lib. 3.* Bertaz. *conſ. crim. 369. numer. 15. libr. 2. & in conſ. 410. num. 3. & in conſ. 303. num. 4.* vbi ideo dixit, quod ſtatutum prohibẽs exceptiones op-
119 poni, † non prohibet exceptionem prouenientem ab alio ſtatuto, cum vnum per aliud ſuppleatur, & declaretur, idem tenuerunt Ruin. *conſ. 200. numer. 16. vol. 2.* Dec. poſt Abb. *in c. ex literis, numer. 8. cum ſeq. de conſtitut.* Burſat. *conſ. 69. numer. 5. & 6. libr. 1.* Curt. iun. *conſil. 6. numer. 12.* & Roman. *conſil. 399. num. 7.* vbi dixit, quod magis eſt attendenda concordia inter duo ſtatuta, quã de vno ſtatuto ad ius commune propter præſumptam voluntatem ſtatuẽtium, qui cenſentur, prout Principes ipſi, magis cõſeruari velle id, quod à ſeipſis eſt conſtitutum, quam quod ab alijs, ſcilicet à iure cõmuni, iuxta not. *in l. ſi hominem, ff. manda. & in l. formam, C. de offic. Præfect. prat.* ſubampliationem ſecuti ſunt Grat. *conſ. 116. num. 27. vol. 2.* Iaſ. *in l. qui filiabus, poſt princip. ff. de legat. 1.* Crauet. *conſ. 118. nu. 4.* Decian. *d. reſp. 6. n. 25.* Menoch. *de præſump. lib. 1. q. 37. nu. 22.* Gozad. *conſ. 61. n. 20.*

Quarto ſubamplia, vt tanto magis procedat ampliatio, ſi eadem ratio eſt ſcripta
120 in vno ſtatuto, † quæ in alio, nam tunc eadem debet eſſe interpretatio, quia ſtatuta,
121 & diſpoſitiones reſtringuntur, † & regulantur ſecundum rationem ſcriptam, *dict. l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patronat.* Socin. *conſil. 89. numer. 91. libr. 4.* & nos *infra.*

Quinto ſubamplia, vt vnum ſtatutum recipiat interpretationem ab alio, etiamſi adeſſet ſtatutum, † quod ſtatuta deberent 122
intelligi ad literam, quia nihilominus vnũ declarabitur, & ſupplebitur ab alio, ita Oſaſc. *deciſ. 167. numer. 18.* Dec. *in l. fin. numer. 3. C. de eden.* Ancharan. *conſil. 422. verſic. ad hoc dico, quod iſta verba, column. 2. numer. 2.* Alex. *conſil. 80. num. 5. volum. 1.* Carpan. *ad ſtatuta Mediol. cap. 174. num. 89. libr. 2.* Pariſ. *d. conſil. 16. n. 5. lib. 3.*

Octauo amplia concluſionem, vt etiam ſtatuta recipiant interpretationem à ſtatutis ciuitatis vicinæ, † quia ſicut ſi in aliqua 123
regione defecerit aliqua conſuetudo circa aliquem caſum, ſpectanda erit in illo conſuetudo † regionis vicinæ, vt per Me- 124
noch. *conſil. 9. numer. 22. lib. 1.* ita & in ſtatuto faciunt adducta per Caſtr. *conſ. 437. n. 2. lib. 2.* & ratio eſt, † quia ſtatuentes cen- 125
ſentur ſe accommodaſſe conſuetudini aliorum locorum vicinorum, & ſtatuiſſe ad ſimilitudinem illorum, iuxta not. per gloſ. fin. *in cap. cum olim, de conſuetud. & in c. ſuper eo, de cenſib.* & facit, quod dixit Crauet. *conſil. 118. num. 3.* vbi voluit, † quod ſi de aliqua 126
obſeruantia non conſtaret in aliquo loco, recurrendum erit ad patrias vicinorum, nam circa declarationem actus, aut interpretationem, etiam vicinorum conſuetudo inſpicitur.

Declara modo, quæ ſupra diximus in proximis ampliationibus, & ſubampliationibus, prout *infra.*

Et primo declara, quod ſi ageretur de interpretando ſtatuto antiquo deberet interpretari † ſecundum interpretationem 127
antiquam ſtatuti antiqui, non autem ſecundum quod interpretatur modo ſtatutum nouum, niſi ſtatutum nouum veniret expreſſe ad interpretationem caſus du-

Digitized by Google

bij ſtatuti veteris,& antiqui, ita Bal. *de ſtatut.in ver.interpretatio,in fin.* per gloſſ. *in authen.de fil.ante dot.inſtrum.nat.*

Secundo declara, quod quando pro in-
terpretatione ſtatutorum recurritur ad a-
128 lia ſtatuta,† omnes qualitates in ſtatutis in-
terpretaturis exiſtentes cenſentur repetitę
in ſtatutis interpretatis, Bertaz. *conſil. ciuil. 15.numer.27.* allegans Curt. iun. *conſil. 5.numer. 8.* & faciunt adducta per Marſ. *in conſ. 64.nu.34.* Rom. *conſ.345. col. fin.& conſ.379. ante finem.*

129 Tertio declara,vt ſtatuta † recipiant in-
terpretationem ab alijs, quando agitur de eadem materia, ſecus ſi de diuerſa,nam ſicut ex diuerſis non fit illatio, ita nec ex illis poſſet aliqua declaratio inferri, Iaſ. *in d.l.ſciendum,num.4.verſ.ſecundo limita, ff. qui ſatisd.cog.* & not. ex gloſſ. *in c.1. in ver.declaramus,ne cler.vel mona.in 6.* & gloſſ. *in c. licet canon,in gloſſ.magna,de elect.eod.lib.6.& in c.quæ in iure,de reg.iur.eod lib.* Bal. *in l.1.ad fin. C.ad Velleian.*

Quarto declara,vt tunc recipiant ſtatu-
130 ta interpretationem ab alijs, † niſi in con-
trarium expreſſe appareret de voluntate contraria ſtatuentium,nam poſteriores leges ad priores pertinent, niſi contrariæ ſint,inquit tex. *in l.ſed ad poſteriores, ff.de leg.* Iaſ. *in d.l.ſciendum, n.4.* Gozad. *conſ.37.n.14. verſ.non obſtat vltimum.*

Quinto declara, quod licet nouum ſta-
tutum vetus declarando non ſolum dica-
131 tur reſpicere futura, † ſed etiam in dubio
ad præterita trahetur, *vt in authen. de fil.ante dot.inſtrum.nat.in princ.* Capr. *concl.6.num. 20.* Rot. *deciſ.142.num. 2.par.2.* vbi de communi,& not. per ſcriben. *in proœm. Clemen. in verb.de cætero,* tamen hoc non eſt verum, quotieſcunque in dicto ſtatuto nouo adſit verbum, propter quod apparet fuiſſe de mente conditorum, nolle præterita comprehendere, vt de verbo, *de cætero,* ſenſerũt Domini de Rot. *deciſ.158.n. 4.par.2.* Butr. *in c.fin.num.15. verſ.vel quando non præferuntur, & ver.niſi ſtatutum nouiter factum,de conſtit.* vbi etiam Felyn. *n.5.* Barbat. *nu.39.* Imol. *nu. 12.per tex.in cap.final.de ſponſ.duor.* vbi etiam Abb. *n.4.verſ.in contrarium,* Capr. *vbi ſupra, n.21.* cum ibi per eum.

Primo amplia declarationem, vt idem
ſit,† quotieſcunque nouum ſtatutum de- 132
claratorium haberet per prius intellectũ communem in cõtrarium, ita quod communis obſeruantia ſeruabat contrarium, quia tunc non trahetur ad præterita, ita Domini de Rot. *d. deciſ. 143. num.5. per gloſſ. in c.1.in verb.de cætero,ibi, communi iudicio,* vbi etiam Gemin. *colum. vlt.poſt princ.verſic. nota bene iſtam gloſſam,* & Franc. *nu.5. vel ipſa conſtitutio,de conſt.* Præpoſ. *in d.c.fin. de ſponſ. duor.n.3. prope finem,verſ.ſi vero habet conſuetudinem, vel communem interpretationem,* & Gemin. *in c. ex antiquis, col.3. circa med.verſ. hæc procedunt,diſtinct.54.* vbi ponit regulam
circa ius nouum declaratorium, † vt tunc 133
porrigatur ad præterita, quando ius vetus haberet diuerſas ſententias, & opiniones, & nouum ius approbat,& declarat alteram ex iſtis opinionibus.

Secundo amplia,vt idem ſit, quãdo ſta-
tutum nouum procederet † annullando, 134
nam tunc ſi cauſa annullationis induceretur ab eodem ſtatuto nouo, non trahetur ad præterita, niſi aliud appareret ex verbis ipſius,vt quia loqueretur per verba præteriti temporis, *l. decernimus, C.de ſacroſ.Eccl.* ſi autem cauſa annullationis haberet etiam ante nouum ſtatutum, illius diſpoſitio trahetur ad præterita, ita Capr. *vbi ſupra,n. 35.& ſeq.* per tex. *in §.omnia,in authen. de alien.& emphyt.& in §.hoc quidem, in authen. de inceſt. nupt.* & per not. per Imol. & Ant. de Butr. *in d.c.quoniam, de conſtit.*

Tertio amplia, vt idem ſit, ſi confirmatio de eodem ſtatuto facta ab illo, ad quem

ſpectat,

135 ſpectat, † ſe referat ad futura, nam quæcũque ſint verba in ſtatuto confirmato, non tamen porrigetur ad præterita, ad quæ cõfirmatum non præſupponitur, ita Rot. *deciſ. 142. num. 4. part. 2.* per But. *in d. c. fin. num. 15. verſ. niſi ſtatutum nouiter factum*, vbi etiã Imol. *nu. 12. verſic. nam primo dicit*, & Barb. *n. 39.* & Felyn. *n. 5. de conſtit.* Bologn. *in d. l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. n. 16.*

Quarto amplia, vt idem ſit, ſi nouum ſtatutum non procederet declarando, ſed
136 de † nouo inducendo, vel diſponendo, nam tunc non traheretur ad præterita, ſed ſolum ad futura, vt eſt expreſſum *in c. quoniam, de conſtit. & in cap. 2. eodem titul. & in l. leges, & conſtitutiones, C. de legibus: Leges & conſtitutiones*, inquit tex. *futuris certum eſt dare formam negotiis, non ad facta præterita reuocari, niſi nominatim, & de præterito tempore, & adhuc pendentibus negotiis cautum ſit*, ſecus ſi procederet ſolum inducendo nouam confirmationem à ſtatuto antiquo diſpoſitorum, quia etiam præterita contineret, ita Capr. *d. reg. 6. n. 41.* vbi de cõmuni.

Limita ampliationem in primo dicto,
137 vt non procedat, † quando nouum ſtatutum diſponeret, & induceret addendo, vel minuendo pœnam à lege, & ſtatuto antiquo impoſitam, nam tunc etiam de commiſſis in præteritum, nondum tamen iudicatis ſeruaretur, vtputa ſi extaret ſtatutũ, quod vendens ſal ſine licentia, capite puniatur, & fiat nouum ſtatutum, quod talis vendens puniatur ſolum in cẽtum, etiamſi ante nouum ſtatutum aliquis vendidiſſet, non puniretur tamen, niſi ad pœnam
138 noui ſtatuti, † quod debet attendi; ex quo agitur de pœna, in qua ſpectatur tempus ſententiæ, ita Capr. *d. concl. 6. nu. 45.* per tex. *in l. penult. ff. ſi ex noxa.* & per gloſſ. *in authen. vt Iud. ſine quo. ſuffrag. §. opinionem*, cum aliis ibi per eum, ſicut & idem eſſet, ſi ſtatutum nouum induceret diſponendo exceptionem de nouo poſt ſtatutũ ex aliquo facto à ſtatuto conſiderato cauſatum, quia & illa habebit locum etiã in præteritũ, prout in omnibus aliis, quæ poſt ſtatutum nouum incipiunt, aut competere, aut eſſe, & effici, vt late in exemplis per eundem Capr. allatis, *in dict. concluſ. 6. numer. 6. numer. 45. & plur. ſeqq.* vbi plene habebis, quando ſtatutum, ſiue quælibet alia conſtitutio reſpiciat etiam præterita, de quibus latius etiam per nos in alia ſpeciali de hoc concluſione, quod ſtatutum dicatur reſpicere futura, *in 2. limitat.* ad quæ hic dicta accommoda.

Nono amplia concluſionem, vt ſtatuta etiam recipiant interpretationem à
conſuetudine, † & obſeruantia, nam ſe- 139
cundum quod conſuetudo & obſeruantia illa declarauerit, ita erunt intelligenda, & obſeruanda, & hæc dicĩ potius aſſuetudo,
quam † conſuetudo, vt infra late Ioan. de 140
Amic. *conſ. 42. verſ. 3. coniugali*, & ita Bertaz. *conſ. ciuil. 71. num. 21. & ſeq.* vbi infert ad ſtatutum de aliqua moneta loquente, & concludit, quod ex obſeruatione ſequuta interpretabitur, de qua monetæ qualitate ſit intelligendum, Alex. *conſil. 39. col. 1. vol. 3. & conſ. 211. in fin. lib. 6.* vbi dixit, quod ſi ſtatuta de gabella ſoluenda eſſent in aliquo verbo
dubia, † tamẽ deberet attendi; quod ante- 141
hac fuerat obſeruatum, nec erit recedendũ ab intellectu, & interpretatione declaratiua data à communi obſeruãtia, & facit tex. apertus *in l. ſi de interpretatione, & l. nam Imperator, ff. de legib.* vbi habetur, quod ſi de interpretatione legis quæratur, in primis inſpiciendum eſt, quo iure ciuitas retro in huiuſmodi caſibus vſa fuit, optima eſt enim legum interpres cõſuetudo, nam Imperator noſter Seuerus reſcripſit, in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiſcuntur, conſuetudinem, aut rerum perpetuo ſimiliter iudicatarum auctoritatem vim legum obtinere debere, vnde Bar. *in l. neque leges, ff. de*

Digitized by Google

142 *ff. de legib.* dixit, quod ſi conſuetudo † interpretata eſt aliquem caſum dubiũ in ſtatuto, ſecundum illam ſemper erit iudicandum, idem voluit Pariſ. *conſil. 56. numer. 34. libr. 2.* vbi notauit, quod ſi aliqua reformatio ad ſtatutum, ita in contingentia facti fuerit
143 obſeruata, † vt ſolum corrigat ſtatutum, reſpectu alicuius rei tantum, minime recedendum erit à tali interpretatione obſeruantiæ, & Brun. *in dict. ſtatut. fœm. excluſ. artic. 15. princip. quæſt. 7. numer. 15.* dixit, quod
144 conſuetudo poteſt interpretari † ſtatutum excludens fœminas in talem ſenſum, qui excludat, vel non excludat, & obſtet, vel non obſtet fœminis, & Alberic. *in l. minime*
145 *ff. de legib.* inquit, quod † conſuetudo poteſt inducere interpretationem etiam contra verba ſtatuti, & quod ſi ſtatutum habet varios intellectus, ille amplectendus erit, qui per conſuetudinem interpretatiuam fuerit receptus, idem tenuit Decian. *reſp. 32. num. 14. & plur. ſeqq. libr. 2.* & Dec. *conſil. 538. num. 2.* & Bar. *in d. l. neque leges*, vbi etiam
146 Bal. *num. 3.* docuerunt, quod † licet in dubijs ſtatuti recurrendum ſit ad Principem, vt *in l. & ideo, ff. de legib. & in l. cum de nouo, C. eod. titul.* tamen fallit, vbi conſuetudo eſſet interpretata ſtatutum aliàs dubium, nam tunc illi ſtandum eſſet, quia vbi ſimile habemus, non eſt recurrendum pro declaratione ad Principem, & quod omnis
147 diſpoſitio, † ſiue legalis, ſiue ſtatutaria, ſiue hominis priuati, ſiue Principis regulam recipit à conſuetudine, probatur aperte per ea, quæ tradidit Dec. *conſil. 48. colum. 1. num. 2.* Felyn. *in cap. cum M. num. 8. de conſtit.* Innocen. *in c. olim, num. 2. de verb. ſignif.* Alex. *conſil. 37. num. 9. verſic. præterea ſi contractus, lib. 2.* & latiſſime per Gabr. *concluſ. 1. titul. de conſuetud.* & Ioſeph. Ludouic. *in concluſ. 38. per tot.* & quod in dubijs ſequenda ſit illa
148 opinio & intellectus, † quem conſuetudo approbauit, docuit Dec. *conſil. 131. col. penul. verſic. ſed non obſtat*, & talis conſuetudo interpretatiua non dicitur noua diſpoſitio, ſed † ſtatutum ipſum, ſcilicet ſic interpre- 149
tatum, quæ interpretatio, quam attribuit conſuetudo, eſt obſeruãda, licet poſtea appareat non bona, Socin. *conſil. 145. numer. 2. libr. 1.* Ruin. *conſil. 104. numer. 3. in fin. lib. 5.* Crauet. *conſil. 294. verſic. 21. ibi, amplius dico*, & quod intellectus ille ſumi debeat, quem
effectus, † & rerum exitus verum eſſe de- 150
monſtrat, dixit Crauet. *ibidem*, & latius *in conſil. 210. num. 10. verſ. ſed longius conſideratis*, vbi ideo conſuluit, quod licet quis ex eo ſolum, quod habeat bona in territorio ali-
cuius, † non poteſt, ſi aliàs eſt in reliquis 151
forenſis, aſtringi ſtatuto ibidem diſponente circa deciſoria, quia bona non faciunt aliquem ſubditum, & quod quis poſſit dici ſubditus alicuius, *l. libertus, §. ſola, ff. ad municip. l. reſcripto, §. fin. ff. de muner. & hon.* Paul. de Caſtr. *conſil. 89. poſſet quis dicere, col. 2. circa med. lib. 2.* Ant. de But. Innoc. Abb. & Felyn. *in c. poſtulaſti, de for. compet.* & forenſis non adſtringitur ſtatuto circa deciſoria diſponente, Alexan. *conſil. 164. colum. final. verſic. ad allegat. 4, lib. 6. & conſ. 138. lib. 1. & conſil. 6. lib. 5.* tamen ſi ita ſe habuit obſeruantia in illo loco, & vſus per longum tempus, etiam forenſis adſtringetur, & ante eum Iaſ. *in conſil. 128. colum. penult. in princip. libr. 1.* Et quod ſtante conſuetudine interpretatiua ſtatuti, non ſit vlterius ambigendum, voluit Grat. *conſil. 45. num. 12. libr. 1.* hinc etiam not. Gozad. *conſ. 37. numer. 14.* quod ſi
extaret communis obſeruantia, † quod a- 152
liquod ſtatutum particulare non obſeruaretur, nõ obſeruabitur tale ſtatutum propter illius inobſeruantiam, ſicut econtra obſeruabitur illud, quod aliquo caſu communis obſeruantia fuerit interpretata, habere locum, idem, & plura alia ad hoc accumulat Bertaz. *dict. conſ. ciuil. 71. numer. 21.* ad idem vide Carpa. *vbi ſupra dict. cap. 174. in fin. lib.*

Digitized by Google

ſin. libr. 2. & Cepol. *conſil. ciuil. 34. nu. 6.* vbi
153 dixit, quod licet ſtatutum prohibeat † re-
ductionem, reſtitutionem, & ſupplicatio-
nem à ſententia lata per arbitratores, ſi ta-
mē ſemper fuerit intellectum, & interpre-
tatum, quod poſſit peti reductio ad arbi-
trium boni viri, quando eſſet enormiſſima
læſio, à tali interpretatione non erit rece-
dendum, & ſi talis interpretatio eſſet no-
toria, ſufficiet, ſi iudex interroget Tabel-
liones, ſiue Actuarios, an ita fuerit inter-
pretari conſuetum.

Primo ſubamplia, & vera ſit ampliatio,
etiamſi non probaretur ita in facto ex cō-
154 ſuetudine obſeruatum, † ſed tantum quod
omnes opinantur, tale ſtatutum ita eſſe in-
telligendum, & interpretandum, & ita lō-
go tempore opinatum, nam talis opinio
eſſet obſeruanda loco ſtatuti ex ea ita in-
terpretati, Decian. *d. reſp. 46. nu. 130.* per ea,
quæ voluit Geminian. *in c. conqueſtus, de fer.*
vbi etiam Ioan. Andr.

Secūdo ſubamplia, vt procedat amplia-
tio, etiamſi verba eſſent impropriãda, nã
155 nihilominus † ſequi debemus intellectum
& interpretationem à cōſuetudine appro-
batam, ita Socin. *conſ. 209. col. vltim. verſ. nono
comprobo, lib. 2.* allegans Anton. de Butr. *in c.
cum dilectus, de conſuet.* quod etiam confir-
mauit Decian. *d. reſp. 46. n. 134.*

Tertio ſubamplia, vt interpretatio ſta-
156 tuti proueniens † à conſuetudine præ cæ-
teris ſit attendenda, per tex. *in d. l. ſi de inter-
pretatione, ff. de legib. In primis enim,* inquit
tex. *& ſic ante omnia, ſi de interpretatione le-
gis quæratur, inſpiciendum eſt, quo iure ciuitas
retro in huiuſmodi caſibus vſa fuit.*

Quarto ſubamplia, vt etiam interpreta-
tio à conſuetudine habeat locum, quam-
157 uis extaret ſtatutum, † quod contra iura
ſcripta non poſſit allegari cōſuetudo, quia
tale ſtatutum intelligitur de conſuetudine
contraria ſtatutis, in quo multa requirun-
tur, vt not. *in c. fin. de conſuet.* ſecus in con-
ſuetudine interpretatiua, quæ non aduer-
ſatur, nec contradicit, ſed declarat, ita Dec.
conſil. 11. num. 10. quod nota pro noſtro ſta-
tuto Ianuæ † ſub *rub. de extrinſeco intellectu,* 158
lib. 1. c. 16. dum prohibet allegari conſuetu-
dinē contra ſtatuta, vt intelligatur de con-
ſuetudine derogatiua, aut contraria, vt e-
tiam verba ipſius indicant, non autem de
conſuetudine interpretatiua, per quam
ſtatuti verba declarantur, in quem ſenſum
conſueuerunt intelligi.

Quinto ſubamplia, vt prædicta amplia-
tio locum † habeat, etiamſi talis conſuetu- 159
do interpretatiua non eſſet præſcripta, nō
enim requirit præſcriptionem, prout aliæ
cōſuetudines, ſed ſufficit ita aliquando fu-
iſſe obſeruatum, Crauet. *conſil. 118. num. 2. &
conſ. 201. num. 10.* & Paul. de Caſtr. *conſil. 348.
n. 4. libr. 1.* vbi dixit, quod ideo non requi-
ritur præſcriptio, quia præſcriptio proce-
dit ſuper re certa, † contra quam præſcri- 160
bere intendimus ad illam tollendam, ſecus
in conſuetudine interpretatiua, quæ tan-
tummodo inducitur ad declarationem a-
ctus dubij, & ſic verſatur ſolū circa caſum
dubium, non ad illum tollendum, ſed ad
declarandum, & facilius eſt declarare, quã
quod † certum eſt tollere, & Ant. de Butr. 161
*in d. c. fin. numer. 47. verſ. ex his dicit Nicol. de
Mat. de conſuetud.* notauit, quod iſta con-
ſuetudo interpretatiua dicitur potius, vt
ſupra tetigimus, † aſſuetudo, id eſt, obſer- 162
uantia quædam, quæ differt à cōſuetudine
in plurib. vt ibi per eum, & præcipue, quia
conſuetudo exigit tempus ad habitum fir-
mandum populi, hæc autem non exigit
tempus, ſed ſufficit aliquibus actibus hoc
obſeruatū, quod relinquitur arbitrio iudi-
cantis, differt etiam à cōſuetudine in effe-
ctu, † quia conſuetudo, vt iuris vim omnē 163
legis habet obſeruãtia, vt facti, habet tan-
tum vnicum effectum declaratiuum, vel

P iuris,

iuris, quoad verba dubij, vel omiſſi à iure declarandi, vel verborum loci, aut vocabulorum, vel omiſſi ab hominibus ſupplēdi, ideo ſi lex eſt dubia, & multipliciter intelligibilis, ſeruari debet, quod pluries erit ſeruatū à populo, licet non ſit hoc præſcriptum, dum tamen alteri legi non obuietur aperte, quia tūc oportet, q̄ ſit conſuetudo hæc, Ant. de But. *vbi ſupra*, ex quo nota, quod dum diximus ſupra, & dicemus infra, & dicunt Doctores, quod conſuetudo operatur ad interpretationem ſtatuto-
164 rum, intelligunt de conſuetudine, † quę nō aduerſatur ſtatuto, nec tēdit ad derogationem illius, ſed ſolum ad illius verba dubia, aut mentem incertam declarandam, & in qua per conſequens non requiritur aliqua præſcriptio, ſed ſufficit, quod ex aliquibus actibus ita fuerit obſeruatum, cum nō dicatur proprie conſuetudo, ſed potius aſſuetudo, vt ſupra, ſi autem ageretur de cōſuetudine contraria ſtatuto, & derogante illius diſpoſitioni, tunc bene requireretur præſcriptio, & eſſēt neceſſaria in eo omnia requiſita ad propriam conſuetudinem inducendam, prout dicit Ant. de But. *vbi ſupra*, & prout ſupponunt alij Doctores, & nos de hac diximus late in concluſione, quod ſtatuta non ligant forenſes, ad quæ recurre, ſubampliationem ſequutus eſt etiam Dec. *conſil. 48. n. 2. & in conſ. 441. numer. 13. & in leg. ſemper in ſtipulationibus, in fine, de regul. iur.* Decian. *dict. reſp. 46. numer. 129.* Crauet. *conſil. 101. numer. 4. verſicul. & adeo potens eſt*, Menoch. *conſil. 21. numer. 15. lib. 1. & conſil. 75. numer. 76. eodem lib. 1. & de arbitr. iudic. caſ. 99. num. 11.* Alexand. *conſil. 8. num. 7. libr. 6.* Corn. *conſil. 83. libr. 3. & conſil. 188. columnn. final. libr. 4.* Aretin. *conſil. 1. column. vltim. verſicul. ſed tamen, & conſil. 95. numer. 6. & conſil. 11. columnn. 3. verſicul. ſed tamen*, Socin. *conſil. 3. numer. 5. libr. 1. & conſil. 111. column. final. verſicul. ſed certe poſſumus, eodem libr. 1.* Alexan. *conſil. 107. columnn. penultim. volum. 2.* Gabr. *dict. concluſ. 1. numer. 70.* & Ludouic *dict. concluſ. 38. verſicul. ampliatur primo.* Idem Roch. de Cur. *in ſuo tractat. de conſuetud. in gloſſ. final. ſect. 3. numer 31.* vbi aliam rationem adducit, quare iſta cōſuetudo nō requirit curſum temporis, ſicut alia, quia videlicet iſta conſuetudo interpretatiua nō dicitur induci ad faciendum ius non ſcriptum in loco, ſed ad iam inductū declarandum, alia autem operatur ius ipſum, quoad populum illum inducentem, & ideo requiritur tempus tale, quod colligitur circa illam conſenſus populi, † quod 165
eſt decennium ſecundum communem opinionem Legiſtarum, de qua per Ant. de But. *vbi ſupra n. 39. verſ. quod decem anni.*

Sexto ſubamplia, quod ſtatutum, quod aliâs non valeret, † ſi tamen ex conſuetudi- 166
ne eſſet interpretatum, illud valeret in aliquo caſu, vel generaliter in omnibus caſibus, & ſic fuerit obſeruatum, recipiat tale fomentum ab huiuſmodi conſuetudine, quod ſemper valebit, ita Decian. *d. reſp. 46. n. 123.* & fuit de mente Anton. de Butr. *in d. c. cum dilectus, col. 5. n. 50. ibi*, ex quo infertur, quod licet non valeat ſtatutum contra ius, tamen ſi ex conſuetudine contra ius interpretatur ex iuribus conſuetudinis, poteſt ſtatutum cōtra ius trahi, & facit, quod voluit idem Decian. *vbi ſupra, num. 135.* quod actus, qui aliâs aliquam oppoſitionem pateretur, † tamen ſi de facto diutius fuerit 167
obſeruatus, haberi debet pro valido, nec poterit reuocari, per gloſſ. fin. *in l. qui habebat, ff. de manumiſ. teſtam.* & Alc. *conſ. 53. lib. 9. nu. 6.* dixit, quod † ſtatuta quando ſunt per 168
conſuetudinem approbata, debent obſeruari, licet ſit dubium, an de iure valeant, Calc. ad idem *conſ. 3. & conſ. 7.* Socin. *conſil. 145. n. 3. ver. confirmatur, li. 1.* Abb. *conſ. 27. li. 7.*

Septimo ſubamplia, vt prædicta tanto- magis

169 magis procedant, † ſi ageretur de conſuetudine interpretatiua, contra quam nulla extaret memoria, & quæ in tali caſu tanq̃ conſuetudo notoria, & inueterata non opus eſt, vt probaretur, ſed iudex ſe poſſet ex ſeipſo informare, ita Decian. *vbi ſupra, nu. 121. & reſp. 32. num. 46. lib. 2.* Ioſeph. Ludou. *in d. concluſ. 38. verſic. ampliatur ſexto*, cum ibi per eum alleg. & omnes Doctores, *in dict. l. de quibus, ff. de legib.* Bal. *in l. 1. col. 2. verſicul. ſed hic quæro, C. ad Velleian.* & faciunt ad hoc ea, quæ late de conſuetudine immemorabili dicit Bertaz. *in d. conſ. ciuil. 71. n. 38. & plur. ſeq.*

Octauo ſubamplia, vt tanto magis præ-
170 dicta vera eſſent, † ſi ageretur de conſuetudine fauorabili, & quæ nos reduceret ad ius antiquum, vel ad ius cõmune, quia tali caſu tanto magis admitteretur, quanto res de facili redit ad ſuam naturam, *l. ſi vnus, §. pactus ne peteret*, vbi Iaſ. *num. 6. ff. de pact. c. ab exordio, 35. diſt.* Felyn. *in c. cum acceſſiſſent, col. 2. de conſtit.*

Nono ſubamplia, vt ſufficiant duo, vel
171 tres actus ad † inducendam huiuſmodi conſuetudinem, & obſeruãtiam, prout ita fuiſſe tentum in Rota Romana in vna Bononien. Sancti Andreę, coram D. de ſancta cruce, teſtatur Ant. Maria de Papazzo, *in addit. ad deciſ. vltim. Rot. de conſuetud. in nou.* & tenuit Ioſeph. Ludouic. *vbi ſupra, ver. ampliatur ſecundo*, ſed melius hoc iudicabitur ex arbitrio iudicantis, cui relinquendum eſt, vt dixit Ant. de Butr. *in d. c. fin. de conſuet. n. 47. verſ. ſecundo differt*, & nos ſupra.

Primo declara modo ſupra dicta, quod data varietate in conſuetudine illa dicetur in caſu noſtro, & quoad effectum inter-
172 pretandi ſtatutum conſuetudo, † quæ magis, & à maiori parte populi loci ſtatutorũ erit obſeruata, ita Dec. *conſil. 11. col. 12. verſic. ſecundo reſpondetur*, Bertaz. *conſil. ciuil. 39. nu. 32.* Bero. *conſil. 87. numer. 21. lib. 3.* idem Dec. *conſil. 215. numer. 2. verſ. namque plures*, Menoch. *conſil. 75. nu. 76. libr. 1.* & faciunt, quæ nos diximus in concluſ. *de communi vſu loquendi circa interpretationem ſtatutorum*, dũ firmauimus, quod † ille dicetur communis 173
vſus loquendi, à quo ſtatuta interpretationem ſument, qui erit frequentior, & vſitatior in ciuitate.

Secundo declara, quod tunc eſt locus interpretationi ex obſeruantia prouenięnti, quouſq; ſumus in verbis dubijs ſtatuti, nam † ſi eſſent verba clara, tunc talis in- 174
terpretatio & obſeruantia ceſſaret, Rot. *deciſ. 108. n. 6. par. 1.*

Et nota, quod ſi occurreret caſus non determinatus à ſtatuto, neque à conſuetudine, † ſed eſſet ſolum ſimilis comprehen- 175
ſorum à ſtatuto, & determinatorum à cõſuetudine, vnde oriretur dubium, an pro reſolutione illius eſſet ne recurrendum ad ſtatutum, an potius ad cõſuetudinem, erit tibi diſtinguendum, q̃ ſi caſus occurrens erit de materia conſuetudinis, recurrendum erit ad ſimile conſuetudinis, ſi vero erit de materia ſtatuti, recurrẽdum erit ad ſimile comprehenſorum in ſtatuto, ſi autẽ materia erit indifferens, recurrendum erit ad illud, quod magis ratio ſuadebit, ſi autẽ in vtroque eadem ratio vigebat, recurrendum erit ad determinationẽ ſtatuti, quod cenſetur in viridi obſeruantia, & cui ciues acquieſcere præſumuntur, quouſque non appareat de cõtrario, prout ſic per multas rationes, & auctoritates diſtinguit Euerar. *in ſua cẽt. in loco à ratione legis larga, n. 77.* & idem colligitur ex traditis per Barba. *in d. l. de quibus, col. 2.* vbi etiam Angel. *columm. 3.* & Dec. *in d. c. tranſlato, in fine.*

Decimo amplia etiam concluſionem, vt habeat locum quoq; in præfatione ſtatuti, † à qua ipſum ſtatutum recipit decla- 176
rationem, & euidentem intellectum, quia proœmium, & præfatio oſtendit cauſam finalem, † qua moti fuerunt ſtatuentes, & 177

Digitized by Google

ſemper eſt conſideranda ratio, qua ſtatuentes fuerunt inducti ad ſtatutum cōdendum, Oſaſc. *deciſ.58. num.5.* Pariſ. *conſ. 83.nu. 13. & ſeq. volum. 3.* Bart. *in l. fin. num.3. ff. de hered. inſtituen. & in l. 1. in princ. ff. ad Maced.* Alexan. *conſ. 7. numer. 5. vol.2. & conſ.54.nu. 11. vol. 4.* Socin. *conſ. 165. numer. 6. & 7. lib.2.* Barbat. *conſ.19. colum.1. volum.1.* Dec. *conſ.10. num.12. & conſ. 532. num.9.* & hinc dixit Bar. *in l. cum hi, in princip. & §. eam tranſactionem, num. 1. ff. de tranſact.* quod ſequens diſpoſi-
178 tio † à præfatione reſtringitur, & declaratur, & *in l. regula, in fine, ff. de iur. & fact. ignor.* docuit, quod ſi præfatio legis eſt generalis,
179 generaliter † etiam debet intelligi res ipſa, & ibidem ſubiunxit Bald. quod legis præ-
180 fatio præbet intellectum toti legi, † ſicut etiam procemium, & præfatio ſtatuti coniecturam facit eorum, quæ ſtatuentes ipſi voluerunt, & Roman. *in conſil.16. numer. 4.* ſcripſit, quod ex præfatione ſtatuti diſpoſitio huiuſmodi, ac mens reſtringitur, extenditur, atq; declaratur, ibique Mandoſ. affirmat, præfationem eius eſſe naturæ, vt
181 mentem † diſponentis, cauſamque diſpoſitionis demōſtret, & ob id ex ea ad diſpoſitionis reſtrictionem, ampliationem, & declarationem argumentum ſumere licere, & idem voluit Riminal. *conſ.25. num. 29. lib. 1.* Rol. à Val. *conſ.49. num.43. libr.1.* Roman. *conſil. 238. numer. 3.* Tiraquel. *in ſuo tractat. ceſſante cauſa, limit.1. numer.65.* Barbat. *conſil. 10. columm. penult. verſ. & ſi quiſpiam, vol.1.* Cur. ſen. *conſ.49. nu. 26.* Bert. *conſil. 182. vol.1.* Marſ. *conſil.19. numer.5.* Dec. *conſil.134. num. 2.* Curt. iun. *conſ.5. num.19.* Rip. *reſp.3. numer. 7. libr.2.* Lap. *alleg.101. numer.24. verſic. circa ſecundum.*

Primo ſubamplia adeo prædicta procedere, vt vbi non habet locum præfatio, nec
182 etiam † locum ſtatutum habebit, ita Bertaz. *in conſil. crimin.210. numer.19. lib.1. & conſil.439. num.23. libr. 2.* poſt Oſaſc. *d. deciſ.58. num.6.* & Lanfranc. *in cap. quoniam contra, in 2. not. de probat.* & faciunt infra.

Secundo ſubamplia, vt procedat ampliatio, etiam quando ſui natura diſpoſitio ſtricte interpretaretur, † vt quia in ea age- 183
retur de materia, in qua ſtricta de iure deberet ſumi interpretatio, nam ob præfationem, rationem tamen ſtatuti cōtinentem expreſſam, large diſpoſitio interpretari deberet, ita Crauet. *conſil.192. numer. 21.* Socin. *conſ.91. col.1. libr.1.* Dec. *conſil.10. num. 2. verſic. primo, quia,* Gozad. *conſ.1. numer.16.* Menoch. *de præſump. libr.6. præſumpt.2. num. 13.* & eſt ratio, quia cauſa † ſeu ratio, quæ 184
colligitur ex procemio, ſeu præfatione, cēſetur in ſequentibus repetita, Bart. *in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, ff. de verbor. oblig. & in l. Titia, §. idem reſpondit, eodem titul.* Calcan. *conſil. 7. columm. 5. in princ.* Crauet. *dict. conſil.192. numer.21.* & ideo ſequens diſpoſitio ſecundum dictam declarationem regulari debet, nam plus eſt attendenda ratio, † & mens ſtatuētium, quam ipſius ſta- 185
tuti verba, & diſpoſitio. Alexan. *dict. conſil. 54. numer.9. & ſeq. volum.4.* Oſaſc. *d. deciſ.58. numer. 7.* & hinc etiam dicebat Bal. *in l. omnes populi, colum.3. numer.59. de iuſtit. & iur.* quod † vbi ratio motiua ſtatuti non poteſt 186
ſaluari, tunc non debemus ſequi ſenſum literalem, & planum ipſius ſtatuti, nam ratio reſtringit, limitat, & regulat ſtatutum, *l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de legat. 2.*

Limita ampliationem prædictam, vt ſi concluſio & diſpoſitio ſtatuti aliud terminaret, & concluderet, † quam præfatio i- 187
pſa ſonaret, ſtabitur tunc potius concluſioni, & diſpoſitioni ſtatuti, quam præfationi, ſicut quando textus repugnat rubricæ, ſtatur magis textui, quam rubricæ, Menoch. *dict. præſumpt.2. num.15. & ſequ.* de mente Purpurat. *in leg. cum quid, numer. 10. in fine, verſicul. ſecundo declaretis, ff. ſi cert. petat.* & per not. *in l. 1.* vbi præcipue

Iaſ.

Iaſ. *ff. eod. tit.* Euerard. *in ſua cent. in loco à rubro ad nigrum, num. 12.*

Sublimita, niſi præfatio ſtatuti haberet, vt dicebamus, in ſe rationem expreſſam,
188 quare † ſtatuentes fuerint moti ad ſtatutum condendum, nam tunc ſtabitur potius præfationi ob rationem finalem in eo expreſſam, quam diſpoſitis, & terminatis à ſtatuentibus, qui in tali caſu dicerentur erraſſe in modo determinandi, & concludendi eorum intentionem, & mentem, poſtquam, qualis eſſet, iam expreſſerant aperte in præfatione, nec cenſentur ſe in eodem actu correxiſſe, aut ſibi ipſis cõtrariaſſe, & ideo, poſtpoſitis verbis ſtatuti, erit illius ſenſus, & intellectus regulandus à ratione expreſſa in præfatione, quæ dicitur eſſe anima ſtatuti, & quæ, ſi ſaluari non poteſt, vt dicebamus, nec etiam ſenſus literalis, & planus ipſius ſtatuti ſequendus erit, rationibus, & auctoritatibus, de quibus in præcedenti ſubampliatione, & argumentum, vt ſupra, allegatum per Menoch. de rubrica ad præfationem, procedet, quãdo rubrica eſſet reciſa, nec haberet, prout de præfatione dicebamus, rationem in ſe perfectam, quo caſu nõ eſt mirum, ſi nigrum, in quo latius, & forte diuerſa, & contraria ad ea, quæ rubrica præciſa, & reſtricta ex eius lectura innuit, diſponuntur, magis attenditur, quod ſecus eſt, quando rubrica habet perfectam rationem, & certa mens ſtatuentium ex eius verbis ſine vlla ſuppletione percipitur, vt de præfatione ſupponimus, nam tunc nedum non corrigitur à textu, ſed potius ad ſimilitudinem præfationis textus ipſe vno modo loquens ab ea ampliabitur, & ſupplebitur ad intellectum, & generalitatem ipſius rubricę, Dec. *conſ. 527. nu. 11.* Bertaz. *conſil. crim. 35. n. 1. lib. 1.* Hier. Gabr. *cõſ. 12. n. 6. lib. 1.* & nos *infra prox.*

XI. Amplia, vt ſtatutum recipiat interpretationem etiam à rubrica ipſius, Dec. *conſil. 508. num. 3.* vbi ideo dixit, † quod ex 189
diuerſitate rubricarum oſtenditur diuerſitas † ſenſus ſtatutorum, & idem voluit *in d.* 190
l. 1. vbi etiam Alexand. Iaſ. Alberic. & alii communiter Dd. *ff. ſi cert. petat.* Corn. *conſil. 67. num. 1. l. b. 1.* Bald. *in conſil. 34. num. 3. lib 5.* vbi docuit, quod vbi text. eſt dubius, declaratur † per rubricam, quæ quandoq; 191
habet ampliare textum, & quandoque reſtringere, nam rubrica eſt quaſi initium legis, idem voluit *in conſil 378. num. 5. eod. lib. 5.* & quod rubrica † oſtendat mentem ſta- 192
tuentium, & ex ea argumentum ſumi poſſit ad ſtatutum ipſum, voluit gloſſ. & ibidem Bart. *in l. 1. C. de capita ciuil. cenſ eximen. lib. 11.* Roman. *d. conſil 16. num. 4.* vbi Mandoſ. *in addit* Curt. iun. *conſil. 5. num. 15. & conſil. 107 num. 2.* vbi de communi opinione teſtatur, prout illam etiam communem dicit Dec. *in d. l. 1. ff. ſi certum petat.* & quod illa interpretatio ſumenda ſit, † quæ eſt magis 193
conſona rubricæ, voluit gloſſ. *in cap. bona,* & ibi Abb. *circa fin. de confirmat. vtil. vel inutil. & in c. cum monaſterium,* vbi Ioan. Andr. Imol. & Abb. *de elect.* hinc dixit Bal. *in l. 2. ff. de ſtat. hom.* quod prælatio elicitur † ex ordi- 194
ne rubricarum, & idem gloſſ. *in rubr. ff. de eo, per quem.*

Primo ſubamplia, vt prędicta tanto magis procedant, † ſi rubrica per verba diſpo- 195
ſitiua loqueretur; nam tunc per conſequens, nedum interpretationem daret, ſed etiam prout nigrum diſponere diceretur, ita Corn. *conſil. 67. num. 1. vol. 1.* per gloſſ. & Dd. *in rubr. C. ne fideiuſſ. dot. den. & in rubr. C. etiam ob chirograph. pecun.* & per Imol. *in rub. de verb. oblig.*

Secundo ſubamplia, vt etiam rubrica, ſi reperiatur ſine textu, † poſſit nihilominus 196
nedum inſeruire pro argumento voluntatis ſtatuentium, ſed etiam allegari ad deciſionem cauſarum, ſi habet orationem perfectam, Iaſ. *in d. l. 1. num. 10. ff. ſi cert. petat.*

P 3 de

de mente Angel. Aretin. *in proœm. Inſtit. in 8. col.* & per gloſſ. *in l. 1. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſ.*

Tertio ſubamplia, quod rubrica generaliter loquens, nedum ſeruit ad interpre-
197 tationem † diſpoſitorum in ſtatuto, ſed etiam ob ſuam generalitatem illud ampliat, Corn. *d. conſil. 67. num. 1.* vbi notauit, quod ſi rubrum ſtatuti diſponeret, quod mulier dotata non ſuccedat, & nigrum dixerit, quod ſoror dotata non ſuccedet, tunc non ſolum ſoror excluditur, ſed etiam alia mulier propter generalitatem rubricæ, ſicut pariter ſi ſtatutum diceret, quod vir lucretur tertiam partem dotis traditæ, trahetur etiam ad dotem non traditam, ſed tantum promiſſam, ſi generaliter verba rubricæ diſponerent, quod vir lucretur tertiam partem dotis, iuribus, & auctoritatibus ibi per eum adductis, propter quas refert ſe in
198 diuerſis caſibus pluries conſuluiſſe, † quod ſtatutum exorbitans, licet ſtricte loqueretur, tamen propter generalia verba diſpoſitiua rubricæ magis generaliter deberet intelligi, pro quo facit, quod reſpondit Caſtrenſ. *conſil. 83. nu. 4. lib. 2.* vbi voluit, quod ſi rubrica ſtatuti generaliter diſponat, quod
199 mulier † extantibus maſculis non ſuccedat, textus autem dicat, quod mulier extantibus maſculis non ſuccedat patri, ille tamen textus declarabitur à generalitate rubricæ, vt etiam non ſuccedat mulier patri, matri, auo, & ſimilibus, ad idem facit Socin. ſen. *conſil. 128. num. 8. lib. 4.* & quod ſi rubrica ſit generalior nigro, ſeruiet ad in-
200 terpretationem ipſius nigri, † imo quod attendatur generalitas rubricæ, non obſtante, quod nigrum limitate loquatur, voluerunt Crauet. *conſil. 61. num. 1.* Dec. *conſil. 527. num. 11.* Bero. *conſil. 51. num. 2. vol. 2.* Nat. *conſil. 282. num. 10. vol. 2.* Bertaz. *conſil. crimin. 35. num. 1. lib. 1.* Burſat. *conſil. 12. num. 16. lib. 1.* Paul. de Caſtro *conſil. 83 præſens caſus, col. 2. ad fin. lib. 2.* Alex. *conſil. 1. col. 2. verſic. præterea poſito, quod in nigro, lib. 4. & in conſil. 89 col. 2. ad fin. verſic. pro hac etiam adducit, lib. 6. & conſil 6. col. 1. ad fin. verſic. ſecundo præſuppono, lib. 7.*

Primo declara ſubampliationem, vt procedat, dummodo rubrica diſpoſitiue
loquatur, † & habeat perfectam oratio- 201
nem, vt ſupra diximus, ita Crauet. *d. conſil. 61. num. 1.* Bertazz. *d. conſil 35. num. 1.* Burſat. *d. conſil. 12. num. 16.* Menoch. *conſil. 75. num. 80. lib. 1.* & communiter Dd. *in d. l. 1. ff. ſi cert. pet.* ac alii ſupra in præcedenti proxima ſubampliatione citati, & Hieron. Gabr. *d. conſil. 12. nu. 6. lib. 1.* vbi hanc communem ſen-
tentiam affirmat, † & perfectam oratio- 202
nem habere rubricam, tunc dicit, cum certa mens ex eius verbis ſine vlla ſuppletione percipitur.

Secundo declara, quod ſi rubrica non numerat caſus, ſed generaliter tantum lo-
quitur, † & adeo clara, & perfecta eſt, vt 203
mentem certam, & nõ obſcuram ſtatuentium oſtendat, ſtatutum autem de aliquibus tantum caſibus loquatur, ſi tamen eadem ratio expreſſa in ſtatuto, aut maior ad. eſt in caſibus omiſſis à ſtatuto, & ſub generalitate rubricæ comprehẽſis, tunc cõcurrẽte generalitate rubricæ, & ratione ſtatuti, rubrica haberetur pro lege, & ſtatutum nedum per ipſum interpretaretur, ſed etiam ſuppleretur in caſib. eandem, vel maiorem rationem habẽtibus, quamuis enim non concordante rubricæ generalitate, ratio ſola ſtatuti non ſufficeret ad hoc, vt viderentur comprehenſi in ſtatuto caſus omiſſi, quia ratio illa putaretur reſtricta ſolum ad perſonas in ſtatuto expreſſas, per notata *in l. 4. §. toties, ff. de dam. infect. & in l. Diuus, § & quatenus, ff. de falſ. & in l. illam, C. de collat.* Dec. *conſil. 71. col fin.* tamen propter generalitatem rubricæ interpretatio fiet, vt omnes caſus ſub ratione comprehenſi ſtatuto includi dicantur, & ex hoc concor-
datur

Digitized by Google

204 datur Bald. † ſi aliquando reſpondit propter rationem ſolam onerum matrimonii ſtatutum de dote tradita lucranda nõ procedere in promiſſa, vt *in conſil. 333. vol 4.* ſi poſtea etiam propter generalitatem rubricæ alias conſuluit, procedere etiam in promiſſa, vt hoc etiã notauit Iaſ. *in d l. 1. n. 9. ff. ſi certum petat.* & in effectu ſi cum generalitate rubricæ concurreret ratio ſtatuti, nedum rubrica faciet argumentum, & tribuet interpretationem, quoad caſus in ſtatuto expreſſos, ſed etiam quoad alios eandem, vel maiorem rationem habentes, vt in caſibus, de quibus per Corn. *d. conſil. 67. num. 1.* per Caſtrenſ. *conſil. 83. num. 4. lib 2.* & per alios *ſupra*, ſed ſi rubrica erit quidem verbis generalibus concepta, ſine tamen numeratione caſuum, nec conſtet eandem rationem ſtatuti vigere in omnibus caſibus, qui poſſunt ſub generalitate rubricæ dici comprehenſi, tunc rubrica nedum ob generalitatem, vt ſupra dicebamus, non ſupplebit ſtatutum ad omnes caſus generales, vltra in ſtatuto expreſſos, ſed potius tanquam obſcura declarabitur, & reſtringetur per ſtatutum ad caſus in eo nominatos, ita declarauit Gabr. *d. conſil. 12 num. 4.* vbi hanc communem opinionem teſtatur, allegans ad id gloſſ. *in l fin. in verb. militiæ, C de iuriſdict. omn iudic. & in l. 1. C. ne ruſtica. ad vll obſeq. lib. 11.* & notatur *in d. l. 1. ff. ſi certum petat.* Iaſ. *num. 5.* Curt. *num. 13.* Ripa *num 15. & 17.* Bolognet. *num. 14 & 18.* Alciat. *in 3. caſu*, & per Socin. *conſil. 29 num. 5. vol. 1.* & Socin. iun. *conſil. 31. num. 7. & conſil. 138. num. 4 vol. 1.* & ibidem idem Gabr. affirmat hoc procedere non ſolum, quando ratio eſt expreſſa in ſtatuto, vel tanquam vnica habetur pro expreſſa, ſed etiam quando non eſt ita clara, ſed tamen fit clara per diſpoſita ab ipſo ſtatuto, & ita omnes ſupra citatos Dd. ſentire affirmat, & dum dixit de rubrica concepta verbis generalibus, ſine tamen numeratione caſuum, fuit, quia ſi rubrica deſcenderet ad caſuum particularium numerationem, † non poterit dici ſimpliciter generaliter loqui, & 205
tunc caſus expreſſi in rubrica debebunt ſuppleri in nigro, ſi fuerint omiſſi, etiamſi expreſſi in nigro non eandem rationem cum reliquis expreſſis in rubrica continerent, ne rubrica tali caſu videretur in illis ſuperflua, ita Gabr. *d. conſil. 12. num. 1.* vbi dixit, quod tali caſu rubrica habetur pro initio legis, & videntur in nigro expreſſi ſolum aliqui caſus ex pluribus nominatim comprehenſi à rubrica gratia exempli, & non ad reſtrictionem rubricæ, vnde reliqui omiſſi ſine dubio ſupplentur ex rubrica, quod dicit etiam fuiſſe de mente Aret. *in rubr. de verbor. oblgat.* & Salycet. *in d. l. 1. num. 16 ff. ſi cert. petat.*

Tertio declara, vt non procedãt prædicta, quando rubrica eſſet generalior diſpoſitis in ſtatuto, † & illam ita generaliter 206
intelligẽdo iniquitas reſultaret, nam tunc nedum non ſeruit pro latiore interpretatione ſtatuti, ſed potius ipſummet ſtatutum illius reſtrictionem ad per eum diſpoſita operatur, ita Cephal. *conſil. 146. num. 14 lib. 1.* vbi etiam *n. 15.* inquit, † quod vt ini- 207
quitas euitetur, debet potius rubrica reddi ſuperflua, ad idem Crott. *in l qui Romæ, §. duo fratres num. 22. ff. de verborum obligat.* & faciunt alias à nobis adducta, & præcipue in concluſ. *de ſtatuto ſtricte interpretando*, dum probauimus, ſtatuta potius interpretanda, vt nihil operentur, quam quod iniquitatem contineant, prout etiam *infra.*

Quarto declara, vt non procedat ampliatio, † quando rubrica eſſet omnino 208
contraria diſpoſitis in ſtatuto, nam tunc magis ſtatutum attẽditur, & diſpoſitum in eo tanquam poſterius, quam rubrica, cum poſteriora derogent prioribus, ita Alberic. Salycet. Alexand. & Iaſ. *in d. l. 1. ff. ſi certum petat.*

petat. Iaſ. *in rubr. Inſtit. de act.* & poſt omnes Euerard. *in ſua centur. in loco, à rubro ad nigrum, num. 12.* & facit, quod dicit Gabr. *d. conſil. 12. num. 1.* dum voluit, quod generalitas rubricæ operetur circa interpretatio-
209 nem textus, † quando in textu reperitur obſcuritas, ſecus autem quando adeſt contrarietas, & faciunt etiam per nos ſupra allegata de non admittenda coniectura in claris, & de non adhibenda interpretatione ad mentem ſtatuentium certam, & determinatam, ſed in hoc dic, vt ſupra fuit concluſum de præfatione in limitatione, & ſublimitatione.

Duodecimo amplia concluſionem, vt
210 ſtatuta † in materia proportionata iiſdem coniecturis, & modis interpretentur, quibus & mens teſtatoris, Rota *deciſ. 232. nu. 2. part. 1.*

211 Primo, limita modo concluſionem, † vt non procedat, quando ius commune aliquid diſponeret nō ſecundum veritatem, ſed ſecundum fictionem, quia talem interpretationem ſtatutum nō aſſumeret, cum illud ſit intelligendum proprie, & vere, nō autem improprie, & ficte, Bart. *in d. l. omnes populi, in 6. quæſt. princip. verſic. vlterius quæro,*
212 *ff. de iuſtit. & iur.* vbi dicit, quod ad hoc, † vt illud quod eſt ſecundum fictionem comprehendatur in ſtatuto, neceſſe habet ſpecialiter exprimi, per text. *in l. 3. §. hæc verba, ibi, de quo fuit neceſſarium edicere,* vbi gloſſ. *ff. de negot. geſt.* idem voluit Crot. *in ead. l. omnes populi, num. 197.* vbi dixit, ex præſenti limitatione verificari dictũ Baldi *in l. ſi quis, C. de Epiſc. & cler. & in l. quicunque, C. de ſeru. fugit* & alibi ſæpe, dum voluit, quod ſi ſtatuto caueatur, vt ſi committens delictum
213 aliquod pœna capitis puniatur, † eſt interpretandum, vt ſolum cōprehendat eos, qui in effectu, & re ipſa delictum illud commiſerint, non autem prout de iure communi, etiam qui ſunt attentati illud facere, ſed non potuerunt, nam quod delictum committens puniatur, etiamſi ſolum animum occidendi habuerit, & attentauerit, licet non ſit ſequutus effectus, eſt de iure communi ſecundum fictionem, ſecundum quam quis ex affectu ad delictum, delictũ ipſum commiſiſſe fingitur, vnde affectus in aliquibus, ſicut effectus, punitur ex prædicta fictione, non autem ſecundum veritatem iuxta diſtinctionem, de qua *in l. 1. §. diuus, ff. ad l. Cornel. de ſicar.* & ideo non recipiet dictum ſtatutum hanc interpretationem, hanc eandem limitationem ſequutus eſt Abb. *in c. at ſi clerici, in princ. col. 5. de iudic.* Imol. & Alexand. *in l. in illa, ff. de verbor. obligat.* & quod generaliter ſtatutum non trahatur ad caſus fictos, voluit Alexand. *conſil. 82. num. 7. lib. 2.* & notatur à Dd. *in l. Gallus §. & quid ſi tantũ ff. de lib. & poſth. & in l. 1. § lex Falcidia, ff ad l. Falc.* & notatur *in c. fin. de conſuet. lib. 6.* Abb. Dec. & alii *in d. c. tranſlato, de conſt.* & pro hoc in argumento facit, quod dixit Bart. *in l. 1. §. hoc interdictum, ff. de font.* vbi voluit, † quod ſi ſtatu- 214
tum prohibeat mulieres portare perlas ſub certa pœna, non comprehendet portantes perlas fictas, & contrafactas, niſi ſpecialiter in dicto ſtatuto fuerit expreſſum, quod neque fictæ poſſint portari, quia debet intelligi ſtatutum de perlis naturalibus, & non fictis, & compoſitis, & Ancharan. *in cap. nouit, de his, quæ fiunt à Prælat.* notauit,
quod † ſtatutum puniens perſonam, non 215
extenditur ad communitatem, quæ eſt, & dicitur, perſona ficta, & Cardin. *in cap. his, qui fidem, de ſponſal.* dicit, quod ſtatutum puniens conſummantem matrimonium certa die, non ligat cognoſcentem ſponſam de facto tali die, & Bald. *in l. 2. §. voluntatem ff. ſolut. matrimon.* docuit, quod ſtatutum requirens conſenſum, intelligitur de
vero, † & non de ficto, & ideo conſenſus 216
per taciturnitatem elicitus non habebit locum.

Digitized by Google

locum in tali ſtatuto, quod nota pro noſtro ſtatuto Sarzanæ conſenſum requirente nonnullorum in contractu mulierum, & minorum, de quo tamen dic, vt late per Tiraquel. *in tract. de legib. connub. in gloſſ. 7. in verſic. expreſſ. in princ. vſque ad num. 49.* & per Lamberteng. *in ſuo tract. de contract. in gloſſ. 7. in verb. conſenſus, num. 1. & 2.* & pro noſtra limitatione facit dictum Abb. *in cap. 1. in 6. colum. de eo, qui mittitur in poſſeſſion.* vbi in-
217 fert, quod ſi ſtatuto caueatur, † quod conuictus de certo crimine debeat puniri certa pœna, deficiens in purgatione non habebitur pro conuicto, vt poſſit pœna ſtatutaria puniri, quia licet deficiens in purgatione puniatur de iure tanquam actor criminis, vt *in cap. inſinuatum, & in cap. de hoc, de ſimon. & in cap. accedens, de accuſat.* tamen quia deficiens in purgatione eſt interpretatiue, ſecundum ius, & non vere conuictus, vt dixit gloſſ. *in cap. inter, de purgat. Canon.* à ſtatuto non dicitur comprehenſus, cui dicto concordat, quod notat Bald. *in l. ſi quis ſeruo, num. 12. C. de furt.* dum concludit, quod ſi conſtitutio Epiſcopi excommunicat facientes furtum, illa pœna non habebit locum in caſu ficto, & faciunt per nos adducta in concluſione, quod ſtatuta ſunt proprie interpretanda, & quod ſtatuta in caſu vero non habent locum in ficto.

Primo ſublimita, vt non procedat limi-
218 tatio in ſtatutis, † quæ ſunt ſecundum, vel præter ius commune, nam tunc dicendum eſt ſicut de iure communi, illa verificari etiam in caſu ficto, quia tali caſu ſtatuta recipiunt extenſionem ſecundum ius commune, ita Alexand. *in d. l. 1. §. lex Falcidia, num. 9. verſic. ſi autem loquimur in ſtatutis, ff. ad legem Falcidiam,* iuribus ibi per eum, idem ſenſit Ioan. Andr. *in d. cap. fin. ſuper verb. per alios, de conſuetud. lib. 6.* Abb. *in cap. ad audientiam, de cleric. non reſid. & in d. cap. inſinuatum, num. 6. & fin. de ſimon.* vbi dixit, quod ſtatuta recipiunt omnes limitationes, † & interpretationes iuris impro- 219
prias, & ſtrictas, quando non deuiant à diſpoſitione iuris, Alexand. *conſil. 179 colum. 4. lib. 5.* ſublimitationem etiam ſequutus eſt Ioan. Imol. *in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum,* Cardinal. *conſil. 60 colum 2. verſic. ita ſtatuta concernunt,* Felyn. *in d. cap. inſinuatum, num. 2.* Diaz. *in reg. 700. verſic. limita primo,* & facit, quod voluit Roman. *conſil. 105. num. 2.* vbi dixit, quod quando ſtatutum diſponit idem quaſi in aliquo caſu, quod ius commune, tunc ſi ius commune diſpoſitionẽ ſuam in illo caſu emanatam vellet trahere etiam ad caſum fictum, tunc ſtatuti diſpoſitio in illo caſu etiam ad caſum fictum trahetur, & de hoc affirmat eſſe notabilem caſum *in d. cap. ad audientiam, & cap. d. lectus, de cleric. non reſid.* idem voluit Dec. *in cap. tranſlato, in 1. lect. num. 38. de conſtitut.*

Secundo ſublimita, niſi adeſſet eadem omnino ratio in caſu ficto, quæ in caſu vero, † nec aliqua poſſet reddi cauſa differen- 220
tiæ, quia tunc ſtatutum verificabitur etiam in caſu ficto diſpoſito à iure communi, & poteſt poni exemplum in poſthumis, & in iam natis, quoad inſtitutionem, & ius ſuccedendi, † nam tunc diſpoſita à ſtatuto 221
de iam natis verificabuntur circa illorum inſtitutionem, & ius ſuccedendi etiam in poſthumis, qui ficte habentur à iure pro iam natis, ita Zabarel. *d. conſil. 60. col. 2. verſic. item cum ſit eadem ratio,* Socin. *conſil. 1. num. 12. lib. 1.* Bart. *in l. 1. §. bonorum, ff. ad Trebellian.* Bald. *in d. l. Gallus, §. quid ſi is, ff. de liber. & poſthum.* Dd. *in cap. poſtquam, §. 1. de elect.* facit, quod dixit Bald. *in l. ſi poſſidetis, num. 10. C. de probationib.* vbi voluit, quod ſi caſus priuilegiatus à iure erit idem, qui & diſponitur à ſtatuto ſimpliciter, ex eo poterit argumentum ſumi, † cum ſtatutum et- 222

Digitized by Google

iam ad caſum priuilegiatum trahatur, quā-
do propter priuilegium ille caſus eſt idem
cum diſpoſito à ſtatuto.

Amplia ſublimitationem, vt tanto ma-
gis procedat, ſi in caſu vero ſtatuti eſſet ma-
223 ior ratio, † quam in ficto iuris communis,
nam tunc multo magis diſpoſita ficte à iu-
re cenſerentur comprehenſa à ſtatuto diſ-
ponente de aliquo caſu vero, maiorem ta-
men in ſe rationem habente, vt in caſu ſi-
mili conſuluit Angel. *conſil 72. col. 2. verſic.*
quarto, quia, vbi voluit, quod ſi ſtatutum
concedat impunitatem vere committenti
aliquod delictum, multo magis tali impu-
nitate gaudebit ille, qui propter negligen-
tiam habetur, tanquam committens deli-
ctum ex iuris aliqua diſpoſitione, cum ſit
224 maius delictum, † quod fit committendo,
quam illud, quod fit negligendo, ſiue o-
mittendo, iuxta text. *in l. nec in ea ff. de adult.*

Tertio ſublimita, niſi alias ſtatutum eſ-
225 ſet † eluſorium, ita Diaz. *d. regul. 700. verſic.*
tertio limita, Felyn. *in d. c. inſinuatum, nu. 4.*
de ſimon poſt Dominic. *in c. vt circa, in princ.*
col. fin. de elect. in 6.

Secundo limita concluſionem, vt non
procedat, quando ſtatutum ſe habet ad ius
226 commune derogatiue, † vel correctiue,
tunc enim non recipit interpretationem
paſſiuam à iure communi, ſed ſimpliciter
debet intelligi, prout ſtatutum iacet, ita
Bald. *in l. maximum vitium, col penult. in pr in-*
cip. C. de liber. præterit. per text. *in l. 1. §. hunc*
igitur, C. de Iuſtinian. Cod. confirmand. Pariſ.
conſil. 91. num. 12. lib. 3. Dec. *in l 1. num. 14. C.*
qui admit. Socin. *conſil. 52. num 6. ad fin vol. 3.*
& conſil. 89 num. 9. vol. 4. Alciat. *conſil. 52.*
num. 20. Roland. à Valle *conſil. 62. num. 45.*
& ſeq. lib. 3. Oſaſc. *deciſ 142. num. 1.* Burſat.
conſil 12. num 53 vol. 1. Nat. *conſil. 154. num. 6.*
vol. 1. Neniz. *conſil 95. num. 18* Menoch. *con-*
ſil. 65 num. 57. & conſil. 88 num. 30. lib. 1. vbi de
magis communi teſtatur: Et hoc puto ve-
rum, intelligendo tamen prout infra: nec
obſtant meo iudicio, quæ contra hanc li-
mitationem adducit Iaſ. *in d l omnes populi,*
num. 61. cum ſeq. ex aliis auctoribus contra-
rium ſentientibus, quia poteſt reſponderi,
quod iſta limitatio noſtra procedit in ter-
minis ſuis, id eſt, in quantum per ſtatutum
diſponitur contra ius, † nam in illo diſpo- 227
ſitio contra ius non poteſt recipere inter-
pretationem ab ipſo iure, contra quod ſta-
tuit in illo indiuiduo; ea autē, quæ allegan-
tur à Iaſ. procedunt item in terminis ſuis, id
eſt, in aliis qualitatibus, in quibus ſtatutum
non diſponit contra ius, ſed tacet, & circa
illas reperitur diſpoſitum à iure communi,
quod debet obſeruari in illius interpreta-
tione, poſtquam per ſtatutum illi non de-
rogatur, vtputa ſtatuto cauetur, quod fi-
liusfamilias poſſit teſtari, † & hoc eſt contra 228
ius commune, *l. qui poteſtate, ff. de teſtam l. ſe-*
nium, in fin. C. qui teſtam facere poſſ. & in hoc
caſu ſtatutum non poteſt recipere aliquam
interpretationem à iure communi, verum
quia ſtatutum non derogat iuri communi,
quoad numerum teſtium, remanet firma
diſpoſitio ipſius iuris in hoc, & operabitur
circa tale teſtamentum filiiſfamilias ab ipſo
iure improbatum, quoad hanc declaratio-
nem, vt ſcilicet dictum teſtamentum ha-
beat ſeptem teſtes, prout de iure commu-
ni, ſed non per hoc ius commune dicetur
dare interpretationem ſtatuto correctorio
ipſius iuris, ex quo in eo, in quo ius com-
munè de teſtamenti teſtibus diſponit, à ſta-
tuto non corrigitur, cum de illo requiſito
ſtatutum nullum verbum faciat, in eo au-
tem, in quo per ſtatutum habilitatur filiuſ-
familias ad teſtandum, ius commune non
poteſt interpretando quidquam operari,
quia velit, nolit, tale teſtamētum licet ab eo
Improbatum ex ſtatuti diſpoſitione ſuſti-
nebitur, poſtquam in hoc contra ipſum
ius ſtatutum aperte diſponit, & ideo ceritius

Digitized by Google

omnibus aliis caſibus adductis per Iaſ. *vbi ſupra*, in quibus ſi ſtatutũ loqueretur corrigendo ius commune, comprehendens etiam qualitates, & alia, de quibus per Iaſ. nec etiam tali caſu in illis qualitatibus, & aliis poſſet ius diſtinguere, aut interpretationẽ adducere, vt videre eſt in exemplo modo adducto de filiofamilias, in cuius teſtamento ſi per ſtatutum fuiſſet diſpoſitum, quod tantummodo quinq; teſtes ſufficerent, nõ fuiſſet locus diſpoſitioni iuris communis de ſeptem, cum & in illo requiſito ſtatutũ diceretur ius corrigere, nec in illo paſſu poſſet aliam interpretationem recipere à iure, quam fuit ſtatutum, & ſic concluderem, quod in diſpoſitis contra ius, † ſtatu-
229 tum nõ recipiat ab eo interpretationem, in qualitatibus autẽ diſpoſitorum, & aliis circumſtantiis, in quibus ſtatutum tacet, tanquam de caſu omiſſo, operetur diſpoſitio iuris, & ſecundum illam intelligentur, nec in hoc poteſt cadere aliquod dubium, quia quod ſtatutum in non diſpoſitis contra ius recipiat à iure interpretationem, ſatis ſuperque fuit ſupra oſtenſum, & de hoc extat præſens noſtra concluſio, quod autem in determinatis in derogationem ipſius iuris aperte non debeat ab codẽ iure in contrarium modificari, intelligi, aut interpretari; patet pariter ad ſenſum, quia alias mẽs ſtatuti nõ ſaluaretur, nec operaretur, ad quod fuit inductum expreſſe, vt ſcilicet in eo caſu corrigeret ius commune, & facit etiam, quia ex improbata diſpoſitione non poteſt
230 fieri voluntatis ipſius improbantis † interpretatio in eo, in quo improbatur, *l. ſi ita ſtipulatio, ff. de oper. libert.* & idem ſenſit Alexand. *conſil. 20 viſo proceſſu, num 9 lib. 1.* & ita intelligerem cõtrariam illam communem,
231 ** & magis communem opinionem, † quod ſtatutum etiam derogatorium iuris communis, recipit interpretationẽ ab ipſo iure communi, de qua per Curt. iun. *conſil. 7. num. 8. lib. 1.* Capr. *conſil. 8. num. 9.* Pariſ. *conſil. 59. num. 23. lib. 3.* Gozadin. *conſil. 19. num. 6.* & illã etiã veriorẽ dicit Bertaz. *conſil. crim. 465. num. 16.* & prius *in conſil. 151. num. 17.* Mandoſ. *ad Roman. conſil. 399.* Cephal. *conſil. 536. num. 19. lib. 4.* prout ita illam intelligit idem Bertaz. *in conſil. ciuil. 22. n 14.* dum ait, quod etiam ſtatutum iuris communis correctoriũ debet intelligi ſecundum ius commune in eo, in quo illud non corrigit, & Pariſ. *conſil. 16. num. 16. lib. 3* & idem ſenſit doctus, & elegans Borgnin. *in deciſ. 2. nu. 10.* vbi ait, quod ſtatutum in illo, † in quo corrigit ius com- 232
mune, nõ intelligitur ſecundum ius commune, ſed operatur ſuum effectum, in reliquis vero interpretatur, vt ſit cõforme iuri communi, prout idem voluit Riminald. iun. *conſil. 27. num. 64. vol. 1.* Cephal. *d. conſil. 536. num. 21. lib. 4.* Gozadin. *d. conſil. 19. num. 6. & 17. in fin* Bertazzol. *d. conſil. crimin. 465. n. 14. lib. 2.* Ex his non recte ſenſiſſe videtur, alias doctiſſimus Menoch. *d. conſil. 88. nu. 3.* dum de mente Baldi voluit, † quod ſi ſtatu- 233
tum corrigat ius commune, quoad legitimam illam, vtputa reducendo à tertia parte ad quintam, non poterit ab eodem iure communi interpretari, ita vt illa quinta debeat relinqui titulo inſtitutionis, prout de iure, ſed poſtquam in eo alteratur ius commune à ſtatuto, ceſſabit in dicto caſu legitimæ omnis ipſius iuris communis diſpoſitio, quia in hoc ex ſupra dictis videtur verum non dicere, quia ſtatutũ ſolum diſponit de quantitate legitimæ contra ius commune, de modo autẽ illam relinquẽdi nõ loquitur, & ꝑ cõſequẽs interpretabitur ſecundũ illud, & vt ſit illi conforme, ex quo in tali modo nõ derogauit, nec correxit, & facit ꝓſupradd. alia regula, ꝙ habet, ꝗ ſtatuta nõ recipiãt interpretationẽ à iure cõi, qñ interpretatio verbis ſtatuti apte repugnaret, de qua ꝑ Ceph. *cõſ. 561. n. 8. li. 4.* Ruy. *cõſ. 30. n. 12. li. 3.* & ꝑ alios paſſim, & nos *ſup & inf.*

Q 2 Amplia

Amplia limitationem, vt tanto magis
234 procedat, † ſi diſpoſita à iure communi eſ-
ſent de caſu ficto, ordinata autem à ſtatuto
correctorio eſſent de caſu vero, vtputa ſi
ſtatutum corrigendo ius commune diſ-
poneret aliquid de herede, & ad illud quis
vellet argumentari ex his, quæ traderet ius
commune de fideicommiſſario, qui non
235 vere, † ſed ficte dicitur heres, vt notatur *in*
l. ſi filius, §. 1. ff. quod cum eo, & in l. poſtulante,
ff. de acquir. poſſeſſ. quia tunc extat vulgaris
concluſio, quod diſpoſitio ſtatuti corre-
ctorii iuris communis non interpretatur
ad caſum fictum ſecundum tradita per A-
lexand. *conſil. 82. incip. perſpectis his, num 7.*
vol. 2. per l. percipimus, C de appellat. & per d.
l. Gallus, § & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſt-
hum. vbi Dd. & præcipue Bart. & etiam iux-
ta notata *in d. l. 1. §. lex Falcidia ff. ad leg. Fal-*
cid. & in d. cap. fin. de conſuetud lib. 6 Bald. *in*
l. meminimus, C. de legit. hered. & faciunt ſu-
pra adducta in prima limitatione.
236 Tertio limita concluſionem, † quod li-
cet ſtatuta recipiant interpretationem paſ-
ſiuam à iure communi, non tamen reci-
piunt actiuam, id eſt, non extenduntur ad
caſus non comprehenſos in eis, à iure ta-
men communi diſpoſitos, ita Bart. *in d. o-*
mnes populi, nu. 60. in 5. quæſt. princ. quia non
eſt noſtrum legem condere, & per conſe-
quens extendere, vt notatur *in l. ſi vero § de*
viro, ff. ſoluto matrimon. & in l. quod conſtitu-
tum, ff. de teſtamen. milit. & in l. conſtitutioni-
237 *bus, ff. ad municip.* & etiam quia † ſtatuta
ſunt ſtricti iuris, vt *in d. l. conſtitutionibus,*
ſed in his, quæ ſunt ſtricti iuris, caſus non
expreſſus habetur pro omiſſo, *l. quicquid*
aſtringendæ ff. de verborum obligationib & ca-
ſus omiſſus iuris communis diſpoſitioni
relinquitur, vt notatur *in l. ſi cum dotem, in*
princ. ff. ſol. matrim. & in l. commodiſſime, ff. de
lib. & poſthum.
Primo ſublimita, vt non procedat limi-
tatio in illis caſibus, ſine quibus diſpoſita
per † ſtatuta non poſſent commode ſorti- 238
ri effectum, nam tunc ad illos ſtatutum ex-
tenderetur, ita Bart. *in d. l. omnes populi, in d.*
quæſt. 5. princip. num. 60. verſic. primo caſu, aut
quæris, per textum *in l. ſi ita ſtipulatus fuero*
per te non fieri, ff. de verborum obligat. & in l.
non diſtinguimus, §. de officio, ff. de arbitr. &
quod ibi notatur, *& in l. 2. ff. de iuriſdict. om.*
iudic. & dicta l. ad rem, & in l. ad legatum ff. de
procurat.
Secundo ſublimita quoad illos caſus, in
quibus eſt eadem ratio, † nec ſunt caſus il- 239
li per ius commune deciſi, nam etiam, &
ad illos ſtatuta extendentur, ita idem Bart.
vbi ſupra, verſic. aut quæris de aliis caſibus, per
textum *in l. de quibus, in princip. & in l. non*
poſſunt. ff. de legib. & in l. 1. C. quæ ſit longa con-
ſuetudo.
Reſtringe tamen has ſublimitationes
ſecundum ea, quæ fuerunt per nos dicta
ſupra, & dicentur in concluſione, *quod ſta-*
tuta ſunt ſtricte interpretanda, in caſu, quando
adeſſet ſtatutum reiiciens omnem interpreta-
tionem, & gloſſationem, aut extrinſecum
intellectum, & quod diſpoſita deberent ſer-
uari ad literam, & prout iacet, & quod nec
ex idẽtitate, nec ex maioritate rationis poſ-
ſint extẽdi, aut interpretari, & ſecundũ ibi
dicta præſentia modificabis, & intelliges.
Quarto limita concluſionem, vt non
procedat, quando eſſemus in caſu, in quo
ſtatutum diſponeret ſuper aliquo iure, vel
cauſa † generaliter loquens, ſuper quas ius 240
commune in aliquo tamen tantum caſu
idem diſponeret, nam tũc ſtatutum gene-
raliter loquens de illa re, non reciperet in-
terpretationem, ſecundum limitate diſpo-
ſita à iure communi in eadem re, ſed gene-
ralitas ſtatuti obſeruaretur etiam quoad
caſus exceptuatos, etiã vltra limitationem
iuris communis, ne reducendo generaliter
diſpoſita à ſtatuto ad eadem diſpoſita à iure
commu-

Digitized by Google

communi in aliquo caſu particulari ſtatutum redderetur ſuperfluum, verbi gratia, ſi extaret ſtatutum prohibēs appellari à mera interlocutoria, cum idem ſit ſtatutum de iure communi, à multis interlocutorijs
241 non debet ſtatutum interpretari, † quod voluerit prohibere appellationem ſolum ab illis interlocutorijs, à quibus de iure cōmuni appellari prohibetur, cū iam de hoc adſit prohibitio ipſius iuris communis, ſed debet intelligi, prout generaliter loquitur de omnibus interlocutorijs etiam exceptuatis à iure, ne reddatur ſuperfluum, & tali caſu ſtatutum non dicetur corrigere ius commune in caſibus ab ipſo iure exceptuatis, ſed potius extendere ius iam conceſſum ab ipſomet iure communi, id eſt, permiſſionem appellationis ab interlocutoria ad omnes interlocutorias, ita ſic diſtinguendo conſuluit Aret. *conſ. 106. num. 7.* per trad. à Bar. *in l. 1. §. nunciatio, ff. de oper. nou. nunciat. & in l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & per ſingularem doctrinam Bald. *in l. 2. C. de appellat.* vbi dixit, quod ſi ſuperior ſtatuit, quod in cauſa poſſeſſionis
242 non poſſit appellari, † quia idem eſt regulariter diſpoſitum à iure communi, tale ſtatutum dicetur continere iuris iam conceſſi extenſionem, & intelligetur præciſe etiam, vbi aliâs de iure communi appellari poterat, ne aliâs ſtatutum redderetur ſuperfluum, ad idem facere videtur Crau. *conſil. 221. num. 6. libr. 2.* dum voluit, quod dum agitur de extenſione iuris iam conceſſi, verba generalia, vel vniuerſalia non reſtringuntur, & concordat, quod voluit Decian. *in reſp. 49. n. 17. lib. 1. & reſp. 61. nu. 7. libr. 2.* vbi dixit, quod quando ſtatutum i-
243 dem diſponit in aliquo caſu, † quod diſponit ius commune, nedum non interpretabitur ſecundum tantum diſpoſita ab eodē iure communi, ſed hoc efficacius operabitur, quod militabit, & procedet etiam in caſibus exceptuatis ab illo iure communi in illa materia.

Sed tamen circa prędicta arbitror cogitandum, quia omnia iura clamant, † quod 244
ſtatuta ſunt ita interpretanda, vt quā fieri poſſint, ſint conformia iure communi, & quam minus ſit poſſibile, deuient ab eo, iuxta ea, quæ nos adduximus in concluſ. *de reducendo ſtatuta ad concordiam cum iure communi,* & ideo non ita facile extenderem ſtatutum idem diſponens, quod ius commune iam diſpoſuit, vel conceſſit ad omnes etiam caſus, ad quos ipſum ius commune prohibuit eius diſpoſitionem extēdi, illos ab ea exceptuando, ne hoc pacto diſcordare potius, non autem concordare videremur ſtatutum cum iure communi, & ad obiectum ſuperfluitatis ſtatuti, vide ea, quæ dixi in dicta concluſione, ad quam recurre.

Sed forſan poſſent ſaluari † ſupradicta, 245
quando ius commune quidem diſponeret de aliquibus caſibus concedendo, de alijs tamen non prohibendo, nam ad alios non prohibitos tunc ſtatutum ex ſui generalitate poſſet adaptari, ex quo in eis non diceretur corrigere, aut venire contra ius, & ceſſarent contraria, & militarent adducta de extenſione iuris iam conceſſi, ſed ſi ius commune prohibendo de alijs, de aliquibus diſponeret, non eſſet extendere ius iā conceſſum, ſed potius eſſet extendere prohibitum contra prohibitionem ipſius iuris ad caſus alios, in quibus ius ipſum prohibuiſſe præſupponitur.

Vel poſſent ſecundo ſaluari ſupradicta, quando eſſet adeo certa mens ſtatuentium, † quod euidenter appareret voluiſſe 246
in ſua generalitate comprehendere etiam caſus exceptuatos à iure, vt ſupra fuit dictum, quando apparet ſtatutum voluiſſe contra diſpoſita à iure ſtatuere, cui tunc ſtandum eſt, ex quo de certa illius

Digitized by Google

mente conſtat contra ius, & vt infra.

Quinto limita concluſionem, vt non procedat, quando in ſtatuto eſſent verba,
247 aut geminata, † aut talia, quæ interpretando ſtatutum ſecundum ius commune, ſuperflua, & vana remanerent, vtputa ſi ſtatutũ diſponat, quod quilibet cuiuſuis conditionis poſſit teſtari, comprehendet enim tunc etiam alias inhabiles de iure communi, à quo tali caſu ſtatutum non recipit interpretationem, quoad habiles, propter geminationem in eo contentam, Bellon. *conſil. 8. numer. 11. & conſil. 13. numer. 14.* Bertazzol. *conſ. crimin. 293. n. 15. lib. 2.* Ceph. *conſ. 5. numer. 35. libr. 1.* Ruin. *conſil. 47. num. 3. libr. 3.* vbi ideo dixit, quod ſtante ſtatuto, q nullus forenſis ſuccedere poſſit ab inteſtato, ex illo verbo *nullus*, q eſt vniuerſale
248 negatiuum, † omnis forenſis excludetur, & per conſequens etiã mater, ſi erit forenſis.

Sexto limita, vt non procedat conclu-
249 ſio, † quoad ius commune irregulare, id eſt, ex ſpeciali, aut particulari aliqua cauſa inductum, nam ſtatutum non interpretatur ſecundum ius extraordinarium, & ſpeciale, ſed ſecundum ius commune ordinariũ, ita Socin. *conſil. 89. num. 18. libr. 4.* Ruin. *conſ. 37. numer. 13. & conſil. 94. numer. 5. libr. 3.* Caſtren. *in d. l. final. §. in computatione, C. de iur. deliber. & in l. lege duodecim tabularum, C. de legit. hered.* Cephal. *conſil. 536. numer. 9. libr. 4.* Doctor. *in d. l. omnes populi,* vbi præcipue Iaſ. *num. 53.* & Sanct. Seuer. *in repet. num. 203.*

Septimo limita, vt non habeat locum
250 concluſio, † quando interpretatio repugnaret verbis ſtatuti aperte, nam tunc quia in claris non eſt opus coniecturis, & interpretatio non admittitur, vbi apparet de certa mente ſtatuentium, non eſſet recedendum ab ipſis verbis ſtatuti, Ruin. *conſil. 32. numer. 12. libr. 3.* Cephal. *conſil. 561. num. 8. lib. 4.* Dec. *conſil. 5. num. 2.* Menoch. *conſ. 187. num. 46. volum. 2.* Calcan. *conſil. 11. numer. 33.* Decian. *reſp. 32. n. 9. lib. 2.* Rol. à Val. *conſil. 55. numer. 6. lib. 1.* & faciunt ea, quæ ſupra diximus de interpretatione non admittenda in his, in quibus ſtatutum aperte loquitur contra ius commune.

Amplia limitationem, vt idem ſit, quãdo † interpretatio repugnaret rationi ſtatuti, imo, & multo magis, quia ſemper eſt conſideranda magis ratio, quam verba ſtatuti, ſecundum ea, quæ ſupra diximus ſuis locis in concluſ. & prout hoc idem firmat Carp. *ad ſtatut. Mediolan. in præſud. nu. 293.* de mente etiam Alciat. *conſ. 200. n. 7.* 251

Octauo limita concluſionem, vt non procedat, † quando intelligendo ſtatutum ſecundum interpretationem iuris communis, nihil omnino operaretur, ſed remaneret ſuperfluum, iuxta not. per Doct. communiter *in dict. l. 2. C. de noxal. & in dict. l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur. & in cap. ſi Papa, de priuileg. in 6. & in c. ſi Romanorum, 19. diſtinct.* Socin. *conſ. 89. num. 17. lib. 4.* Decian. *reſp. 32. numer. 8. libr. 2.* & nos ſupra, & alibi paſſim. 252 *

Declara iſtam limitationem, vt ſufficiat ſtatutum † in aliquo etiam minimo operari, & non eſſe ſuperfluum, quia tunc etiam interpretabitur ſecũdum ius commune, Pariſ. *conſ. 110. num. 7. lib. 3.* Bellon. *conſ. 53. numer. 8.* vbi hanc veram & communem opinionem teſtatur de mente Curt. iun. *conſil. 105. column. 1.* Cephal. *conſil. 2 0. numer. 15. libr. 2. & conſil. 247. numer. 39. eod. libr. 2.* Burſat. *conſil. 44. numer. 33. lib. 1.* Corn. *conſ. 35. colum. 1. libr. 1.* Doct. communiter *in dict. l. 1. §. in computatione, C. de iur. delib.* & nos etiam alibi. 253 * *

Intellige modo generaliter concluſionem, † quod ſtante differentia in aliquo caſu inter ius ciuile, & ius canonicum, ſi ſumus in materia canonica, vt in matrimonio, & ſimilibus, ſtatutum recipiet interpretationem à iure canonico, non autem ciuili, 254

Digitized by Google

ciuili, ſi autem tractabatur de materia ciui-
li, puta ſucceſſionum, tunc interpretatur
à iure ciuili, ſi autem erimus in materia in-
differenti, id eſt, conuenienti vtrique iuri,
vt in periurio, & in adulterio, tunc in terris
Eccleſiæ præualebit ius canonicum, & ab
eo ſtatuta ſument interpretationem, iuxta
not. *in c.1. de oper. nou nunciat. & in l. priuile-
gia, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* in terris vero Im-
perij, aut ſtatutum factum eſt ab Epiſco-
po, & tunc attendetur pariter ius canoni-
cum in interpretatione, aut à populo, &
tunc ſtatutum regulabitur à iure ciuili, ita
diſtinguit Ioan. Andr. *in addit. ad Spec. in ti-
tul. de ſucceſſ. ab inteſtat. §. 1. verſicul. ſed an fi-
lij, & verſicul. quam de gradibus mentionem
fecimus*, & illum referendo ſequitur Sanct.
Seuer. *in repetit. dict. l. omnes populi, numer.
215.* & idem voluit Dec. *in capit. cauſam, quæ.
numer. 26. de reſcript. & in conſil. 158. nu-
mer. 1. columnn. 2.* Brun. *in dict. ſtatut. fœm.
excluſ. articul. 5. quæſtion. 11.* iuribus eti-
am ibi per eum, idem voluit Decian. *di-
cto tractat. criminal. libr. 2. capit. 13. numer.
9.* vbi ideo infert, quod ſtatutum loquens
de gradibus, & generaliter de concernen-
tibus peccatum interpretatur à iure cano-
nico, non ciuili, omnes ſcribentes *in c. Ec-
cleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitut.* Calcan. *con-
ſil. 74. col. 9.* Alexan. *conſ. 69. col. 3. vol. 3.* Anch.
conſ. 411.

Inter alias autem interpretationes, quæ
à iure communi ad ſtatutorum interpre-
tationem emanare dicuntur, vltra notata
opportune in alijs concluſionibus, & paſ-
ſim per Doctor. *in dict. l. omnes populi, ff. de
iuſtit. & iur. & in dict. l. 2. C. de noxal. & in
dict. l. de quibus, ff. de legib. & in dict. capit.
fin. de conſuetud. in 6.* & alibi ſæpe infra ſcri-
ptæ, ſummatim tamen recitandæ potiſſi-
mum locum obtinent.

Prima igitur erit interpretatio de iure
255 ſtatuta, † ne quis damnetur indebite pa-
tiatur, Doctor. communiter *in dict. l. final.
§. in computatione*, vbi etiam gloſſ. *C. de iur.
deliber. & in l. 4. §. Prætor, ff. de damn. infect.
& in dict. l. 2. C. de noxal.* Rolan. à Val. *conſil.
97. num. 27. lib. 2.* Socin. *conſil. 46. n. 5. cum ſeq.
vol. 4.* Natt. *conſ. 172. nu. 3. volum. 1.* Oſaſc. *deciſ.
192. n. 2.* Crau. *conſ. 221. n. 4. lib. 2.* & hæc inter-
pretatio ſeruabitur, etiamſi ſtatutũ ſic in-
terpretatum nihil operaretur, Rimin. *conſ.
124. n. 15. lib. 1.* Marſ. *ſing. 630. n. 5.* Bonacoſſ. *qu.
crim. in ver. interpretatio, verſ. in ſtatut.* Burſ.
conſ. 169. nu. 8. vol. 2. Menoch. *conſ. 5. n. 4. vol. 1.*
Ruin. *conſ. 138. n. 15. lib. 3.* Soc. iun. *conſ. 1. n. 131.
libr. 1.* & etiamſi verba ſtatuti deberent im-
propriari, Calc. *conſil. 120. col. 3.* per not. *in l.
ſcire oportet, §. aliud autem*, ibi præcipue Bar.
ff. de excuſ. tut.

Secunda interpretatio erit, vt rationa-
bilem ſenſum ſtatuta contineant, † ita vt à 256
ſapiente reprehendi nõ poſſint, iuxta not.
in l. Saluius Ariſto. ff. de legat. præſt. Ceph. *conſ.
765. n. 35. lib. 5.* Soc. *conſ. 64. col. pen. & conſ. 122.
vol. 1. & conſ. 31. nu. 3. cum ſeq. vol. 3.* Rol. à Val.
conſ. 72. nu. 42. & ſeq. libr. 3. Rimin. *conſ. 15. nu.
110. & ſeq. vol. 1.* & Menoch. *de præſumpt. lib. 2.
præſump. 1. nu 4.* dixit, quod ſtatuta ſunt ta-
liter intelligenda, vt habeant in ſe rationẽ,
& ne videantur ſtatuentes illa ex abrupto
edidiſſe, eo quia ſtatutum præſumitur iu-
ſte, & ſancte conditum, late Tiraqu. *de re-
tract. conſanguin. in proœm. n. 77.* Alexan. *conſ.
36. n. 16. in fin. libr. 6.* idem [illegible]uet. *conſ. 295. n.
6. lib. 2.*

Et ratio huius, & ſimilium interpreta-
tionum eſt, † quia ſtatutũ, prout lex debet 257
eſſe ſanctum, honeſta iubens, prohibenſ-
que contraria, *l. 2. ff. de legib. c. erit autem lex,
diſtinct. 4.* Ideo ſtatuentes pręſumuntur fu-
iſſe in ſtatutis cõdendis huius pręcepti me-
mores, quod ſeruandum eſt etiam in inter-
pretandis illis ſtatutis, quæ dura aliquando
videntur, & appellantur à Doctoribus, vt
in l. proſpexit, ff. qui, & à quibus, nam & in
illis

illis ratio etiam ineſſe dicitur, & talis, quæ forte magis vrgens erat, & magis æquitati conſentanea, quam illa, quæ prima fronte dura, & importabilis apparet, vt bene notauit Menoch. *de arbitr. iudic. libr. 2. caſ. 82. n. 14. & 15.*

Tertia interpretatio, quæ conuenit cũ
258 ſupra dicta, ſumetur, † ne ſtatuta abſurdũ contineant, Crau. *conſil. 70. numer. 21.* Burſ. *conſil. 40. numer. 2.* Alexan. *conſil. 83. numer. 5. volum. 2.* Rol. à Val. *conſil. 97. num. 26. volum. 2. & dict. conſil. 72. numer. 41. libr. 3.* Oſaſc. *deciſ. 59. numer. 3.* Ceph. *conſil. 76. num. 70. libr. 1.* late Euerard. *in ſua centur, in loco ab abſurdo vitando,* & nos infra in alia concluſione, *de intelligendo ſtatuta generaliter, dum generaliter loquuntur,* vbi etiam ampliauimus.

Quarta erit interpretatio, ne ſtatuta in-
259 telligantur Iudaice, † & ſecundum corticem verborum, ſed ſecundum rationem, & ſecundum ius, Bonacoſſ. *quæſt. crimin. in verb. ſtatutum, verſic. ſtatuta non ſunt,* Alex. *conſil. 144. num. 8. vol. 2.* Rolan. à Val. *conſ. 97. nu. 25. vol. 2.* Doct. *in l. damni, §. ſi is,* vbi etiam gloſſ. *ff. de damn. infect.*

260 Quinta interpretatio fiet, † prout erit veriſimile ſtatuentes fuiſſe reſponſuros, ſi de illo interrogati fuiſſent, per gloſſ. *in l. tale pactum, §. fin.* vbi Bal. *in 2. not.* & Iaſ. & Caſtrenſ. & alij, *ff. de pact.* Alexan. *conſil. 46. nu. 2. lib. 2.* Rom. *conſil. 105. columm. 1. in fin. verſic. ſecundo, quia ſemper, & in con. 392. in fi.* Cur. ſen. *conſil. 9. numer. 16.* Dec. *conſ. 64. column. penult. verſic. vltimo ſuadetur,* Marſil. late *in l. ſi quis viduam, num. 10. ff. de quæſt. in l. ſed ſciendum, colum. 1. & ſeq. ff. de pari. & conſ. 16. numer. 34.*

261 Sexta erit interpretatio, † vt ſtatuentes illud ſolum ſtatuiſſe præſumentur, ſuper quibus, & de quibus habebant poteſtatem, Cepol. *conſil. 15. num. 7.* Alexan. *conſil. 33. in fine, num. 16. vol. 5.* Bertaz. *conſ. ciuil. 57. numer. 26.* Roman. *conſ. 92. numer. 5. & conſ. 209. nu. 2.* Corn. *conſ. 65. volum. 3.* Bal. *in dict. l. fin. §. in computatione, in fin. C. de iur. deliber.* & not. *in cap. à nobis, il 1. de ſentent. excommun.* vbi præcipue Abb. *in 3. not.* & per Bar. *in dict. l. ſi quis ſub conditione, in fine, ff. de condit. inſtitut.* Anton. de Butr. *in c. cum Eccleſia, circa fin. de conſtit. & in conſ. 40. in princ.*

Septima erit, & ſumetur interpretatio
ab † aliqua æquitate, Crau. *dict. conſil. 221. n. 1. libr. 2. & conſ. 86. num. 14 libr. 1.* Socin. *conſil. 44. colum. 4. ad fin. verſ. & dicta verba non aliter. libr. 1.* Bal. *in conſ. 357. in fin. lib. 4.* vbi dixit, quod ſecundum naturalem equitatem declaratur mens ſtatuentium, & Ang. *in conſ. 345. in fin.* dixit, quod attendi debet † æqui- 263
tas potius, quam rudis figura ſtatuti, idem voluit Cephal. *conſ. 28. n. 44. lib. 1.* 262

Octaua ſurget interpretatio, ne † quis 264
indebite ad lucrum veniret, Crau. *dict. conſ. 221. n. 6.* per tex. *in l. Marcellus, in princip.* vbi Socin. *in 2. not.* & Iaſ. *in 4. not. ff. ad Trebellian.*

Nona erit interpretatio, vt ſtatuta in-
telligantur † ſecundum ſuam cauſam, & 265
ſecundum materiam ſubiectam, ideo ſtatutum, quod credatur libris mercatorum, reſtringetur ad cauſam mercantiæ, † ſicut 266
idem erit de ſtatuto diſponente de fide adhibenda ſigillis officialium, quod pariter reſtringetur ad ea tantum, quæ pertinent ad eorum officium, ita Crau. *vbi ſupra nu. 12.* de mente Alex. *in conſ. 113. colum. 2. lib. 7.* & Dec. *in c. poſt ceſſionem, in fin. de probat.*

Decima erit interpretatio, quod † ſta- 267
tutum generaliter loquens, vel aliquid mandans non interpretatur ad illicita, iſta regula probatur per Bar. *in l. ſi quis ſub conditione, num. 2. ff. de condit. inſtit.* quem refert & ſequitur Brun. *tract. de ſtatut. art. 6. princ. num. 36.* Bald. *in dict. l. fin. §. in computatione, in fine, C. de iur. deliber.* Alexan. *conſ. 33. in fin. volum. 5.* facit cap. 1. *de iureiur. in 6.* Felyn. *in c. Eccleſia ſancta Mariæ, num. 70. verſ. & iſtis adde*

Bart.

Digitized by Google

Bart. de conſtitut. Anchar. *in regula ea quæ, de reg. iur. in 6.* Imol. *in clem. paſtoralis, in ver. et ſi dicatur. de re iud.* Ioan. And. *in c. fin. de immunit. Eccleſ. in 6.* Butr. *in c. quod clericus, de for. compet.* Abb. *in c. ſi diligenti, eodem titul.* facit l. *procurator, in princip. ff. de cond. indeb.* Cepol. *conſ. crimin. 15. num. 9.* Iacob. Butr. & Bal. *in auth. ſtatuimus, C. de Epiſc. & cler.* Paul. de Caſtr. *in authen. caſſa, C. de ſacroſanct. Eccl.* facit l. *quanquam, ff. de rit. nupt. & in l. ſi pater, ff. de his, quæ in fraud. cred.* Cephal. *conſ. 146. n. 21. lib. 1.* Et ratio eſt, quia non videntur ta-
268 cite velle ſtatuentes, † quod expreſſe eis facere non liceret, nec cenſentur ſtatuiſſe ea, ex quibus reprehendi poſſent, Ceph. *conſ. 765. num. 35. lib. 5.* Anchar. *conſ. 61. iſta quæſtio,* Barb. *conſ. 7. colum. 1. libr. 1.* Ioan. Andr. *in c. 1. de immunit. Eccleſ. in 6.* idem Barb. *conſ. 12. n. 10. in fin. eod. vol. 1.* But. *conſ. 19. colum. 4. & conſ. 74.* Cardinal. *conſil. 33. in fin.* Decian. *reſp. 56. num. 6. libr. 2.* facit, quod dixit Bertaz. *conſ. 166. num. 40. lib. 1. in criminalibus*, ex generalitate ſtatuti, vel proclamatis non eſſe inferendum ad caſum iniuſtum, & rationi cōtrarium, idem voluit Cephal. *conſil. 28. nu. 44. lib. 1. & conſil. 235. nu. 27. & ſeq.* idem Bertaz. *conſil. ciu. 57. num. 12.* Rolan. à Val. *conſil.*
269 *72. num. 40. vol. 3.* & † conceſſa facultate ſtatuendi, ſeu condendi ſtatuta, non tamen cenſetur data poteſtas quoad ſtatuta iniqua, *l. ambitioſa*, vbi Bar. & alij, *ff. de decret. ab ord. facien.* & facit, quod licet omnia ſtatuta alicuius ciuitatis eſſent confirmata à Principe, & inter illa aliqua eſſent illicita,
270 non † cenſetur Princeps confirmaſſe illicita, ita Cepol. *dict. conſil. 15. num. 3.* per ea, quæ not. Bald. *in l. vnica, C. de Monopol.* Iaſ. late *in l. mora, ff. de iuriſdict. omn. iud. num. 38.* Pariſ. *conſ. 33. num. 53. vol. 3.* Rom. *in l. quod ſeruus, ff. de acquir. poſſeſſ. num. 4.* Vnde ſi Princeps confirmat omnia ſtatuta, non intelligitur confirmare ea, quæ ſunt contra libertatem Eccleſiæ, vt notant omnes *in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur.* Felyn. *in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 4. de conſtitut.* Bart. *in l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* Rom. *in l. ſi vero, §. de viro, num. 63.* vbi late, *ff. ſolut. matrim.* Crot. *in d. l. omnes populi, n. 119. per c. 1. de iureiur. in 6.* & Bal. *in c. 1. per quos fiat inueſt. in vſib. feud. & in l. 3. C. de precib. Imp. offer.* Roman. *conſ. 22. incip. præſens conſultatio*, Ioan. Baptiſt. de Sanct. Seuer. *in d. l. omnes populi, num. 12.* ex quo infert, quod ſi Papa generaliter confirmet ſtatuta alicuius loci, nō videtur cōfirmare ſtatuta, quæ eſſent contra libertatem Eccleſię, ſicut non intelligerentur confirmata ſtatuta inducentia peccatum, *clem. 1. de vſur. & ibi not.*

Ad propoſitum tamen nota, quod † ſta- 271
tutum, vel conſuetudo non dicitur illicita, licet repugnet iuri poſitiuo, vel iuri naturali mutabili, ſed potius facit licitum id, quod aliâs erat illicitum ex diſpoſitione iuris poſitiui, & naturalis mutabilis, quia conſuetudo talia iura immutat, ſecus eſſet, ſi ſtatutum vel conſuetudo repugnaret iuri diuino, vel iuri naturali, vel eſſet ſtatutum improbatum à iure, quia illud eſſet ſtatutum, & conſuetudo irrationabilis, quę corruptela vocatur, ita diſtinguit Lap. *allegat. 101. num. 13.*

CONCLVSIO III.

A communi vſu loquendi an, & à quo, & quomodo interpretationem ſumant ſtatuta.

SVMMARIA.

1 *Statuta recipiunt interpretationem à communi vſu loquendi.*
2 *Nomina & ſignificationes rerum & verborum ſunt impoſita, & inuenta ſecundum vſum loquendi.*

R 3 Statu-

3 *Statuentes præſumuntur ſe accommodare vſui loquendi loci ſtatutorum.*

4 *Intelligenda ſunt ſtatuta ſecundum mentem ſtatuentium.*

5 *Mens alicuius præſumitur talis, qualis eſſe debet.*

6 *Gerere quis præſumitur, prout de iure tenetur.*

7 *Factum, quod erat de iure faciendum, præſumitur.*

8 *Actus præſumitur factus, vt ius diſponit.*

9 *Vſus communis omni regula, omnique conſtitutioni in exaudiendis ſermonibus derogat.*

10 *Dos proprie non dicitur, niſi adſit matrimonium.*

11 *Vidua etiam dicitur, quæ nunquam maritum habuit.*

12 *Veſtis appellatione venit regulariter, quidquid tegit corpus.*

13 *Pupillus, vel alius inteſtabilis comprehenditur in ſtatuto de inteſtatis, vel ab inteſtato loquente, ſi ita comportat communis vſus loquendi.*

14 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes in ſtatuto, quando ita ſe habet communis vſus loquendi.*

15 *Mobilium appellatione quæ veniant, tam de iure communi, quam ſtatutario.*

16 *Vxoris appellatione an veniat ſponſa, per verba de præſenti.*

17 *Menſis intelligitur regulariter de triginta diebus.*

18 *Beſtiarum appellatione quæ veniant, tam de iure communi, quam ſtatutario.*

19 *Parentela, vel familiæ nomine qui veniant.*

20 *Nepotis ſignificatione qui comprehendatur in ſtatuto.*

21 *Domus appellatione an veniat apotheca.*

22 *Communis vſus loquendi attenditur etiam in ſtatuto correctorio, exorbitanti, & pœnali.*

23 *Communis vſus loquendi propriæ ſignificationi vocabuli præfertur.*

24 *Communis vſus loquendi attenditur in ſtatuto etiam mandante ſtatuta debere intelligi ad literam, & prout iacent.*

25 *Verbum ſolitum proferri ex conſuetudine alicuius loci intelligitur ſecundum communem vſum.*

26 *Symbolum inter habentes facilior eſt tranſitus.*

27 *Communis vſus loquendi ille attenditur in interpretatione ſtatutorum, qui eſt frequentior, & vſitatior.*

28 *Conſuetudo indicatur ex frequentioribus actibus.*

29 *Communis vſus loquendi non attenditur in ſtatutis, quando verba ſtatutorum deberent intelligi ſecundum propriam illorũ ſignificationem, quod delcara, vt* num. 31.

30 *Arbitrio iudicis relinquitur, quæ dicatur propria ſignificatio verbi in ſtatuto poſiti.*

32 *Communis vſus loquendi non habet locum in ſtatuto, ſi mandaretur ſtatuta debere intelligi nullo extrinſeco intellectu addito, de quo tamen vide ibidem.*

33 *Communis vſus loquendi non habet locum in ſtatuto latino ſermone concepto, quãdo verba in eo prolata non habent ſuum vulgare diſtinctum.*

34 *Communis vſus loquendi ille ſeruit pro interpretatione ſtatutorum, qui eſt in loco ſtatutorum.*

35 *Communis vſus loquẽdi, vt habeat locum in ſtatutis, debet probari de tempore ſtatutorum, imo quod inoleuerit per decem annos ante, vt* num. 36.

37 *Communis vſus loquendi antiquiſſimi modus probationis.*

38 *Verba ſtatutorum interpretantur ſecundum communem vſum loquendi illorum homi-*

Digitized by Google

num, quos reſpiciunt, & de quibus diſponunt.

39 Communis vſus loquendi de aliquibus tantū hominibus, quādo operetur in ſtatutis.

40 Vſi ſi fuerint ciues per longum tēpus aliquo modo ſtatuto, in eo caſu non conſideratur communis vſus loquendi.

41 Si de interpretatione legis agetur, inprimis inſpiciendum eſt, quo iure ciuitas retro in huiuſmodi caſibus vſa fuit.

42 Conſuetudine poteſt induci, quod poteſt per ſtatutum.

43 Obſeruantia, & conſuetudinis requiſita, vt habeant locum in ſtatutis, remiſsiue.

44 Communem vſum loquendi, dum dicimus, qui veniat late, & num. 47. & 48.

45 Gloſſæ auctoritas ſuprema.

46 Lego verbum de legali ſenſu, & ſignificatione importat etiam inſtitutionem.

49 Communem vſum allegās debet illum probare, & in ſpecie de re, de qua agitur, niſi in notorio, & publico, vt numer. 50. & 51.

52 Communem vſum loquendi notorium quæ faciant, & releuant ab onere probandi, remiſsiue.

53 Doctori attēſtanti de communi vſu loquendi, an ſit ſtandum, & quouſque, nu. 54. 55. & quid in gloſſ. nu. 56. & iterum de Doctore, n. 57. 58.

59 Teſtes, vt communem vſum loquendi probent, quomodo deponere debeant.

60 Communis vſus loquendi reputatur inter ea, quæ ſunt difficilis probationis.

61 Probatio omnis reſidet in arbitrio iudicis.

STatuta recipiunt interpretationem à
1 communi vſu † loquendi, ſecundū quē
2 ſicut nomina, & ſignificationes † rerum & verborum impoſita ſunt, & inuenta, ita ſecundum eundem pro tempore exiſtentem mutantur, & renouantur, iuxta illud Horatij in Poet.

Multa renaſcentur, quæ iam cecidere, cadentque,
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet vſus,
Quem penes arbitrium eſt, ac ius, & norma loquendi.

ita communiter traditur à Doct. in l. Labeo, *
ff. de ſupellect. legat. & in l. librorum, §. quod tamen Caſsius, ff. de leg. 3. in l. cum de lanionis, §. aſinam, ff. de fund. inſtruct. Bart. in l. vxorem, §. legauerat, in fi. ff. de leg. 3. & in l. vinum, §. illud, ff. de tritico legat. gloſ. & omnes Canoniſtæ in c. nonnulli, de reſcript. & in c. cupientes, vbi præcipue Franch. de elect. in 6. Fel. & alij late in proœmio decret. Iaſ. Rom. Alex. & cæteri in rub. ff. de nou. oper. nunc. vbi Cuch. in addit. ibi ad Rom. teſtatur, hanc eſſe communem ſen- *
tentiam, prout illam communem dicit eti- *
am Hormonoth. in repet. d. rub. nu. 24. & ibidem num. 86. eandem communem fatetur Socin. iun. Crot. & alij in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. & paſſim vbique Doct. & ratio
etiam cōcluſionis poteſt eſſe, quia † ſtatuē- 3
tes in condendis ſtatutis tenentur ſe accōmodare vſui & conſuetudini loquendi ciuitatis, & loci ſtatutorum, c. erit autem lex, 4. diſtinct. glo. in d. c. nonnulli, in ver. dietas, & in d. c. cupientes, in ver. commode. Igitur cēſentur verba, prout tenentur tali vſui accom-
modaſſe, etſi ſtatuta ſunt intelligenda † ſe- 4
cundum mentem ſtatuentium, & ſecundū intētionem illorum, à quibus emanarunt, arg. l. ſi quis intentione, ff. de iudic. l. ſemper in ſtipulationibus, & l. in ambiguis orationibus, ff. de reg. iur. interpretando illa ſecundum cōmunem vſum loquendi interpretatio fieri dicetur, ſecundum quod ſtatuentium mens cēſetur fuiſſe, poſtquam ad id, vt di-
ximus, tenebantur, † & mens alicuius talis 5
eſſe præſumitur, qualis eſſe debet. Bal. in d. l. omnes populi, num. 87. ff. de iuſt. & iur. ac vnuſ-
quiſq; ea feciſſe, & † in vnoquoq; actu ſe 6
geſſiſſe præſumatur, put de iure tenet, arg.

tex. *in l. quadam mulier, ff. de rei vendicat. l. 2. C. de acq poſſeſſ.* Hippol. Riminal. *conſil. 492.*
7 *numer. 28. libr. 5.* & præſumitur id † factum, quod erat de iure faciendum, Ceph. *conſil. 9. num. 16. lib. 1.* Bar. & Doct. *in l. cum ſeruum,*
8 *ff. de verb. oblig.* & actus præſumitur † factus, vt ius diſponit, Ceph. *conſ. 25. n. 24. eod. lib. 1.* qui *ibid. n. 22.* dixit, quod actum faciens cẽſetur ſecundum leges de illo loquentes facere, & pro concluſione ſeruit, quod dicit Corn. *conſ. 233. num. 6. in fine, volum. 4.* quod ſcilicet ex conſuetudine loquendi regionis verba debent interpretari, & quod cõmunis vſus loquendi patriæ in interpretatione verborũ ſit inſpiciendus, dixit Rom. *conſ. 179. num. 5.* quin etiam in exaudiendis ſermonibus communem vſum loquendi potentiſſimum eſſe ſcribit Paul. de Caſtr. *conſil. 40. in fine, volum. 1.* & vulgarem interpretationem, & formulam loquendi regionis præſtare non paruum adminiculũ intellectus, tradit Bal. *in conſil. 245. ad finem, vol. 3.* quia talis pręſumitur, inquit, intentio ſingularis, qualis eſt vniuerſalis, idemque *in conſ. 398. nu. 1. volum. 3.* dicit, quod ſi conſuetudo vocabulum interpretatur, huiuſmodi interpretatio eſt neceſſaria, vnde etiam Paul. de Caſtr. *in conſil. 300. num. 1. verſ. & quia ſentio, volum. 2.* ſcribit, quod vulgi opinio eſt quodammodo ius naturale, quod naturaliter, nõ artificio aliquo inſitum eſt mentibus ſingulorum; Vnde illuſtriſſimus Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib. 3. titul. 8. num. 2.* dicit, quod quando conſtaret de cõmuni vſu loquendi, nullus Doctor teneret, quod is proprie verborum ſignificationi nõ debeat præferri, & *n. 4.* ſubiungit, quod illa eſt accipienda interpretatio, quæ vulgari conſuetudini loquendi magis cõgruit, quia omnis intellectus extraneus eſſe dicitur, qui non conſonat auribus vulgi, Bal. *in §. Opizzoni, in fin. de pac. conſtant.* Soc. ſen. *conſ. 89. circa finem, verſ. accedat, vol. 4.* Alexand. *conſil. 102. numer. 13. volumin. 6.* Iaſ. *conſil. 51. columm. penultim. verſicul. confirmantur, volum. 3.* & eſt gloſſ. not. *in dict. l. librorum, §. quod tamen Caſſius, in verb. non continebuntur, ff. de leg. 3.* dicens, † quod 9
vſus omni regulæ, omnique conſtitutioni in exaudiendis ſermonibus derogat ſolus, idemque voluit Oldrad. *in conſil. 125. numer. 7.* & Bald. *in l. vltim. numer. 35. C. de hered. inſtituen.* dicit, quod communis intellect⁹ vocabuli omni ſignificationi prępõderat, & reddit rationem, quia ſicut per intellectum communem natę ſunt verborum ſignificationes, ita etiam per eaſdem cauſas, id eſt, per cõmunem ſenſum, & intellectum poſſunt mutari, augeri, & minui, & Marcus Cic. *de inuent. lib. 2. Rhet.* ſcribit, conſiderari oportere, quemadmodum homines in conſuetudine ſcribendi, & ſermocinandi aliquo verbo, de quo controuerſia eſt, vti ſoleant.

Primo infertur, quod ſi mulier ex ſtatuto debeat relinquere dotem ſuam filijs vtriuſque matrimonij æqualiter, verificabitur diſpoſitio etiam in vidua, quæ non habet maritum, quia licet proprie dos nõ dicatur, † niſi adſit matrimonium, *l. 2. ff. de* 10
iur. dotium, l. fin. C. de donat. ante nupt. tamen ſecundum communem vſum loquendi etiam mulier, quæ non habet maritum, dicitur habere dotem, ita Bal. *l. 1. C. vnde vir & vxor.* Crot. *in dict. l. omnes populi, num. 170.* Alexan. *conſ. 55. n. 8. libr. 1.* Salyc. Paul. de Caſtr. & Rom. *in d. l. 1.*

Secundo infertur, quod licet etiam illa dicatur vidua, † quæ nunquam maritum 11
habuit, *l. malum, §. vidua, ff. de verb. ſignif.* tamẽ quia ſecundum communem vſum loquendi illa ſola dicitur vidua, quæ marito orbata eſt, in illa verificabitur ſtatutum de vidua loquens, ita Crot. *vbi ſupra, n. 170.* de mente Abb. *in c. ex tenore, de for. compet. in fi.* & Felyn. *in d. proœm. decret. n. 5.*

Tertio

Tertio infertur, quod licet appellatio-
12 ne veſtis † veniat, quicquid tegit corpus, *l. veſtis, §. 1. & l. argento, §. 1. ff. de aur. & arg. legat.* tamen ſtatutum loquens de veſtibus, non comprehendit caligas, vel capucium, conſiderato communi vſu loquendi, ita Cardinal. *in clem. 2. in 5. quaeſt. de vita, & honeſtate cleric.* quem refert, & ſequitur Crot. *vbi ſupra, d. num. 170.* Natta *conſil. 291. num. 2. lib. 2.*

Quarto infertur, quod licet ſit magna altercatio inter Dd. an in ſtatuto de inteſtatis, vel ab inteſtato morientibus com-
13 prehendatur † pupillus, vel furioſus inteſtabilis, tamen ſi erit communis vſus loquendi in loco, quod etiam inteſtabilis diceretur ab inteſtato decedere, propter communem vſum, declarabitur indubitanter ſtatutum etiam inteſtabilem comprehendere, ita Alexand. *conſil. 115. num. 6. lib. 2.* Gabr. *ſuis communib. concluſ. 1. concluſ. num. 8. tit. de ſtatut.* Ioan. de Imol. *in l. centurio, ff. de vulgar. & pupillar.* Bald. *in conſil. 12. in fin. verſic. bene tamen fateor, vol. 3. & conſil. 475. verſic. ego Baldus ſequendo communem opinionem, eod. vol.* Angel. *in conſil. 26. verſic. ſed hu, de cuius ſucceſſione,* & paſſim Dd. de quibus per Gabr. *vbi ſupra, num. 8* & per Craſſ. *de ſucceſſ. §. ſucceſſio, quaeſt. 1. nu. 5.* vbi de communi teſtatur.

Quinto infertur, quod licet ſtante ſtatuto, quod filius maſculus filiam fœminam
14 excludat, appellatione † filii ad excluſionem filiæ veniat etiam nepos ex filio maſculo, vt late per Gabr. *concluſ. 1. num. 19. tit. de verbor. ſignific.* vbi communem dicit, tamen ſi extaret communis vſus loquendi, quod aliter filii, & aliter nepotes appellarentur, ſtatutum ex eo vſu interpretationem ſumeret, & nepos non veniret ſub nomine filii, ita Gabr. *vbi ſupra, num. 90. verſic. vigeſimo limita,* cum ibi per eum allegatis.

Sexto infertur, quod licet † appellatio- 15
ne mobilium veniant omnia, quæ moueri poſſunt de loco ad locum, & per conſequens etiam ſe mouentia, *l. mouentium, ff. de verbor. ſignific.* Oldrad. *conſil. 219. incip. factum eſt, Dominus Rex*, Dec. *conſil. 472. num. 4. & ſeq.* vbi exemplificat in libris, in auro, & argento, & pecudibus, & fructibus ſeparatis à ſolo, imo etiam in pendentibus, & in pecunia numerata, reprobando contrarium ſentientes, rationibus ibi per eum, tamen ſi ita ſe haberet communis vſus loquendi in loco, vbi ſtatutum de mobilibus loquẽs extaret, ad ſupellectilem ſolum verbum mobilium reſtringeretur, & ſic ſolum venirent ea, quæ habentur *in l. ſupellectili legata, ff. de ſupellect. leg.* ita Oldrad. *vbi ſupra,* Speculat. *de fructib. & intereſſe, §. 1. verſic. ſed pone,* quos refert, & ſequitur Dec. *d. conſil. 472. num. 4. & plur. ſeq.*

Septimo infertur, quod ſtante ſtatuto,
quod † vir non poſſit relinquere vxori, 16
non comprehendet ſponſam, etiam per verba de præſenti, quia communis vſus loquendi ante conſummatum matrimonium ſponſam, & non vxorem appellat, ita Dec. *conſil. 540. per totum,* per text. & ibi Abb. *in cap. tertio loco, de præſumpt. & in cap. ex publico, de conuerſ. coniugat.* Ancharan. *conſil. 21. num. 8. verſic. tertio ponderandum dixi.*

Sed in contrarium eſſe magis communem opinionem, teſtatur Galliaul. *in conſuet. Alexand in verb. maritus, quaeſt. 1. num. 26.* cum ibi allegatis, ibique illam ampliat, & limitat, & dicit, quod opinio Decii eſſet vera, ſi appareret per probationes de illo communi vſu loquendi in illo loco, in quo talis ſtatuti diſpoſitio vigeret.

Octauo infertur, quod ſi in ſtatuto fie-
ret mentio de menſe, † niſi aliud ex eodem 17
ſtatuto appareret, intelligitur de triginta diebus ex interpretatione communis vſus

R 3 loquendi,

Digitized by Google

loquendi, ita Franch. *in c. quamuis, §. 1. nu. 4. de elect. in 6.* cum ibi per eum.

18 Nono infertur, quod licet † beſtiarum appellatione comprehendantur ſolum ex propria ſignificatione animalia fera, vt leones, vrſi, & ſimilia, vnde in materia exorbitanti, & ſtricta animalia domeſtica, & manſueta non venirent, *l. 1. §. beſtias, ff. de poſtulan.* Bart. *in l. 1. §. remouetur, ff eod. tit.* tamen ſi extat communis vſus loquendi, denotans contrarium, ſtatutum de beſtiis loquens ex interpretatione dicti communis vſus, manſueta etiam comprehendet, Matheſil. *ſingul. 95. incip. nota vnum mirabile,* vbi lata additio.

19 Decimo infertur, quod licet quando fit mentio de parentela, † vel familia, intelligatur ordine ſucceſſiuo, vt *in l. Gallus, §. quidam recte, ff de lib. & poſthum. l. peto, §. fratrem, & l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat. 2. in l. fin. C. de verbor. ſignificat.* id tamen non verificabitur in ſtatuto de familia loquente, ſi communis vſus loquendi erit in contrarium, Cephal. *conſil. 318. num. 60. lib. 3.* Socin. *conſil. 37. ſub num. 11. verſic. ad ſecundum dico, l. b. 3.*

20 Vndecimo infertur, quod licet appellatione † nepotis ex proprio ſignificatu vocabuli veniat duntaxat filius filii, vel filiæ, *l. iuriſconſultus, ff. de gradib.* tamen ex communi vſu loquendi ſtatutum, de nepote loquens, interpretabitur etiam de filio fratris, vel ſororis, ita Ioan. Andr. *in cap. fundamenta, de elect. lib. 6.* quem refert, & ſequitur Euerard. *in d. loco, ab opinione vulgi, num. 4.*

21 Duodecimo infertur, quod licet appellatione domus † comprehendatur etiam apotheca, ad quam ex domo fit ingreſſus, tamen in ſtatuto loquente de capto vel inſultato in domo, non verificabitur in apotheca, quæ ex communi vſu loquendi diſtinguitur, nec venit ſub ſimplici vocabulo domus, ita Natt. *conſil. 291. num. 2. lib. 2.* & Paul. de Caſtr. *conſil. 45. viſo puncto, col. 3.* de quo tamen infra in prima ampliatione ad nonam declarationem.

Primo amplia concluſionem, vt procedat etiam in materia, † ſiue ſtatuto correctorio exorbitanti, ac pœnali, ita Mattheſil. *d. ſingul. 95.* Abb. & Anton. de Butr. & Felyn. *in d. proœm. decret.* poſt Bart. *in l. non dubium, C. de legib. & in d. l. Labeo, ff. de ſupellect. legat.* cum ibi per eum, *& in l. 1. circa med. in verſic. communis enim vſus, ff. de ſuis, & legitim. & in d. l. cum de lanionis, §. aſinum,* Ioan. Andr. *in cap. fundamentum, de elect. in 6.* Aretin. *in §. 1. in fin. Inſtitut. de legitima agnat. ſucceſſ.* Tiraquell. *de retract. §. 2. gl. ff 1. num. 5.* Iaſ. *in d. rubr. ff. de noui operis nuntiat. num. 7.* vbi Hormanoth. *num. 24.* hoc communiter eſſe receptum affirmat, & ibidem Socin. iun. *num. 93.* pariter de communi teſtatur, vbi etiam Alex. *n. 6.* prout & eam communem dixit addit. ad Abb. *in d. c. nonnulli, lit. H.* & hanc etiam veriſſimam, & receptiſſimam opinionem affirmat Galli. *de verbor. ſignificat. lib. 8. cap. 18 num. 5.* Bart. *in l. libellorum, §. ſed ſi aliud, in fin. ff de accuſat.* Abb. *in cap. 2. in princip. de arbitr. & in cap. per tuas, col. 2.* vbi etiam Felyn. *de probat. & in d. c. ex tenore, in fin. de for. compet.* Crauet. *conſil. 308. num. 3.* 22

Secundo amplia, vt communis vſus loquendi † in interpretatione ſupradicta ſtatuti præualeat omni propriæ ſignificationi vocabuli, Tiraquel. *d. §. 2. gloſſ. 1. num 6.* de mente Bart. *in conſil. 58. circa med.* Curt. ſen. *conſil 9. num 10.* Abb. ac alii, ibi per eum *in d. cap. nonnulli, col. 1.* vbi dicit, quod in interpretatione cuiuſcunque diſpoſitionis primo recurrendum eſt ad communem vſum loquendi, & *in c. 1. col. penult. verſic. ad vnum tamen aduertas, de iudic.* notauit communem vſum loquendi in quacunque materia ſemper præferri proprio ſignificato, ſiue id eliciatur ex diffinitione, ſiue ex etymologia 23

Digitized by Google

mologia,ſiue ex iuris auctoritate,Dec.*con-
ſil.472.num.12.& 13.verſic.in ſecundo dubio*,
Bart.*in d.l.omnes populi, num.59.* vbi Crott.
num 170. Iaſ.*in d.rubr.ff.de noui oper. nuntiat.
num.7.verſic.ego teneo*, vbi dicit hanc eſſe
* communem opinionem, facit text. *in cap.
quamuis*, vbi Abb.& Anton.de Butr.*de ver-
bor.ſignific.*& notatur *in l.Alphenus,l.vulgari,
& anniculus ff.de verbor.ſignific.* Socin.iun.
in d.rubr ff.de noui oper.nuntiat.nu.86. vbi ita
* communiter à Dd. teneri affirmat, & hoc
ibidem tenuit Bart.*n.6.* idem voluit Ruyn.
conſil.63.num.7.vol.3. Fulgoſ.*conſil.27.col.1.*
Maluaſ. *conſil.121.nu.9.* Bald.*in d.l.vlt. nu 35.
C.de hered inſtit.* Alex.*conſil 140.n.9.vol.5.* &
de hoc eſt, vt ſupra dicebamus,gloſſ. ordi-
naria *in d.l.librorum, §.quod tamen Caßius,in
verb continebunt*,& faciunt alia ſupra addu-
cta in principio concluſionis.

Tertio amplia, vt concluſio procedat,
24 etiamſi adſit ſtatutum, † quod ſtatuta in-
telligantur ad literam, ſiue vt ſonant, aut
vt iacent; nam nihilominus ſequendus e-
rit in ſtatuti intelligentia communis vſus,
ita Paul.de Montepic.*in conſil.85 num.33.* de
mente Bald. *in l.omnes populi, in penult.col
verſic.tertio nota*, vbi dicit, quod litera in-
telligitur, prout vulgus exponit,& *num.59.*
ſubiūgit,nota quod intellectus literalis ex-
ponit etiam, id eſt, vulgaris, ſic vt vulgus
intelligit, Ancharan.*in repetit.Canon ſtatu-
ta,14.quæſt.princip.verſic.vtrum, quinto ſta-
tuta, de conſtit.* Anton. de Butr.*in d proœm.
decretal.* vbi etiam Abb. *col.3* & Felyn.*co-
lum.6.num.14.* Bald.*in d.l.de quibus, ff.de le-
gib.* Alexand.*d.conſil.211 num 2 lib.6.* Iaſ.*con-
ſil.205.verſic.item eſt animaduertendum, col.5.
lib.2.* Abb. *conſil.75.num.9.lib.1.* Tiraquell.
d.§.2.gl ff.1.num 6 in fin. Euerard.*in ſua cent.
in loco,ab opinio vulg num.5.*

Quarto amplia,vt idem,& multo magis
ſit,ſi ageretur de interpretando verbo non
25 ſcripto in ſtatuto, † ſed ſolito proferri ex
conſuetudine alicuius loci, nam facilius
conſuetudo, ſiue conſueta verba ſecun-
dum communem, & conſuetum modum
loquendi, qui frequentatur in loco, intel-
liguntur, quam alia diſpoſitio, cum plus
habeant inter ſe communis vſus, & con-
ſuetudo,quæ omnia ex non ſcripto proce-
dunt,quam communis vſus, & ſtatuti ver-
ba,quæ ex diuerſo fonte emanant, † & in- 26
ter ſymbolum habentes facilior eſt tranſi-
tus, *§.hodie, Inſtit.de adopt.* Galliaul.*in d.con-
ſuetudin. Alexand. in verb. maritus, quæſt.1.
num.38.& in verb.legare,quæſt.7.nu.92* & fa-
cit dictum Bald.*in cap.1.num.5.de feud.Mar-
chiæ*, vbi dicit, quod communis vſus lo-
quendi in iure maxime conſuetudinario
ſpectandus eſt.

Primo declara concluſionem, † quod ſi 27
communis vſus loquendi varius reperire-
tur in aliquo loco, ille deberet ſeruari pro
interpretatione ſtatuti, qui eſſet frequen-
tior,& vſitatior,ita Galliaul.*vbi ſupra,in ver.
ſolidos, quæſt.1.num.14.& 15.* ad quod facit
Curt.ſen. *d.conſil 9.num 23.* vbi dixit, quod
ſpectari debet, qui à maiori parte populi
receptus eſt vſus, & ad cognoſcendum
communem vſum loquendi attentandam
eſſe maiorem partem ciuitatis, notat Fe-
lyn.*in d.proœm.decret. col 7.num.16.in fin.* &
prius idem voluit Abb. *in cap.ex parte num.
6.& in fin.de cenſib.* & facit, quod habetur
per Dec.*conſil.11.num.12.* Bertaz. *conſil.ciuil.
39.n 32* & Bero.*conſil.87.nu.21.lib.3.* quibus
in locis dixerunt, quod in iudicanda con-
ſuetudine † debemus attendere, quod fre- 28
quentius obſeruatum eſt, quod & replica-
uit Dec.*conſil.215.num.2.verſic.namque plu-
res*,quod tamen declara,vt infra in ſeptima
declaratione.

Secundo declara concluſionem,vt vera
ſit, † niſi in volumine ſtatutorum adeſſet 29
ſtatutum aliquod, per quod diſponeretur,
verba ſtatutorum debere intelligi ſecun-
dum

dum propriam illorum ſignificationem,
nam cum vſus communis loquendi non
dicatur propria, ſed abuſiua, & figuratiua
ſignificatio vocabuli, Bart. in d. l Labe?, num.
4. ff. de ſupellect. legat. Socin. iun. in d. rub. ff. de
noui oper. nunciat. num. 88. & 91. idem Bart.
conſil. 138 hæc eſt copia, in fin. tunc haberetur
ſolum conſideratio quantum verba pro-
prie, & in proprio illorum ſignificatu im-
portarent, nec attenderetur, quomodo a-
pud communem loquendi modum reci-
perentur, quia ex quo tali caſu ſtatutum
requirit ſolum propriam ſignificationem
vocabuli, & præciſe innititur dictæ pro-
priæ ſignificationi, vt ſtatutum ſeruetur de
propria ſignificatione verborum, erit cu-
randum omiſſa pro tunc omni conſidera-
tione quoad communem vſum loquendi,
ita Bart. in d. l. Labeo, nu. 5. Hormanoth. in d.
rubr. ff. de noui oper. nunciat. num. 75. vbi et-
* iam Socin. iun. qui nu. 95. teſtatur ita com-
muniter à Dd. teneri, & idem ibidem Iaſ.
num. 7 in fin. Salycet. in l. cum antiquioribus,
vlt. col. in princ. C. de iure deliber. Felyn. in d.
cap. per tuas, num 80. de probat. Bald. in d. l. o-
mnes populi, quæſt. 14. vbi Sanct. Seuer. num.
234. verſic. caue tamen, Alexand. in rubr. num.
21. ff. de oper. noui nunciat. poſt Caſtrenſ. in l. 1.
ff ſi certum petat. Ancharan. conſil. 413 incip.
viſo puncto, col. 6. Euerard. d. loco, ab opinio.
vulg. num. 8 & quomodo tali caſu erit acci-
30 piendus proprius intellectus, † & ſignifi-
catio erit in pectore iudicantis, ita addit. ad
Abb. in d. cap. nonnulli, in verb. ad communem
vſum, lit. H de mente Butr. in cap. ex literis, de
ſponſal. & Innocent. in cap. cum populi cau-
ſam, de teſti & in cap. cum oporteat. de accuſat.
Subdeclara, vt vera ſit declaratio, quan-
31 do vere appareret, † quod communis vſus
loquendi, & propria ſignificatio vocabuli
diſcreparent, nam alias ſi non appareret
de differentia inter ſe, cum tunc ſolum
communis vſus loquendi dicatur impro-
pria ſignificatio, quando certe apparet diſ-
crepatio à propria, & vera ſignificatione
vocabuli, Alexand. d. conſil. 211. num. 2. Bart.
in d. l. Labeo, num. 4. verſic. reſpondeo, commu-
nis vſus poteſt eſſe idem cum propria ſignifica-
tione, & nihil repugnat, non reiiceretur ab
interpretatione ſtatutorum, ob ſupra cita-
ti ſtatuti diſpoſitionem, ita idem Alexand.
ibid. num. 5.

Tertio declara concluſionem, vt non
habeat locum, quando adeſſet ſtatutum,
quod † ſtatuta intelligentur nullo extrin- 32
ſeco intellectu addito, nam tunc non erit
ſumenda interpretatio ex communi vſu
loquendi, qui dicitur intellectus extrinſe-
cus, ita Iaſ. in d. rubr. ff. de noui operis nuntiat.
num 7. vbi Socin. iun. num. 101. & ſeq. teſta-
tur de communi Iac. Butrig. in d. proœm. ff. *
Pariſ. conſil. 20. num. 29. lib. 2. Paul. de Mon-
tepic. d. conſil. 85 nu. 33. Hormanoth. d. rubr.
ff. de noui oper. nuntiat. num. 25. Crot. in d. l. o-
mnes populi, num. 171. Roman. ſingul 421. in-
cip. communis i'oct ins eſt, qui dicit, quod per
hoc obtinuit magnam quæſtionem Flo-
rentiæ, Alexand. d. conſil. 211. num. 2. lib. 6. A-
retin. conſil. 109. coegiſtis me, in princ. & ple-
nius conſil. 145. licet ſtatuta, Anton. de Butr.
Abb. & Felyn. in d. proœm. decret. & in d. cap.
per tuas, de probat. late addit. ad Roman. d.
ſingul. 422.

Animaduertendum tamen eſt ad hanc
declarationem forte non veram, quia ſi
ſtatuentium mens, vt dicebamus ſupra in
principio concluſionis, præſumitur fuiſſe,
prout ad id tenebãtur, accommodare ver-
ba ſtatutorum ad vſum, & conſuetudinem
communem ciuitatis, iuxta etiam notata
in l ſi ſeruus plurium, § fin. ff de legat. 1. & in d.
l. cum de lanionis, § aſinam. ff. de fund. inſtruct.
Socin. iun. in d. rubr. num. 93. interpretando
ſtatuta ſecundum communem vſum lo-
quendi, non dicetur aliquid addi extrin-
ſecum in ſtatutis, ſed potius quod intrinſe-
cum

Digitized by Google

cum eſt ex ſignificatione verborum ſecundum præſumptam mentem ſtatuentium regulatam ad communem vſum regionis propalare, & aperire, ſicut in ſimili fuit dictum, quando adeſſet ſtatutum, quod verba intelligerentur ad literam, prout iacent in ſtatutis, nam nihilominus admittitur communis vſus loquendi pro illorum interpretatione, quia ex quo, vt dicebamus, verba in ſtatutis cenſentur à principio à ſtatuentibus poſita ſecundum ſignificationem communis vſus loci, cui ſeruire deberent, ſi interpretarentur poſtmodum ſecundum illum communem vſum loquēdi, diceretur interpretatio fieri, prout litera iacet, ex quo, vt diximus, iacet litera ex mente ſtatuentium vſq; à principio, quo ſtatuta fuerūt condita ſecundum communem ſignificationem vſus loquendi illius loci, vbi condita fuerunt, & ſic etiam in caſu ſupradictæ declarationis nihil addi ſtatutis extrinſece poterit dici propter cōem vſum loquendi, poſtquā à principio, quo ſtatuta fuerunt condita, ſecundum illum communem vſum loquendi cenſentur ſtatuentes verba ſtatutorum protuliſſe, & poſuiſſe, prout & hoc idem videtur animaduertiſſe Socio.iun. *in d.rubr.num.101.& ſeq.*

Forte tamen non procederet præſens conſideratio, quando propria ſignificatio vocabuli diſcreparet à ſignificatione communis vſus loquendi, & extaret, vt ſupra, ſtatutum, quod ſtatuta intelligerentur ſecundum propriam ſignificationem verborum, nam tunc, cum propria ſignificatio, & ſignificatio communis vſus eſſent diuerſæ, eſſet quidem addere quid extrinſecum in ſtatutis, ſi à communi vſu loquēdi, diſcrepante à propria ſignificatione, ad interpretationem illorum, propriam ſignificationem requirentium, agere vellemus, & ideo non admitteretur intelligentia, ſiue interpretatio communis vſus tanquam extrinſeca, & diuerſa, ſtante tali ſtatuto, quod ſtatuta intelligantur nullo extrinſeco intellectu addito.

Quarto declara, vt procedat concluſio, quando † verba ſtatutorum in Latino ſermone prolata haberent ſuum vulgare diſtinctum, prout habent Latinum, ſecus ſi in Latino ſermone eſſet diſtinctus ſermo, qui nō eſt in vulgari, ita Soc.ſen. *in l.Gallus, §.ſi eius, nu.5.in fin ff.de lib. & poſth.* Illuſtriſſimus & æque doctiſſimus Mantic. *in tract. de coniect.vlt.volunt.lib.3.art.8.nu.7* Felyn. *in d.proœm.decret num.13.* qui explicant primo modo in legitimis, & legitimatis, qui tam in Latino ſermone, quam in vulgari, ſuum habent vulgare & Latinum diſtinctum, ſecus in liberis, & filiis, qui Latine diſtinguuntur, vulgariter autem non. 33

Quinto declara, vt procedat concluſio quoad communem † vſum loquendi loci, cui ſtatuta ſeruire debent, ita Bart. *in d.l habet, num.7.* & Socin.ſen. *in d.§.ſi eius*, Ruyn. *conſil.63.col.3.lib 3.* Curt.iun. *conſil.175.col.2.* Roland. *in tract.de lucro dot. quæſt.6.num.12.* quos refert, & ſequitur Menoch. *d.caſ.488. num.3.* & ratio eſt, quia communis vſus loquendi poteſt eſſe diuerſus in vno loco, vel in alio, ideo ſimplex probatio de communi vſu loquendi non concluderet quoad aliquem locum particularem, niſi & illius loci particularis communis vſus probaretur, ita omnes Dd. ſupracitati in principio concluſionis, & vbique alii, & præcipue Dec. *conſil.472.num.16.* & Alexand. *d. conſil.5.num.11.in fin.* Socin. *in d.§.ſi eius*, & facit etiam, quia ſicut ſtatuentes cenſentur verba ſtatutorum poſuiſſe in eo ſignificatu, in quo communiter in loco ſtatutorum accipiebantur, prout ſupra ſæpe dictum fuit, & infra, ita vt interpretatio ipſorum procedat ſecundum ipſorum ſenſum, de ſenſu, & vſu, ac ſignificatione loci illius ſumi debet. 34

S Primo

Primo amplia declarationem, vt requiratur nedum probatio de communi vſu
35 loquendi loci ſtatutorum, † ſed quod talis communis vſus loquendi extiterit tempore conditi ſtatuti, Bart. *in d. l. Labeo, nu 7 & 8.* Mattheſil. *in ſingul. 102. incip. nota quod ſi capitulum, num. 19. in addit.* Rebuff. *de verbor. ſignific. in proœm. verſic. ſecunda eſt regula*, Socin. iun. *in d. rubr. n. 94.* Corn. *conſil. 83. col. 5. vol. 4.* Menoch. *d. caſu 488. nu. 2.* & rationem etiam allegat additio ad Abb. *in d. proœm. decretal. in lit. H.* dicens, quod, qui vult ſtatutum interpretari non ſecundum propriam ſignificationē, ſed ſecundum communem vſum loquendi, nihil aliud vult inferre, niſi quod concurrente communi vſu loquēdi, & propria ſignificatione verborum, debemus intelligere ſtatuentes voluiſſe, prout tenebantur accommodare ſtatuta, ſecundum communem vſum loquendi loci, pro quo tunc ſtatuta condebant, ſed ſi non apparet, quod iſte communis vſus loquendi, ſuper quo quis ſe fundat, extaret tempore conditi ſtatuti, & quod per conſequens ſtatuentes potuerint, & voluerint ſe ſuper illo fundare, quomodo procedet concludens de eo probatio, quia nō ſequitur, vt dixit Alciat. *de verb. ſignific. lib. 2. fol. mihi 42.* nunc eſt communis vſus loquendi, ergo erat & tempore conditi ſtatuti, cum poſſet eſſe, quod illo tempore non eſſet, & quod de illo ſtatuentes, ne quidem cogitaſſent, vnde ſi concludens debebit haberi probatio, communem vſum allegari de tempore conditi ſtatuti neceſſarium eſt, vt probet, tanquā fundamentum ſuæ intentionis, hinc Fulgoſ. *conſil. 165 in quaſt propoſita, nu 7.* animaduertit, quod neceſſe eſt formare articulos, non de communi vſu loquendi, qui nunc ſit, ſed qui erat tempore latæ conſtitutionis, quiq; ipſam conſtitutionem longo tempore, id eſt, per decem annos præceſſiſſet, nam probatio de communi vſu loquendi præſenti non releuaret, cum ex moribus ciuitatum, & vſu rerum ſæpenumero mutata ſit nominum, & rerum ſignificatio, idem voluit Dec. *in cap. in præſentia, col. 10. num. 90. de probat.* Alexand. *in l. qu nta, in princ. ff. de lib. & poſth.* Socin. *in d. l. Gallus, §. ſi eius, num. 6. in princ. ff. de liber. & poſthum.* Euerard. *in d. loco, ab opinione vulgi, num. 7.* Dominus Ioſephus frater meus chariſſimę memoriæ *de probat. concl. 329. n. 8. & ſeq. vol. 1.* Dec. *conſil. 472. num. 16. & conſil. 366. num. 8.*

Secundo amplia, quod vt communis vſus loquendi poſſit prætendi, requiritur,
nedum † quod fuerit tempore conditi ſta- 36
tuti, ſed etiam quod inoleuerit; vt dicebat Fulgoſ. vbi ſupra per decem annos ante, quia ad hoc, vt conſtituatur cōmunis vſus, requiritur vſus longi temporis, ita Bar. *in d. l. Labeo, n. 6. verſ. quod autem dixi à decem annis citra,* idem voluit *in l. 1. num. 99 C. de dignit. lib. 12.* & Bald. *in l. 2. C. ſi aduerſus rem iudic. & in l. dies feſtos, C. de fer.* Aretin. *in conſil. 2. num. 6.* Crauet. *in conſil. 308. col. 3. verſic. ad illud reſpondeo,* Lanfranc. de Orian. *in tract. de teſtibus, num. 97.* vbi dixit, quod neceſſe eſt, vt teſtes concludant de tempore decem annorum, quia alioquin non diceretur communis vſus loquendi in loco, vt *in l. nummis, ff. de legat. 3. & in l. ſi ſeruus, § fin. ff. de legat. 1.* idem voluit Marcel. Cala. *in ſuo tract. de modo articulandi, num. 518.* iuxta text. *in l. de quibus, ff. de leg. b. & in l. conſuetudinis, C. quæ ſit longa conſuet.*

Sed animaduerte ad prædicta, quod ſi ageretur de ſtatuto adeo antiquo, vt non poſſent haberi teſtes, qui etiam de decennali communi vſu loquendi, vltra tempus
conditi ſtatuti deponerent, † ad euaden- 37
dam iſtam difficultatem, & impoſſibilitatem probationis erit probandus communis vſus loquendi, per tempus, cuius initii memoria non extat in contrariū, quia hoc probato

probato reſultabit concludens de eo probatio, ita in ſpecie nos docuit Crauet. *d. conſil. 308. num. 3. verſic. ad iſtud reſpondeo*, quod prius etiam fuit de mente Socin. *in d. l. Gallus, § ſi eius, col. fin. ff de lib. & poſth.* & Fulgoſ. *d. conſil. 165. num. 7.* licet hoc pro conſtanti non affirmat, & idem cenſuit Alciat. *de verbor. ſignific. lib. 2. fol. mihi 42. verſic. quapropter qui hodie*, & faciunt notata *in cap. cum Apoſtolica, de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſu Capit.* vbi laicus non poteſt retinere decimas, niſi conceſſas ante Concil. Lateran. & quærunt Dd. quomodo probabit laicus conceſſionem ſibi factam ante illud Concil. Lateran. nam iſta probatio videtur impoſſibilis, cum homo viuens non poſſit de hoc teſtificari, reſpondent Dd. quod ſufficit probare laicum poſſediſſe decimas per tempus, cuius initii memoria non extat in contrarium, quia hoc probato præſumitur conceſſionem decimarum factam eſſe ante Concilium Lateran. alias eſſet grauare ad probationem impoſſibilem, quod ſequitur Iaſ. *conſil. 156. col. 1 lib. 2.* vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem.

Sexto declara concluſionem, quod ſi diſputatio, & verba ſtatuti conuenient ge-
38 neraliter omnibus ciuibus, † de communi vſu loquendi omnium ciuium erit probandum, ſi autem reſpicient ſolum quoddam genus perſonarum, vtputa mercatorum, artificum, medicorum, & ſimilium, debent verba ſecundum communem vſum loquendi illius generis hominum, cui conueniũt, intelligi, & interpretari, vtputa ſi agatur de termino ſolutionis poſito cum hac demonſtratione ad octauam Paſchatis in aliquo ſtatuto determinante rem, & negotium inter mercatores, erit omnino probandum, quænam dies appelletur Paſcha, non ſolum communiter apud vulgares, ſed præcipue & præciſe inter mercatores, prout ita conſuluit Socin. iun. *conſil. 61. num. 26. verſic. & plus dico, vol. 2.* quod etiam cenſuit Dec. *conſil. 7. num. 3.* & Menoch. *d. caſu 488. num 5.* & nouiſſime Dominus frater meus *d. concluſ. 329. vbi ſupra, num. 13.* & facit ad hoc doctrina Bart. *in d l. Labeo, nu. 6.* dum voluit, quod ad probandum quiſnam equus appelletur Palafrenus, teſtes debent deponere de auditu illorum, à quibus talia tractantur.

Septimo declara, quod ſi ageretur de verbis ſtatuti, † quæ factum quotidianum 39
reſpicerent, & in quibus per conſequens poſſet cadere vſus loquendi frequens, & communis, non concludetur communis vſus loquendi probatio, ſi de aliquorum tantummodo vſu loquendi fieret, & teſtes deponerent, quia, vt ſupra fuit oſtenſum, maior pars populi requiritur ad conſtituẽdum communem vſum, ſecus ſi factum nõ eſſet ita quotidianum & frequens, quia etiam ſi de aliquibus tantum hominibus deponeretur, concluderet probatio, quia in his, quæ perraro contingunt, non requiritur maior pars populi ad inducendum cõmunem vſum, prout in cõmuni vſu vtendi teſtatur Bart. *in d. l. Labeo, n. 10. verſic ſed quæro ſi interrogatur*, & ſequitur Menoch. *loco proxime citato, num. 4* & Dominus frater meus *vbi ſupra, num. 12.* & ante eos Alciat. *de verb. ſignific. lib. 2. fol. mihi 42.* vbi dixit, quod ſi de eo agatur, quod raro contingere ſolet, ſufficiet, ſi non à plurimis, ſed ab his dictum conſtet, qui de ea re verba fecerunt, quamuis paucos fuiſſe proponatur.

Octauo declara, vt non procedat concluſio, † quando in eodem loco eſſet vſus 40
conditę legis, vel ſtatuti, & communis vſus loquendi, nam attenderetur potius vſus ſtatuti, id eſt, quomodo ſtatutum fuerit interpretatum eueniente caſu, & quomodo eo per longũ tempus fuerint vſi ciues, quã quomodo ſe haberet communis vſus loquendi, nã ſi de interpretatione legis quæ-

Google

ratur, inprimis inſpiciendum eſt, quo iure ciuitas retro in huiuſmodi caſibus vſa fuit,
41 quia † in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiſcuntur, conſuetudinem aut rerum perpetuo, id eſt, decennio ſimiliter iudicatarum auctoritatem vim legum obtinere voluit text. *in l. ſi de interpretatione, & in l. nam Imperator, ff. de legibus*. & etiam quia ex quo non obſtante communi vſu loquendi in illo loco, tamen ſemper ſtatutum ita obſeruatum fuit, cenſetur de mente populi fuiſſe in illo caſu, ſiue ſtatuto cõem vſum loquendi non debere attendi, ſed quod obſeruatum fuit, nam ea, quæ longa conſuetudine comprobata ſunt, & per annos plurimos obſeruata velut tacita ciuium conuentio erunt ſeruanda, inquit text. *in l. ſed ea ff. de legibus*, & ſi per ſtatutum poteſt induci, vt communis vſus loquendi non habeat locum, ita & per conſuetudinem, quia quod poteſt fieri per ſtatu-
42 tum † poteſt etiam induci per conſuetudinem, & mutari, ita Galliaul. *in conſuetud. Alexand. in præfat. 4. num. 12.* Socin. iun. *conſil. 65. num. 29. lib. 1.* Abb. *in conſil 7. col. penult. lib. 2.* De qualitatibus autem, & requiſitis
43 ſupradictæ obſeruantiæ, † & conſuetudinis, vide apud Ioſeph. Ludouic. *concluſ. 38.* & Gabriel. *concluſ. 1. tit. de conſuetud.* Capr. *regul. 13.* & nos alibi *in concluſ. quod ſtatuta recipiunt interpretationem à iure communi.*

Vertitur inter Dd. quæſtio, quæ præſuppoſito, quod ſtatuta ſint interpretanda ſe-
44 cundum † communem vſum loquendi, de quonam communi vſu intelligatur, an ſcilicet vulgarium, an vero hominum peritorum, & quia in hoc multi multa dixerunt, & multi etiam variarunt, quicquid ſit, & poſſet dici in aliis diſpoſitionibus in ſtatutis, eam, ni fallor, arbitror meliorẽ ſententiam, quæ vulgarium vſum communẽ ſpectandum affirmat, quam quæ ad peritorũ loquelam tantum concluſionem reſtringit ſub tamen modo, de quo infra, & moueor:

Primo propter ipſam denotantiam iſtorum verborum communis vſus, quæ importat, & ſupponit maiorẽ partem populi, nam vt ſupra oſtendimus, ad conſtituendum vſum loquendi, qui poſſit dici communis, ſpectari debet, quod à maiori parte populi receptum eſt, Curt. ſen. *d. conſil. 9. n. 23.* Galli. *in d. conſuet. Alexan. in verb. ſolidos, quaſt. 1. num. 14. & 15.* qui dixit, quod ille vſus loquendi erit attendendus in interpretatione ſtatuti, qui eſſet frequentior, & viſitatior in ciuitate, & ad cognoſcendũ communem vſum loquendi maiorem partem ciuitatis ſpectandam eſſe dixit Felyn. *in d. proœm. decret. num. 16.* & Abb. *in d. cap. ex parte, num. 6 de cenſibus*, & alii, de quibus ſupra, ſi ergo non poterit dici vſus communis, niſi ex maiori parte populi, certe non poterit cauſari ex loquela, ſiue intellectu peritorum ſolum, qui nedum non faciunt, vt experientia ipſa docet, maiorem partem ciuium, ſed aliquando, & ſæpe reperiuntur loca, in quibus, aut nulli, aut perpauci periti adſunt, & ſemper faciunt, aut conſtituunt minorem partem, à qua parte minori non poſſe conſtitui vſum communem docuerunt omnes ſupra citati Doctores, & præcipue Abb. *in d. cap. ex parte, in fin* ſicut de conſuetudine notauit Roch. *ſect. 4. in 3. requiſit. num. 61.* quæ non poteſt induci ab vna tantum parte ciuitatis, & notatur *in l. 1. C. quæ ſit longa conſuetud.* Nec obſtat, quod ſi replicaretur, quod ſi non adeſſent periti in loco, poſſet communis vſus loquendi haberi, & verificari ſecundũ communem vſum loquendi peritorum aliorum locorum, quia reſpondetur, quod hoc eſſet de directo contra communem opinionem omnium Dd. qui, vt ſupra viſum fuit, in hoc conueniunt omnes, quod vſus cõmunis loquendi ſit illius loci, cui

Digitized by Google

cui ſtatuta ſeruire debent, & quod ad illum conſtituendum attendatur maior pars ciuitatis ſtatutorum.

Secundo moueor, quia ſi ſtatuta ſunt intelligenda ſecundum mentem ſtatuentium, vt ſupra fuit oſtenſum, & mens ſtatuentium præſumitur fuiſſe, prout, & talis eſſe debebat accommodare, verba ſtatutorum ad communem vſum loquendi populi, pro quo ſtatuta condebant, & in ſenſum, qui communiter eis dabatur, & in ea ſignificatione, ſecundum quam communiter in illa regione, ſiue loco accipiebantur, vt per Socin. iun. *in d. rubr. ff. de nou. oper. nunciat. num. 92. & ſeq.* & vt etiam ſupra probauimus, certe vt mens ſtatuentium ſaluetur, non poterunt ſtatuta interpretari, niſi ad communem vſum loquẽdi vulgarium, à quibus tanquam à maiori parte populi vſus deducitur communis, & communis verificatur, & non ad vſum peritorum, qui forſitan aut non reperirentur, aut eſſent longe inferiores numero alijs, & tanquam minor pars non poſſunt vſum conſtituere.

Tertio moueor, quia cum ſtet concluſio, quod ſtatuta intelligantur, ſecundum vſum loquẽdi communem, & vſus loquẽdi non poſſit dici communis, niſi conſtituatur à maiori parte populi, ſequeretur, quod aut nunquam, aut perraro verificaretur commune dictum, & concluſio, ſi ad peritorum tantum vſum reperiretur, quia aut nunquam, aut rariſſime periti facerent maiorem partem loci, & populi, & tamen regulæ, & communes concluſiones præcipue, ſicut etiam aliæ diſpoſitiones, ad ea, quæ frequentius accidunt, non autem ad ea, quæ perraro contingunt, adaptanda ſunt, iuxta tex. *in l. iura conſtitui, & l. ex his, & l. nam ad ea, ff. de legib.*

Quarto moueor, quia, vt diximus, omnes Doctores tam vnam, quam aliam opinionem ſequentes in hoc conueniunt, quod ſtatuta ſint intelligenda ſecundum communem vſum loquendi loci ciuitatis, vel patriæ, in qua ſtatuta condita fuere, & cui ſeruire deberent, ſi ergo eſt attendendus indiſtincte vſus communis loquendi loci, ciuitatis, & patriæ, ad quid de vſu ſolum peritorum, qui, vt ſupra vidimus, nõ poteſt dici communis in aliquo loco, & ſi replicaretur, quod intelligendo ſtatuta ſecundum vſum communem illorum peritorum, qui in loco ſunt, poſſet dici interpretatio ſecundum communem vſum loquendi illius loci reſpectu peritorum, reſpondetur, quod iſtud eſſet deſtruere omnino concluſionem, quia ſi ad conſtruendum communem vſum loquendi alicuius loci requiritur maior pars populi eiuſdem loci, non poterit concluſio de communi vſu loquendi diſponens verificari in peritis, qui ſint minor pars, & ad quos ſe reſtringere, eſſet, quod particulare eſt illius generis hominum, cõmune appellare contra omnes iuris regulas, & doctrinas.

Quinto moueor, quia ſi, vt ſupra vidimus, in aliquo ſtatuto eſſent aliqua verba dubia ſpectantia tamen ad aliquod genus hominum, vtputa artificum, & mercatorum, recurretur pro illorum intellectu nõ ad peritos, ſed ad communem vulgarem vſum loquendi illius generis hominum, quos dicta verba ſtatuti reſpiciunt, vt voluerunt Soc. & Dec. & alij, de quibus ſupra in 7. declaratione ad concluſionem, vnde reliqua verba ſtatutorum alia genera hominum in communi reſpicientia non debent eodem modo ſecundum communem loquendi vſum ipſorum intelligi & interpretari.

Sexto moueor, quia ſi in legibus ipſis Latine, & à peritis conditis, & ſcriptis verba ſunt ſecundum communem vulgarem ac quotidianum loquendi vſum interpretanda,

tāda, vt not. *in l. vt Alphenus, & in l. Anniculus, ff. de verb. ſigni. & in d. l. Labeo, & in d. l. librorum, §. quod tamen Caſſius, d. l. cum de lanionis, §. aſinam, d. c. nonnulli*, vbi Doct. & gloſſ. *d. c. cupientes*, vbi pariter Doct. & gloſſ. Abb. *in c. maiores, ad fin. de Baptiſmo*, imo etiam ipſa diuina ſcriptura ſumit interpretationem à communi vſu loquendi, Euerar. *in dict. loco ab opinio. vulg. numer. 3.* per d. tex. & ibi Abb. *in d. c. maiores*, & idem Abb. *in c. nam & res, & c. Ioſeph. & dict. c. quamuis, de verb. ſignific.* quare non idem erit in ſtatutis, licet latinè, & à peritis conditis, prout & hoc modo argumentatus eſt Felyn. *in dict. proœm. decret. num. 13.* vbi dixit, quod imo fortius prædicta procedunt in ſtatutis, & licet Crot. *in d. rubr. ff. de nou. oper. nunciat. numer. 42.* dicat, quod communis vſus loquēdi habebit locum in alijs legibus, & diſpoſitionibus, nō autem in ſtatutis, quia in illis verba poſſūt impropriari, in iſtis autem non, tamen reſpondetur, quod imo in ſtatutis præcipue verba impropriantur, dum agitur de communi vſu loquendi, qui facit ceſſare propriam ſignificationem, cū illi præferatur, vt ſupra vidimus. Et ex hoc apparet, quod quicquid poſſet dici in alijs, tamen in ſtatutis non procedit diſtinctio, quam faciūt aliquando Doctores, dum volunt, quod in ſermone vulgari vulgaris vſus communis loquendi, & in ſermone Latino peritorum vſus inſpiciatur, quia quomodocunq; fuerint cōdita ſtatuta, ſemper communis vſus loquendi in illorum interpretatione locū obtinebit, non enim conſideratur conditio perſonæ, qua quis vtitur ad aliquid agendum, ſed conditio illorum, ad quos ille actus dirigitur in effectu, Rom. *conſ. 511. per tot.* & Dec. *in l. & militibus. C. de milit. teſtam. num. 7.* & verba eſſe intelligenda ſecundum conditionem perſonæ, in quam diſpoſitio confertur, dixit Bar. *in l. plenum, §. equitij, ff. de vſu & habit.* qui licet loquatur in verbis teſtatoris, tamē valet argumentum ab illis ad verba legis. Crot. *in d. rubr. ff. de nou. oper. nunc. n. 40.* vnde nō refert, an fuerit Bartolus ipſe, aut quilibet alius excellentiſſimus, qui in condendis ſtatutis adhibitus fuerit, cū tamen & Bartolus ipſe, & omnis alius in dictorū ſtatutorum diſpoſitione non propriæ voluntati ipſius, aut vſui, & intellectui, ſed illorum, quibus ſtatuta ſeruire deberent, & ipſorum vſui, & conſuetudini, prout ad id tenentur, ſeipſum accommodaſſe præſumendus ſit, & facit, quod non tantum verba, quam perſonæ, quarū contemplatione præferuntur, attendi debent, *l. iſti quidem, §. fin. ff. quod met. cauſ. l. ſeruo legato, §. ſi teſtator, ff. de leg. 2.* Crauett. *conſ. 91. n. 6. lib. 1.* & hanc opinionem indubitatam appellat Felyn. *in d. proœm. decret. n. 13.* iuribus, & auctoritatibus ibi per eum, & faciunt etiam infra proxime.

Septimò moueor, quia hanc partem vltra ſupra citatos Doctores, tenuerunt Ant. de But. *d. proœm. decret. n. 4.* Rom. *conſ. 4. n. 5.* vbi affirmat Bal. *in c. 1. de ſucceſſ. feud. in vſib. feud.* & alibi verum nō dixiſſe, dum voluit, quod verba prolata à vulgaribus ſecundum vulgarem modum communem ſint intelligenda, & quod prolata à peritis ſecundum cōſuetudinem peritorum ſint accipiēda, cum potius indiſtinctè verba etiam à iuriſperitis prolata, ſecundum communem vſum vulgi loquendi ſint interpretanda propter gloſſas apertas ibi allegatas, quibus in dubio dicit inhærendū, quia illarum auctoritas eſt ſuprema, † adeo 45
vt præponi debeant communi opinioni, vt teſtatur Cephal. *conſ. 210. num. 27. lib. 2.* vbi multa alia, & plura, de auctoritate gloſſæ, & idem Roman. idem voluit *conſ. 32. nu. 4.* & apertius *conſil. 13. verſic. contrarium tamen verius*, Corn. *conſ. 106. numer. 3. verſic. nec obſtat, lib. 4.* & Bal. ipſe *in conſ. 183. nu. 2. libr. 2. incip. ſtatuto ciuitatis Veronæ*, voluit, quod ad ta-

Digitized by Google

ad talis ſtatuti interpretationem deberet conſiderari opinio vulgi, & qualiter vulgus appellat illa, de quibus *in d. conſ.* quia, inquit, appellatio vulgi pro iure habetur; & *in conſ.398.nu.1. lib.3. incip. punctus talis eſt,* ſcripſit, quod licet in ſtatutis verba ſint interpretanda ſecundum intellectum datũ à iure vocabulis, quibus ſtatuta vtuntur, tamen ſecus eſſet, quando communis vſus loquendi aliud importaret, nam interpretatio communis vſus eſt neceſſaria, à qua recedere non debemus, & *in conſ.12.num.5. libr.3.* aperte etiam intellexit de communi vſu loquendi vulgi, ibi, *bene tamen confiteor, quod ſi probaretur de communi vſu loquendi,* videlicet, quod inteſtatus vulgo diceretur omnis etiam inteſtabilis. Accedit Theorica Bart. communiter à Doct. approbata, *in dict. l. Labeo, nu.6.* circa modum probandi communem vſum loquendi, vbi exemplificat de caſu, quo teſtator habens multos equos legauerit alicui palafrenos ſuos, & dubitatur, quid intelligatur appellatione palafrenorum ſuorum; certe, inquit Bart. debet declarari à communi vſu loquendi, & ſubiungit, ad declarandum autem communem vſum loquendi formabis articulum, quod à decẽ annis citra, & per ipſum tempus communis vſus loquendi fuit in hac ciuitate, vnde eſt teſtator, vel vbi teſtator conuerſabatur, quod equus talis cõditionis appellaretur palafrenus, & paulo infra idẽ Bart. ſequit, interrogatus teſtis, quomodo ſcit, dicet, quia per dictum tempus in dicto loco audiuit equum talis conditionis ab omnibus tractantibus de hoc palafrenum vocari, vnde nota illa verba, *communis vſus loquendi in hac ciuitate*, quæ important communem vſum loquendi loci, & non ſolum peritorum, & alia ſequentia *ab omnibus tractantibus de hoc,* quæ non includunt, nec ſe reſtringunt ad ſolos iuriſperitos, idem voluit Franch. *in c.1.n.3. gloſſ.2. de iniur. & damn. dat. lib.6.* vbi nõt. & gloſ. ibi, quod vocabula iuris interpretantur ſecundum communem vſum loquendi, & intelligit de communi vſu loquendi vulgo, cum illa gl. iſtud expreſſe declarat, ibi, *cõſiderandum eſt, qualiter vulgus loquatur,* & idem Franch. *in d. c. punientes, n. 6. de elect. libr.6.* aperte notauit, quod verba ſtatutorum, licet ſint compoſita à peritis, tamen debent intelligi ſecundum vulgarem, & communem vſum loquendi, & ſecundum conſuetudinem loci, & non ſecundum legalem, quod dixit, menti tenendum, & idem fuiſſe de mente Anchar. ibidem facit, quod dicit Bertran. *conſ.326.nu.5.libr.2.* vbi voluit, quod licet verbum *lego*, de † legali 46
ſenſu, & ſignificatione importet etiam inſtitutionem, iuxta not. *in l. Verbis legis, ff. de verb. ſignif.* tamen quia de communi vſu loquendi importat ſolum legatum, de legato intelligetur, non autem de inſtitutione, cum verba etiam legis ſecundum talem communem vſum interpretari, & intelligi debeant, ad idem Matheſil. *ſingul. 95. nota vnum mirabile,* qui voluit, quod verbum legis, quod licet ſecundum legalem intellectum importaret vnum, illud tamen ſolũ ſignificabit, quod communis vſus loquendi regionis denotabit, & Bar. *in conſ. 57. incip. Annacellus, n.2.* aperte demõſtrans, quod communis vſus loquendi intelligitur de communi vulgari, prout ab omnibus in illo loco recipitur, exemplificat dictum cõmunem vſum loquendi, per verba, *in vulgari ſermone*, ſecundum quem loquebatur communiter, & vulgariter, ibi, idem affirmauit Abb. *in d. proœm. decret. nu.11.* & Ang. *conſ.26. per tot.* dixit, quod verbum *inteſtatus*, poſitum in ſtatuto declarabitur à vulgari vſu loquendi, an etiam cõprehendat inhabilem ad teſtandum, & Ruin. *conſ. 50. n. 7. volumin.3.* reſpondit, quod non refert, vtrum ſtatuta ſint condita à peritis, an non,

quia

quia ſemper vſus communis præualet, & Bero.*quæſt.94. in fin.* concludit, quod licet ad cognoſcendum, quis ſit alueus fluminis,qui dicitur terminus, ſeu verbum,quo iuriſconſulti vtuntur in ſuis legibus, non debet attēdi ſola opinio, ſiue vſus circumcolentium ruſticorum, tamen ſi vſus loquendi eſſet in illo loco, non ſolum illorum circumcolentium, ſed generalis apud omnes,licet alueus ſit,vt ſupra, verbum vſitatum à peritis,& prolatum in lege,tamē à tali generali ex communi vſu loquendi interpretationem, & ſignificationem ſumet, hanc opinionem etiam ſecutus eſt Hippol.Riminal. *conſ.34. num. 43. libr.1.*& faciunt allegata *ſupra, in principio concluſionis*, & præcipue gloſſ. *in d.c.nonnulli,in verb. dietas,de reſcript: & in dict.c.cupientes, in ver. commode, de elect.in 6.* Gallia.*in d.conſuet. Alexand.in verb.ſolidos,quæſt.1.num.11.* & faciūt ad idem verba Alexand. *in conſil.131. numer. 4.libr. 7. ibi, & ſufficit ad probandum communem vſum loquendi, quod probetur per teſtes, qui audierunt ab omnibus loquentibus, vel tractantibus de aliqua re, circa quam adducitur communis vſus loquendi*, & ſic non reſtrinxit probationem ad auditum ſolum à peritis, ſed de omnibus in genere loquitur, iuxta Theoricam ſupra citatam Bart. quem *ibidem* allegat, & ſequitur, pro hac opinione etiam concurrit Socin. *conſil.37.num.11.libr. 3.* Et hæc erit quoad nos alia declaratio cōcluſionis noſtræ, vt ſcilicet, dum diximus, ſtatuta recipere interpretationem à communi vſu loquendi, de communi vſu loquendi vulgarium hominum, non autem ſolum peritorum intelligatur.

Sed ne decipiaris, attende, quod dum
47 *hominum vulgarium* dico, †non de plebeijs tantum, aut groſſis, idiotiſque hominibus loquor, ſed vulgares appello reſpectu hominum literatorum, & peritorum, quia ſicut plebeii, ſolum nō conſtituunt populum, ſed connumerantur etiam vniuerſi ciues, comprehenſis etiam Patritijs,& Senatoribus, *§. plebiſcitum,Inſtitut.de iur.nat. gent.& ciuil.* ita à plebeijs ſolis, ſeu idiotis hominibus vſus,qui poſſit dici communis alicuius populi, vel loci,non conſtituetur, nec per conſequens verba ſtatutorum ab eorum groſſo,& plebeio vſu ſolo normam accipient,prout ſic Felin.*in d.proœm.decret. num.17.* credit voluiſſe Bal. *in l.2.verſ. nec puto,C. de ſucceſſ. edict. & in d.c.1. de ſucceſſ.feud.* dum vulgarem communem vſum reprobauit in interpretatione ſtatutorum à peritis conditorum, vt ſcilicet de vulgari groſſorum hominum intellexerit tantum, & prout ſic accipitur tex.*in l.ita vulneratus, ff.ad l.Aquil.& in l.ſi dictum, ff. de euict.& in l. item prætor, ff.de ſuis,& legitim.* & prout hoc fuit etiam de mente Bero. *dict. quæſt. 94.* dum tenuit, quod alueus fluminis non ex ſola opinione nonnullorum ruſticorum circumcolentium dictum flumen, quiſnā eſſet, dignoſceretur, quia tales ruſtici nimia gaudent ſimplicitate, & ignorantia, ſed ex generali totius loci cōmuni vſu loquendi,niſi tamen de tali loco ageretur,in quo ſolum homines plebeij omnino, vel potiſſima pars idiotarum reperiretur,nam tunc ſtatutum illius loci eiuſdem loci conſuetudini, ac vſui accommodatum, prout decet,præſumetur, & à communi vſu illorum hominum etiam rudium interpretationem ſumet, per ſupradicta in diſcurſu, & per ea, quæ animaduertit Felyn. *in dict. proœm.decret.num.17.verſ.c.hoc tamen non pono pro conſtanti*, vbi dixit,quod etiam à vulgo vili poteſt introduci vſus loquendi, quando in loco facit maiorem partem illius,ſed ad hoc vide ſecundam conciliationem ſequentem.

Si tamen aliquando contraria ſententia de vſu peritorum cum hac noſtra † de 48
vſu hominum vulgarium concordari poſ-

ſet,

ſet, dicemus, quod prima procedet, quãdo verba ſtatuti non haberent ſuum vulgare diſtinctum, prout habent Latinum, nam tunc verba Latina peritorum non ſumerent interpretationem à verbis vulgaribus communis vſus, quæ in illo caſu ſignificationem verborũ non diſtinguerent, nec importarent, prout diſtinguitur, & ſignificatur in ſermone Latino, ſecunda autem opinio procedat, quando in ſermone vulgari idem eſſet ſermõ diſtinctus, qui eſt & in Latino, iuxta ea, quæ ſupra diximus in quarta declaratione ad concluſionem, & prout hoc idem innuit Felyn. *vbi ſupra nu. 13. verſ. ſed loquitur in verbis.*

Vel dicas, quod prima opinio reijciens interpretationem à communi vſu vulgarium, intelligit, vt ſupra fuit dictum de illo communi vſu loquendi, qui eſt apud perſonas omnino viles, & penitus idiotas, & quæ licet conſtituant maiorem partem illius populi quoad numerum, tamen illarũ vſus non fuit receptus ab alijs eiuſdem loci magis intelligentibus, tanquam adeo groſſolanus, vt vix ab eiſdem, qui eiuſdem loci ſunt, quid ſibi velit, intelligatur, & tanquam improprius, ne dixerim, barbarus habeatur, ſecundum ea, quæ animaduertit Felyn. *vbi ſupra num. 17. verſicul. tertio cogitabam, & in dict. cap. per tuas, numer. 7. in fine, ibi*, nec obſtant iura, quæ reijciunt aliquando communem vſum vulgi, vt *in dict. l. ita vulneratus, &c.* quia loquũtur de communi vſu loquendi imperitorum, & idiotarum, & ex toto incongruo, quia talis non attenditur, & ſubiungit, quod ita intellexit Bald. in locis, in quibus primam opinionem affirmauit, idem ſignificauit Iaſ. *in dict. rubric. ff. de nou. oper. nunciat. numer. 7. ibi*, ad l. *item prætor*, reſpondetur, quod ibi erat communis vſus loquendi nimis ineptus, merito reprobatur à iureconſulto, alias attenderetur. Secunda vero opinio procedat, quoad communem vſum loquendi, & qui eſt communis totius populi per conſequens comprehendentis, vt ſupra dicebamus, nedum plebeios, & idiotas, ſed etiam vniuerſos ciues, patricios, & Senatores.

Vel tertio dicas, quod prima opinio procedit, dum agitur de aliqua lege generali, aut alia diſpoſitione, quæ in illius conſtitutione non adaptatur, neque reſpexit ad aliquem vſum loquendi particularem, & de quo per conſequens non eſt curandum in illius interpretatione. Secunda autem habeat locum in lege, & ſtatuto particulari alicuius loci, pro quo fit, & cui ſpecialiter ſeruire debet, & ſecundum cuius communem vſum loquendi interpretandum eſt, cum debeat ſtatutum ciuitati, cui factum eſt, conuenire iuxta ea, quę nos ſupra diximus, & ſecundum ea, quæ reſpondit Roman. *dict. conſil. 32. num. 4. verſic. non obſtat dict. l. ſi dictum*, & ad hoc faciunt verba Alexand. *in dict. rubric. ff. de nou. oper. nunciat. numer. 17. ibi*, quia verba iuriſconſulti in lege non debent intelligi ſecundum communem vſum loquendi vnius loci, quia debent eſſe generalia, & ideo non mirum, ſi generaliter ad iuriſconſultorum intellectum referuntur, & reſeruãtur, ſed ſi agitur de ſtatuto interpretãdo, & eſt vnius loci, in quo loco vſus loquẽdi eſt certus, ſecundum hoc debet fieri interpretatio, quod etiam placuit Campeg. *in ſuo tract. de dote, q. 63. verſ. non obſtat d. l. ſi dictum.*

Vel quarto dicas, quod prima opinio procedit in odioſis. Secunda autem in fauorabilibus, per ea, quæ animaduertit idẽ Campeg. *loco proxime citato, verſic. aduerte, quia*, vbi dixit, quod hoc modo procedit opinio Bald. *in d. c. 1. de ſucceſſ. feud.* & *alibi*, dum diſtinxit, quod verba prolata à vulgaribus groſſo modo, à peritis autem ſecundum peritos debent intelligi.

Digitized by Google

Vel quinto dicas, quod prima opinio poterit verificari, ſi agereť de proprietate Latina vocabuli, ad quam indagandam, ne dũ erit recurrendũ ad vſum loquendi, Latinum, ſiue peritorum, ſed etiam præferetur huiuſmodi proprietati. Secunda autem opinio habebit locum, ſi ageretur de ſignificatione vocabuli etiam Latini in vulgari tamen denotanda, & declaranda, nam tunc vulgaris communis vſus loquẽdi, cui ſermo Latinus ſtatuti conuenire, & ſeruire decet, ſummopere ad talem ſignificationem indagandam operabitur ſecundum conſiderata à Cornelio Benine. *in ſuo tract. de paupertate, q. 1. n. 45. ibi, videlicet communis vſus loquendi Latinus præferatur proprietati Latinæ.*

Nono declara concluſionem, quod ta-
49 lis † communis vſus loquendi debet probari ab allegante illum, & à ſe fundante in eo, tum quia vnuſquiſq; tenetur probare fundamentum ſuæ intentionis, iuxta textum *in l. qui accuſare, C. de eden. l. ei qui dicit, ff. de probat. l. actor, quod aſſeuerat, C. eod. titul.* tum etiam quia communis vſus dicitur facti, & facta non præſumuntur, *l. in bello, §. factæ, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. cum ſimilibus*, ita Alexan. *conſil. 37. numer. 7. libr. 6.* Bar. *in dict. l. Labeo, ad finem, ff. de ſup. lega. & in dict. l. vinum, §. illud, ff. de trit. legat.* Dec. *conſ. 472. numer. 14. verſic. ſed tamen prædictis Doctores communiter, in dicta rubrica, ff. de nou. oper. nunciat.* Illuſtriſſimus Mantic. *in d. tract. de coniect. vltim. volunt. libr. 3. titul. 8. num. 6.* Paul. de Caſtr. *conſil. 48. numer. 3. lib. 1.* Fulg. *conſil. 165. circa medium, columm. 4.* Cuman. *conſil. 77. numer. 5.* Dec. *conſil. 483. numer. 28.* Ioan. Fab. *Inſtitut. de iur. nat. gent. & ciuil. §. ex non ſcripto*, Rol. à Val. *conſil. 83. num. 20. lib. 3.* Alex. *conſ. 5. colum. penult. lib. 3.* Gallia. *in d. conſuet. Alexan. verb. maritus, q. 1. nu. 41.* & vbique alij.

Primo amplia declarationem, vt nedũ ſit probandus communis vſus ab allegan-
te, † ſed debet probari in ſpecie de re, de 50
qua agitur, vtputa ſi tractaretur de ſtatuto puniente aliquem, alium percutientem in domo ſua, prout extat ſtatutum criminale Ianuæ, *ſub rubric. de percutientibus, lib. 2. c. 12.* ſi quis percuſſerit alium in apotheca, ad quam ſit ſolus ingreſſus ex domo, ſi volet euadere pœnã ſtatuti, ſub prætextu, quod appellatione domus non veniat apotheca ex communi vſu loquendi, debebit probare, quod non venit etiam apotheca illa, ad quam ſolum ingredi poteſt, & ſolet ex domo, alias ſtabitur proprio ſignificato domus, quæ comprehendit etiam apothecam prædictam, Natt. *conſil. 291. numer. 2. libr. 2.* & hanc ampliationem tenuit Gallia. *in dict. conſuetud. Alexand. verb. maritus, dict. quæſtion. 1. numer. 27.* vbi dixit, quod cum communis vſus loquendi ſit varius in denominanda aliqua re, eſt in ſpecie probandus ille, ſuper quo quis ſe fundat, prout idem de conſuetudine probanda in illo caſu ſpeciali, in quo allegatur, conſuluit Crauet. *conſil. 95. numer. 4. libr. 1.* & ante eum Oldrad. *conſil. 237. columm. 2.* Ancharan. *conſil. 339. columm. 5. verſicul. ad ſecundam rationem*, Alexand. *conſil. 196. columm. 3. verſicul. quia dicti teſtes nihil probant, libr. 2.* Neuizan. *conſil. 45. numer. 8.* & in ſimili Menoch. *conſil. 75. num. 73. libr. 1.* dixit, quod qui nititur vſu alicuius actus, probare debet, vſum illum fuiſſe in eo ſpeciali ita introductum.

Intellige ſupra dictam ampliationem,
vna cum declaratione, † vt non procedat 51
in notorio & generali, ac publico cõmuni vſu loquendi, qui ſufficit allegari, nec eſt opus, quod aliter probetur. Simon de Pręt. *de interpretat. vltim. volunt. libr. 1. interpret. 1. dub. 3. ſolut. 11. num. 7. verſicul. at in ſpecie noſtra*, idem ante eum dixit Dec. *conſil. 284. numer. 10.* qui ideo conſuluit, quod ex quo com-

Digitized by Google

communis vſus loquendi, quod appellatione filij ſimpliciter non venit legitimatus, ſed qui eſt ex iuſtis nuptijs ortus, eſt notorius vbique, non requiritur de hoc alia pbatio, ſed iudex ex ſe ſupplere poteſt: idem firmauit Cur. ſen. *conſil.73. numer. 25. verſic.vltim.* vltra præmiſſa allegans ad hoc dictum Bart. *in l. lege Iulia, ff. de teſt.* vbi vlterius voluit, quod ſi quis allegaret aliquid fuiſſe ſeruatum de cōſuetudine, iudex poterit à ſeipſo interrogare tabelliones, an ita de conſuetudine fuerit ſeruatum, ad idem Dec. *conſil.540.nu.12.* loquens in ſponſa, quæ cum ex cōſuetudine vniuerſali ante cōſummatum matrimonium nō dicat, nec appelletur vxor, non erit opus de tali communi vſu loquendi probare, ſed ſatis erit, quod allegetur, & in illo iudex ſupplebit, accedit Crauet. *conſil. 137. numer. 5.* loquens in conſuetudine notoria, & plus dicit, quod quando viget in loco iudicij, non eſt neceſſaria illius allegatio, quia ſicut non eſt etiam neceſſarium allegare ſtatutum, quod eſt in loco iudicij, cum iudex de tali iure certus eſſe debeat, ita nec conſuetudinem allegare oportebit, quæ eſt
52 ius † non ſcriptum. Quæ autē faciunt vſum communem notoriū in caſu noſtro, ita vt non ſit opus illum probare, & quando quis releuatur à tali probatione, & etiam ab allegando illum, vide per ea, quæ adducit Lamberteng. *in d. ver. agnati, nu.32. & ſeq.*

53 Secundo amplia, † vt non ſit ſtandum Doctori aſſerenti de tali communi vſu loquendi, ita Dec. *conſil.472. nu. 16.* vbi hanc veriorem opinionem teſtatur per ea, quæ concludit Alexan. *in l. poſt dotem, verſicul. ſed puto indiſtincte, ff. ſolut. matrimon.* dicens, quod etiamſi plures Doctores in eorum lecturis affirment, ita de conſuetudine eſſe, & obſeruari, tamen illis non creditur, quia illis eſt conceſſum iura interpretari, non autem ſuper his, quę ſunt facti, diſponere, & idem tenuit Aret. *conſil. 132. num. 2. verſic. ſed tamen his non obſtantibus*, Cur. *conſil.78. numer. 10. verſicul. nec obſtat conſuetudo*, Corn. *conſil. 83. numer. 14. libr. 4.* Bal. *in l. fin. C. de fideicommiſſ. & in l. cum quidam, §. quod dicitur, in fin. ff. de acquiren. heredit.* Imo nec gloſſæ dicto ſtandum eſſe, ſi teſtatur de conſuetudine. Bal. *in l. conſentaneum, in 5. oppoſitione, in fine, C. quomodo, & quando iud. & in l. ſi quis, §. 1. ff. de pignor. in lect. antiq.* hanc opinionem ſequutus eſt Iaſ. *in l. de quibus, numer. 90. ff. de legib.* Roch. de Curt. *in cap. final. in quæſtion. 5. numer. 569. de conſuetud.* vbi affirmat, hanc eſſe communem *
opinionem, Pariſ. *conſil. 25. numer. 18. libr. 1.* & hanc magis communem opinionem te- **
ſtatur Grat. *conſil. 111. numer. 52. libr. 2. & conſil. 12. numer. 59. libr. 1.* cum alijs latiſſime adductis per Lamberteng. *in ſuo tractat. de contractib. in verb. agnati, gloſſ. 11. num. 10.*

Verum quia ſunt, & permulti, qui contrariam ſententiam tenuerunt, ita vt idem Lamberteng. poſt longam ſeriem citatorū Doctorum, pro hac parte *ibidem numer. 13.*
hanc ſecundam opinionem communio- **
rem aſſirmat, illamque tuetur rationibus, & auctoritatibus, & pro hac etiam faciunt late adducta per Port. & per Gabr. *in locis infra allegatis* ex his, quæ ſequuntur limitationibus ad ſupradictam ampliationem, aliqua, eueniente caſu, poterit concordatio ſumi.

Primo igitur limita, vt ſupra dicta ampliatio non procedat, † quoad probationē 54
tantummodo præſumptiuam, id eſt, quod aſſertio Doctoris circa vſum communem non plene probet, ſed inducit talē pręſumptionem, per quam transfertur onus probandi contrarium in aliam partem, ita Bar. *in dict. l. de quibus, nu. 21. ff. de legib.* vbi dixit, quod huiuſmodi aſſertio ſufficit, niſi pro-

Digitized by Google

betur contrarium, & in hoc Bart. magis communiter approbari teſtatur Dec. *in l. 2. §. mutui datio, in 2. lectura, num. 8. ff. ſi certum petatur.* & idem Dec. *conſil. 559. numer. 7. & conſil. 691. numer. 13. & in conſil. 540. numer. 11.* Tob. Non. *conſil. 33. numer. 19.* vbi dicit, quod creditur Doctori, atteſtanti de communi vſu loquendi, donec contrarium probatum fuerit, ex illa enim atteſtatione, inquit, inducitur præſumptio trãſferens onus probãdi in aduerſam partem, & hanc veriſſimam ſententiam dixit Grat. *reſp. 111. numer. 53. lib. 2.* idem voluit Crauet. *conſil. 166. numer. 9.* atteſtans de magis communi, & *conſil. 325. columm. 2.* idem cenſuit Simon de Præt. *de interpretat. vltim. volunt. libr. 1. interpr. 1. dub. 3. ſolut. 11. num. 13.* Rolan. à Val. *conſil. 71. numer. 22. libr. 1.* vbi atteſtatur de communi, de mente Curtiun. *in conſil. 60. columm. 4.* & hoc magis cõmuniter à Doctor. teneri affirmat Grat. *dict. reſp. 12. numer. 59. libr. 1. & in conſil. ſequenti, numer. 46.* dicit, quod in hoc concordant ſupradictæ duæ communes opiniones contrariæ, & ex hoc concordari contrarias opiniones, etiam affirmauit D. Ioſeph frater meus *de probat. libr. 1. concluſ. 426. numer. 11. & ſequent.* vbi hanc partem etiam vetiorem, & magis communem teſtatur de mente Viu. ibi, & faciunt alia late adducta per Port. *libr. 1. concluſ. 24.* & per Gabr. *libr. 1. concl. 4. de probat.* Lamberteng. *vbi ſupra n. 29.*

55 Primo amplia limitationem, † vt procedat, etiamſi vnius tantum Doctoris adeſſet aſſertio, Bart. *in d. l. de quibus,* qui loquitur in numero ſingulari, & non plurali, Paul. de Caſtr. *in conſil. 164. numer. 1. volum. 2.* Guid. Pap. *quæſt. 139.* Iaſ. *conſil. 15. in fine, vol. 3.* Dec. *dict. conſil. 140. numer. 9.* Chriſtoph. Port. ſiue ſit Iaſ. *in addit. Inſtitut. qui ſunt ſui vel alien. iur. columm. 2.* Præpoſit. *in cap. 1. §. preterea ducatus, columm. 1. de prohibita alienat. feud. per Federic.* Bologn. *in ſua repet. in authen. habita, C. ne filius pro patre, columm. 11. verſicul. ſupereſt autem,* Andr. Barbat. *inter conſil. Curt. ſen. conſil. 66. columm. 52. verſic. pro qua conſuetudine.* & hanc magis communem affirmat Socin. iun. *conſil. 60. n. 10. lib. 2.* cum alijs ibi per eum, & idem voluit Lamberteng. *vbi ſupra n. 23.*

Secundo amplia, vt id multo magis ſit verum, † ſi communis vſus atteſtaretur ab 56 aliqua gloſſa, cuius auctoritas maxima eſt, & præfertur cuicumque Doctori, ſecundum tradita à Dec. *in l. vt vim, numer. 34. ff. de iuſt. & iur.* Cephal. *conſil. 210. numer. 27. lib. 2.* hoc firmauit Bar. *in dict. l. de quibus, nu. 21.* vbi alij communiter Doct. Bal. *in c. cum dilectus, de conſuet.* Dec. *conſil. 694. nu. 4.* Socin. iun. *conſ. 60. colum. 3. verſ. & quia, lib. 2.* & hoc indubitatum eſſe dicit Lamberteng. *vbi ſupra n. 21. in fine.*

Primo ſublimita, ſeu declara, † vt prædi- 57 cta procedant, quando ageretur de excellentis, & approbatæ auctoritatis Doctore, cui præſumptiue, vt ſupra, ſtandum erit, ſecus ſi ageretur de quocunque alio Doctorello, ita voluit Bart. *in dict. l. de quibus, ibi,* nam auctoritas Poetæ, vel alterius excellẽtis viri probat in arte ſua, ergo auctoritas excellentis Doctoris, idem Rolan. à Val. *dict. conſil. 71. numer. 21. & 22.* Curt. ſen. *in conſil. 74. verſic. vltimo vltra premiſſa,* Sim. de Præt. *vbi ſupra numer. 12.* Paul. de Caſtr. *in conſil. 164. incip. in cauſa præſenti, 1. columm. volumin. 2.* exemplificans in Baldo, prout etiam de Baldo dat exemplum Cuman. *in conſil. 57. incip. Monaſterium iure locationis, in vltima columm. in fine,* Guid. Pap. *dict. deciſ. 139. numer. 1.* loquens de Archidiacono, Iaſ. in hoc ſibi aliquando contrarius hoc idem affirmauit, loquens de Angelo, *in leg. final. numer. 58. de iure emphyteut.* Socin. iun. *conſil. 126. num. 40. in fine, libr. 1.* vbi excellentem dixit Socinum ſen. Crau.

d. con-

Digitized by Google

d.conſil.325.col.2. qui loquitur de Bart. Roman. Angel. & Alexan. Lamberteng. *in loco ſupra citato, num.21.* cum ibi allegatis.

Secundo ſublimita, ſeu declara prædi-
58 cta,† vt procedant ſolum, quoad communem vſum loquendi loci, vbi talis excellẽs Doctor verſabatur habitando, vel legẽdo, quia cum vſus cõmunis poſſit eſſe varius, & quod vnus ſit in vno loco, qui non ſit in aliis, cum, vt dici ſolet, vnuſquiſq; abundet in ſenſu ſuo, non erit credendum etiam præſumptiue Doctori, de communi vſu teſtanti, niſi quoad illum locum particularem, in quo ipſe moratur, cum quoad alia non poſſit ſcire, an ibi reperiatur, quia eorum, quæ facti ſunt, & remoti, quilibet præſumitur habere ignorãtiam, *c.1. de conſtitut. in 6. cap. cum in tua, qui matr. accuſ. poſſ.* hoc voluit Alexand. *d. conſil. 5. num.12. lib.3.* ita Farinac. *in ſuo tract. crimin. tit de accuſat. quæſt.14. num.32.* vbi ideo voluit, quod credatur Claro, & Boſſio, quandoque de conſuetudine atteſtãtibus, quoad ſtatutum, & Ducatum Mediolani tantum, in quo verſati ſunt, ſecus extra, & idem affirmat fuiſſe de mente aliorum, ibi per eum citatorum, & idem voluit Lamberteng. *vbi ſupra, num. 27.* idem Duran. *de arte teſtan. tit. de ſubſtit. caut.35. num.3.* dum ait, quod aſſertio Doctoris circa conſuetudinẽ operatur, quoad curiam, in qua verſatus eſt, & idem dixit fuiſſe de mente Par. de Puteo *in tract. ſynd. in verb. Doctor ſeu Aduocatus.*

Ego vero præſuppoſitis qualitatibus, de quibus ſupra, videlicet quod ſit Doctor excellens, & maximæ auctoritatis, & doctrinæ, & quod illius aſſertio operetur tantummodo probationem præſumptiuam transferentem onus probandi contrariam in partem aduerſam, non recederem à ſupra citata communi opinione, quæ tenet, quod indiſtincte, & generaliter indiſtinctus, & generalis vſus, & conſuetudo ob dictum Doctoris probetur, cum hac tamẽ additione, quod prædicta eſſent vera in aliis legibus, ſeu diſpoſitionibus, quoad autem ſtatutorum interpretationem, cum non poſſit verificari, & affirmari pro certa probatio communis loquendi vſus, quoad certa ſtatuta, niſi de certo etiam communi vſu loquendi, reſpectu certi loci dictorum ſtatutorum appareat, & quis certus ſit, non vtique admitterem aſſertionem Doctorum, de communi vſu loquendi quoad quędam vocabula generalem, niſi ſpecialiter de communi vſu loquendi loci ſtatutorum, de quorum interpretatione agitur, deponerent, & affirmarent, nam, vt ſupra vidimus, vſus communis loquendi loci ſtatutorum attenditur in illis interpretandis, non autem generalis, & cum poſſet eſſe varius, & diuerſus ſecundum loca, & variari ſecundum tempora, poterat eſſe per conſequens talis communis vſus loquendi tempore, & in loco Doctoris, de eo aſſerentis, qui non eſſet modo, prout hoc conſiderauit Alexan. *in d. conſil. 5. num. 11.* & Iaſ. *in d. l. de quibus, num 90. ff. de legib* & Corn. *conſil. 83. num. 14. lib. 4.* & Neuizan. *conſil. 66. num. 31* & Aretin. *in conſil. 132. num. 3. verſic præterea in caſu noſtro,* vbi ideo dixit, quod probatio de vſu ciuitatis non infert ad Comitatus vſum, qui poteſt eſſe diuerſus, & idem voluerunt alii, de quibus ſupra per nos in ſexta declaratione ad concluſionem, & ex hoc forte procederet, quod dixit Dominus frater meus *de probat. d. concluſ. 426. num. 20. lib. 1.* quod ſcilicet in hoc verſabitur multum arbitrium iudicantis inſpecta qualitate, tam Doctoris, quam diſtantia locorum curſu temporis, & aliis, quæ animum ipſius mouere, & inducere poſſent ad talem aſſertionem admittendam.

Teſtes autem de communi vſu deponentes † debent probare talem commu- 59

munem vſum loquendi fuiſſe in eo loco, vbi vigent ſtatuta tempore dictorum ſtatutorum, per tempus decem annorum, & quod ita audierunt loqui communiter ab omnibus tractātibus de illa re, circa quam allegatur communis vſus loquendi, prout hæc docuit aperte Bart. *in d. l. Labeo, num. 6. & 7.* qui ſubiungit, quod ſi teſtis interrogatus, quomodo ſciat, reſponderet, quod ſic communiter dicitur, nō probaret, quia non teſtificaretur aliquid, quod ſuo ſenſu perciperet, vnde eſt neceſſe, ꝙ dicat, quia audiuit, vt ſupra, & Bart. ſequuti ſunt communiter Dd. de quib. per addentes ad Abb. *in proœm. decret. in verb. vſu*, Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 2. caſ. 488.* Euerar. *in d. loco, ab opinione vulgi, nu. 7.* Illuſtriſſimus Mantic. *d. tract. de coniectur. vlt. volunt. lib 3. tit. 8. num. 6.* & Dominus frater meus *in d. concluſ. 329. num. 4. lib. 1. de probat.* & Simon de Prætis *d. ſolut. 11. num. 4. & 5.* & nouiſſime Marcel. Cala. *in ſuo tract. de modo articulan. num. 518. & ſeq.*

60 Verum eſt, † quod ex quo communis vſus loquendi reputatur inter ea, quæ ſunt difficilis probationis, vt per Felyn. *in d. proœm. decretal num. 17.* Socin. *conſil. 37. num. 12. lib. 3.* Gallianl. *in d. conſuet. Alex. in verb. maritus, quæſt. 1. num. 41.* Simon de Præt. *d. ſolut. 11. num. 5.* teſtes licet non ita exacte conformiter deponentes, debent admitti, & attendi, ita Socin. *d. conſil. 37. num. 12.* & Simon de Præt. *d. ſolut. 11. num. 5.*

Hoc tamen admitterem, quoad non ſubſtantialia probationis, circa quæ, dummodo alias teſtes concluderent de requiſitis, ad vſum communem loquendi conſtituendum iuxta theoricam Bart. ſupra poſitam, non curarem de verbis ipſorum omnino formalibus, & ad vnguem, iuxta in hoc theoricam ſupra dictam, & firmatam à Doctoribus, & prout iura diſponerent,
61 & † in hoc ſtabitur arbitrio iudicis, à cuius volūtate pendet omnis probatio, iuxta tex. *in l. 3. §. tu magis, ff. de teſtibus, & l. quinquaginta, ff. de probat.* prout ſic etiam affirmat idem Socin. *ibid. loco proxime citato, d nu. 12.*

CONCLVSIO IV.

Quod ſtricta, & propria eſt ſumenda interpretatio in ſtatutis, & quando, & quomodo hoc procedat.

SVMMARIA.

1 *Statuta ſunt proprie intelligenda.*
2 *A verbis ſtatuti recedere non debemus.*
3 *Dicere non debemus, quod non dicit ſtatutum.*
4 *Statutum tantum diſponit, quantum loquitur.*
5 *Statuta dicuntur ſterilia tanquam mulæ.*
6 *Intelligi debet ſtatutum, prout cantat.*
7 *Ciuis appellatione non venit ille, qui eſt ciuis ſecundum quid.*
8 *Subditus quis non dicitur reſpectu bonorum in ſtatuto.*
9 *Perſonæ appellatione non venit generatio, aut familia in ſtatuto, nec vniuerſitas.*
10 *Donationis appellatione in ſtatuto venit ſolum propria donatio.*
11 *Inſinuationem mandans ſtatutum intelligitur in donatione ſimplici.*
12 *Fratris appellatione in ſtatuto venit frater carnalis, non autem patruelis.*
13 *Statutum prohibens lucrum ex actibus legitimis, non comprehendit acquiſitionem ex teſtamento.*
14 *Teſtamentum eſt de iure gentium, licet de iure ciuili approbatum.*
15 *Feudi appellatione in ſtatuto intelligitur de feudo vero, & proprio.*
16 *Mulier nupta forenſi non dicitur proprie forenſis.*
17 *Nullitate reiecta à ſtatuto non cenſetur reiecta euidens, & patens.*

18 Ter-

Digitized by Google

18 *Termino à ſtatuto præfixo ad dicendum de nullitate elapſo quacunque nullitas excluditur.*

19 *Ianuæ ſtatutum* lib.3. c.1.§.qui de nullitate,*allegatur.*

20 *Caſus mixtus non venit in ſtatuto.*

21 *Nullitate reiecta, intelligitur de ſimplici, non autem de geminata.*

22 *De cauſis pendentibus faciens mentionem ſtatutum non comprehendit pendentes per appellationem.*

23 *Aſſinitatis appellatione non venit aſſinitas, per ſolam ſimplicem fornicationem.*

24 *Coniuncti appellatione non venit naturalis tantum.*

25 *Dotata excluſa à ſtatuto intelligitur ſolum ab hereditate dotantis, niſi aliter appareat de mente ſtatuti.*

26 *De dote data loquens ſtatutum non habet locum in promiſſa, de quo dic, vt* nu.27. & 28.

29 *Sententiæ appellatione in ſtatuto venit ſolum ſententia valida.*

30 *Accuſationis nomine in ſtatuto intelligitur de recte inſtituta.*

31 *Prohibitio de nullitate, vel de appellatione in ſtatuto non comprehendit, niſi tunc litigantes.*

32 *Sorore à ſucceſſione fratris excluſa per ſtatutum non habet locum verſa vice.*

33 *Solemnitates in contractu requiſita à ſtatuto non habent locum in actu tacito, aut reſciſſorio.*

34 *Agnatorum appellatione non veniunt illegitime nati in ſtatuto.*

35 *Appellatione prohibita in ſtatuto non cenſetur prohibita querela.*

36 *Hereditatis appellatione non venit fideicommiſſum in ſtatuto.*

37 *Religioſi ſub nomine non veniũt clerici puri.*

38 *Mariti appellatione in ſtatuto nõ venit ſponſus, niſi vt* num.39.

40 *Cõſenſus, & nõ cõcubitus matrimoniũ facit.*

41 *Filiis rebellium prohibitis ſtare in ciuitate intelligitur viuente patre, quo tempore proprie dicuntur filii.*

42 *Probationes requiſitæ à ſtatuto non adimplẽtur per præſumptiones, & coniecturas, de quo tamen,* n.43. 44.45.46.47.48.

49 *Cattaneorum de SarZana emphyteuſis de penſa.*

50 *Gabr. Falconius Romanæ Curiæ Aduocatus.*

51 *Statuta contra ius commune ſunt accipienda prout litera iacet.*

52 *Interpretari debent ſtatuta, vt minus quam fieri poſſit lædant ius commune.*

53 *Statutum contra ius commune non trahitur vltra caſum expreſſum etiam ex maioritate rationis.*

54 *Statutum non extenditur de perſona ad perſonam.*

55 *Marito prohibito relinquere vxori non intelligitur econtra prohibita vxor relinquere marito.*

56 *Statutum extenditur ad caſum, in quo concludit maioritas, & paritas rationis quoquo modo ex latiſſima ſignificatione vocabuli.*

57 *Occidere ſi permittitur, & vulnerari permiſſum cenſetur.*

58 *Filia excluſa multo magis neptis excluſa dicetur.*

59 *Ratio ſcripta in ſtatuto facit, vt extendatur etiam in correctoriis ex maioritate rationis.*

60 *Ratio legis dicitur anima legis.*

61 *Ratio quando eſt ſcripta in lege generaliter ex ea infertur ad quemlibet caſum, ſecus in ratione tacita.*

62 *Ratio vnica quando aſſignari poteſt in ſtatuto, facit, quod ſtatutum extendatur etiam in correctoriis.*

63 *Rationes plures, an vna præſumatur in ſtatuto.*

64 *Ratio etiam ſcripta in ſtatuto, ſi tamen ſumus in correctoriis, & pœnalibus, non facit illud extendi.*

65 *In*

Digitized by Google

65 *In limitatoriis iuris communis ex identitate rationis extenditur ſtatutum.*

66 *Statutum licet correctorium dicitur tamen fauorabile, quando nos reducit ad ius antiquum conſuetum, & ideo extenditur.*

67 *Abſurdum vt euitetur, extenditur ſtatutum etiam in correctoriis.*

68 *Correctio iuris communis vt euitetur, reiicietur interpretatio quacunque coniecturalis.*

69 *Argumentum à contrario ſenſu, an, & quando habeat locum in ſtatuto, &* nu. 70.71.72.73.74.75.76.77.78.79.80. 81.82.83.84.85.

86 *In pœnalibus ſtatuta ſunt ſtricte intelligenda.*

87 *In pœnis, vbi lex figit pedem, non debemus nos vltra procedere.*

88 *Pœna impoſita à ſtatuto contra deferentem arma, & contra facientem inſultum, & contra vulnerantem, reſtringetur ad vnicam tantum, ſi quis cum armis fecerit inſultum, & vulnerauerit.*

89 *Villa ſi tenetur ex ſtatuto capere malefactorem ſub pœna, ſi plures fecerint vnum homicidium, & villa non ceperit illos, non per hoc tenetur, niſi vnica pœna.*

90 *Interpretatio larga & ſtricta ſumenda eſt, prout magis & minus delictum, & pœna inducitur.*

91 *Statutum pœnam imponens alicui pro altero debet ſtricte interpretari.*

92 *Pater non tenebitur pro delicto filii ſpurii, non obſtante ſtatuto, quod pater teneatur pro filio.*

93 *Pater ſi promiſit pro filiis de non offendendo, non debet puniri, ſi filius naturalis tantum offendit.*

94 *Pater non tenebitur pro nepote ex filio, ſtante ſtatuto, quod pater teneatur pro filio.*

95 *Pater non tenebitur pro filio propter contumaciam condemnato, non obſtante ſtatuto, quod pater pro delicto filii teneatur, niſi vt* nu.96.

97 *Contumaciam rei principalis, ſi diſponatur, nocere fideiuſſoribus per ſtatutum, debet intelligi de fideiuſſore non comparente.*

98 *Pater ſi tenetur pro filii delicto vigore ſtatuti non habebit locum in delicto filii intra decimumquartum annum.*

99 *Statutum obligans vnum pro alio, reſtringitur ad territorium ſtatuentium.*

100 *Pater obligatus vigore ſtatuti pro filio negotiante, intelligitur de contractibus, & obligationibus factis in territorio ſtatuti.*

101 *Additio poſita in fine ſtatuti pœnalis verificatur de pœna poſita in ipſo ſtatuto.*

102 *Statuta eo magis ſunt ſtricte intelligenda, ſi extaret ſtatutum, quod deberent intelligi ad literam.*

103 *Ad literam, vt ſtatuta intelligantur, ſi ſtatutum diſponat, quid importet.*

104 *Statuta terrarum conſiſtunt ſæpe in* ſic volo, & ſic iubeo.

105 *Ratio vnica quando allegari poteſt in ſtatuto, tunc de ea iudicatur, prout de expreſſa.*

106 *Ratio ſimilis in ſtatuto non facit illud extendi ad caſum ſimilem.*

107 *Correlatiuorum argumentum ceſſat ſtante ſtatuto, quod debeant ſtatuta intelligi ad literam.*

108 *Maſculinum non comprehendet fœmininum in ſtatuto ad literam intelligendo.*

109 *Communis vſus loquendi interpretatio non reiicitur, etiam ſtante ſtatuto de intelligendo ſtatuta ad literam.*

110 *Fraudis, & abſurdi euitandi interpretatio admittetur, non obſtante ſtatuto, de intelligendo ad literam.*

111 *Interpretatio proueniens ex alio ſtatuto admittetur, non obſtante ſtatuto ad literam*

ram

Digitized by Google

ram intelligendo, idem de interpretatione naturali, & intrinſeca vt num. 112.

113 *Ianua ſtatutum, ſub rubr.* de extrinſeco intellectu, *declaratur.*

114 *Statuta ſunt proprie intelligenda, & ſtricte, ſi alias ſequeretur abſonus intellectus.*

115 *Abſurdum quid dicatur.*

116 *Abſurdum vt euitetur, receditur etiam à propria ſignificatione vocabuli.*

117 *Statuta ſtricte tunc magis interpretantur, ſi alias ſibi ipſis contrariarentur.*

118 *Interpretatio ſtricta tunc præcipue admittitur in ſtatuto, quando alias quis indebite damnum pateretur.*

119 *Interpretatio ea eſt ſumenda qua ſaluatur præiudicium tertii.*

120 *Fratris appellatione non venit frater patruelis in præiudicialibus.*

121 *Tertii ius ſeruandum eſt potius, quam inhærere diſpoſitioni ſtatuti.*

122 *Impropriantur verba ſtatuti, vt euitetur damnum indebitum alterius.*

123 *Odioſum ſtatutum præcipue eſt ſtricte intelligendum.*

124 *Gabellæ ſtatutum eſt odioſum, & ſtricte intelligendum contra gabellas exigentes, & large ad fauorem ſoluentium.*

125 *Onerum impoſitio eſt odioſa, ideo ſtricte contra impoſitionem, & large ad fauorem grauatorum interpretanda.*

126 *Gabella ſoluenda de aliquo contractu vigore ſtatuti, intelligitur de contractu valido, & ſi fuerit ſolutum de contractu nullo poteſt repeti.*

127 *Gabella de venditione non habet locum in promiſſione de retrouendendo.*

128 *Dotata excluſa à ſtatuto intelligitur de congruenter dotata.*

129 *Pater præſumitur capere conſilium pro filio melius quam alius.*

130 *Paternum amorem nullus alius vincit.*

131 *Coniecturis non eſt opus in claris.*

132 *Dotationi indiſcretæ patris non ſtabitur, non obſtante ſtatuto mandante filiam debere ſtare diſcretioni patris quoad dotem.*

133 *Arbitrio generaliter conceſſo dolus ſemper excipitur.*

134 *Filia ſi prohibetur poſſe allegare ſe incompetenter dotatam limitatur, niſi appareat de indiſcreta dotatione.*

135 *Ianuæ ſtatutum* lib. 5. cap. 2. de fœm. dotan. *declaratur.*

136 *Filia incongruenter dotata ſubuenitur congruenter arbitrio iudicis.*

137 *Remedia pro fœminis deceptis in renuntiationibus erga parentes, & alios.*

138 *Dos congrua quando, & ex quibus iudicatur.*

139 *Odioſa etiam ſi ſint ſecundario fauorabilia, ſunt tamen ſtricte intelligenda.*

140 *Alienationem prohibens ſtatutum in forenſes dicitur ſecundario fauorabile, & principaliter odioſum.*

141 *In fauorabilibus ſtatuta ſunt large interpretanda.*

142 *De compromiſſis inter agnatos ſtatutum dicitur fauorabile, & comprehendit filium emancipatum, & nepotem, & alios ex eis.*

143 *Filiis extantibus ſi fœmina excludatur vigore ſtatuti intelligitur etiam de nepote.*

144 *Fauorabile ſtatutum extendetur etiam ad bona extra territorium.*

145 *Maritus prohibitus à ſtatuto inſtituere vxorem, prohibitio extenditur etiam ad bona extra territorium.*

146 *Fauorabile, vel odioſum, quando, & ex quibus ſtatutum cognoſcatur.*

147 *Fauorabile, non autem odioſum in dubio ſtatutum eſt præſumendum.*

148 *Fauor publicus præcipue facit, quod ſtatutum large interpretetur.*

149 *Maleficia puniri expedit reipublicæ.*

150 *Pœna ſtatuti punientis facientem maleficium extendetur ad fieri facientem.*

151 *Fauor publicus operatur largam interpretationem, nedum in ſtatutis, ſed etiam in pactis, & ſtipulationibus.*

152 *Pater qui decem aureos promiſerat ſe daturum filio ſingulo menſe pro victu, & omnibus impenſis in ſtudio faciendis, fauore ſtudiorum, qui dicitur publicus fauor, tenetur augere ſtipendium, ſi illa ſumma non ſufficit.*

153 *Fauoris publici cauſa etiam in exorbitantibus extendetur ſtatutum.*

154 *Appellationes extra ciuitatem, vel dominium ne committantur, ſtatutum diſponens, dicitur concernere publicam vtilitem.*

155 *Fauoris publici cauſa extenditur ſtatutum etiamſi deberet intelligi ad literam.*

156 *Fauoris anima reſpectu etiam in pœnalibus ſtatutum extendetur.*

157 *Anima fauorē conſtitutio reſpiciens reputatur fauorabilis, licet alias eſſet odioſa.*

158 *In fauorabilibus dictio taxatiua non impedit extenſionem inter eaſdem perſonas, ita rationis identitate ſuadente.*

159. *Taxatiua dictio in diſpoſitione fauorabili excludit ſolum caſus habentes diſſimilitudinem rationis.*

160 *Qualitas perſonæ facit, vt recedamus à propria, & ſtricta ſignificatione vocabuli.*

161 *Interpretatio non eſt accommodanda ad propriam, & ſtrictam ſignificationē verborum in ſtatuto, quando in contrarium apparet de mente ſtatuentium.*

162 *Mens ſtatuentium magis, quam verba ſtatuti attenditur, etiamſi ſtatuta eſſent intelligenda ad literam.*

163 *Communis vſus loquendi præfertur propria ſignificationi verborum, etiam ſi eſſemus in correctoriis, vt* num. 164.

165 *Honeſtate aliqua ita ſuadente receditur à ſtricta, & propria ſignificatione vocabuli in ſtatutis.*

166 *Parentum appellatione veniunt omnes in infinitum, quando agitur de conueniendo aliquem in iudicio.*

167 *Ratio expreſſa in ſtatuto facit recedere à propria ſignificatione vocabuli, etiam in correctoriis, & etiam ſi ſtatutum deberet intelligi ad literam, vt* num. 168. & 169.

170 *Ratio vnica quando reddi poteſt in ſtatuto, iudicatur de illa ſicut de expreſſa.*

171 *Conſuetudine deficiente in aliquo caſu poterit allegari ratio tacita ipſius conſuetudinis.*

172 *Ratio ſtatuti tunc dicitur certa, quando eſt vnica, & quando vnica à Doctoribus aſſignatur.*

173 *Statutum excluſiuum fœminarum declaratur.*

174 *Ex vnica ratione ſtatuti, licet non ſcripta, extendetur ſtatutum, etiamſi deberet intelligi ad literam contra Curt. iun.* conſil. 6. num. 10.

175 *Salycet. à Curt. iun. vbi ſupra allegatus declaratur.*

176 *Ratio procemii, & præfationis, quæ præſumitur finalis, reſtringet, & ampliabit ſtatutum.*

177 *Dictio taxatiua, ſi reperiretur in ſtatuto correctorio, non poſſet ſtatutum extendi etiam ex ratione expreſſa, idem in ſtatuto correctorio, & pœnali, vt* num. 178.

179 *Ratio expreſſa in ſtatuto tunc illud extendit, quādo eſt finalis, ſecus ſi tantum impulſiua.*

180 *Ratio impulſiua quæ dicatur, & quæ finalis.*

181 *Ratio adiuncta in ſtatuto illud non extendit, quando eſſet ex pluribus capitibus correctorium.*

182 *Geminatus actus magis operatur, quam ſimplex.*

183 *Ratio ſcripta in ſtatuto, non operatur illius extenſionem, quando ex alia ratione aliud ſuaderetur.*

184 *Interpretatio larga, & impropria ſumitur*

Digitized by Google

tur in ſtatuto, quando alias non operarentur etiam in pœnalibus, & etiamſi per ſtatuta eſſet reiecta interpretatio, vt num.185.& 186.

187 *Interpretatio larga admittitur in ſtatuto, quando ſic minus derogaretur iuri communi.*

188 *Stricte non interpretantur ſtatuta, quando poteſt procedi vigore ſtatuti de ſimilibus ad ſimilia.*

189 *In equiparatis à ſtatuto fit extenſio, etiamſi equiparatio fuiſſet facta à ſtatuto antiquo, & eſſemus in pœnalibus, & in exorbitantibus, vt* num.190.191.&192. *de quo tamen*, num.197. 198. 199. & 200.

193 *Correlatiuorum ratione ſtatuta extenduntur, quod dic, vt* num.194.195.& 196.

201 *Interpretatio larga ſumitur in ſtatuto, quando alias reſultaret aliquod irrationale, & iniquum.*

202 *Interpretatur large ſtatutum, & ficte, quando non poſſet verificari in caſu proprio, & vero.*

203 *Poſthumi appellatione venit filius adoptiuus, quando teſtator erat eius conditionis, quod nullos filios poſthumos habere poterat.*

204 *Stricte, & large interpretantur ſtatuta, prout conſuetudo loci ſuadet.*

205 *Ars alias vilis ex conſuetudine loci erit nobilis exiſtimanda.*

206 *Exempla non reſtringunt ſtatuti diſpoſitionem.*

207 *Extenſio conceſſa in correctoriis multo magis cenſetur permiſſa in pœnalibus, & exorbitantibus, in quibus minus ſtricte proceditur, quam in correctoriis.*

208 *Verbum ſi reperitur in ſtatuto habens plures, omnes tamen proprias ſignificationes, quid agendum.*

209 *Propria ſignificatio verbi à quo cognoſcetur.*

STatuta ſunt proprie, † & ſtricte intelli- 1
genda, doctrina eſt communis Dd. *in l.*
omnes populi, ff. de iuſtit. & iure, & in l. non du-
bium, C. de legib. in l quod conſtitutum, ff de te-
ſtam. mil. in l. conſtitutionibus, ff de municip. in
l.3. §. hæc verba, ff. de negot geſt. & in l. non ali-
ter, ff. de leg.3. & facit, quia † à verbis ſtatuti 2
recedere non debemus, Bar. *in d l. quod con-*
ſtitutum, Dec. *in conſil.5. num 2.* & quod ſta-
tutum non dicit, † nec nos dicere debemus 3
iuxta *l. ſi ſeruum, §. non dixit prætor, ff. de acq.*
hered. Bald. *in d. l. omnes populi, paulo ante fin.*
vbi etiam Bart. *num.58. verſic. iuxta præmiſ-*
ſa quæro, Iaſ. *in d. fin. col.3. verſic. item ex quo,*
C. de ind. ed. viduit. tollend. Cephal. *conſil.571.*
num.59. lib.4. & conſil 277. num.16. lib.2. fa-
ciunt notata *in l. ſi vero, §. de viro, ff. ſol. matr.*
& quod ſtatutum tantum diſponat, † quã- 4
tum loquitur, & non vltra, dixit Maluaſ. *in*
conſil.74. num.6. de mente Bald. *in l. teſta-*
mentum non ideo, in fin. num.5. C. de teſtam.
Petr. Gerar. *ſingul.7. num.10.* & vbi ſtatutum
non loquitur, ceſſat illius diſpoſitio, Iaſ. *in*
l. non tantum, num.6. ff. de re iudic. Bonacoſſ.
quæſt. crimin. in verb. ſtatutum, verſic. vbi ſta-
tutum, idem voluit Bertazzol. *conſil. crimin.*
505. num.19. lib.2. Marſil. *conſil.30. ſub num.2.*
Decian. *reſponſ.43. num.3. vol.2.* & ſtatuta di-
cuntur † ſterilia tanquam mulæ, quæ non 5
pariunt, & ideo ſunt ſtricti iuris, & ſtricte
intelligenda, Bertaz. *conſil. crim 175. num.13.*
lib.1. & ſtatutum debet intelligi † prout 6
cantat, Bald. *in l. maximum vitium, col.5. ver-*
ſic. vlterius, C. de liber. præterit. Oſaſc. *deciſ.4.*
num.10.

Primo infertur ex concluſione, quod
ſtatutum loquens de ciue, vel ſubdito non
habet locum in illo, † qui eſt ciuis, vel ſub- 7
ditus, ſecundum quod ita Burſat. *conſil.245.*
num.23. lib.3. vbi ideo conſuluit, quod qui
erat ſubditus reſpectu tantum bonorum,
quæ ibi poſſidebat, † non venit appellatio- 8
ne ſubditi, de quo in ſtatuto illo, ad idem

Digitized by Google

allegat Socin.ſen. conſil.129.num.5.& 6.lib.1. Brun. in tract. conſ.ſtt. & decret. verb. ciues, & verſic. ſtatutum de ciuibus.

Secundo infertur ex iſta concluſione, quod ſtatutum loquens de perſona, † non comprehẽdit generationem, & familiam, quæ dicitur nomen collectiuum vniuerſale, & non habẽs perſonam, niſi ficte, & improprie, Decian. reſponſ.73.num.18.lib.2. per ea, quæ notantur in rubr. C. ad Trebellian. vbi præcipue Bart. & ex hoc etiã Roman. conſil.400. num.4. & 5. voluit, quod nec etiam vniuerſitas ſub nomine perſonæ propriæ in ſtatutis comprehendatur, inter alias, ratione, quia vniuerſitas eſt corpus quoddam, quod ex multis inuicẽ collectis conficitur, non autem ex vna ſola perſona, & ideo proprie perſona dici non poteſt.

Tertio infertur, quod ſtatutum loquẽs
10 de donationibus, † intelligatur de propriis, non autem de impropriis, & de improprie donationibus, ita Bertaz. conſil. ciuil.19. num. 44. vbi ideo dixit, quod ſtatutum loquẽs de donatione inſinuanda ha-
11 bet † tantum locum in donatione ſimplici, & non propter nuptias, vel in pacto lucrãdæ dotis ex mente Bald. in auth. eo dict. ſu, ad fin. C. de donat. idem Alexand. conſil.113. num.31. l.b.6. Signorol. conſil.8. num.. Ruyn. conſil.126.num.19.vol.3. ſicut nec ſtatutum de donationibus habet locum in donatione reciproca, & facta fratribus, vt ſubirent onus ſatisfaciendi creditoribus, Alexan. conſil.167.num.9.vol.7. Nat. conſil.609.num.9. & ſeq. & num.38.

Quarto infertur, quod ſtatutum loquẽs
12 de fratre † intelligitur loqui de fratre carnali, non autem patrueli, qui non dicitur frater ſimpliciter, ſed cum illa dictione, patruelis, & ſic non proprie frater, ſed ſecundum quid, ita Bertaz. conſil. ciuil.62. num.37. ex mente Bart. in l. Lucius, §. quæſitum, ff. de legat.3. faciunt allegata ab Alexand. in l.1. C. de ſucceſſ. edict. & in l. ſi dotali, ff. ſol. matrim. & conſil.97.col.2.vol.2. Socin. conſil.9.num.9. lib.3. Corn. conſil.169.col. fin.vol.4. Dec. conſil.461. in princ. Pariſ. conſil.110.num.14.vol.5. & Iaſ. conſil.206. col.5. verſic. non obſtat ſtatutum, lib.2. vbi de communi teſtatur, & late Cephal. conſil.616. num.73. lib.5. vbi etiam communem affirmat.

Quinto infertur, quod ſtatutum † pro- 13
hibens bannito lucrum ex actibus legitimis, non tamen videtur prohibere acquiſitionem ex teſtamento, quia ſucceſſio ex teſtamento non eſt proprie actus legiti-
mus, † ſicut ſucceſſio ab inteſtato, cum te- 14
ſtamentum ſit de iure gentium, licet de iure ciuili approbatum, Bertaz. conſil. crimin. 489. num.9. lib.2. per text. in l.3. §. de illo, ff. pro ſoc. & in l. legitima, vbi gloſſ. ff. de petit. hered. Alexan. conſil.56. col.2. vol.2. Socin. conſil.12. num.3. vol.3.

Sexto infertur, quod ſtatutum loquens
de feudo † debet intelligi de vero, & pro- 15
prio, non autem de improprio, Cephal. conſil.641. num.2. lib.5.

Septimo infertur, quod ſtatutum pro-
hibens † alienationem in forenſem, non 16
comprehendit mulierem ciuem nuptam tamen forenſi, vt in caſibus, de quibus per Cephal. conſil.526. num.37. lib.4. vbi late, & Burſat. conſil.8. num.37. lib.1. Plot. conſil.108. num.33.

Octauo infertur, quod ſtatutum pro-
hibens de nullitate dici † eſt adeo ſtricte in- 17
telligendum, vt non comprehendat nullitatem, quæ eſt euidens, & patens ex inſpectione ſententiæ, ſeu ex expreſſo iuris errore, Cephal. conſil.395. num.44. lib.3. & conſil.654. num.34. & ſeq. lib.5. Bald. & Salycet. in l.1. C. ne liceat tertio prouocare. Oldrad. conſil.106. Bart. conſil.38. lib.2. Socin. conſil.121. num.2. verſic. præterea, lib.3. Ruyn. conſil.131. num.13. lib.2. Iaſ. in l.1. col.2. verſic. tertio, ff. de noui oper. nuntiat.

Hoc

Hoc tamen intellige, niſi ſe reſtringeret
18 ſtatutum † ad tempus certum, & determi-
natum, vtputa ad decem dies, intra quos
permitteretur de nullitate poſſe dici, nam
tali caſu poſt illos decem dies, nec etiam de
euidenti, & quacunque aliâs conceſſa nul-
litate dici poterit, quia actus faciendus in
termino ſi non fuit factus in eo, videtur ei
renunciatum, & nõ valet vltra, ita Alexan.
conſil. 225. per tot. libr. 6. vbi ad contraria
reſpondet, & dixit, quod nec iudex poteſt
tali caſu ſupplere pro parte, aut ſuum offi-
cium impartiri, & *conſil. 105. num. 7. lib. 5.* Ce-
phal. *dict. conſil. 654. n. 34. lib. 5.*

19 Quod nòta pro noſtro ſtatuto † Ianuæ,
ſub rubr. *de ſenten. firmit. libr. 3. cap. 1. §. qui de
nullitate*, quo in loco præfigitur terminus
trium menſium computãdorum à die ha-
bitæ notitiæ de ſententia, vt contra eam de
nullitate, & exceſſu dici poſſit, nam poſt di-
ctum terminum, etiamſi alias eſſet euidẽs,
& notoria nullitas, etiam ex defectu cita-
tionis, aut alio quocunq; modo non po-
terit opponi, vt per Alexan. & alios, vbi
ſupra.

Nono infertur, quod ſtatutum ſemper
20 debet intelligi in caſu ſimplici, † non autẽ
in caſu mixto, Ruin. *conſ. 15. num. 23. libr. 3.*
Bar. *in l. certi condictio, §. quoniam, ff. ſi cert. pe-
tat.* Ang. *in l. ſi ita ſcriptum, in princ. ff. de lib.
& poſthum.* Iaſ. *conſ. 12. n. 1. lib. 1.*

Decimo infertur, quod ſtatutum tollẽs
21 nullitatis † exceptionem intelligitur de
ſimplici, non autem de geminata, Cephal.
conſ. 708. n. 21. lib. 5. allegans Corſet. *in tract. de
verb. geminat. verſ. 7.* Barba. *conſ. 38. nu. 26. &
ſeq. lib. 2.*

XI. Infertur, quod ſtatutum loquens
22 de † cauſis pendentibus non habet locum
in his, quæ pendent per appellationem,
quia quantum ad hoc cauſa non dicitur
proprie & ſtricte pendere, cum ſemel fue-
rit deciſa per ſententiam, niſi expreſſe cau-
tum ſit etiam de cauſis pendentibus per
appellationem, Cephal. *conſ. 661. num. 16. lib.
5.* Dec. *in c. quoniam, n. 37. de conſtit.* de mente
Ang. per illum tex. *in §. ſuper hoc, in verſic. &
nota diligenter, in authen. in med. litis fac. iuſ.
non ſie. collat. 8.*

XII. Infertur, quod ſtatutum loquens
de † compromiſſis inter affines non loqui- 23
tur, vbi affinitas fuerit cõtracta ſolum per
ſimplicem fornicationem, non autem ex
legitimo matrimonio, Cephal. *conſil. 480. n.
29. lib. 4.* de mente Ioan. Andr. *in c. non debet
de conſanguinit. & affinit.* & Duen. *reg. 36. nu.
12. limit. 12.* prout non comprehenderet cõ-
iunctos † naturales tantum, ſi mandauerit 24
fieri compromiſſum inter coniunctos, vt
per Alex. *conſ. 60. n. 11. lib. 2.* vbi tamen diſtin-
guit, vt infra.

XIII. Infertur, quod ſtatutum † exclu- 25
dẽs mulierem dotatam intelligitur ſolum
ab hereditate dotantis, & non alterius, Ce-
phal. *conſil. 578. num. 4. libr. 4.* de mente Bal.
& Caſtrenſ. poſt gloſſ. *ibi in l. 1. C. de legit. he-
red.* Bal. *in l. mater pro filia, C. de iur. dot. & in
conſil. 21. lib. 3.* idem voluerunt Caſtrenſ. A-
lexan. Socin. Corn. Anan. & Capr. *in locis
notatis* per Cur. iun. *conſ. 65. n. 1.* qui ideo di-
xerunt, quod ſi pater dotauit, filia dotata
non excludetur ab hereditate matris.

Quod tamen intellige, niſi aliter appa-
reret de mente ſtatuti, quia tunc ſufficeret,
quod ab vno de nominatis eſſet dotata, vt
excluderetur ab hereditate aliorum no-
minatorum, ita Cephal. *conſil. 578. num. 16.
lib. 4.* Iaſ. *conſil. 105. columns. 2. verſic. nec prædi-
ctis, libr. 2.* Curt. iun. *conſ. 69. col. 1. verſ. ſecun-
da eſt.*

XIV. Infertur, quod ſtatutum loquens
de dote † data non habet locum in promiſ- 26
ſa, Ang. *conſ. 158.* vbi dixit, quod ſi ex ſtatuti
diſpoſitione vir debeat lucrari tertiã par-
tem dotis in cauſa eius reſtitutionis, ſi e-
am non habuerit, ex eo quia termini ſo-

cero aſſignati adhuc non ſunt lapſi, tertiam ipſam lucrari non debet,&illum ſequitur Iaſ. poſt Caſtrenſ.& Alexand. *in l. ſi donaturus,§.1.column.fin.verſicul.item adde,ff.de cond.cauſ.dat.*Boër.*deciſ.22.numer.40.*Ruin. *in rubr.ff.ſolut.matrim.n.98.& in conſ.225.col. vol.1.* vbi hanc partem dicit communem,
* prout eandem communem, & veriorem opinionem dicit Rol. à Val. *de lucr.dot.q.6.* poſt plurimos ab eo allegatos.

Et retenta iſta opinione, tanquam ma-
** gis communi, quicquid dixerit Cephal. *conſil.336.vol.3.*cum ibi per eum allegatis,& adductis eam declara,vt procedat,quando
27 ſtatutum facit mentionem de dote † data, vel de dotis reſtitutione, ſecus autē ſi ſimpliciter diſponeret de muliere dotata, vtputa ſi ſtatutum diceret,quod fœmina dotata excludatur, nam tali caſu intelligitur etiam habere locum, vbi ſolum dos eſſet promiſſa,ita Socin.*conſil.92.colum.3.libr.1.* Brun.*in tract.fœm.excluſ.art.6.quæſt.7.num.223.* Rol.à Val.*vbi ſupra,verſ.ſecundo reſpondetur,*Viu.*commu.opin.315.incip.ſtatutum excludens fœminas*, & in hoc opiniones ſupra dictas differētes hoc modo fœdere diſtinctionis conciliauit Oſaſ. *dec.21.n.15.*iuribus ibi late per eum, & hanc opinionem ſecutus eſt Craſſ.*de ſucceſſ.§.legatum, q.42.nu.8.*
** vbi de communi,& magis communi teſtatur, ita vt nedum aſſerit talem mulierem, cui promiſſa, aut relicta à patre dos fuit, dicitur dotata vere,&tale relictum dos appelletur, ſed etiam ob illud excluditur à maſculis vigore ſtatuti fœminas dotatas excludentis propter maſculos, iuribus, & auctoritatibus ibi late per eum.

Declara hanc opinionem,dum de dote
28 data diximus, † vt non procedat, quando extaret communis vſus loquendi, quod ſtatim,ac dos promiſſa eſt, data diceretur, prout vidimus quotidie dici, talis dedit filiæ ſuæ mille pro dote, licet illa ſolum tunc temporis promiſerit, ita declarat Rolan. à Val. *vbi ſupra,verſ.limita tamen,*idem tenuit Brun.*in d.tract.fœm.excluſ.loco proximè citato,col.pen.*& Craſſ.*vbi ſupra,in fine.*

XV. Infertur, quod ſtatutum loquens de qualicunq; ſententia, † veluti ſi diſpo- 29
nat qualemcunq; ſententiam executioni mandari,intelligitur tamē de valida, & iuridica tantum, quia ſententia nulla nō dicitur proprie, & vere ſententia, Cephal. *conſil.112.num.72.lib.3.*allegans Dec. *conſil.8.num.9.*

XVI. Infertur, quod ſtatutum diſponens † officialem teneri recipere omnes 30
accuſationes, intelligitur de rectè inſtitutis, quæ tunc vere & proprie poſſunt dici accuſationes,Cephal.*conſ.312.n.73.lib.3.* de mente Marſ.*in l.de minore,§.plurimum,n.10.ff.de quæſt.*

XVII. Infertur, quod ſtatutum prohibens de nullitate dici, vel à ſententia appellari, † debet ſtrictè intelligi,vt nō com- 31
prehendat niſi partes tunc litigantes, non autem tertium,Cephal.*conſil.305.nu.51.libr.3* Ruin. *conſil.209.num.25.libr.1.*Dec.*in cap.ſuper eo,num.8.ff.de offic.deleg.*Iaſ.*in l.à Diuo Pio,§.ſi ſuper rebus, column.fin. verſic. ad idem facit,ff. de re iud.*Pariſ.*conſil.107.numer.21.lib.3.*

XVIII. Infertur,quod ſtatutum excludens † ſororem à ſucceſſione fratris non 32
habet locum verſa vice,ita vt excludat fratrem à ſucceſſione ſororis,Bal.*in l.lege duodecim tabularum, ad.fin. C.de legit. hered.*vbi etiam Fulgoſ. Caſtrenſ. Corn.& Alexan.*in l.intra ſtipulantem,§.ſacram,num.5. in fine,* & ibi Iaſ.*column. 9. verſic. tu confirma melius, ff. de verb.obligat.*& idem Iaſ.*in rubr.de acq. poſ-*
ſeſſ. in fin. vbi dicit communem Brun. *in d.* *
*tract.fœm.excluſ.art.7.q.3.num.19.*Ruin.*conſil.33.num.11. libr.2.*communem etiam dicit *
Aleiat.*in d.rub.ff.de acq. poſſeſſ.nu.7.* Dec.*in l. ſecundum naturam,n.5.*vbi etiam Cagn.*ff.de reg.*

Digitized by Google

reg.iur.&ab hac ſententia in actu practico
non eſſe recedendum dixit Socin.iun. *in d.*
rubr.ff.de acq.poſſeſſ.n.121.

XIX. Infertur, quod ſtatutum requi-
33 rens ſolemnitates † in contractibus mu-
lierum non habet locũ in actu tacito, neq;
in actu reſciſſorio, Cephal. *d.conſil.395.n.35.*
& 38.lib.3. allegans Alciat. *in l.1.in princ.nu.9.*
ff.de verb.oblig.

XX. Infertur, quod ſtatutum loquens
34 de agnatis non † habet locum in agnatis il-
legitime natis, Dec. *conſil.316.n.1.* Caſtrenſ.
conſil.138.verſic.vt confirmantur prædicta, libr.
2. quos referendo ſequitur Ceph. *conſ.278.*
n.31.lib.2.

XXI. Infertur, quod ſtatutum prohi-
35 bẽs appellationem † non cenſetur prohi-
bere appellationem, & querelam, *auth. quæ*
ſupplicatio, C.de precib.Imper.offer. Ruin. *con-*
ſil.253 in 2.dubio, n.15.lib.5 Dec. *in l.fin. nu.51.*
C.de edict. diu.Adr.toll.

XXII. Infertur, quod ſtatutum loquẽs
36 de hereditate † non habet locum in fidei-
commiſſis, Ceph. *conſ.259.nu.30 libr.2.* Dec.
conſ.55.num 9.

XXIII. Infertur, quod ſtatutum exclu-
37 dens † à ſucceſſione feudi, vel alterius rei
religioſos, non trahitur ad puros clericos,
qui proprie & ſtricte non dicuntur religio-
ſi, ſed ſunt diuerſi inter ſe, facit tex. *in c.cle-*
ricus, ſi de feud. fuer. controuerſ. inter dom. &
agnat. Doct. *in l.1.ff. de reb.dub.* & late Felyn.
in c.Eccleſia ſanctæ Mariæ, n.1.& 2.de conſtit.&
in c.tua nos, de iureiur. n.1. in quibus locis li-
mitat & concordat.

XXIV. Infertur, quod ſtatutum loquẽs
38 de marito † non habet locum in ſponſo,
qui proprie non dicitur maritus, *l. non ſine,*
C.de bon.quæ lib. vbi Caſtrenſ. Abb. *in c.acce-*
piſti, in primo notab.de ſponſ & in cap.ex publi-
co, in vlt.not.de conuerſ. coniugat. Signor. *conſ.*
144.nu.1. vbi ideo cõſuluit, quod ſtante ſta-
tuto, quod maritus ſuccedat in dote vxori
non exiſtentibus liberis, non habebit lo-
cum in ſponſo, qui non dicitur maritus ex
proprio ſignificatu verborum, idem cõ-
tra, quod ſtatutum loquens de ſponſo non
habebit locum in marito, Fel. poſt alios *in*
rubr.de ſponſal.in princip.

Hoc tamen intellige de ſponſo per ver-
ba de futuro, † ſecus de ſponſo per verba 39
de præſenti, gloſ. *in l.ſolet, ff.de his qui not.in-*
fam. quia ſponſus per verba de præſenti di-
citur vere maritus, & proprie, nam ſpon-
ſus dicitur quaſi promiſſus, & ſponſa quaſi
promiſſa, ſed poſt contracta ſponſalia de
præſenti, cum adimpleta ſit promiſſio, non
amplius ſponſus, & ſponſa, ſed maritus &
vxor appellãtur etiam ante copulam, quia
ſolus conſenſus, † & non concubitus ma- 40
trimonium facit, *l.nuptias, ff.de reg.iur.c.ſuf-*
ficit, 27.quæſt.2. Doct. *in d.l.ſolet,* Abbas & a-
lij *in d.rubr de ſponſ.* & hanc opinionem ma-
gis communem, & in iudicando, ac conſu- **
lendo ſequendam teſtatur Gallia. *ſuper con-*
ſuet.Alexan.in ver.maritus, q.1.n.26. ibique il-
lam comprobat, & defendit præcipue à
Dec. *conſ.540.* & nos etiam alibi.

XXV. Infertur, quod ſi per ſtatutum
filij rebellium † prohibeantur ſtare in ciui- 41
tate, intelligitur viuẽte patre, quo tempo-
re proprie dicũtur filij illius, ſecus eo mor-
tuo, quia tunc non ſunt filij, ſed quondam
fuerunt, ita Bal. *in l.cum acutiſſimi, n.10. C.de*
fideicom. & not. *in l.eius, qui in prouincia, ff. ſi*
cert.pet.

XXVI. Infertur, quod ſtatuto requi-
rẽte in aliquo caſu probationes, † nõ adim- 42
plebitur eius diſpoſitio, per præſumptio-
nes, & coniecturas, etiam iuris, quia præ-
ſumptio huiuſmodi non dicitur vera, &
propria probatio, ſed præſumpta, ſic reſpõ-
det, & tuetur rationibus, & auctoritatibus
late Curt. ſen. *conſil. 78. incip. Domina Fran-*
ceſchina, num. 9. per tex. quem appellat au-
reum, *in l.1.ff.ſi tab.teſta.extab. ibi, quia ex cõ-*
iectura

Digitized by Google

iectura non proprie ſcriptus videtur, & gloſſ. ibi exponit, id eſt, ex præſumptione, & per Bal. *in l. ciues, in princ. C. de appellat.* & Bar. *in l. 1. circa princ. C. de fid. inſtrum. & iur. haſt. fiſc. lib. 10.* vbi dixit, quod tali caſu ipſe non probat, ſed ius præſumit, & hoc idem voluerunt Roman. & Alexan. *in l. 1. C. de teſtam. milit.* & Alex. *in l. licet Imperator, ff. de leg. 1.* Iaſ. *in §. præiudiciales, n. 71. Inſtit. de actio.*

Contrarium tamen tenuit Bal. *in l. 1. ver. quero quid ſi ſtatutum, C. de fideicomm.* vbi
43 voluit, quod ſi ſtatutum requirat † inſtrumentalem probationem, quod ſufficiat præſumptio iuris, per *l. cum de in rem verſo, ff. de vſur.* & adducit tex. quem ad hoc dicit eſſe notandum, *in l. 3. C. de apoch. publ. libr. 10.* idem cenſuit Dec. *in rubr. de probat. column. 17. num. 13. verſ. & adeo hæc procedunt, quod etiamſi ſtatutum, & verſ. hæc vera ſunt*, vbi cōtrarijs reſpondet, & idem tenuit *in conſ. 54. colum. 2. num. 3. verſ. nam etſi ſtatutum*, Iaſ. ſibi ipſi contrarius *in l. 1. C. de teſtam. milit. nu. 10.* vbi adducit tex. quem dicit didiciſſe à magno Aduocato Papien. *in l. fin. in fin. cum gloſſ. ff. de probat.* idem voluit Grat. *conſil. 54. n. 52. libr. 1.* Pariſ. *conſ. 80. nu. 15. & conſ. 97. nu. 6. lib. 1.* Felyn. *in d. rubr. de probat. num. 2. verſic. ſecunda concluſio*, vbi alios permultos refert Rolan. à Val. *de lucr. dot. qu. 75. num. 23. & 24.* Aſin. late *in ſua pract. iud. §. 19. c. 2. num. 4.* vbi
** hanc magis communem teſtatur, & illam ſequitur Menoch. *de præſumpt. libr. 1. qu. 36. num. 8.* vbi contrarium tenentes improbat, & dicit, quod eorum opinio nec iure, nec ratione probatur, & hanc ſequendam arbitror rationibus per Doctor. ſupra adductis, imo etiamſi ſtatutum ſub conditione requireret probationes, vtputa diſponendo, ſi quis probauerit talia, vel ſi fecerit cōſtare, & ſimilia, ſufficerent iuris præſumptiones, vt voluit Dec. *in dict. rubr. de probat. numer. 155.* vbi hanc opinionem veriorem contra communē teſtatur, illamq; comprobat, & tuetur iuribus & auctoritatibus, & præcipue, quia in multis iuribus requiruntur probationes ſub conditione, & tamē præſumptiones, ſiue probationes præſumptiuæ ſatisfaciunt, vt *in cap. Michael. de fil. presbyt.* vbi gloſſ. & *in c. tua, eod. tit. & in c. laudabilem, de frigid. & malefic. & in l. 1. C. quor. bonor. & in l. 1. C. de ſatiſd. & in l. ſi tutor, C. de peric. tutor.* & in eodem loco reſpondet ad contraria, & illam etiam approbauit Alciat. *de præſumpt. in princip. part. 3. num. 5.* vbi reſpondet, quod contraria opinio fundata ſuper *l. Lucius. ff. de condit. & demonſtr.* & volens, quod vbi probatio conditionaliter requiritur, non eſt ſatis præſumptio, debet intelligi, quando ſumus in caſu, in quo conſtat ſubeſſe præſumptionem, & nihilominus, aut ſtatutum, aut lex requirit probationem, nam tunc ne iſta requiſitio ſit penitus inutilis, debet adhuc eſſe probatio vera, iuxta not. *in l. ſi quando, ff. de leg. 1.* & regula, quod probatio conditionalis debet adimpleri in forma ſpecifica, non obſtat, quia formaliter dicitur impleta ſecundum ſubiectam materiam, & ſecundum quod à iure diſponitur, circa huiuſmodi præſumptiones, vel quod quando vere cōditio impleri non poteſt, ſufficit, quod eo modo impleatur, quo poteſt fieri etiam ſtante prædicta regula, vel quod ſaltem ſatis ſit conditionem impleri in effectu, prout hæc omnia animaduertit Dec. *loco ſupra citato, num. 156. & duob. ſeqq.* per iura & rationes, de quibus ibi per eum, vltra quod cum probationum plures ſint ſpecies, inter quas eſt probatio, per præſumptiones iuris, iuxta late not. nouiſſime per D. Ioſephum fratrem meum *de probat. in prælud. q. 4.* non eſt dubium, quod ſub hoc nomine generico probationis, de quo in ſtatuto, probatio etiam per præſumptiones iuris tanquam ſpecies continebitur proprie, & vere in illis caſibus, vt præſupponimus, in

quibus

Digitized by Google

quibus etiam in iure tãquam probationes admittuntur, iuxta not. per ſcribentes, *in l. in toto. ff. de reg. iur. cum ſimilibus.*

Poteſt tamen adduci pro concordantia
44 prædictorum, † vt ſupra dicta illatio, & opinio illam ſequentium procedat in præſumptionibus hominis, & quæ reſident in arbitrio iudicis, in quibus quod dictum eſt de probatione præcipue conditionali, nõ verificabitur, cum tales præſumptiones iudicis arbitrariæ non ſint probationes, ſecunda autem hæc noſtra habeat locum in præſumptione iuris, quæ vera probatio & firma appellatꝛ, & quæ ideo de quacunq; probatione, aut ſimplici, aut conditionali habebit locum, prout ſic diſtinxit Dec. *d. rubr. de probat. n. 149. verſ. hæc vera ſunt,* & illum ſequutus eſt Rolan. à Val. *d. q. 75. n. 21. & 22.* & Aſin. *d. c. 2. in fin.*

45 Vel ſecundo dicas, † quod prima opinio erit vera, quando probatio nominabitur cum verbis aliquibus qualificatis, vel prægnantibus, vt ſi ſtatutum requirat veram probationem, vel indubitatam, & ſimilia, quo caſu, nec etiam præſumptiones iuris ſufficient, ita Felyn. *in dict. rubr. de probat. n. 4. & 5.* quem ſequitur Dec. *in eodem loco, nu. 163.* qui *num. 165.* hoc magis communiter à Doct. approbari affirmat, allegãs ad hoc Bal. *in d. l. eum qui, in princip. ff. de iureiur.* vbi dixit, quod vera non eſt probatio, quæ fit per iuramentum, ſed præſumptiua, ideo ſi veræ probationes requirantur, non recipietur iuramentum, ſic de probationibus apertiſſimis, in quarum locũ præſumptiones iuris minime ſufficere tradunt Archid. *in c. 1. verſic. ſi quis in gloſſ. in ver. apertiſſimis, de except. in 6.* vbi etiam Ioan. Andr. & Dominic. & gloſſ. magna *in l. ſi. ff. quod met. cauſ.* idem in liquida probatione dixit Salyc. per illum text. iunct. gloſſ. 1. *in l. ſi quando, C. vnde vi,* ſic etiam ſi probatio legitima requiratur, gloſſ. *in l. cum de indebito, in princip. in verſ. legitimis, ff. de probat.* idem quando eſſe deberent probationes indubitatæ, vel quod probatio luce clarior requiratur, vel probatio perſpicua, vel probatio manifeſta, vel euidentiſſima probatio, Bal. *in l. fin. in fin.* per illum tex. *in verſic. item nota, C. de ſecund. nupt. & in l. fin.* per illum tex. *in princip. C. ſi minor ſe maio. dixer. & in l. in bonæ fidei, colum. penult. verſic. ſecundo inſpicitur, C. de reb. credit. & in l. 1. in fin.* per illum tex. *C. de reuoc. donat. in 1. notab.* quæ tamen Felyn. *in ſupra citato loco, nu. 5.* limitat, vt non procedant in materia parui præiudicij, quia non obſtantibus prædictis, in ea non oportebit fieri fidem plenis documentis, iuribus ibi per eum, ibique ſubiungit, quid importet clauſula, *ſi docueris,* & alia, *ſi clare conſtiterit,* & alia, *ſi euidenter conſtiterit,* & alia, *ſi certis probationibus apparuerit,* & alia, *ſi legitime probauerit,* de quibus etiam per Bal. *in l. 1. in vlt. colum. C. de Aduoc. diuerſ. iud.* & per Card. *conſil. 71. incip. vacante, in fin.* & Ancharan. *conſil. 242. incip. efficacibus,* Abb. *in c. cum querente, de reſtitution. ſpoliat. & in cap. in præſentia, de ſponſal.* Roman. *in rubr. de arbit. col. 7.*

Vel tertio pro concordantia prædicto-
rum diſtingue † vna cum Decio *in ſupra ci-* 46
tato loco, num. 166. ponendo tres caſus; primus, quando talis eſt materia, in qua præſumptiuæ tantum probationes fieri poſſunt, vt in probando filiationem, vel adulterium, & iſto caſu, ex quo cõcludens probatio non poteſt haberi, præſumptiones tales veræ probationes dicentur, iuxta not. *in l. fin. ad fin. ff. de probat. & in c. 1. de frigid. & malefic. & in c. laudabilem, eod. tit. & in l. 1. §. debebit, ff. de liber. agnoſcen. & in l. pen. ff. qui ſunt ſui vel alie. iur.* & ſicut iſtæ tali caſu dicũtur veræ probationes, ita legitime, dilucide, indubitate, liquidiſſime, apertiſſime, & ſimilibus verbis ſupra dictis nominari poſſunt, ex quo aliter, niſi præſumptiuæ probatio-

Digitized by Google

nes fieri non poſſunt,& ſic declarari poteſt dictum Bal. de veris probationibus allegatum *ſupra in d. l. eum qui, & in l. 1. C. de fideicom. verſic. item ſoluendo*, & alia ab alijs adducta, dum vno loco præſumptiones iuris apertiſſimas probationes fatentur, & ita in alio, nec illas tanquam ſimplices probationes admittunt.

Secundus caſus eſt, quando probationes concludentes fieri poſſunt,† & probatio etiam, vt ſupra, cum verbis qualificatis
47 profertur in aliqua diſpoſitione incidenter, non principaliter, vt quia ſtatutum dicat, quod in cauſa mutui procedatur ſummarie, adhibitis tamen probationibus legitimis, & tali caſu non obſtantibus prædictis præſumptiones ſufficient, & admittentur, quia illa verba *legitimis probationibus*, tanquam incidenter poſita non cenſentur adducta ad requirendam veram, & legitimam probationem, prout in caſu ſequenti.

48 Tertius caſus eſt, † ſi talia verba proferantur principaliter in aliqua diſpoſitione, puta ſi ſtatutum dicat, quod contra pupillos, vel minores aperta probatio, vel legitima requiratur, & tali caſu non ſufficerēt probationes præſumptiuæ, cum de mente ſtatuti appareat, quod voluerit facere vim in qualitate probationum, ſic Dec. *vbi ſupra*, iuribus ibi per eum, & hæc conueniūt cum his, quæ voluit etiam Fel. *in ead. rub. n. 2. verſ. ſed aduerte, quia pro intellectu*, vbi dixit, quod ſi materia poteſt vere probari, ſtante diſpoſitione, aut legis, aut hominis circa probationes, cenſetur de vera probatione cogitatum, ſed in materia, quæ de ſui natura non poſſet, niſi præſumptiue iure probari, tunc ſufficiet ipſa præſumptio iure probata, quia etiam præſumptiones, quando ſubiecta materia non parit veram probationem in quacunq; diſpoſitione etiam conditionali, plenę probationes, & euidentiſſimæ dicuntur, vt *in d. l. ſi tutor, in ver. oſtenderis, & in d. l. licet Imperator*, & not. per eūdem Dec. *vbi ſupra n. 175.* quæ doctrina Fel. & Dec. in hoc vltimo optime facit pro me, dum allegabam ad fauorem DD. meorum conciuium, † & ex amore fratrū 49
de Cattaneis in cauſa cuiuſdā emphyteuſis cum menſa Epiſcopali, q̄ beneplacitū Apoſtolicum reſeruatum in illo contractu, dicebatur ſatis probatum per lapſum triginta, vel quadraginta annorū, qui interceſſerāt iuxta ſæpius canonizatam opinionem in Rot. Roman. & de qua per Ferret. *conſ. 248. num. 16. vol. 2.* Anch. *conſ. 135. incip. ex conſiliis*, Gab. *conſ. 88. n. 14. lib. 1.* nam vltra tūc allegata faciunt prædicta, quod ſcilicet ex quo verſabamur circa talem ſubiectā materiam, quæ ob antiquitatem temporis loco plenæ, & perfectæ probationis, & certæ recipit præſumptionem, reſultantem ex curſu temporis iuxta opinionem ſupradictorum Dom. de Rota, & aliorum, de quibus ſupra, licet in eodem contractu fuiſſet reſeruatum beneplacitum Apoſtolicū, per verba poſita in ablatiuo abſoluto, & ſic importantia conditionem, & probationem conditionalem ſecūdum allegata per partem aduerſam, & ſecundum tradita per Borg. *in decis. 46. n.... par. 1. & decis. 8. n.... par. 2.* tamen prædictis remanebat ſatisfactum per ſupradictam præſumptionem procedentem ex lapſu dictorum 30. annorum, iuxta etiam tradita per Crau. *de antiq. temp. par. 3. n. 1. & n. 10. & nu. 25.* & prout ſic etiam fuit conſultum per nonnullos excellentiſſimos Curiæ Romanæ Aduocatos, & præcipue per inſignē, & nunquam ſatis laudatum D. meum † Gabrielium Falconium. 50

Primo amplia concluſionem, vt tanto magis procedat, † ſi ſtatuta eſſent contra 51
ius commune, nam tunc ſunt adeo ſtricte intelligenda, vt non poſſint extendi vltra caſus in eis nominatos, imo ſunt accipienda

enda ſolum, prout litera iacet, Decia. *reſp. 2m.41.lib.2.* Oſaſc. *deciſ.21.n.14.* vbi teſtatur
* hanc communem opinionem, ſtatuta e-
52 nim debet ita interpretari, † vt minus quã
fieri poſſit, lædãt ius commune, iuxta not.
*in l. ſi ſerui veſtri, C. de noxal. & in l. fi. §. in com-
putatione, C. de iur. deliber.* Alexan. *conſil. 29.
num. 7. lib. 4.* Riminal. *conſil. 40. num. 7. libr. 1.*
& plene per Doct. & præcipue per Bal. & I-
mol. *in l. ſi vero, §. de viro, ff. ſolut. matrim. & in*
* *l. ſi conſtante, ff. eod. titul.* Iaſ. & communiter
Doct. *in dict. l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur.*
Maluaſ. *conſil. 74. num. 3.* hinc dicebat Gail.
in tract. de verb. ſignif. lib. 8. c. 16. n. 4. quod ſta-
tutum corrigens ius commune in caſu ex-
preſſo, non cenſetur corrigere in caſu non
expreſſo, ſed is remanet in diſpoſitione iu-
ris communis antiqui.

Subamplia, vt etiam procedat ſtante
53 maioritate rationis, † nam nihilominus
quando ſtatutum eſſet correctorium iuris
communis, non poſſet trahi vltra caſum
expreſſum, ita probatur *in auth. quas actio-
nes,* vbi Bar. & omnes, *C. de ſacroſ. Eccleſ.* gl.
in l. tam is, §. 1. ff. de donat. Bar. *in l. præcipimus,
§. fin. C. de appellat.* idem Bar. & omnes *in d.
l. ſi conſtante, quæſt. 9. par. 1. princip. ff. ſolut. ma-
trim.* & hanc veram concluſionem dicit
Cur. iun. *conſil. 6. num. 13.* Cephal. *conſil. 535.*
* *num. 18. lib. 4.* & hanc etiam communem o-
pinionem affirmat Iaſ. *in d. auth. quas actio-*
* *nes, nu. 21.* prout etiam communem teſtatur
Alex. *conſ. 54. n. 9. lib. 7.* & poteſt poni exem-
plum, ſi extaret ſtatutum, quod pro homi-
cidio imponeret pœnam pecuniariam cõ-
tra diſpoſita à iure communi, quod impo-
nit pœnam corporalem, non tamen in a-
lio crimine minori homicidio, & pro quo
de iure imponeretur pœna corporalis, li-
cet in eo vigeat maior ratio minuendi pœ-
nam, quam in homicidio ex maioritate ra-
tionis, ſtatutum interpretabitur velle etiã
in eo minori delicto corrigere pœnã cor-
poralem de iure communi impoſitam, niſi
expreſſe, prout de homicidio hoc fuiſſet
diſpoſitum, ita Euerar. *in ſua cent. in loco à
ratione legis larga, n. 16.* iuribus & auctorita-
tibus ibi late per eum.

Secundo ſubamplia, vt tãto magis pro-
cedat ampliatio, † ſi in ſtatuto contra ius a- 54
geremus de facienda extenſione, de perſo-
na ad perſonam, Socin. *conſil. 74. nu. 5. lib. 3.*
qui ideo conſuluit, quod ſtatutum † prohi- 55
bens virum relinquere vxori, non intelli-
gitur, quod prohibeat vxorem relinquere
viro, & declarat ibidem, quod communis *
illa doctrina, quod in correlatiuis diſpoſi-
ta in vno intelligantur diſpoſita in altero
etiam in materia correctoria, & pœnali, de
qua per Bar. *in l. 1. C. de expreſſ. li. 11.* & not. *in
l. fin. C. de indict. vidui. tollen. & in l. fi. ff. de acce-
ptil.* procedit reſpectu eiuſdem actus, non
autem diuerſi, & reſpectu eiuſdem rei, & nõ
diuerſæ, & quod per hoc prohibito viro
relinquere vxori, cenſetur prohibita vxor
capere ex illo relicto, & prohibita vendi-
tione alicuius rei, cenſetur prohibita em-
ptio eiuſdem rei, & hanc opinionem verio-
rem, & crebriorem, ac in cõſulendo, & iu-
dicando ſequendam affirmat Lancillot.
Gallia. *in dict. ſuo commento, ſuper ſtatuto Ale-
xan. in ver. vxori, q. 4. n. 88.* & illam per totam
dictam quæſtionem defendit reiectis con-
trarijs fundamẽtis, de quibus per Cur. ſen.
conſ. 11. Iaſ. *conſil. 112. libr. 1.* Crot. *in repet. d. l. o-
mnes populi. col. 37. verſic. nona concluſio,* Me-
noch. *conſ. 11. n. 18. li. 1.* Maluaſ. *conſ. 74.* de quo
etiam *infra.*

Declara primam ſubampliationem, vt
non procedat, † quando verba poſſent tra- 56
hi ad caſum, in quo concludit maioritas, &
paritas rationis, quoquo modo etiam ex
latiſſima ſignificatione vocabuli, & verbo-
rum, quia tunc dicetur caſus potius com-
prehenſus, quam extenſus, & ideo ſi ſtatu-
tum, ſuppoſita validitate ipſius, permitte-

Digitized by Google

ret impune bannitum occidi, intelligen-
57 dum etiã eſſet, † quod & vulnerari permit-
teret, quia ſub verbo *occidere*, comprehen-
ditur *vulnerari*, per regulam iuris, quæ ha-
bet, quod plus in ſe ſemper continet, quod
eſt minus, *l. qui quartam, in princip. ff. de leg. 1.*
Bar. *in l. nec in ea, ff. de adulter.* & ſi ſtatutum
58 excluderet filiam à ſucceſſione † exiſtente
maſculo, excludit & neptem, quæ licet fi-
lia non ſit, tamen eſt minus, quam filia, &
comprehenditur ex latiſſima ſignificatio-
ne filiorum, *l. filij appellatione, & l. iuſta, & l.
liberorum, ff. de verb. ſignif.* & ita limitat Ant.
de Butr. *in c. fin. numer. 58. verſ. fallit primo, de
conſuet.* Bal. & Doct. *in l. 2. C. de in ius vocan.
& d. l. ſi vero, §. de viro,* vbi præcipue Ioan. de
Imol. *ante fin.*

Secundo declara, vt non procedat, quã-
60 do in ſtatuto correctorio eſſet † ratio ipſi-
us aperte ſcripta, nam tunc licita eſſet ex-
tenſio etiam in correctorijs ex maioritate
rationis, quia vbi ratio eſt expreſſa in ſtatu-
to, tunc non dicitur extenſio, ſed lex ipſa
loqui dicitur, cum ratio legis ſit mens, † &
anima ipſius, ita voluit Bal. *in dict. authent.
quas actiones, num. 4. verſic. ſed ego dico*, di-
cens, quod quando generalis ratio eſt ſcri-
61 pta in lege, † ex ea poſſumus inferre ad
quemliaet caſum, nam tacite cautum in-
telligitur, quando eadem ratio reperitur,
& ſubiungit, quod ſecus eſſet in ratione ta-
cita, propter quam non fieret extenſio in
correctorijs, idem tenuit Paul. de Caſtr. *in
l. quamuis, in fin. C. de fideicom. & in d. l. ſi vero,
§. de viro,* vbi etiam Io. de Imol. Iaſ. *in l. de qui-
bus, in 5. col. ff. de leg.* & nos infra.

62 Amplia declarationem, vt idem † ſit,
quando vnica tantum ratio aſſignari po-
teſt, nam tali caſu etiam in correctorijs li-
citum erit arguere, ſicut de expreſſa ratio-
ne, & extendere, ſecus ſi plures rationes in
ſtatuto coniecturari poſſent, gloſſ. eſt ſin-
gularis *in d. l. quamuis, C. de fideicom.* & ibi ex-
preſſe hoc voluerunt Bal. & Paul. de Caſtr.
& idem Bal. & Ioan. de Imol. *in l. fin. ff. de he-
redibus inſtituen. & in d. l. ſi vero, §. de viro,* &
nos latius *infra*.

Nota tamen in propoſito, quod ſi vna
partium dicat, quod non poteſt aſſignari,
niſi vna ratio in ſtatuto, † alia autem pars 63
dicat, quod imo plures poſſint aſſignari,
certe in dubio non debet præſumi, quod
vnica tantum ratio poſſit reddi, & ſic ſit li-
cita extenſio, imo præſumi debet oppoſi-
tum, & transfertur onus probandi in aſſe-
rentem vnicam ſubeſſe rationem, quando
ſcilicet vere ratio ſtatuti eſſet dubia, nõ au-
tem ſi non dubia, vel ſi plures rationes præ-
tenderentur ex eo ſolo, quod quis illas plu-
res aſſeueraret, quia ex ſola tali aſſertione
non trãſfertur onus probandi contrariũ,
ſi aliàs, vt diximus, vere ratio dubia nõ ap-
pareret, nec plures poſſent vere præſumi,
ita Euerar. *in d. loco à ratione legis larga, num.
23.* & idem ante eum voluit Alexan. *in d. l. ſi
conſtante, numer. 5. verſ. ſed quid ſi petenti*, de
mente Salyc. *in d. l. 2. C. de noxal. column. 9. in
fin.* & Iaſ. *in d. authent. quas actiones, num. 22.*
Curt. ſen. *conſil. 80. column. 5. in fin.* qui hoc
pacto declarat dictum Salic. & Alexan. *vbi
ſupra*, licet non ita aperte diſtinguant. So-
cin. iun. *conſil. 1. n. 53. libr. 1.* dixit, quod ma-
le ſenſiſſet Alex. niſi vt ſupra intellexiſſet.

Limita declarationem, vt non proce-
dat in ſtatuto, quod eſſet correctorium, &
pœnale † ſimul, nam tunc etiamſi ratio eſ- 64
ſet ſcripta in ſtatuto, nõ poſſet fieri exten-
ſio, ita Alexan. *in d. l. ſi conſtante, num. 5. verſ.
hoc tamen intelligi debet*, per gl. quam dicit
ſingularem, *in clem. 2. in ver. in eiſdem, iuncto
tex. de ætat. & qualit.* idem voluit Iaſ. *in dict.
authent. quas actiones, numer. 22. verſic. tamen
intellige iſtam fallentiam*, quod etiam fuit de
mente Rom. *in conſ. 129. verſicul. ſecunda ra-
tio me mouens*, & clarius *in conſil. 150. num. 5.*
Crauet. *conſil. 6. ante numer. 11.* Euerard. *vbi
ſupra,*

Digitized by Google

ſupra, num.24. cum ibi per ipſum adductis, & nos *infra*, vbi etiam alias limitationes & declarationes adduximus.

Tertio declara, vt non habeat locum
65 prima ſubampliatio, † quando ſtatutum vere non eſſet contra ius commune, nec illud corrigeret, ſed tantum illud limitaret, nam tunc ſi adeſſet nedum maior, ſed ſolum eadem ratio, licita eſſet extenſio, quia in limitatoriis ex identitate rationis licitum eſt extendere ſtatutum, ita Maluaſ. *d. conſil 74. num.22.* de mente Bart. & aliorum *in d.l. ſi conſtante, quaeſt.9 prima part. num.39. & 43. ff. ſol matrim.* Abb. *in c. ad audientiam, in 1. notab. de cler. non reſid. & in cap. cum dilectus, col.2. num.8. de confirm vtil. vel. inutil.* Iaſ. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, in 5. colum. in princ. ſ. b num.6. ff. de verbor. obligat.* Curt. ſen. *conſil. 11. num 10.*

Quarto declara ampliationem, & ſub-
66 ampliationem prædictam, † vt etiamſi ſtatutum eſſet correctorium, ſi tamen nos reduceret ad ius antiquum conſuetum, extendetur, quia dicetur tali caſu eſſe de materia fauorabili, cum res de facili redeat ad ſuam naturam, iuxta notata *in l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. c. ab exordio, 35. diſtin.* ita Euerard. *in d. loco, à ratione legis larga, num. 29.* per gloſſam, quam dicit ſingularem *in cap ſtatutum, in verb. numerandum, de præbend. in 6* quam etiam ad hoc ponderat Alexand. *in d. l. ſi conſtante*, & Iaſ. *in d authen. quas actiones, & in d. §. pactus non peteret*, Abbas, Ioan. Andr. & Butr. *in cap. olim tibi, de verbor. ſignific.*

Quinto declara, vt idem ſit, ſi alias ſe-
67 queretur abſurdum, † nam tali caſu etiam ſi eſſemus in correctorio ſtatuto, lata fieret interpretatio, & extenderetur ſtatutum ad euitandum abſurdum, ita Euerard. *vbi ſupra, n.30. & in loco ab abſurdo*, vbi late, & nos *infra.*

Secundo amplia concluſionem, vt eo magis ſit vera, † ſi non intelligendo, & non 68
accipiendo ſtatuta ſtricte, & proprie, ſed per ſubauditos intellectus, coniecturas, & tacitas ſubauditiones, corrigeretur ius commune, tunc enim tanto magis talis interpretatio reiiceretur, quanto per ſubauditos intellectus non debet iuri communi derogari, ita Iaſ. *in d. authent. quas actiones, num. 21.* per gloſſ. quam dicit notabilem *in cap cupientes, §. quid ſi per viginti, de elect. in 6.* Cephal. *conſil. 535. num. 19. lib. 4.* Dd. *in d. l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iure, & in l. 1. §. huius rei, ff. de offic. eius*, & facit regula, quod ea eſt ſumenda interpretatio in ſtatuto, vt quam fieri poſſit cõcordet cum iure communi, de qua *infra.*

Et ex prædictis ſequitur, † quod argu- 69
mentum à contrario ſenſu non habet locum in ſtatuto, quando ex eo reſultaret correctio iuris, quia cum ſit tacitus, & ſubauditus intellectus, vt eſt gloſſ. notabilis *in l. 2. C. de condit. inſert.* venit enim ex coniectura, vt eſt text. cum gloſſ. *in l. apud antiquos, C. de furt. & in cap. cum Apoſtolica, ibi, per quod indirecte datur intelligi, de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. Capit.* non admittetur ad derogationem ipſius iuris, prout notatur communiter à Dd. *in d. l. 2. C. de condit. inſert. & in l. conuenticulam, C. de Epiſcop. & cleric.* Abb. & Felyn. *in cap. à nobis, il 2. C. de ſentent. excommunic.* Dd. *in l fin. §. filii autem familias, C. de bon. quæ liber. iuncta l. penult. C qui teſtamenta facere poſſ.* Bart. & Dd. *in d. l. omnes populi, & in d. l 1. §. huius rei, ff. de offic. eius*, vbi præcipue Alexand. & Iaſ. *& in l. ſi cum dotem, in princ. ff. ſolut. matrim.* Caſtrenſ. *conſil. 175 nu. 3. lib. 1.* Gozadin. *conſil. 37. nu. 5.* Bald. *in l. 1. C. de inutil. ſtipul.* vbi per hoc infert, quod ſtatutum prohibens minorem quindecim annis contrahere ſine certa ſolemnitate, & niſi certa ſeruata forma, non videtur à contrario ſenſu poſt illud tempus illum habilitare, & facere idoneum, ac

Digitized by Google

ſi eſſet annorum viginti ſex, & legitimæ ætatis, ita vt poſſet omittere ſolemnitates alias à iure requiſitas in contractibus minorum, quod confirmauit etiam Caſtrenſ. *conſil. 278. quod eſt in meis 116 lib. 2.* Dec. *conſil. 110. nu. 1. & 5.* & principale dictum eſſe communiter receptum, teſtatur Cagnol. *in d. l. 1. in fin. nu. 131. ff. de offic. eius,* prout illam dixit communem etiam Plot. *in tract. de in lit. iur. §. 3. num. 24.* & hanc communem omnium Dd. reſolutionem affirmat Euerard. *vbi ſupra, in loco, à contrario ſenſu. num 9.*

70 Amplia quod ſupradictum eſt, † vt multo magis ſit verum, ſi per argumentum à contrario ſenſu ſumptum in ſtatuto reſultaret correctio alterius ſtatuti, ita Dec. *d. conſil. 110 per tot.* vbi conſuluit, quod ſi ſtatuto diſponatur, mulierem non poſſe obligari ſine conſenſu viri, non ideo erit interpretandum ſtatutum, vt ſolus conſenſus viri ſufficiat in obligationibus vxoris, ſi aliæ ſolemnitates ſint inductæ per aliud ſtatutum in contractibus mulierum, ſed prædictis aliis ſolemnitatibus ab alio ſtatuto requiſitis, quotieſcunq; tractabitur de contractu vxoris, adiungetur conſenſus viri, ne inducatur correctio alterius ſtatuti, quemadmodũ enim ſtatutum præſumitur potius velle conſeruare alia ſtatuta, quę ab eodem fonte proceſſerũt, quam ius cõmune, quod dicitur quodammodo alienũ, vel ſaltem aliunde prouenire, arg. *l. ſi hominem, ff. mand. & l. formã, C. de off. præfect. præt.* ita etiam difficilius inducetur correctio de vno ſtatuto ad aliud, quam de vno ſtatuto ad ius commune, prout hoc etiam voluit Roman. *conſil. 399. nu. 7.* vbi hoc ampliat, etiamſi per huiuſmodi argumentum corrigendo vnum ſtatutum reduceremur ad ius commune *iurib. ibi per eum,* idem ſenſit Gozad. *conſil. 37. nu. 7.* Decian. *reſponſ. 32. nu. 35. vol. 2.* Crot. *in repet. d. l. omnes populi, num. 133.* & nos etiam de hoc alibi.

Subamplia, etiam ſi ſtatutum aliud contra quod induceretur correctio † per argumentum à contrario ſenſu, eſſet pœnale, quia nihilominus non inducetur correctio in illo, ita Dec. *d. conſil. 110. num. 4.* ponens exemplum, ſi ſtatutum imponat pœnam mille pro maleficio, & pro eodẽ maleficio aliud ſtatutum imponeret pœnam quinquaginta ducatorum, nõ dicetur corrigi aliud ſtatutum de maiori pœna, etiamſi, quod magis eſt, in ſtatuto de minori pœna adeſſet dictio taxatiua, vtputa *tantum,* & ſimile, quod dicit fuiſſe de mente Bar. *in l. 3. §. cum Titio, ff. de adim. leg.* Alex. *in d. l. ſi conſtante, col. 5* & Imol. *in d. l. ſi vero, §. de viro,* & hoc idem firmauit Borgnin. *deciſ. 6. num. 6. part. 1.* 71

Secundo ſubamplia., vt tanto magis prædicta habeant locum, † quando in ſtatuto adeſſent dictiones implicatiuæ, vtputa *præſertim, maxime* & ſimiles, quæ inducũt maiorem rationem in contrario caſu, ideo eo magis ceſſabit arg. à contrario ſenſu, Anton. de Butr. *in d. cap. cum Apoſtolica, num. 27. de his quæ fiunt à Prælat.* facit text. cum gloſſ. *in c. 1. in verb. præſertim, de except. & in l. qui ſe patris, C. vnde lib.* gloſ. *in l. illud, in verb. æſtimari, ff. ad leg. Aquil. & in l. cum prætor, in verb. iudex, ff. de iud.* Euerard. *in d. loco, à contrario ſenſu, num. 12.* Dd. *in d. l. conuenticulam,* cum aliis per dictum Euerard. adductis. 72

Primo limita, vt non procedat illatio ſupra dicta de argumento à contrario ſenſu, † quando ſtatutum in ſenſu directo nihil operaretur, tunc enim ſumitur argumentum prædictum etiam ad correctionem iuris, ne ſtatutum reddatur ſuperfluũ, ita Borgn. *in ſuo tract. de tut. n. 91.* inferens ad ſtatutum Florentinum, diſponens, quod quælibet mulier in hereditate patris ſuccedere poſſit, ſi non extiterint filii maſculi & per argumentum à contrario ſenſu dicit, quod 73

cit, quod vigore illius ſtatuti, *ſi extiterint*, non poterunt ſuccedere filiæ fœminæ, etiam quod in hoc corrigatur ius commune, iuxta text. *in l. maximum vitium, C. de liber. præterit.* quia in ſenſu directo ſtatutum nihil operaretur, cum etiam de iure communi filiæ ſuccedant patri, ſi maſculi non extant, & *in tract. de vſ. fruct. num. 125. fol. 310.* declarat, hoc non habere locum, quando ſuper diſpoſitis à ſtatuto in ſenſu directo aliqualiter poſſet dubitari, nam tunc, quia ſtatutum diceretur aliquid operari, vt quia tolleret illud dubium, & reduceret illud, mediante eius diſpoſitione, ad caſum clarum, ceſſabit argumentum à contrario ſenſu, prout hoc idem voluit Iaſ. *in d. l. 1. num. 51. ff. de offic. eius*, vbi cæteri ſcribentes,
* *& in l. 2. ff ſolut. matrimon.* & hanc communem opinionem teſtatur Borgnin. *loco proxime citato*, & illam ſequuntur Bald. *in l. obſeruare, §. proficiſci, ff. de offic. proconſul.* Fulgoſ. *in l. vt liberis, C. de collat.* Crauet. *conſil. 105. num. 7. lib. 1.* Dd. *in authent. ex teſtamento, C. de collat.* vbi præcipue Roman. *in verſic. ex quo nota*, Corn. *conſil. 91. col. 5. lib. 1.* Dec. *conſil. 626. col. 2. poſt med. num. 6.* vbi pariter
* affirmat hanc opinionem communem, & facit, quia verba etiam contra eorum naturam debent intelligi, & impropriari potius, quam nihil operentur, Dd. *in l. ſi ſtipulatus fuero, ff. de verborum obligat. & in l. ſtipulatio iſta, §. ſed ſi ſeruum, & § poſſidere, ff. eodem tit.* huius opinionis fuit etiam Nat. *conſil. 467. nu. 24.* & Ruyn. *conſil. 89. num. 80. lib. 1.*

Amplia ſupra dictam limitationem, vt
74 procedat † nedum quando ſtatutum nihil omnino operaretur, ſed etiam quando operaretur in aliqua parte ſic, & in aliqua parte non, quia reſpectu partis, in qua nihil operatur, ſumetur argumentum à contrario ſenſu, ita Dec. *d. conſil. 626 num. 6.* reprobando Socin. contrarium ſentientem *in conſil. 207. in cauſa D. Annæ, verſic. non obſtat tertia ratio*, quia ratio, qua mouentur Dd. & præcipue Bald. *in d. l. conuenticulam, C. de Epiſcop. & cleric.* & alii, de quibus ſupra, vt ſcilicet argumentum tunc à contrario ſenſu admittatur in ſtatutis, quando in ſenſu directo nihil operaretur, militat tam in toto ſtatuto ſuperfluo, quam in parte, quæ ſuperflua redderetur, ſi prædictum argumentum non ſumeretur, nam parum prodeſſet, vt reliqua diſpoſita à ſtatuto operarentur, ſi pars vna ſuperuacaret, cum tali modo non remaneret prouiſum ſuperfluitati, & vanitati diſpoſitorum in ſtatuto, & tamen certum eſt, quod nullum verbum etiam minimum debet eſſe ſuperfluum, & vanum in ſtatutis, ita notat Bald. *in rubr. C. de contrahend. empt. in 9. quæſt.* & etiam ſyllaba non debet eſſe poſita, niſi neceſſaria ſit, vt notatur per gloſſ. *in l. 1. in princ ff. de eo, quod met. cauſ.*

Intellige ampliationem cum ſupra dicta limitatione, † vt non habeant locum, 75
quando ſumendo argumentum à contrario ſenſu ſtatuentes inciderent in pœnam excommunicationis, vel in aliam pœnam, vel quando ſenſus contrarius eſſet contra ius diuinum, & induceret ad peccatum, nam tunc etiamſi ſtatuta nihil omnino operarentur in ſenſu directo, non poſſet ſumi argumentum prædictum, ita Euerard. *vbi ſupra, in loc. à contrario ſenſu, num. 24.* per gloſſ. quã dicit ſingularem *in clem. 1. in verſic. facere, de vſur.* Roman. *ſing. 108.* Alexand. *in l. ſi eum, § qui iniuriarum, ff. ſi quis caut.* Iaſ. *in d. l. 1. num. 42 & ſeq.* Carpan. *ad ſtatuta Mediol in prælud. nu. 479* Dec. *conſil. 626. per tot.* Oſaſc. *deciſ. 174. num. 14.*

Secundo limita, vt non procedat prædicta illatio, † quando caſus omiſſus poſſet 76
haberi pro expreſſa aliqua coniectura, tũc enim licet inferre ad caſum illũ à ſenſu contrario, huiuſmodi coniectura vrgente, ita Euerard.

Digitized by Google

Euerard. *vbi ſupra, in loco, à contrario ſenſu, num. 23.* per notata *in l. ſi ita ſcriptum, in princip. ff. de liber. & poſthum. & in l. Clemens patronus, ff. de hered. inſtit.*

Tertio limita, vt tunc non excludatur
77 argumentum † à contrario ſenſu, præcipue quando ſtatutum vere non loqueretur contra ius commune, tunc enim ſicut in verbis legis, & Canonis, ita in ſtatutis licitum eſt arguere à contrario ſenſu, ita Euerard. *vbi ſupra, num. 22.* vbi hanc veram, & ★ communem concluſionem teſtatur, & ita tradunt communiter Dd. *in d. l. 1 ff. de offic. eius*, & ſubintrant tali caſu communia, & regularia dicta, videlicet, quod illud, quod venit à contrario ſenſu, dicitur contineri in ſtatuto, & haberi pro expreſſo, iuxta notata per gloſſ. *in l. qui teſtamento, §. mulier, ff. de teſtam.* vbi Paul. de Caſtr.

Quarto limita multo magis econtra,
78 quando † ſtatutum ſumendo argumentum à contrario ſenſu nedum non remaneret contrarium iuri communi, ſed potius cum eo conformaretur, & ſaluaretur iuris diſpoſitio, ita Borgnin. *in d. tract. de tut. num. 85.* Decian. *reſponſ. 46. num. 8. lib. 2.* Dd. omnes *in d. l. 1. ff. de offic. eius*, Aretin. *conſil. 143. col. 3. verſic. ſed ad hoc reſpondetur*, Riminald. *conſil. 224. num. 4. vol. 2.* Plot. *in conſil. 108. num. 10. vol. 1. conſil. crim. diuerſ.*

Amplia limitationem, vt tali caſu ſit
79 tantæ efficaciæ argumentum † à contrario ſenſu, reducens diſpoſitionem ſtatuti in ſaluationem iuris communis, quod ſi ſtatutum inferioris ita loqueretur, ſcilicet per argumentum à contrario ſenſu, non eſſet recurrendum ad ſtatuta ciuitatis dominantis, ad quod eſſet recurrendum per diſpoſitionem ſtatuti inferioris in defectum ipſius ſtatuti inferioris, vt tali caſu prouiſum expreſſe per contrarium ſenſum à dicto ſtatuto inferiori, ita Borgnin. *vbi ſupra, de tut. num. 86.* de mente Corn. *conſil. 65. ſub num. 6. & 7. vol. 4.* & Gozadin. *conſil. 37.* & alii ibi per eum.

Primo intellige prædictam ampliationem † vna cum duabus præcedentibus li- 80
mitationibus, vt non procedant, quando alio ſtatuto caueretur, quod ſtatuta non recipiant extraneum, vel ſubauditum intellectum, tunc enim, licet ageretur de ſtatuto, quod nō eſſet contra, ſed ſolum præter ius commune, argumentum à contrario ſenſu in eo non admitteretur, quia dicitur, & eſt ſubauditus intellectus, vt ſupra oſtendimus, ita Euerard. *vbi ſupra, num. 22. verſic. primo*, vt procedat per doctrinam Bald. *in l. 2. C. de condit. inſert.* & Abb. *in d. cap. cum Apoſtolica*, per illum text. *in verb. indirecte.* & Alexand. *in apoſtil. ad Bald. in d. l. apud antiquos*, & Roman. *in ſingul. 419. incip. communis doctrina eſt.*

Secundo intellige, niſi per aliud ſtatutum mandaretur, † quod ſtatuta intelligā- 81
tur ad literam, prout iacent, tunc enim etiam in ſtatuto non contrario iuri communi, non poſſet argumentum à contrario ſenſu ſumi, ita Euerard. *vbi ſupra.* de mente Bald. *in l 2. C. de patr. qui fil. d. ſtraxer.* & Iaſ. *in d. l 1. num. 41.* vbi etiam Dec. *num. 66. ff. de offic. eius*, Alciat. *reſponſ. 59. num. 2. & 3.* Brun. *ſuper ſtatut. fœmin. excluſ. art. 5. queſt. 29. verſic. nam eo caſu* Socin. *reg. 46. argumentum, limit. 10.* Bonacoſſ. *queſt. crim. in verb. ſtatutum, verſ. ſtatutū dicit*, & nos etiā *infra* late.

Primo ſubintellige prædicta, vt nō procedant, † quando verba ſtatuti nō poſſent 82
operari in ſenſu directo, nam tunc, non obſtante diſpoſitione, quod ſtatuta intelligantur ad literam, habebit locum argumentū à contrario ſenſu, ita Carpan. *in eius vtilibus, laborioſis, & doctis annotationibus ad ſtatuta Mediolani, cap. 174. num. 37 lib. 2.* de mente Corn. *conſil. 331. num. 7. vol. 1.* Iaſ. *conſil. 42. col. 2. verſic. ſexto confirmatur, vol. 3.* Bonacoſſ. *queſt. crim. vbi ſupra.*

Secundo

Digitized by Google

Secundo ſubintellige, niſi non ſumen-
83 do argumentum † à contrario ſenſu ſequeretur aliquod abſurdum, nam tunc etiam ſi ſtatuta deberent intelligi ad literam, neque poſſet accipi extraneus, aut ſubauditus intellectus, habebit tamen locum ſenſus contrarius, quia talia ſtatuta prohibentia extraneum intellectum, vel ſubauditum, & ſtatuta debere intelligi ad literam, ſemper tamen interpretantur, niſi per hoc ſequeretur abſurdum, eo quia talis intelligentia abſurdi euitandi cauſa cum proueniat à iure naturali, à quo omne abſurdum remouetur, *l.3. §.hiis legibus, ff de orig.iur.* debet præualere cuicunq; contrariæ diſpoſitioni, imo ſtatutum etiam volens illam tollere, non poſſet, quia nec iuri ciuili ipſi hoc permittitur, vt *l.2 ff. de vſufruct.ear. rer.quæ vſu*, & de hoc late per Eucrard. *in ſua cent. in loco, ab abſurdo*, Aretin. *conſil.109.n.1.* Alexand. *conſil.80.nu.8.lib.1.* Socin. *conſil.84. num.4.lib.1.* Iaſ. *in l.non dubium, num.39. C.de legib.* Alciat. *in l 1.§.ſi quis ita, n.9.cum ſeq ff de verbor.obligat.* Riminald. *conſil.74.num.66. vol 1.*

Nota modo circa ſupra dicta de argu-
84 mento à contrario ſenſu, † vt procedant circa materiam, de qua poteſt verificari argumentum à contrario ſenſu, & de quo loquitur ſtatutum, & non circa alia, & non ſuppoſita reuolutioni contrariæ, licet etiã annexa fuiſſent cum diſpoſitione contraria, quia in annexis non ſuppoſitis argumento à contrario ſenſu attendi debet ius commune, ſeu ſtatutum ſuperioris, vti caſus omiſſus à ſtatuto, & poteſt poni exemplum, ſi ſtatutum dicat, quod nemo audeat vendere rem alterius, & qui vendiderit, teneatur rem ſufficientem vero domino reſtituere; Verum, quia ſtatutum non loquitur de intereſſe, & de damno paſſo à domino, ob venditionem rei ſuæ factã, non poterit inferri, véditor rei alienæ reſtituit rem ſufficientem vero domino rei vẽditæ iuxta diſpoſitionẽ ſtatuti, ergo vigore ſtatuti ad nihil aliud tenebitur, poſtquam ſtatutum mandans, quod reſtituat rem ſufficiẽtem, & nihil aliud requirit, facta reſtitutione, ab omnibus aliis cenſetur liberatus per argumẽtum à contrario ſenſu, quia cum, vt dicebamus, ſtatutum nõ diſponat de damno, & intereſſe, licet ſit annexum cum diſpoſitione ſupra dicta de reſtituendo rem alterius ex iuris communis voluntate, quod mandat, vt etiam intereſſe & damnum debeatur, iuxta not. *in l.ſi filio, §.ſi vir, ff.ſol.matrim. & in §. non ſolum, Inſtit. de verbor.obligat.* non habebit tamen quoad dictum damnum, & intereſſe locum argumentum à contrario ſenſu, ſed licet annexum, tanquam tamen non ſuppoſitum reuolutioni contrariæ, & de quo ſtatutum non loquitur, reſtabit in diſpoſitione iuris communis, vti caſus omiſſus, ita Borgnin. *in d.tract. de tut.num.91.* per ea, quæ ponuntur à Bero. *quæſt.97 num.5.& ſeq.& quæſt.37.nu.4* Dec. *conſil.484.* Crauet. *conſil.203 nu.11.* Decian. *reſponſ.32.num.36. lib 2.*

Nota etiam, quod in quantum ſupra diximus de argumento à contrario † ſenſu, 85
procedunt in verbis diſpoſitiuis ſtatuti, nõ autem in verbis narratiuis, quia verba narratiua non conſtituunt ius allegandi, *cap.ſi Papa, de priuileg.in 6.* Dd. Canoniſtæ, & præcipue Anton. de Butr. & Abb. *in cap. publicato, de elect.* Ioan. Andr. *in cap. dilecto, de præbend.* gloſſ. & Dd. *in l.1. C. quando non peten. part. peten. accre* idem Ioan. Andr. *in d cap. cum Apoſtolica*, vbi etiam Anton. de Butr. *nu.27.* vbi etiam diſtinguit, quando in verbis diſpoſitiuis ſit ſumendum argumentum prædictum, & concludit, quod non eſt ſumendum à cauſa impulſiua, quia illa ceſſante non ceſſat diſpoſitio, argum. text. *in l. 1. §. ſexum, ff. de liber. & poſthum.* ſecus autem à cauſa finali, ſi eſt vna ſola, nec re-

Digitized by Google

pugnat ratio vniuerſalis, vel aliqua abſurditas, & alia, de quibus ſupra, ſi autem ſunt plures cauſæ finales, non ab vna, ſed ab omnibus ſumi debet, iuxta notata *in d. l. conuenticulam, C. de Epiſcop. & cleric. & in §. affinitatis, Inſtit. de nupt. & in l. ſi vero ff. de hered. inſtit. & in l. liberorum, §. notantur, ff. de his, qui not. infam.*

Tertio modo amplia principaliter con-
86 cluſionem, † vt tanto magis habeat locum, ſi eſſemus in pœnalibus, quo caſu ſtatuta ſunt reſtringenda, & ſtricte intelligenda, iuxta tradita *in c. odia, & in cap. in pœnis, de regulis iur. in 6. & in l factum, §. in pœnalibus, ff. eodem tit.* & ibi Dd. hinc Bald. *in l. fin. col. 1. C. de litigioſ.* dixit, quod in pœnis, vbi
87 lex figit pedem, † non debemus nos vltra procedere, hoc idem voluit Bertazzol. *conſil. crimin. 409. num. 11. & conſil 465. lib 2* vbi etiam additio *in lit. A.* vnde ſi ſtatutum imponat pœnam centum deferenti arma, & centum facienti inſultum contra aliquem,
88 & centum vulneranti, † ſi quis cum armis fecerit inſultum, & vulnerauerit, reſtringentur diſpoſita à ſtatuto ad vnicam tantum pœnam, cum licet aliquo modo poſſit conſiderari in tali delicto, & portatio armorum, & inſultus, & vulnus, tamen quia, vt diximus, in pœnalibus ſtricte procedendum eſt ratione euitandæ pœnæ, præſumetur, & reputabitur vnicum tantum delictum, & aliæ pœnæ in vnam, puta vulneris, quod reputatur maius delictum, confundentur, ita Marſil. *in l ſi in rixa, nu. 14. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* per gloſſ. quam dicunt
* communiter approbatam *in l. qui de crimine, C. de accuſ.* idem tenuit Bertaz. *conſil. crimin. 520. nu. 2. lib. 2.* ad idem facit, quod ſi ca-
89 ueretur ſtatuto, † quod villa teneatur capere malefactorem, & eum denuntiare, & ſi non fecerit, teneatur ſoluere certam pœnam, ſi plures fecerint vnum homicidium, & villa non ceperit illos, non per hoc tenebitur, niſi vnica pœna tantum, ita Bart. *in l. ſi exhibuiſſent, §. fin. ff. de public. & in l. ex maleficiis, §. fin. ff. de actionib. & obligat.* Alberic. *in 2. part. ſtat. queſt 171. incip. cauetur ſtatuto,* quod ſi quis accuſauerit aliquem, & non probauerit, teneatur in decem libris, ſi aliquis accuſauerit plures, in vna tamen accuſatione, & non probauerit, non tamen punietur ad decem pro quolibet accuſato, ſed vna tantũ pro omnibus, ita idem Marſil. *in d l. ſi in rixa, n. 12* inferens etiam, quod ſtante ſtatuto, quod quicunq; non ceperit malefactorem, puniatur in centum, ſi plures fuerũt, qui non ceperunt, non per hoc omnes, ſcilicet quilibet, qui non cepit malefactorem, punientur in centum, ſed vnica ſolutio liberabit omnes, iuribus ibi per eum, concordat etiam, quod ſi ex ſtatuto caueretur, quod producens falſum teſtem aliqua pœna puniatur, ſi quis producet plures teſtes falſos, ad vnam tamen rem, & ad vnum tantum effectum, non pluribus pro numero teſtium, ſed vna tantum pœna tenebitur, ſecundum Bart. *in l. infitiando, §. infans, ff. de furt.* quem referendo ſequitur Marſil. *vbi ſupra, nu. 17.* affirmans etiam de mente Bart. *in eod. loco, in 4. col.* quod ſi ſtatutum dicat, quod ſi quis luſerit ad Azardum, puniatur in tantum, ſi vnus luſerit vno ſero cum pluribus, & pluries vicerit, & perdiderit, non per hoc tenebitur niſi vnica pœna, ſicut ſi ſtatuto caueretur, quod pro iniuria alicui illata, quis condemnetur in tantum, etiam ſi multa, & plura verba iniurioſa, vnico tamen impetu aliquis alicui dixerit, non per hoc tenebitur, niſi vna pœna, ſicut etiam ſi extaret ſtatutum, quod qui blaſphemauerit Deum, puniatur in centum, qui Beatam Virginem, in quinquaginta, & qui Sanctos, in decem, ſi aliquis vna tamen oratione, & impetu blaſphemauerit omnes, vt quia dicat, *maledicatur Deus, & omnes Sancti,* vel quid ſimi-

le, vna

le, vna pœna ſola, non autem pluribus mulctetur, hæc, & alia ſimilia adduxit Marſil. *loco ſupra citato num. 23 & 24.* auctoritatibus, & iuribus ibi per eum, & Bertazzol. *conſil. crimin. 444. num. 4. & 7 lib. 2.* ex mente Afflict. *deciſ. vlt. num 6.* Aretin. *in l. Gallus, §. quid ſi is, col penult. ff. de lib. & poſthum.* dixit, quod licet ſi ſtatutum, quando loquitur in rem de delinquente, vt quia dicat *pro homicidio quis puniatur pœna tali*, non autem in perſonam, vt quando dicit, *ſi quis occiderit, tali pœna puniatur*, habeat locum etiam in mandante, prout ibidem hanc dicit communiorem, & veriorem opinionem, tamen ſi ſtatutum imponeret pœnam irregularem & extraneam, à delicto erit reſtringendum, vt non comprehendat mandantem, & quod generaliter in ſtatuto pœnali verba reſtringantur, vt delictū, & pœna fugiatur, eſt communis, & vulgata Dd. ſententia *in d. cap. odia. & in d. c. in pœnis, & in d. §. in pœnalibus*, ſicuti etiam communiter, & ab omnibus firmatur ibidem, quod & larga, & ſtricta ſumenda erit interpretatio,
90 prout † magis, & minus delictum, & pœna inducitur, de quo etiam per Cephal. *conſil 310. num. 14. lib. 3.* Gabriel. *conſil. 17. num. 1. lib. 1.*

Subamplia ampliationem, vt tanto magis procedat, quando ſtatutum imponeret
91 pœnam alicui pro delicto alterius, † tunc enim adeo ſtricte eſt interpretandum ſtatutum, vt vel non habeat locum, vel vt minus quam fieri poſſit, lædatur tertius pro delicto alterius, ex quo fit, quod imponente ſtatuto pœnam alicui pro altero, debet in dubiis intelligi, & interpretari, vt potius verificetur in aliqua pœna pecuniaria, quam corporali, ita doctus criminaliſta Bertaz. *conſil. crimin. 326. num. 13 lib. 2.* per ea, quæ tradit Socin, *conſ 31. col. 5 vol. 1.* Dec. *in cap. 2. in 1. lect. num. 4. de conſtitut.* & ex hoc
92 etiam ſequitur, quod ſtante ſtatuto, † quod pater teneatur pro filio ratione delicti per eum commiſſi, non comprehendet delictum commiſſum à filio ſpurio, vel naturali tantum, quia appellatione filiorum non veniunt ſtricte, & proprie filii ſpurii, vel naturales tantum, ita Alberic. *in 1 part. ſtatut quæſt. 49. incip. ita ſuppoſito ſtatuto, & in quæſt. 61. in ead. part. 1.* Bald. *in l generaliter, §. cum autem, ff. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact. & in l. cum acutiſſimi, col. 1. in fin. C. de fideicommiſſ.* pro quo etiam facit doctrina Cyn. *in l. cum pater, §. volo ff. de legat. 2.* dum dixit, quod ſi pater habet inimicum, & cum eo faciat pacem, & præſtet cautionem pro ſe, & pro filiis de non offendendo, † ſi 93 poſtea ille offendatur per filium naturalem tantum, pater non tenebitur aliqua pœna, quod placuit etiam Felyn. *in cap. in præſentia, in 10 col. circa med. verſic. & adde, quod ſi pater, de probat.* & Alber. *in d. quæſt. 61. incip. item quæro,* & pro eodem tenet Ioan. Andr. *in addit. ad Speculat. in tit. qui filii ſint legit. ſuper rubr.* & Alberic. *d quæſt. 49* Ioan. de Imol. *in l. Lucius, §. fin. ff de legat. 2.* & pro ſubampliatione facit, quod ſtante ſtatuto, quod † pater teneatur pro filio, non tenebitur pro nepote ex filio, ſi delictum commiſerit, ita Bald. *in l. filius tuus, C. ad Maced.* 94 quem referendo ſequitur Marſil. *in d. l. infans, num. 19.* vbi *num. 20.* ſubiungit, quod pater nō tenebitur ſoluere condemnationem pro delicto filii, † etiam ſtante ſtatuto, 95 quod pater pro delicto filii teneatur, quādo filius fuit condemnatus propter eius contumaciam, & ſic ex ficta, non autem ex vera, & propria confeſſione, & ex vero, & proprio delicto, ſed ex præſumpto, allegans ad hoc multa iura, & auctoritates, & præcipue Bart. *in l cum filius in princ. ff. de verbor. obligat. & in diſputat. ſua, incip. Perrſia ciuitatis ſtatuto.* vbi admonet, diligenter eſſe ponderanda verba ſtatuti, † nam ſi ſtatu- 96 tum diceret, quod pro filio delinquente

Digitized by Google

teneatur pater, non obſtabit patri conde-
mnatio filii ob contumaciam, ſed ſi ſimpli-
citer diceret, quod pater teneatur ſoluere
condemnationem de filio, tunc ſtatutum
illi obſtabit, & tenebitur illam ſoluere, non
obſtante contumacia filii, non extendetur,
etiam ſtatutum puniēs patrem pro filio ad
delictum filii, qui licet ſit filius, eſt tamen in
loco ſtatuti forenſis, ita comprobat Marſil.
in d.l.infans, num.29.& ſeq. & ad ſubamplia-
tionem conuenit, quod ſtatutum diſpo-
97 nens, † contumaciam rei principalis noce-
re fideiuſſoribus, debet intelligi, quod talis
contumacia noceat, fideiuſſoria non com-
parenti, & ſe legitime nō purganti, & ideo
poterit fideiuſſor reo principali contuma-
ce, & nō comparente, comparere, & ſe de-
fendere, ita Bertaz. *in conſil.crim.287.num.3.
lib.2.* quod dicit obſeruandum pro mate-
ria, & occurrente caſu treugæ, vel cautionis
de non offendendo, prout id fuiſſe etiam
de mente Herculan. *in ſuo tract. caut. de non
offend.c.29.n.1. & fere per tot.* & Hier. Moro.
*in tract. de fid.treug. & pac. part.2. quaſt 53. in
princ.* & tandem, quod ſtatutum puniens
vnum pro delicto alterius ſit ſtrictiſſime
interpretandum, eſt apud omnes indubi-
tata doctrina, de qua præcipue, vltra ſupe-
rius allegatos, per Menoch. *conſil.27. nu.55.
& conſil.100.num.120* Bertaz. *conſil.crim 481.
num.18.lib.2.* Alexan. de Neuo. *conſil.87 nu.6.*
Barbat. *inter conſil. Calcan. conſil.66. num.13.*
Bald. *in l.dotis tua, C.de iur.dot.* Socin. *conſil.
122.col.2. verſic.moueor etiam, lib.1.* Dec. *con-
ſil.359. num.1. & conſil.491.nu.1. & in l.extra
territorium, num.5. de iuriſd.omn.iudic. & in l.
filios, nu 1.C.de pact.* Ruyn. *conſil 8.col.1. lib.5.*
& facit vulgata regula, quod alteri per al-
rum, vel non debet, vel quam minus fieri
poteſt, debet iniqua conditio inferri, &
quod non debet quis alterius odio, vel
quam minus poſſibile eſt, grauari, & acce-
dit Marſil. *in ſingul.362. incip. ſtatutum vo-
lens*, quo in loco inter multa etiam addu-
cit tanquam notandum, quod ſtante di-
cto ſtatuto, quod pater teneatur pro filio,
non † habebit locum in delicto commiſſo 98
à filio intra decimumquartū annum, pro-
pter text. *in cap.2. de delict. puer.* ſecundum
quem textum tale ſtatutum limitabitur,
prout hoc idem voluit Iaſ. *in §.actiones au-
tem, num.83. Inſtitut. de action.* & Dec. corro-
borando ſubampliationem *in d. conſil.359.*
infert, † quod ſtatutum obligans vnum 99
pro alio reſtringetur ad territorium ſta-
tuentium, vt ſi obligaret patrem pro filio,
qui † negotiatur, deberet reſtringi ad con- 100
tractus, & obligationes factas in territorio
ſtatuti, allegans ad hoc Socin. *in l. Modeſti-
nus, ff. de except.*

Et in propoſito ſtatuti pœnalis nota,
quod † ſi in fine alicuius ſtatuti pœnalis 101
fieret aliqua additio, tunc pœna poſita in
ipſo ſtatuto cenſetur repetita in eius addi-
tione, nam additio ſiue adiectio dicitur
pars illiuſmet ſtatuti, vtputa quando dice-
retur in fine ſtatuti *adiicientes*, &c. vel *inſu-
per adiicimus*, vel ſimilia, gloſſ. eſt notabilis
in cap. de multa, ſuper verb. Eccleſia, de præben.
& hanc ſententiam communiter à Do- *
ctoribus teneri teſtatur Euerard. *in d. loco,
à ratione legis larga, num. 67.* cum aliis ibi
per eum.

Quarto amplia principalem concluſio-
nem, vt tunc eo magis ſtatuta ſint ſtricte
intelligenda, ſi extaret ſtatutum, † quod 102
deberent intelligi ad literam, & prout ia-
cent, nullo extraneo intellectu ſubaudito,
prout extat noſtrum ſtatutum Ianuæ, nam
tali caſu verba erunt attendenda ſecundū
eorum ſpecialem ſonum Grammaticalem,
nec aliqua ſubauditio, vel interpretatio
erit admittenda, quia tale ſtatutum im-
portat, vt intellectus illius nō diſtorqueа-
tur ad aliud, † quam ipſa litera ſonat, *cap.* 103
*exit, prope fin. verſic. ſuper ipſa, de verb. ſignific.
in 6.*

Digitized by Google

in 6. & tunc dicitur intelligi ſtatutum ad literam, quando declaratur, prout verba, & prout dictiones, & rationes propriæ important, & interpretatur non ſecundum quod intellectu percipitur, ſed ſecundum quod oculo corporali videtur, Signor. *conſil. 101. nu. 5.* Bal. *in l. 2. num. 8. C. de patr. qui fil.* Rolan. à Val. *conſ. 34. num. 47. vol. 4.* & ſtante talis ſtatuti diſpoſitione, non admittitur tacitus, vel ſubauditus intellectus, vt dicebamus, nec mens non ſcripta vltra verba, & verba diffinitiue prolata generaliter, & indiffinite intelliguntur, & remouetur omne argumentum etiam ex identitate rationis non ſcriptæ, Dec. *conſil. 84. columꝰ. 2. num. 5. verſ. & ſimiliter illa verba,* Brun. *d. tractat. fœm. excluſ. artic. 5. qu. 29. verſ. & tunc, & verſ. tale ſtatutum operatur,* Bal. *in d. l. 2. num. 6.* Felyn. *in d. c. tranſlato, num. 4. & 12. de conſtit.* Iaſ. *in d. l. non dubium, num. 30. 31. & 36. C. de legib.* Pariſ. *conſil. 49. num. 90. & conſil. 83. numer. 23. volum. 3.* Curt. iun. *conſil. 6. num. 10.* Burſat. *conſil. 114. numer. 36. volum. 2.* Et licet non deſint, qui voluerunt, quod non obſtante tali ſtatuto poſſit argumentum ſumi, & extendi ſtatutum ex identitate rationis, tamen aut ſunt reprehendendi, aut ſunt intelligẽdi de ratione expreſſa in ſtatuto, quia tunc caſus in ratione expreſſa comprehenſus dicetur etiam comprehenſus in ſtatuto ſecundum proprium intellectum, nec erit diſcrepantia inter ea, quæ ratione certa, & expreſſa conueniunt, nec per hoc dicetur ſtatutum extendi, ſed enucleari, & caſus, qui expreſſa, & determinata ratione includebatur, detegi, ſeu declarari, prout late infra, at quãdo quis vellet ſolum inniti ratione præſumpta in ſtatuto, ſicut eſſet quodammodo diuinare, & procedere per imaginationem, & imaginaria mens ſtatuti non admittitur, ſecundum Baldum, *in conſil. 452. numer. 8. lib. 1.* Carpan. *ad ſtat. Mediol. in præl ud. numer. 140.* ita illud non eſſet attendendum, ſtante talis ſtatuti diſpoſitione, quæ ſe reſtringit ad certam ſtatuti determinationem, dum mandat eſſe intelligendum ad literam, & prout iacet, ita cenſuit Brun. *in dict. tractat. fœm. excluſ. artic. 3. verſ. & per hoc facit,* Bonacoſſ. *quæſt. crim. in ver. gloſſatio. verſ. nec dicatur,* Calder. *conſ. 1. in princip. vt lit. pend.* & poſt illos Carpan. *vbi ſupra, num. 146. & in cap. 174. num. 35. lib. 2.* quod etiam ex eo ſuadetur, † quia ſtatuta terrarum ſæpe conſi- 104
ſtunt potius in *ſic volo, & ſic iubeo,* quam in *meditari eorum rationem,* pro qua ratione in his, quæ ſunt iuris poſitiui, ſtat vtplurimũ voluntas; Dec. *in d. c. tranſlato, numer. 43. de conſtit.* Bal. *de vſib. feud. tit. de alien. feud. in fin.* Iaſ. *in l. Gallus, §. ſi eius, n. 15. ff. de li. & poſthum. & in conſil. 168. ad fin. vol. 2.* Cott. *in ſuis memo. in ver. ſtatuta terrarũ, & in ver. ratio.* & Brun. *vbi ſupra, art. 1. quæſt. 5. numer. 4. ad fin.* dixit, quod ſtatuta ſunt magis facti, quam iuris, & ideo poſſet eſſe contra rationem quandoq;, ſi ſemper rationem non expreſſam, ſed præſumptam, vel imaginariam amplecti voluerimus, cum non ratione, ſed, vt dicebamus, voluntate ad ita ſtatuendum potuerint eſſe moti ſtatuentes, ſed quod dictum eſt de ratione expreſſa, tamen declarandum eſt, niſi de tali ſtatuto ageretur,
in † quo vnica tantum ratio indubitanter 105
allegari poſſet, quia tunc dicendum eſſet, prout de expreſſa, cum tanquam expreſſa tali caſu habeatur, vt reſpondit Menoch. *conſil. 11. num. 19. lib. 1.* Alex. *conſil. 35. num. 4. libr. 4.* gloſſ. *in d. l. quamuis, C. de fideicom.* vbi Bal. Bart. *in l. maximum vitium. C. de lib. præter. & in l. quoties ab omnibus, C. de fideicomm.* Salyc. *in d. l. ſi ſerui veſtri, C. de noxal.* Iaſ. *in §. omnium, num. 38. cum addit ibi, Inſtit. de actio.* Cott. *vbi ſupra, in ver. ratio, in princip.* Aſin. *in ſua pract. iud. §. 19. cap. 5. ampliat. 25. num. 4.* & nos late *infra,* & dixi indubitanter, quia ſi eſſemus in dubio, vt plures rationes alle-

Digitized by Google

gari & aſſignari poſſent, eo quia in ſtatuto plures cadere poſſent, quemadmodum nõ eſſemus certi, an potius vna, quam alia ratione fuiſſent moti ſtatuentes ad ita ſtatuendum, ita eſſet diuinare, ex qua de pluribus rationibus poſſet ſtatutum extẽdi, interpretari, & intelligi, niſi eſſemus in caſu, in quo illæ plures rationes in vnam tantũ conuenirent, & ſic licet plures eſſent numero, vna tamẽ eſſet omnium ratio, & cõſideratio, prout animaduertit Menoch. *d. conſ. 11. nu. 19.* Cæterum remota talis ſtatuti diſpoſitione vera, & communis eſt Doctorum ſententia, quod in ſtatutis ex eadem ratione poteſt procedi ad aliorum caſuum deciſionem, prout illam communem teſtatur Gallia. *in conſuet. Alexand. in ver. legare, quæſt. 7. numer. 110.* de mente Rol. à Val. *conſil. 14. num. 30. & 31. lib. 3.* & Caſtren. *conſil. 441. column. fin. libr. 1.* dixit, quod cum in pluribus eadem appareat ratio, omnes illos caſus decidit non per extenſionem, ſed ſicut genus omnes ſuas ſpecies cõprehendit, ita generalis ratio multos caſus decidit, & ideo infert, quod expreſſo vno caſu propter rationem eandem omnes veniunt, in quibus ipſa eadem ratio vigebit, & nota
106 illud, *eadem ratio*, † quia ſi eſſet ſimilis, & non eadem, non ſufficeret, quia eſſet progreſſio de termino ad terminum per adæquationem, ſeu paritatem, quod non admittitur in ſtatuto, vt per Bal. *in l. de quibus, ff. de legibus*, & nos de hoc *alibi*. Et redeundo ad dictum principale ampliationis, quod ſtante talis ſtatuti diſpoſitione, quod ſcilicet ſtatutum debeat intelligi ad literã, & prout iacet, debeant tali caſu eo magis
107 ſtatuta ſtricte interpretari, ſuccedit, † quod tunc ceſſat argumentum correlatiuorum, licet aliâs eſſet permiſſum in ſtatutis, & ſic non fieret extenſio de correlatiuis expreſſis in ſtatuto ad correlatiua non expreſſa, Brun. *dict. tract. fœm. concluſ. artic. 7. quæſt. 10. 3. numer. 3. ad finem, & artic. 5. quæſtio. 29. verſicul. & tale ſtatutum*, Cot. *ſuis memor. ib. in ver. ſtatuto cautum eſt, fere ad fin.* Plot. *in l. ſi quando, §. 11. numer. 3. C. vnde vi*, Gabriel. *in ſuis commun. concluſ. ſub titul. de legib. concluſ. 3. nu. 49.* vbi hanc magis communem opinionem dicit; Tolletur etiam ex hoc ſtatuto, ne caſus mixtus comprehendatur ſub ſimplici, licet eſſet talis, qui aliâs comprehenderetur, ita Iaſ. *conſil. 50. circa fin. & conſ. 12 nu. 1. volum. 1. & in d. l. 1. num. 41. ff. de officio eius*, Ang. *l. ita ſcriptum, in princ. ff. de lib. & poſthum.* Brun. *d. articul 5. q. 29. verſ. nec ſub ſimplicibus*, quos ſequitur Carpan. *vbi ſupra nu. 55. & 56* vbi dicit hoc etiam procedere, licet ſit caſus fauorabilis, de mente Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. nu. 225.* Lambert. *in tract. ad ſtatut. de alienat. mulier. gloſſ. 2. num. 6.* cum ibi alleg. Nec etiam tali caſu maſculinum concipiet fœmininum, † niſi 108
in ipſo ſtatuto expreſſa ſit ratio, quæ in vtroque caſu militaret, prout hanc veriorem opinionem affirmat idem Lambert. *vbi ſupra, gloſ. 11. n. 92.* de mente Corn. *conſil. 14. colum. 2 verſ. & ſucceſſiue, libr. 2.* Menoch. *d. remed. 4. n 223. & ſeq.* Dec. *in l. 2. n. 101. in fin. ff de reg. iur.*

Primo declara tamẽ ampliationem ſupra dictam, vt per talis ſtatuti diſpoſitionẽ, non † per hoc excludatur interpretatio 109
proueniens à communi vſu loquẽdi, quæ, illo non obſtante, habebit locum in ſtatutis, Abb. *in conſ. 75. n. 9. lib. 1.* Felyn. *procem. decret. nu 14. verſ. quarto amplia*, Alexan. *conſil. 211. num. 2. volum. 2.* Iaſ. *in l. final. num. 7. ff. de ſucceſſ. edict.* Corn. *conſ. 331. numer. 9. volum. 1.* & hanc opinionem communem dicit Gallia. *in d. tract. de verb. ſignif. lib. 4. c. 5.* & de hoc nos late *in concluſione, quod ſtatuta ſunt intelligenda ſecundum communem vſum loquendi, ampliat. 3.*

Secundo declara, vt per huiuſmodi ſtatuti diſpoſitionem non dicatur remota, & reie-

Digitized by Google

110 reiecta interpretatio, †per quam fraus, cir-
cumuentio, & abſurdum tollitur, ſemper
enim prædicta, non obſtante quacunque
diſpoſitione ſtatuti, cenſent̃ reiecta, vt per
nos etiam *ſupra & infra*, & ſic voluit Brun.
*d.tract.fœm.excluſ.art.5.q.29.num.21.verſ.&
pariter, & numer.22.verſic.& tunc bene credo,*
Menoch.*conſil.11.num.19.verſic.præterea,vo-
lum.1.* Aret.*conſil.109.n.1.* Socin. ſen.*conſ.84.
num.4.vol.1.* Hippol.Rimin. *conſ.74.nu.66.
vol.1.*Carp.*d.c.174.n.84.& 88.*

Tertio declara, vt pariter non cenſea-
111 tur reiecta propter dictum ſtatutum, †in-
terpretatio proueniens ex alio ſtatuto, ita
Carpan.*vbi ſupra num. 89.* & ante eum Ale-
xan.*conſil. 80.num.8.volum.1. & conſil.32. nu.
3.volum.7.* Dec. *in c.grata, col.2. num.4.de of-
fic.deleg.& in l.fin.in princ.numer.3.C.de eden.*
Brun.*d.art.5.quæſt.29.num.22.verſ.& tunc v-
num ſtatutum,* Plot. *conſil.17.numer. 68.* Ro-
lan.à Val.*conſil. 62.n.30.vol.3.* Oſaſc.*deciſ.167.
num. 8.*

Quarto declara, vt ampliatio procedat
quoad extrinſecam interpretationem, vt-
puta quod, ſtante talis ſtatuti diſpoſitione,
aliquid non ſubaudiatur, vel reſtringatur,
112 ſed non †per hoc cenſetur excluſa inter-
pretatio naturalis, & intrinſeca in ſtatutis,
etiamſi propter ſupradictum ſtatutum ſint
ſtrictius intelligenda, prout nos oſtendi-
mus in illa concluſione, *quod ſtatuta recipi-
ant interpretationem à iure communi,* & pro-
ut hoc idem voluit Alexan.*d.conſ.80.n.9.vo-
lumin.1.* Dec.*in d.c.tranſlato, numer.13.de con-
ſtitut.* Oſaſc.*deciſ.21. numer.14.& 15.* Barba.
*in l. cum acutiſſimi, numer. 167.& 170.C.de fi-
deicomm.* Brun.*vbi ſupra, dict.art.5.qu.29.&
22. verſ. nec laudabilis*, Pariſ. *conſil. 10. num.
12. volum. 3.* Rolan.à Val. *in tract.de lucr.dot.
qu.35.num. 3.* Bonacoſſ. *quæſt. crimin. in ver.
interpretatio, verſ.ſtatutum remouens,* & ratio
eſt, quia cum naturalis & propria interpre-
tatio dicatur congrua verbi, vel orationis
declaratio, vel expoſitio, non alterat ſtatu-
tum, nec vnquam cenſetur excluſa; ita cõ- *
muniter per ſcribentes *in d. l. omnes populi,
ff.de iuſt. & iur.*

Nota tamen in propoſito, quod licet
prædicta quoad noſtrum ſtatutum Ianuæ
de extrinſeco intellectu, viderentur ſtricti-
us intelligenda, †ita vt non poſſet præten- 113
di ab eo comprehẽſus, aut decilus, niſi ca-
ſus verbaliter, & per ſimplicem literam ab
eo, & in eo expreſſus, ex quo prohibet o-
mnem alium ſenſum nedum ex identitate,
ſed etiam ex maioritate rationis, & ex alia
occaſione, vel ratione, vnde forſan poſſet
dici, quod vigore talis ſtatuti, excluſo vno
propinquo non cenſetur ideo excluſus re-
motior illo, de quo ſtatutum non facit ex-
preſſam mentionem, licet ſit maior ratio
excluſionis in remotiore, quã in magis p-
p'nquo contra ea, quę voluit Alex.*d.conſil.
80.nu.6.lib.1.* & contra ea, quæ communiter
notantur *in cap. cui licet, de regul.iur. in 6.&
in l.non debet, ff.eod.tit*, tamen etiam quoad
prædictum noſtrum ſtatutum Ianuæ illud
de maioritate rationis non ita Iudaice ac-
ciperem, vt ſoli verborum cortici adhære-
rem, ſed hoc dictũ intelligerem de maiori-
tate rationis præſumpta, & allegata ex ar-
bitrio hominis, quæ cum ſit imaginaria, &
argumentalis, & poſſet eſſe erronea, & cir-
cumduci, ſtatutũ prohibuit, ne quis ex ea
poſſet contra ſtatuta arguere, ſubaudire, &
alia, ne ex hoc ſtatuta dicerentur depende-
re ex arbitrio, & interpretatione hominũ,
inter quos cum ſæpe tot ſint ſententiæ,
quot capita propter diuerſitatem opinio-
num, inducerentur lites, & litium multi-
plicationes, & dilationes ex eo, ex quo & li-
tes, & litium anfractus deberent amputa-
ri, & amoueri, prout ad id fuerunt inuenta
& facta ſtatuta, & ſic operarentur contrariũ
effectum contra iuris regulas. Si autem a-
geretur de maioritate rationis ſurgente ex

iure.

iuris diſpoſitione, vt quia talem maioritatem rationis lex in caſu occurrēti alias approbaſſet, vel quia verba ſtatuti etiam ex latiſſima ſignificatione importarent ex iuris interpretatione illud, ad quod ex maioritate rationis allegantur, & declarantur, & alia huiuſmodi, tunc quemadmodum iſta interpretatio non poſſet circumduci, ita admitteretur, & caſus minorem dubitationem habens diceretur comprehenſus in ſtatuti diſpoſitione de caſu maioris dubij loquente, & ſtatutum tali caſu diceretur non fuiſſe loquutum de caſu minoris dubitationis, quia diſponendo de maiori videbatur ſuperfluum, poſtquam diſpoſitio de maiori, multo magis de minori diſpoſitio iudicatur, prout hoc modo argumentatus eſt Alexan. *dict. conſil. 80. nu. 6.* in quo loco ideo conſuluit, quod ſi ſtatutum propter auum, vel auiam paternam excludat matrem, quæ eſt proximior, bene videtur excludere amitam, quæ eſt vlterior matre, & etiam auia, de qua dixit, quod non erat opus facere mentionem in ſtatuto, ex quo eſt poſterior in ſucceſſione, & facit etiam, quia ſi ex ſtatuto permitteretur patri poſſe vendere bona propria filij propter neceſſitatem, multo magis dicunt Doctores, quod illi ex ſtatuto erit permiſſum, vt poſſit ea obligare ſecundum not. *in l. 2.* vbi gl. *C. de patr. qui fil.* & ſi ſtatutum permitteret indiſtincte marito occidere vxorem adulteram, diceretur ei etiam permittere vulnerari, iuxta trad. per Ant. de Butr. *in repetit. c. final. in 1. fallen. de conſuet.* & Dom. de Rota, *deciſ. 686. num. 2. 1. part.* dixerunt, quod vbi adeſt maior ratio, non tamen dici poteſt extenſio, quam comprehenſio, vnde fuit ibi deciſum, quod licet in ſtatuto fœminarum excluſiuo non extendatur de perſona ad perſonam etiam ex identitate rationis, vt per Bal. & communiter alij, *in l. illam, C. de collat.* tamen id fallit, quādo daretur maior ratio in perſona, de qua agitur, quam in excluſa à ſtatuto, vnde fuit reſolutum, quod per ſtatutum excludens ſorores ſtātibus fratribus defuncti, excludantur etiam filiæ fratrum, aliàs ſi indifferenter reijceretur omnis alius caſus, in quo vigeret maioritas rationis, & intelligeretur ſtatutum ſolum quoad caſum ſpeciatim, & in indiuiduo in eo expreſſum, nihil aliud, aut magis, aut minus etiam approbatū à lege vlterius curando, ſequerentur multæ abſurditates, & mille iniuſtitiæ, & multi in eo, in quo deberent ſubleuari, grauarentur, & in quo deberent grauari, ſubleuarentur, & verificaretur dictum Ciceronis pro Aul. Cecin. ſic dicentis, *ſi verba ſequi volumus, ſi ad verbum rem attingere, nos labi neceſſe eſt*, prout ſic conſiderarunt Domini de Rota, *vbi ſupra*, & prout in propoſito hac eadem ratione vſus eſt Montepic. *conſil. 85. numer. 16. verſic. quarto quia*, & prout colligitur ex traditis per Doct. & præcipue per Dec. *in d. l. non debet, ff. de regul. iur.* & per Euerar. *in ſua cent. in loco à minori*, & per Doct. *in l. nec in ea, §. ius occidendi*, vbi Bar. *ff. ad leg. Iul. de adulter. & in l. ſi vero, §. de viro, ff. ſolut. matrim. cum ſimilibus*, & in terminis Cepol. *conſil. ciuil. 33. num. 10.* Vnde etiam Montepic. *conſil. 85. numer. 45.* dixit, quod quando agimus detrahendo, vel extendendo ſtatuto ad aliquod maius, vel minus, vt quia eſt maius id, quod eſt permiſſum, vel minus id, quod eſt prohibitum, quod tali caſu non dicitur produci, nec extendi ſtatutum, ſed potius innititur virtute, & ratione, ac mente eiuſdem. Et quod ſtante tali ſtatuto reijciente omnem interpretationem, & gloſſam, & quod præciſe obſeruentur, & ſimilia, dicatur ſolum reiecta interpretatio, & gloſſatio hominis, non autem legis, dixit ſpecifice Bal. *in d. l. omnes populi, numer. 78. verſic. ſed quid ſi cauetur alio ſtatuto, ff. de iuſt. & iur.* & Alexan. *conſil. 192. num. 3. libr. 6. & conſil. 211. in fin.*

Digitized by Google

in fin.eod.libr.6. Zucar.*in l.fin.num. 235.* C. *de*
de educt.diui Adr. tollen. Euerar.*in d. loco à ra-*
tione legis larga,num.73. Curt.ſen. *conſ. 9. nu-*
mer. 25. qui loquitur de ſtatuto mandante
ſtatuta debere intelligi ad literam, & quod
ſemper cenſetur permiſſa interpretatio le-
gis, non obſtante talis ſtatuti diſpoſitio-
ne, vt dicebamus, hoc etiam voluit Rol.à
Val.*conſ.34. num.46. volum.4.* Alex.*conſ. 50.*
*num.11.lib.1.conſ.89.n.11.& 13.lib.6.*Ruin.*conſ.*
27.n.11.lib.5. Menoch. *d.conſ.11.n.19.* Oſaſc.*d.*
deciſ.21.num. 15. & nos in alia concluſione,
quod ſtatuta recipiunt interpretationem à iure
communi,vbi etiam alię declarationes &in-
telligentiæ.

Quinto amplia concluſionem,vt tanto
114 magis procedat, † ſi intelligendo ſtatuta
large,& improprie ſequeretur abſonus in-
tellectus, ille enim eſt omnino euitandus,
& ſtatuta ſunt ſemper intelligenda taliter,
ne abſurdum inducatur, etiamſi diſpone-
rent,quod deberent intelligi ad literam,&
prout ſonant verba, vt nos *ſupra, & alibi*,
& Bart.*in dict. l.omnes populi, in 6. queſtion.*
princip. & Doct. *in dict. l. 2. C. de noxal.& in*
l. vt gradatim, §. 1. de muner. & honor. Abb.
in cap. ſolita, de maior. & obedien. Alber. *in l.*
quamuis, ff.de in ius vocan. Ial.*in d.l. non dubi-*
um, C.de legib. verba enim quamuis ſimpli-
citer prolata debent reſtringi ad id, quod
rationis eſt, iuxta not.*in d.l. quamuis, ff.de in*
ius voc. & generaliter quæcunque diſpoſi-
tio, quæ aliâs non diſtingueret, & propter
quam nec nos diſtinguere deberemus, iu-
xta tex. *in l. de pretio, ff.de Publicia.& in l.1. §.*
generaliter, ff.de legat. praſtan. recipit tamen
declarationem, vt non procedat, quando
ſequeretur abſurdum, ita Rom.*in repet. d.*
l. ſi vero, §.de viro, in 7. fallen.& infra, ff.ſolut.
*matr.*late Euerar.*in ſua cent. in loco ab abſur-*
115 *do*, vbi *n.8.* declarat in propoſito, † quod ab-
ſurdum dicitur id, in quo nec ratio, nec æ-
quitas militat, ſed ex quo omne malum a-
ptum eſt prouenire,& quod ratione euitã-
di abſurdi nedum ſtatuta late interpretan-
tur, † ſed quod etiam receditur à propria 116
ſignificatione vocabuli, voluit Ruin *conſil.*
141.n.3.vol.3. Montepic.*conſ.85.n.26.verſ.hac*
ſecunda concluſio.

Sexto amplia concluſionem, vt eo ma-
gis verificetur, † ſi alias ſtatuta ſibi ipſis cõ- 117
trariarentur, Alexan.*conſ.29.num.8.lib.4.* &
not.*in c.cum tu, de teſtib.*idem Alex.*conſ.123.*
n.10.& plur.ſeqq.eod.lib.4. Anch. *conſ.6.nu.5.*
Socin.iun.*conſ.11.n.10.lib.1.*Decia.*reſp.32. nu.*
35.vol.2. Rom. *conſ.399. numer. 7.* & faciunt,
quæ ſupra diximus de argumento à con-
trario ſenſu, in prima ampliatione,& ſub-
ampliatione.

Septimo amplia, ſi late intelligendo ſta-
tuta † quis indebite damnum pateretur, 118
vel lucrum amitteret, tũc enim multo ma-
gis ſunt reſtringenda ſtatuta, & ſtricte in-
terpretanda, iuxta not. *in l. fin. §. in compu-*
tatione, C. de iur. delib. & in l. adigere, §.quã-
uis, ff. de iure patron. Rimin.*conſil.485. nu.19.*
libr. 3. ea enim ſemper eſt facienda inter-
pretatio, † ne quis indebite afficiatur, & 119
ſaluo præiudicio tertij, Imol. *in c. 1. de teſta.*
& in l.4. §.pretor, ff. de damn. infect. Riminal.
conſ.125.n.14.libr.1. Alexan.*d.conſ.101.num. 15.*
& conſil. 13.nu.16. eod.volum.3.& conſ.2.nu. 3.
libr.4. Decian. *reſp.13. num.11. volum. 3.* Dec.
conſ.563.nu. 2. Crauet.*conſ.221. num.5. libr.2.*
Aret.*conſ.132.colum.fin. verſ.praterea*, Gabr.
conſ.8.n.10.li. 1. & ex hoc ſuccedit, ꝙ in ſimi-
libus caſibus præiudicialibbs, & indebite
damnum inferentibus, † appellatione fra- 120
tris non veniat frater patruelis, vt per Bar.
in l.Lucius, §.queſitum, ff. de leg.3. Bal. *in cap.1.*
de feud. Marchia.& appellatione patrui non
venit patruus magnus, Bal.*in l.iubemus, §.fi.*
ff.ad Trebell.

Primo ſubamplia, vt procedat amplia-
tio, etiamſi ſtatuta nihil aliâs operarentur,
ſeruandum † eſt enim potius ius tertij, & 121
Z obui-

Digitized by Google

obuiandum indebitum damnum alterius,
quam inhærere diſpoſitioni ſtatuti, ita o-
mnes ſupra citati Doctores in ampliatio-
ne, & Crot. *in d.l.omnes populi, num.125. ff.de*
iuſt.& iur. Imol. & Caſtrenſ. *in d. l. 4. §.præ-*
tor, ff.de damn, infect. & Doct. *in d.l. non dubi-*
um, vbi præcipue Iaſ. *nu.25.* Ceph. *conſil.535.*
num.9.& 10.lib.4. Abb. *in c. paſtoralis.in prin-*
cip. de appellat. Ant. de But. *in c. 1. de reſcript.*
& in capit.ex parte, de verbor. ſignificat. Mar-
ſil. *ſing 630. numer. 5.* Burſat. *conſil. 169. nu.8.*
volumin. 2. Menoch. *conſil. 5. numer.4. libr.1.*
Ruin. *conſ.138 nu.15. libr.3.* Socin. iun. *conſ.1.*
nu.131 lib.

Secundo ſubamplia, vt nedum ſint ver-
ba ſtatuti ſtricte intelligenda ad euitan-
122 dum damnum indebitum alterius, † ſed e-
tiam debent potius impropriari, ita Alex.
conſ.83.num.5.lib.2. Doct. & præcipue Ant.
de Butr. & Imol. *in d.cap.cum dilectus, de con-*
ſuet. Calcan. *conſ 120.colum.3.* & not. *in l.ſci-*
re oportet, §.aliud autem, vbi præcipue Bart.
ff. de excuſ. tut.

Octauo amplia concluſionem, vt tunc
123 præcipue procedat, † quando ſtatutum eſt
odioſum, quo caſu tūc maxime eſt reſtrin-
gendum, Dec. *d.conſil.563. nu.4.* Corn. *conſ.*
224 n.9. & ſeq vol 2. Imol. *in l. Titio centum,*
§.Titio genero, ff. de cond. & demonſtr. Decia.
reſp.13.nu.22. & ſeq volum 3. & faciunt not.
in cap.odia, & in cap. in pœnis, de reg. iur.in 6.
124 *cum ſimilibus,* & ex hoc ſequitur, † quod ſta-
tutum loquens de gabellis, cum ſit odio-
ſum, Abb. *conſil.69 columu.2. libr.1.* Bal. *in l.*
1. quæſt.1. C. quæ ſit longa conſuetud. Natt. *con-*
* *ſil.274. numer. 8.* & hanc communem ſen-
tētiam Doctorum quidquid alij aliter ſen-
ſerint, teſtatur Ludouic. *concl.15. verſ.ſed iſt-*
hæc, & verſ.nam iſta communis opinio, ad quē
in contingentia materiæ gabellarum re-
curre, cum ibi late de hoc venit ſtricte in-
telligendum contra vectigalia, & gabellas
exigentes, & imponentes, & large ad fauo-
rem illorum, contra quos gabellæ prætén-
duntur, vt conſuluit Angel. *conſ 9. num 2.* &
melius *conſ.385.per totum,* vbi ideo conclu-
dit, quod ſtante ſtatuto, quod de geſtis in-
ter fratres nō ſoluatur gabella appellatio-
ne fratris, tali caſu venit etiam frater natu-
ralis, ad idem Natt. *d.conſ 274. nu.7.* vbi *n 9.*
ex hoc etiam infert; quod † quemadmodū 125
impoſitio onerum eſt odioſa, ita contra
impoſitionem fiet ſtricta, ad fauorem autē
grauatorum fiet larga interpretatio, & ſic
cōceſſa immunitate ſimpliciter ab aliqui-
bus oneribus, extendetur nedum ad præ-
ſentem, ſed etiam ad nouam impoſitionē
ſuperuenientem poſt conceſſionem im-
munitatis, prout hoc idem affirmat volu-
iſſe Alexan. *conſ.193. in 3.dub libr 2* per tex.
in l ſi ſeruitus, ff. de ſeruit. vrb præd. & per alia
plura ab eodem Alexan. adducta, & in cor-
roborationem prædictorum facit, † quod 126
ſtatutū de gabella ſoluendā de aliquo con-
tractu non intelligitur de contractu nullo,
Bar. *in l. vltim. §.fin autem,* vbi Bal. & alij, *C.*
com. de leg. Tiraq. *de retract. lignag.§.1 gloſſ.2.*
numer.7 verſic.cui ſimile inimum eſt, imo ſi quid
fuerit ſolutum, poterit repeti, Bal. *vbi ſupra*
Tiraq. *de retract. conuent. §.6. gloſſ 2 num.4.*
verſ. primum igitur, quos refert & ſequitur
Ludouic. *d concluſ.15. verſ.hinc infertur,* ſic-
ut ſi gabella deberetur vigore ſtatuti de vē-
ditione, † non deberetur de promiſſione, 127
de retrouendendo, Tiraq. *de retract. lignag.*
§.1 gloſſ.2.nu. 56. & de retract. conuent. ad fin.
titul.numer.42.verſ. vbi ex hoc dicunt; Ludo-
uic. *vbi ſupra, verſ. infertur ſexto,* & ibi multa
alia ad materiam ſolutionis gabellæ repe-
ries, & ampliationem ſequutus eſt Bertaz.
conſil crimin. 453.num.1. & ſeq.lib.2.465.nu-
mer.10.eod.lib.2 Decia. *reſp 23.n 2. vol 2. reſp.*
55 nu.60.libr 3. Cephal. *conſil.642. poſt num.*
57.lib.5. vbi dixit, quod ſtante ſtatuto, fili-
am debere eſſe contentam dote, quam ſibi
pater dederit, nec aliquid a[illegible] ulterius etiā
legiti-

Digitized by Google

128 gitimam petere poſſe, † cum tale ſtatutum ſit odioſum reſpectu filiæ, iuxta not. *in l. fin. C. de liber. præter. l. mater filio, C. famil. erciſc.* Alexan. *conſ. 7. n. 6. in fin. libr. 2.* debet reſtringi ad dotem congruam aliquo modo, non autem quando dos eſſet adeo parua, quod filia enormiter læſa diceretur, & pater doloſe ſe gereret contra illam, quod placuit prius Caſtren. *conſil. 108. poſt primum quæſitum, libr. 2.* Alexan. *conſ. 33. nu 4. libr. 4.* nam
129 licet præſumatur, quod pater melius, † quã alius capiat conſilium pro liberis, *l. nec in ea, ff. de adult.* & ideo quod ſibi competens viſum fuit pro filia, non debet alijs incompetens videri, arg. tex. *in l. ſi furioſo, in fine, ff. de curat. furioſ.* nec redargui poteſt ab aliquo, cum nullus amor vincat paternum, *l.*
130 *fin. in princ. C. de curat. furioſ.* † tamen quando in contrariũ apparet de exceſſu, & quod dolus patris argui poteſt, tunc præſumptio cedit veritati, & contra patrem iudicandũ eſt, *arg. l. ſi Nerua, cum ſeq. ff. pro ſocio,* nam in claris non eſt opus coniecturis, & ceſſant
131 præſumptiones, † vbi apparet in contrarium veritas, *l. ille, aut ille, §. cum in verbis. ff. de leg. 3. cum ſimilibus,* idem tenuit Iaſ. *in l. voluntatis, num. 2. C. de fideicomm. & in conſ. 133. colum. antepen. verſic. non obſtat etiam, libr. 4.* Cur. ſen. *conſil. 27. num. 38.* vbi in propoſito reſpondit, quod ſi ſtatuto caueretur filium debere ſtare arbitrio, ſeu diſcretioni patris
132 quoad dotem, † tamen indiſcretæ dotationi patris non eſſet ſtandum, quia etiam in generali conceſſione arbitrij excipitur
133 ſemper dolus, † qui colligitur in caſu præſenti ex re ipſa, ex immoderato exceſſu, & idem de dote tenuit Ruin. *conſil. 152. num. 12. libr. 5.* Dec. *conſil. 180. numer. 2. & 181. numer. 3. & 565. num. 6.* quibus in locis voluit, quod regula illa, qua cauet, quod filia dotata à patre non poſſit dicere ſe incompe-
134 tenter dotatam, † limitatur, niſi appareret de indiſcreta dotatione, & de enormi læſione, nam tũc etiamſi ſtatutum prohiberet filiæ, ne poſſet vlterius quicquam prætendere, ſed deberet ſtare cõtenta dote data, vel promiſſa, poſſet tamen conqueri, & remedium ad congruam dotem implorare, quia, vt dicebamus, ſtatutum cum ſit odioſum reſpectu filiæ, nõ debet ita large interpretari contra eam, vt etiam de quacũque impertinenti, & non congrua dote indiſtincte cõtenta eſſe debeat, & teneatur, ſed debet illius diſpoſitio reſtringi ſaltẽ ad rationabilitatem aliquam, & idem cenſuit Alciat. *de præſump. reg. 1. præſump. 2. n. 8.* Boer. *quæſt. 62. num. 15.* Gramma. *deciſ. 101. num. 52.* & in hoc dicto contrarias inter ſe opiniones cõciliari oſtendit mihi ſemper chariſſimæ memoriæ D. Ioſephus frater meus, *de probat. concl. 570. n. 8. lib. 1.* ex multis ibi per eum allegatis, & etiam colligitur ex additis ad Alex. *conſ. 29. lit. 6. lib. 3.* & hanc opinionem communem teſtatur additio ad Dec. *d. conſ. 180. in ver. enormi,* cum qua tenent omnes alij allegati per Burſat. *conſil. 248. nu. 13. lib. 3.* Alba. *conſ. 23. num. 3.* Decia. *reſp. 6. nu. 41. lib. 1.* & alij, de quibus per Ceph. *d. conſil. 642. n. 57. cum ſeq.*

Quod nota pro noſtro ſtatuto Ianuæ, *ſub. rub. de fœminis dotandis, lib. 5. c. 2.* † in quo 135
licet tam ample, & præ[illegible] diſponatur, quod mulier dotata non poſſit quidquam petere vltra ſuas dotes, & quod de prædictis ſit contenta, nec aliquo iure, vel cauſa poſſit plus petere, vel habere, & alia, de quibus in dicto ſtatuto, tamen debent talia, & maiora verba intelligi cum grano ſalis, & prudenter, vt ſcilicet non per hoc ſit aperta via patri, & multo minus alijs fraudandi filias, & contra illas indiſcrete ſe gerendi, illas dotando in tenuiſſimis dotibus, & ad eorum arbitrium, & libitum ab omni congruentia, & ratione alienum, nam licet ſtatutum fuit introductum, vt faueret maſculis, & ad conſeruationem agnationis, & fa-

& familiæ, non tamen eius mens fuit proſequi odio fœminas, & illas diſperdere, ſed totum fuit fundatum in præſumptione, q̃ viget regulariter in patre, vt ſupra diximus, quod ſcilicet prout decet, & ex paterno amore iure naturæ tenetur ſe erga filias paterne gerere, & quod licet eidem permittatur, ſeu potius ex ſtatuto diſponatur, quod filij maſculi ſint melioris conditionis in aliquibus rati, one, vt diximus, conſeruationis familiæ & dom⁹, tamen nõ per hoc deberet obliuiſci filiarum ſuarum in comparationem maſculorum, maximum enim vitium hoc eſſet, vt inquit Imperator *in l. maximum vitium, C. de liber. præterit.* igitur quouſque tali præſumptioni amoris, & beneuolentiæ paternæ pater relinquit locum, ſtatutũ, quod, vt *ſupra*, diſpoſuit, quia de illo confidit, obſeruabitur, & locum habebit, ſed ſi euidens erit læſio, dolus, & fraus erga filias, & quod non bonum cõſilium, & prout de eo lex præſumebat, ſed peſſimum etiam cõtra iura naturæ pro illis acceperit, ſicut apparebit hoc caſu de veritate malæ intentionis, ita ceſſabit præſumptio boni animi in patre, & filiæ
136 ſubuenietur congruenter, † vel in alijs locis, ad arbitrium iudicis, vt eſt de iure communi ſecu[illegible]och. *de arbitr. iud. caſ. 149. n. 34. & ſeq. lib. 2.* & iuxta tradita per Dominum Ioſephum fratrem meum, *d. concl. 570. n. 12.* vel in dominio Ianuen. ad arbitrium trium ex proximioribus propinquis ex patre, prout diſponitur in eodem ſupra citato ſtatuto in caſu, quando mulier non fuiſſet dotata. Et hæc ſint etiam pro illis renunciationibus, quibus vtuntur, & patres ipſi aliquando, & multo ſæpius fratres,
137 & alij in fraudem facilis fœminei ſexus, † & ad coadiuuandas illorum prauas intentiones contra filias, ſorores, aut propinquas, à quibus ideo cum dubitent aliquãdo poſſe moleſtari in bonis, aut hereditatibus ad dictas filias pertinentibus pro aliqua ſua parte ſaltem, inducunt illas, aut blanditijs, aut minis, & forte etiam verberibus, quod ſtante earum tali quali dotatione renuncięnt dictis bonis, & hereditatibus in fauorem ipſorum adhibendo iuramenta, obligationes, clauſulas, & alias permultas ſolemnitates, quibus pro tunc ligantur quidem mulieres, ſed væ miſeri illaqueantur, multo magis ipſorum animæ, & tamen, vt ſupra diximus, illis non obſtantibus ſubuenitur facilitati mulierum, vt poſſint vti ſuis iuribus contra eoſdem, & contra dictas indiſcretas dotationes non conſideratis prædictis fraudulentis renunciationibus, prout ita in terminis noſtris conſuluit Cephal. *d. conſ. 642. per tot.* Dec. *d. conſil. 180.* in quo deſtruit multas efficaciſſimas clauſulas in ſimilibus adhiberi ſolitas, & idem *in conſ. 203. n. 4. & 5. & 6.* Ruin. *conſ. 60. n. 23 & 27. lib. 3. & conſ. 98. num. 26. lib. 1.* Pariſ. *conſ. 2. n. 80. & ſeq. lib. 1.* Anch. *in c. 1. in verſ. ego etiam conſului in ciuitate Senarum, de conſtit. & in conſ. 39.* Abb. *conſ. 8. lib. 2.* Corn. *conſ. 11.* & late *conſ. 124. lib. 3.* & vbique Doctores.

Quando autem dicatur dos incongrua,
& † quando filia poſſit prætendere ſe læ- 138
ſam ad effectum prædictũ, licet poſſit colligi ex Doctoribus ſupra citatis, dum conſuluerunt in contingentia caſuum, tamen recurrendum erit ad arbitrium iudicis, qui pro modo facultatum, pro dignitate viri, & mulieris, pro loci & temporis qualitate, & pro conſuetudine regionis, & patrisfamilias arbitrabitur, prout ipſi videbitur, ita nos docuit Dominus Ioſephus frater meus *in d. concluſ 170. num. 14. & 15.* & ante eum Dec. *conſ. 26. n. 4.* Pariſ. *conſ. 26. nu. 88. libr. 3.* Ruin. *conſ. 27. nu. 11. & 13. libr. 3. & conſil. 52. num. 13. libr. 2.* Gramma. *deciſ. 101. n. 69.* & Menoch. *de arbit. iud. d. caſ. 149. n. 34.* cum ibi allegatis.

Subamplia iſtam ampliationem de ſtatuto

tuto

Digitized by Google

139 tuto odioſo, † & odium continente, vt procedat, etiamſi ſtatuta eſſent in conſequentia, & ſecundario fauorabilia, dummodo ſint principaliter odioſa, ita Cephal. *conſil. 161. num. 6. & 7. lib. 2.* vbi loquitur in ſtatuto prohibente alienationem in forenſes, di-
140 cens, † quod licet tale ſtatutum quandoque appelletur fauorabile, quaſi reipublicæ interſit, non fieri alienationes in forenſes, eo quia ſubditi remanẽt locupletiores, tñ quia illa vtilitas publica, eſt vtilitas ſecũdario, Bart. *in l. 1. §. huius ſtudii, in 2. oppoſ. ff. de iuſt. & iur. & in l. 1. in 4. oppoſit. verſic. exemplum, ff. ſolut. matrim. & in l. ambitioſa, col. 6. verſic. ſed quare pone, ff. de decret. ab ordin faci.* & tale ſtatutum eſt principaliter odioſum, tanquam auferens liberam facultatem dominis diſponendi de rebus ſuis, *l. dudum*, C. *de contrah. empt. & in l. re mandata, ff mand.* debet ſtrictim, quantum res patitur, interpretari, ita Fulgoſ. *conſil. 215. col. 2. verſic. cum namque*, Barbat. *conſil. 43. col. 9. lib. 1.* Iaſ. *conſil. 120. colum. penult. verſic. certum eſt autem, lib. 1.*

141 Primo limita concluſionem, † vt non procedat econtra, quando eſſemus in ſtatuto fauorabili, tunc enim nedum non eſſet ſtricte, & proprie interpretandum, ſed etiam extendetur ad caſum, qui large, & improprie continetur, vtputa in ſtatuto de compromiſſo faciẽdo inter agnatos, quod
142 eſt † fauorabile pro litibus decidendis, vt *in l fin. ff. famil. erciſcun.* Bart. *in l. conſtitut. Cod.* Caſtrenſ. *in l. qui ſe patris, num. 10. C. vnde lib.* & ideo extenditur, vt comprehendat filium emancipatũ, & nepotem natum poſt emancipationem, & alios ex eis deſcendẽtes, quamuis large, & improprie ſint agnati, ita Bald. *in d. l. qui ſe patris, in vlt. col. nu. 36.* vbi Paul. de Caſtr. *num. 11.* dicens, quod iſtud præcipuum dictum Bald. allegauit in quodam conſilio ſuper ſtatuto de compromiſſo fiendo inter affines, & per illud reſpondit, quod comprehendebat tale ſtatutum etiam illos, qui impropriiſſime ſunt affines, idem *in eod. loco, num. 23.* ſenſit Alexand. non obſtantibus, quæ poſſent obiici in contrarium, quibus ipſe reſpondit, & facit id, quod voluit Bald. & Salyc. *in l. 2. C. de in ius vocand.* vbi dixerunt, quod ſtatutum diſponens, † quod extantibus filiis excludantur fœminæ, quia eſt principaliter inductum ad fauorem maſculorum, extenditur ad nepotem, qui improprie, & large dicitur filius, vt per Bart. *in l. liberorum, in 2. quaſt. princip. ff. de verborum ſignificat. l. filium habeo, ff. ad Macedonian.* de quo tamen nos alibi, & hanc limitationem ſequutus eſt Iaſ. *in d. l. non dubium, nu. 42. C. de legib.* Roman. *in l. qui ſe patris, num. 33. verſic. & ex prædictis,* vbi etiam Corn. *num. 20 cum ſeq.* & alii ſcribentes, Dec. *conſil. 13. num. 3.* Alexand. *conſil. 125. num. 14. lib. 7.* Ruyn. *conſil 9. quaſt. 1. col. 2. verſic. & illud lib. 4.* Roland. à Valle *conſil. 71. num. 64. cum ſeq. lib. 1.* Ruyn. *conſil. 118. num. 10. vol. 2.* Decian. *reſponſ. 30. num. 10. vol. 3.* vbi ideo *num. 11.* dixit, quod ſtatutum reducens nos ad ius antiquum, cum dicatur fauorabile, erit per conſequens extendendum, idem Brun. *d. ſtatut. fœmin. excluſ. 4. artic. princip. num. 6.* vbi communem dicit, ſicut ſtatutum fauens, *vt ſupra*, agnationi, ex quo dicitur fauorabile, debet pariter extendi, Bald. *in l. inteſtato, ff. de legitim. tutorib. & in l. cunctos populos, quaſt. 12. C. de ſumma Trinit. & in l. 1. C. de ſecund. nupt.* Dec. *d. conſil. 13. num. 7.* Decian. *d. reſponſ. 30. num. 10.* Cyn. & Salyc. *in l. 1. C. de adult.* & hanc communem, & veriorem opin. teſtatur Decia. *reſponſ. 17. nu. 26. vol. 1.* & ſtatutum factum ad remouẽdum fraudem vſurarum tanquam fauorabile eſſe pariter extendendum, conſuluit idem Decian. *reſponſ. 62. num. 22. vol. 1.* & notatur *in cap ſi ciuitas, de ſentent. excommun. in 6.* & per gloſſ. & Dd. *in c. quanquam, de vſur. eod. lib. 6.*

Z 3 Amplia

Ampla limitationem, vt nedum verba,
& diſpoſitio ſtatuti fauorabilis ſit exten-
144 denda ad caſum, † qui large, & improprie
continetur in ſtatuto, ſed etiam exten-
detur ad bona exiſtentia extra territo-
rium ſtatuentium, ita Bart. *in l. 1. in 6 quaeſt. num. 32. C. de ſumma Trinit.* vbi ideo dixit,
145 quod ſtatutum, † vetans virum inſtituere
vxorem, porrigitur etiam ad bona extra
territorium collocata, quia eſt fauorabile,
idem voluit ibidem Salycet. *num. 11.* & idem
Bart. *in l. de quibus, in fin. ff. de legib.* Bald. *in conſil. 418 in princ. lib. 4.* Roman. *conſil. 39. in 1. dub.* vbi etiam additio Alex. *conſil. 128. nu. 3. lib. 2.* & clarius *conſil 41. num. 7. & 11. lib. 5.* Socin. *conſil. 131. num. 2. lib. 4.* Corn. *conſil. 241. num. 3. lib. 2.* Capr. *conſil. 21. num. 5. 8. & 9.* Ruyn. *conſil. 53. num 14. lib. 2. conſil. 160. col. 1.*
* vbi communem dicit *lib. 4* & Bart. dictum
* communiter Dd. ſequi, dicit Seuerin. *in d. l. 1. num. 99. C. de ſumma Trinit.* idem tenuit
Barbat. *conſil. vlt. nu. 25. lib. 3.* Roch de Curte
* atteſtans de communi *in cap fin ſect 9. quaeſt. 13. num. 26. in 3. limit. de conſuetud.* hanc opi-
* nionem etiam communem, & ab ea non
recedendum dixit Dec. *in l. fin. num. 13.* &
Marſil. *num. 142.* & Cagnol. *num. 6. ff. de iuriſ. dict. omnium iudic.* & ab hac in iudicando, &
conſulendo non eſſe diſcedendum, voluit
nouiſſime Lancillot. Galliaul. *in d. conſuet. Alexand. praefat. 8. num. 11.* ad quem tamen te
remitto, cum apud eum etiam contrarium
tenentes late reperies, & ex limitationibus,
ampliationibus, & diſtinctionibus ab eo-
dem adductis facile veritatem harum opi-
nionum colliges, quia haec ibidem ex pro-
feſſo tractat, de quo etiam per nos *in concluſ. quod ſtatutum non ligat forenſes*, ad quae
recurre.

Ad cognoſcendum autem, quando ſta-
146 tutum † ſit fauorabile, & quādo odioſum,
dic, vt per Bald. *in l. venia, C. de in ius voc. & in l. penult. C. de pact.* & per Dd. *in l. ſi quis nec cauſam, & in l. arrogaſti, ff. ſi certum petat.* &
late per Galliaul. *in ſuo tract. de verbor. ſignific. lib. 8. cap. 1. & 7.* Et generalem accipe re-
gulam, vt omne ſtatutum, quod tendit ad
damnum euitandum, dicatur fauorabile,
& omne, quod tendit ad lucrum cum ia-
ctura alterius, dicatur odioſum, Bald. *in l. qui exceptionem, ff. de condict. indebit.* & illum
referendo ſequitur Caccialup. *in d. l. omnes populi, num. 253.* Vel etiam dic, quod omne
ſtatutum continens poenam, ſit odioſum,
ita Carpan. *ad ſtatuta Mediol. in praelud. num. 58.* Orian. *de interpretat. ſtatut. num 4. & num. 52* Galliaul. *vbi ſupra.* Et tertio dicas,
quod alia regula eſt, quod ad cognoſcen-
dum, an ſtatutum ſit odioſum, an potius
fauorabile, debet inſpici principalis ratio
ſtatuentium, Roman. *conſil. 4. nu. 7. & conſil. 32. num. 4. & conſil. 39 num. 2.* Pariſ. *conſil. 83. num. 4 lib. 3* idem Roman. *conſil 328. num. 2.*
vbi dixit, quod ad cognoſcendum, an ali-
qua diſpoſitio ſit fauorabilis, vel odioſa, id
ſemper conſiderari debet, propter quod
ipſa diſpoſitio eſt principaliter introducta:
Si enim cauſa eius erit fauor alicuius prin-
cipaliter, cenſebitur diſpoſitio fauorabilis,
ſi vero alterius odium, principaliter erit
diſpoſitio odioſa, ſubiungens *num. 3.* quod
ad conſiderandum, an cauſa ipſius diſpoſi-
tionis fuerit principaliter fauor, vel odium
alicuius, debet conſiderari plurimum eius
diſpoſitionis praefatio, nam praefationes
praeſtant euidentem intellectum diſpoſi-
tioni, in qua praemittuntur, iuxta text. *in l. 1. ff. de orig. iur. in l. fin. ff. de hered. inſtit.* & hoc
idem late comprobauit Tiraquell. *in tract. de vtroq. retract. tit. 1. § 30 gloſſ. 1. num. 5.* Di-
cetur etiam ſtatutum fauorabile, quando
nos reducet ad ius commune, vel ad ius an-
tiquum duodecim tabularum, ita Decian.
d. reſponſ. 30. num 11. cum ibi per eum.

Si autem dubitaretur, an ſtatutum eſſet
fauorabile, an potius odioſum, † in dubio 147
pronun-

pronuntiandum eſſet, quod ſit fauorabile,
non autem odioſum, prout hanc verio-
rem opinionem teſtatur Decian. *reſponſ. 17.*
in fin. lib. 1. iuribus, & auctoritatibus ibi per
eum, & de hoc etiam Abb. *in cap. in literis,*
ad fin. de reſtitut. ſpoliat. & notatur *in l. 2. C. de*
in ius vocan. Ancharan. *conſil. 37. poſt med. &*
conſil. 215. colum. 3. num. 8. verſic. in contra-
rium.

Primo amplia limitationem, vt eo ma-
148 gis procedat, † ſi fauor proueniens ex ſta-
tuto eſſet fauor publicus, & reſpiceret vti-
litatem publicam principaliter, nam tunc
multo magis ſtatutum traheretur ad ca-
ſum large, & improprie comprehenſum
in eius diſpoſitione, ita Bart. *in l. quemadmo-*
dum, num. 4. C. de agric. & cenſit. lib. 11. vbi id-
149 eo dixit, † quod ſicut expedit reipublicæ
punire maleficia ad hoc, vt prouincia ma-
neat in quiete, vt *l. congruit. ff. de offic. Præſid.*
l. ſi longius, §. ſi filiusfamil. as, ff. de iudic. ita
pœna ſtatuti punientis facientem malefi-
150 cium extendetur ad fieri facientem, † &
illa punietur, ſi fecerit fieri, per *l. ſi quis id*
quod, ff. de iuriſdict. omnium iudicum, quod
placuit etiam Roman. *in conſil. 105. num. 3.* v-
bi late Mandoſ. *in lit. E.* & quod ratione pu-
blici fauoris extendatur diſpoſitio, alias
ſtricte interpretanda, colligitur ex traditis
per Dd. *in l. illud,* vbi etiam gloſſ. *in verb. alia*
cauſa. & in l. fin. in verb. captiuorum, C. de ſa-
croſanct. Eccleſ. & in cap. odia, de regul. iur. in 6.
& faciunt notata per Bart. *in l. ſi conſtante,*
in 9. quaſt. princ. 1. part. ff. ſolut. matrimon. Iaſ.
in d. l. non dubium, num. 44. ff. de legib. & nota-
tur *in l. 2. §. exercitum, ff. de his qui notantur*
infam. & in l. ſi quis in graui, §. vtrum, ff. ad Syl-
lanian. Cephal. *conſil. 55. num. 3. & conſil. 138.*
num 47. lib. 1. Riminald. *d. conſil. 105. num. 2.*
& 3. Bald. *in l. qua actione, §. ſi in colluctatione,*
verſic. quæro, dicit ſtatutum, ff. ad legem Aquil.
Decian. *reſponſ. 38. num. 6. lib. 2.* vbi dicit,
ꝙ & ſtatuta & pacta, & ſtipulationes, quæ
regulariter † ſunt ſtricte interpretanda iux- 151
ta terminos promiſſionum, tamen ſi con-
cernant fauorem publicum, late erunt in-
terpretanda, & ideo conſuluit, quod pater,
qui decem ſcutos aureos conſtituerat ſe
daturum ſingulo menſe filio ſtudiis in-
cumbenti Patauii pro eius victu, & omni-
bus impenſis faciendis, teneatur augere
ſtipendium, † ſi non ſufficit illa ſumma ad 152
omnia neceſſaria, quia cauſa ſtudiorum
concernit fauorem publicum, *l. 1. C. de ſtud.*
lib. vrb. Rom. lib. 11. & in authent. habita, C. ne
fil. pro patr. & fauore publico alias induci-
tur, vt quis vltra portionem debitam te-
neatur, *l. ex pollicitatione, & l. penult. ff. de pol-*
licitat. & ampliationem ſequutus eſt etiam
Dec. *conſil. 13. nu. 6.* Riminal. *conſil. 40. nu. 41.*
lib. 1. vbi voluit, † quod ſtatutum etiam in 153
materia exorbitanti fauore publico exten-
datur ad alios caſus ex identitate, vel maio-
ritate rationis, idem tenuit Montepic. *d.*
conſil. 85. num. 53. vbi ideo dixit, quod ſtan-
te ſtatuto, quod appellationes à diffinitiuis
non poſſunt committi extra ipſam ciuita-
tem, cum tale ſtatutum cenſeatur concer-
nere publicam vtilitatem, † ne ſcilicet ci- 154
ues fatigentur in expenſis in litigando extra
propriam ciuitatem, extendetur ex identi-
tate rationis etiam ad appellationes ab in-
terlocutoriis, & idem Felyn. *in c. tranſlato,*
col. fin. de conſtitut. & Decian. *d. reſponſ. 30.*
num. 13. vol. 3 tenuit, ampliationem proce-
dere, etiam ſi extaret ſtatutum, quod ver-
ba ſtatutorum deberent intelligi ad † lite- 155
ram, nec interpretationem admitterent,
idem voluit Corſet. *ſingul. incip. extenſiuè,*
Barbat. *conſil. 48. col. 1. lib. 2.* Iaſ. *in d. l. qui ſe*
patris, num. 56. C. vnde liberi, & in l. filiusfa-
milias, colum. penult. verſic. aliam notabilem
regulam, ff. ſi certum petatur, Dec. *conſil. 65.*
num. 3. & conſil. 72. colum. 2. verſic. hoc intelli-
gitur largo modo, Ruyn. *conſil. 60. numer. 5.*
lib. 5. & facit, quod dixit Alexand. *in l. ſi ex*

toto,

Digitized by Google

toto, in princ. ff. de legat. 1. vbi voluit, quod proceditur de ſimilibus ad ſimilia etiam in exorbitantibus à regulis iuris communis, quando agitur de fauore publico, idem tenuit Riminald. *conſil. 40. num. 41. lib. 1.*

Secundo amplia limitationem, vt tanto
156 magis ſit vera, † ſi fauor ſtatuti reſpiceret ſalutem animæ, tali enim caſu multo magis extenderetur illius diſpoſitio, etiam ſi eſſemus in pœnalibus, ita Ioan. Andr. *in c. ex tenore, n. 5. in fi. qui fil. ſint leg.* vbi notauit, quod conſtitutio, alias odioſa, quia pœnalis, ſi tamen reſpicit ſalutem, & fauorem a-
157 nimarum, † dicetur fauorabilis, & ideo erit dilatanda, vt euitentur pericula, quam doctrinam appellat notabilem, & menti tenendam ibidem Abb. *num. 6.* idem cenſuit Domin. *in cap. pro humani, §. fin. de homicid. in 6.* vbi allegat gloſſ. *in cap. ſciant cuncti, de elect. in 6.* Abb. *in cap. quæſiuit, de diuort.* Ioan. Andr. *in cap. 1. de homicid. lib. 6.* faciunt dicta per gloſſ. & Dd. *in authent. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vendit.* & notatur *in cap. fin. de praeſcript.* Anton. de Butr. *in d. cap. fin. in 1. fallent. num. 58. de conſuet.* Innocent. & Ancharan. *in cap. quamuis, de pact. in 6.* Alexand. *in l. qui iuraſſe, in princip. ff. de iureiuran.* Iaſ. *in authent. quas actiones, num. 25. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Euerard. *in d. loco, à ratione legis larga, num. 30.* cum ibi allegatis.

Tertio amplia, vt procedat limitatio, etiamſi in ſtatuto fauorabili eſſet dictio ali-
158 qua taxatiua, † nam illa non obſtante extendetur ſtatutum propter fauorem, ad alium caſum, vt ſupra, comprehenſum, vel ſimilem, inter eaſdem tamen perſonas, & ita rationis identitate ſuadente, ita Euerard. *vbi ſupra, nu. 44. & ſeq.* per gloſſ. quam dicit ſingularem iuncto text. *in l. fin. ſuper verb. voluerint, C. de reuocand donationib.* vbi Cyn. & Salycet. gloſſ. & Dd. *in d. l. illud, C. de*
159 *ſacroſanct. Eccleſ.* & facit, quia dictio † taxatiua poſita in aliqua diſpoſitione fauorabili videtur excludere ſolum caſus habentes diſſimilitudinem rationis, *vt in iuribus ſupra allegatis*, & ideo dixi, ita identitate rationis ſuadente, quia ſi non adeſſet identitas rationis, non procedet extenſio, etiam ſi eſſemus in materia fauorabili, ita Euerard. *vbi ſupra num 48* cum aliis ibi per eum.

Secundo limita concluſionem principalem, vt non procedat, quando qualitas
perſonæ, † ad quam verba ſtatuti referun- 160
tur, aliud ſuaderet, tunc enim recedimus à propria, & ſtricta ſignificatione vocabuli, & intelligimus verba etiam in caſu improprio, ita Iaſ. *in d. l. non dubium, num. 44.* Bart. *in d. l. omnes populi, num. 58. & in l. 1. in princip. ff. ad leg. Falcid.* vbi etiam Alexand. *num. 11. in fin.* quo in loco ideo infert, quod ſtante ſtatuto, quod filia fœmina ſit contenta dote pro Falcidia ſibi debita in bonis patris, ſi filia petat legitimam ſibi de iure naturæ debitam, eo quod non dicat eam eſſe Falcidiam, de qua in ſtatuto, non debet audiri, cum talis legitima poſſit dici Falcidia, rationibus ibi per eum, & verba ſtatuti fuerint directa ad filiam, cui debetur legitima in bonis patris, dicendum eſt, & intelligendum ſtatutum loqui de legitima, & pro Falcidia venire legitimam, quia, vt dicebamus, verba ſunt intelligenda potius ſecundum qualitatem perſonæ, de qua ſtatutum loquitur, quam conſiderata ſolum illorum proprietate, & hoc dicit communiter ab omnibus teneri, quicquid dixerit Alberic. *in 2. part. ſtatut. quæſt. 221. quod ſi ſtatuto cauetur, quod mulier*, & faciunt late adducta per Illuſtriſſimum Manticam *de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 11.* vbi dixit, de coniectura reſultante ex qualitate perſonæ, ad quam verba teſtatoris referuntur.

Tertio limita concluſionem, quando
alias appareret de mente † ſtatuentium in 161
contrarium, ita Bart. *in d. l. omnes populi, num. 58. per l. non aliter, ff. de legat. 3.* & ibi ſubiungit,

Digitized by Google

ſubiungit, quod in vno caſu ſatis de mente
ſtatuentium diceetur apparere, quando ſci-
licet intelligendo verba ſtatuti ſtricte, &
proprie, ſequeretur iniquitas, & abſur-
dum, idem voluit Barbat. *in l. cum acutiſſi-*
mi, num. 172 C de fideicommiſſ Corn. *conſil.*
331. num. 9 verſic. item ex alio lib. 1 & ratio eſt,
quia magis attenditur mens ſtatuentium,
162 quam † verba ſtatuti, & verba ſunt intelli-
genda ſecundum mentem proferentis,
Brun. in terminis *in d. ſtatut. fœmin. excluſ.*
artic. 5. quæſt. 29. nu. 22. verſic. & ſic ſtatutum,
Pariſ. *conſil. 16 num. 51. vol. 3.* qui loquitur, et-
iamſi adeſſet ſtatutum, quod ſtatuta debe-
rent intelligi ad literam, & prout ſcripta ia-
cent, Alexand. *conſil. 85. num. 8. lib. 4. & con-*
ſil. 52. num. 2. lib. 1.

Quarto limita, vt non habeat locum
concluſio, quando aliter ſe haberet com-
munis vſus loquendi loci ſtatuentium,
163 nam † tunc talis communis vſus loquen-
di eſſet præferendus propriæ ſignificatio-
ni verborum, ita Bart. *in d. l. omnes populi,*
num. 59. vbi etiam ſubiungit, quod com-
munis vſus loquendi omni regulæ, omni-
que conſtitutioni in exaudiendis, vel exa-
minandis ſermonibus derogat, per tex-
tum, vbi etiam gl. aperta *in l librorũ, § quod*
* *tamen Caſſius, ff de legat. 3.* & hanc commu-
nem opinionem teſtatur Galliaul. *in ſuo*
tract. de verbor. ſignific. lib. 4. cap. 5. 6. & 7. &
nos late *in concluſ. de interpretatione commu-*
nis vſus ad ſtatuta.

Amplia limitationem, vt procedat, et-
164 iam ſi eſſemus in correctoriis, † nam nihi-
lominus caſus extẽderetur vltra propriam
ſignificationem vocabuli, ſi erit compre-
henſus ſub caſu expreſſo ex communi vſu
loquendi, ita Eucrard. *in d. loc. à ratione le-*
gis larga, num. 37. de mente Imol. *in repet. d. l.*
ſi vero, § de viro, col. 8. & Bart. & Caſtrenſ. *in*
d. l. non dubium, & in d. l omnes populi, & in l.
ſcire leges ff. de legib.

Quinto limita, vt non verificetur con-
cluſio aliqua honeſtate contrarium ſua-
dente, † nam tunc propter illam recede- 165
mus à propria, & ſtricta ſignificatione vo-
cabuli, & extendimus ad latam, & impro-
priam, ita nos docuit text. *in l. 4. § parentem*
hic accipe, ff de in ius voc. vbi licet ſecundum
propriam ſignificationem vocabuli parẽ-
tes dicuntur vſque ad tritauum, *l. iur. ſcon-*
ſultus, § parentes, ff. de g. ad. tamen ſi agetur
de conueniendo aliquem in iudicio, illud
verbum *parentes* † extenditur in infinitum 166
ad omnes parentes, etiam ſupra gradum
tritaui ex honeſtate, quæ ſeruari debet er-
ga maiores, quod & ibi notant Angel. &
Fulgoſ. prout illos referendo ſequitur Iaſ.
in d. l. non dubium, num. 44.

Sexto limita concluſionem, vt non ob-
tineat locum, quando in ſtatuto adeſſet ex-
preſſa, & adiuncta cauſa ipſius ſtatuti, nam
ratio † adiuncta facit recedere à propria ſi- 167
gnificatione vocabuli, & extendere verba
ad alium caſum, vbi eſt eadem ratio, ita De-
cian. *reſponſ. 30 num. 12. lib. 3.* Paul. de Mon-
tepic. *d. conſil 85. num. 26* Curt. ſen. *conſil. 80.*
num. 1. vbi teſtatur, quod in hoc nemo diſ- *
crepat, per text, *in l his ſolis, C. de reuocan. do-*
nat. & facit dictum Bald. *in cap. 1. § deceden-*
te, circa 7. col. tit. qui feud. dare poſſ. in verſic.
extra quæritur vtrum, vbi voluit, quod vbi
ſtatuti ratio eſt expreſſa, & militat, ibi & ſta-
tutum eſſe dicitur, nec tunc dicetur fieri
extenſio, licet procedamus ad alium ca-
ſum vltra caſum expreſſum in ſtatuto, ſed
erit potius enucleatio, ſiue declaratio eiuſ-
dem caſus, qui latebat ſub eadem ratione
ſtatuti, & ob quam ideo dicitur compre-
henſus in ſtatuto, ſicut comprehenduntur
plures ſpecies ſub vno genere, nam tale
ſtatutum ob dictam rationem expreſſam
dicitur tanquam genus ad omnes caſus
ſub eadem ratione expreſſa comprehen-
ſos, Bertazzol. *conſil. ciuil. 24. num. 18.* Cepol.

Digitized by Google

in tract. extenſionum, in tit. vnde elici poſſit extenſio, num. 27. Iaſ. *in d. l. non dubium, nu. 44.* & facit, quia ratio ſtatuti expreſſa dicitur anima ipſius, Dyn. *in cap. fin. de regul. iur. in 6.* Cyn. *in d. l. non dubium,* Bald. *in l. 1. col. 3. ff. de noui oper. nuntiat.* igitur in quocunque caſu aderit ratio prædicta, & anima ſtatuti, & ſic ſtatutum ipſum, ac illius virtus adeſſe dicetur, imo ſicut magis attenditur, & præponitur anima corpori, ita erit magis attēdenda, & præponenda ratio ſtatuti verbis, quæ verba dicuntur corpus ſtatuti, & per conſequens, licet verba ſtricte, & proprie intellecta vnum importarent, tamen attenderetur aliud, quod importabit mens, & ratio, quamuis largo, & improprio modo, ita Curt. ſen. *d. conſil. 44. nu. 16. & d. conſil. 80. num. 1.* Abb. *conſil. 1. & conſil. 75. & in c. nihil, de elect.* Bald. *in l. ſi quis ſeruo, C. de fur.* & hoc cōmuniter à Dd. teneri teſtatur Curt. ſen. *d. conſil. 80. num. 2.* & nos *ſupra,* & *alibi* late.

168 Primo amplia limitationem, vt procedat, † etiamſi eſſemus in correctoriis iuris communis, nam hoc non obſtante, quando ratio eſt expreſſa in ſtatuto, poterit extendi de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam ex eadem, vel maiori ratione, ita Decian. *d. reſponſ. 30. num. 12.* Iaſ. *in d. authent. quas actiones, num. 22.* Anton. de Butr. *in clem. 1.* vbi etiam gloſſ. *in verb. eligetur, de elect.* Bart. *in d. l. liberorum, ff. de verborum ſignific.* Bald. *in d. authent. quas actiones, in 2. col.* & nos etiam *ſupra.*

169 Secundo amplia, vt procedat limitatio, etiam ſi extaret ſtatutum, † quod verba deberent intelligi ad literam, nam nihilominus ex ratione expreſſa extenderetur, ita Decian. *d. reſponſ. 30. nu. 13.* Montepic. *d. conſil. 85. num. 27.* & nos etiam *ſupra.*

170 Tertio amplia, etiamſi ratio non fuiſſet expreſſa in ſtatuto, † ſed tamen eſſemus in caſu, in quo vnica tantum ratio in ſtatuto diſpoſitorum reddi poſſet, nam tunc, ſicuti illa habetur pro expreſſa, & perinde ac ſi expreſſa fuiſſet, ita ex ea, ſicut expreſſa licitum erit arguere, trahere, & extendere in ſtatuto, Riminald. *conſil. 264. nu. 13. lib. 2.* per notata *in l. quamuis,* vbi gloſſ. *C. de fideicom.* Bald. *in l. maximum vitium, C. de liber. præter.* & per gloſſ. *in d. authent. quas actiones,* vbi etiam Bald. late Euerard. *in d. loc. à ratione legis larga. num. 21. & ſeq.* & ſicut deficiente conſuetudine in aliquo caſu † poteſt allegari 171
ratio tacita ipſius conſuetudinis, Bald. *in d. l. de quibus, ff. de legibus,* ita deficiente ſtatuto in aliquo caſu particulari, poterit allegari eius vnica ratio, & tacita, quæ habetur pro lege, nec tali caſu dicetur ſtatutum extendi, ſed potius declarari in eo, quod ab eo comprehenditur, ita vnica eius ratione ſuadente, Riminald. *d. conſil. 264. num. 25.* Cyn. *in l. quod vero contra, ff. de legibus,* dicens, quod vbi eſt vnica, & eadem ratio, nō dicitur fieri extēſio, ſed ex virtute eiuſdem ſtatuti determinatur, & profertur deciſio directe, licet verba deficiant, iuxta notata *in l. de pupillo. § ſi quis ruoes, ff. de operis noui nuntiat. d. l. bis filiis, C. de reuocan. donat.* & paria eſſe rationem eſſe expreſſam in ſtatuto, vel non eſſe expreſſam verbis, ſed illud eſſe tale, quod in eo niſi vnica ratio aſſignari poſſit, voluit Riminald. *conſil. 40. num. 25. lib. 1.* & facit etiam, quia vbicunque ratio legis, & ſtatuti eſt certa, tunc ex eā argui poteſt ad deciſiones aliorum caſuum tanquam ex cauſa finali, vt probatur *in l. militis agrum, ff. de re milit.* & tunc dicitur certa, quando eſt vnica, *l. nominatim, cum ibi notatis, ff. de liber. & poſthum.* ideo quando vnica ratio aſſignatur in ſtatuto à Doctor. † tunc dicitur certa, & comprehendit 172
alios caſus ibi non expreſſos, & pro iſta ampliatione conſuluit Montepic. *d. conſil. 85. num. 38.* Alexand. *conſil. 89. num. 4. lib. 6.* vbi dixit, quod tali caſu non dicitur fieri interpretatio

Digitized by Google

pretatio extenſiua, ſed intellectiua, quod dicit, fuiſſe etiam de mente Paul. de Caſtro *conſil. 85. lib. 2.* vbi conſuluit, quod ſtante
173 rubrica ſtatuti, † quod mulier dotata non ſuccedat extantibus maſculis, & ſtante alio ſtatuto, quod ſoror dotata à patre de bonis communibus, non poſſit venire ad diuiſionem, nec ſucceſſionem bonorum, quæ penes fratrem remanſerunt, ſi de fratre, vel fratribus legitimis heres remanſerit, habebit locum dicta excluſio mulieris, etiamſi talis mulier fuerit dotata non à fratribus, ſed à patre viuente, adeo quod excludetur à ſucceſſione paterna, licet ſtatutum non loquatur ſpecialiter de ſucceſſione paterna, ſed de alia, mouetur, quia dictum ſtatutum cenſetur prohibere ſucceſſionem fœminarum per vnicam rationem tantum, ſcilicet ob conſeruandas agnationes, & familias, & quod illa habetur pro expreſſa, adeo quod fiet extenſio ad alium caſum eandem rationem habentem, & ſubdit, quod cum ſit tunc eadem, & vnica ratio, nõ dicitur fieri extenſio de caſu ad caſum, ſed omnes caſus ſub illa eadem, & vnica ratione comprehenſi, tanquam ſpecies à ſuo genere deciduntur, ſecus ſi eſſent plures rationes ſpecie differentes, ſed tamen ſimiles, quia etiamſi eſſent ſimiles, diceretur fieri extenſio, quæ dicitur progreſſio quædam de termino ad terminum ſecundum Bald. *in d. l. de quibus*, & Petr. ac Cyn. *in l circa, ff de legib.* & idem Alexand. *conſil. 5. in fin. lib. 5. & conſil. 75. num. 3. eodem l. b. 5.* Abb. *in cap. ſuper quæſtione, in princ. in penult. notab. de offic. delegat. & conſil. 75. incip. quidam deceſſit, col. 9.* Fulgoſ. *in conſil. 78.* Cuman. *conſil. 50. col. 1* Alexand. *conſil. 129. num. 6. lib. 7.* Paul. de Caſtro *in d. l. ſi vero, §. de viro, ff ſolut. matrimon.* Decian. *reſponſ. 88 num. 61 vol. 2.* vbi ideo voluit, quod ſtatutum excludens fœminas propter filium, licet ſit correctorium iuris communis, tamen extenditur etiam ad nepotem ex filio, quia tale ſtatutum habet hanc vnicam rationem, ſcilicet conſeruandarum familiarum, vnde pro expreſſa haberi debet, & ex ea extenditur diſpoſitio etiam ad nepotem, idem voluit Dec. *conſil. 372. num. 5.* ex mente Bald. *in d. l. maximum vitium*, reprehendentis Bart. *in d. l. liberorum, col. fin. de verbor. ſignificat.* aliter ſentientem, & concludit, quod quando eſt certa ratio legis, licet tacita, poteſt ex ea argui tanquam ex cauſa finali, & certa, vt dicebamus, tunc ratio dicitur, quando illa ſola reddi poteſt, Roman. *conſil. 32. num. 5. & conſil. 404. num. 4. & conſil. 100. in princ.* Curt. ſenior *d. conſil. 44. num. 17. & conſil. 9. num. 20.* vbi appellat hanc concluſionem marmoream, vt etiam alibi diximus, & illam confirmat etiam *conſil. 80. col. 4.* vbi late, ibique ſubiungit, quod doctrina, quæ ſe habet, quod alleganti vnam tantum reddi poſſe rationem in ſtatuto, incumbit onus probandi, cum in dubio in ſtatutis non præſumatur, quod ex vnica tantum ratione moti fuerint ſtatuentes, vt ſupra per nos fuit tactum, procedit, quando illa ratio, quæ dicitur vnica, non eſt certa, & tanquam certa communiter à Dd. aſſignata, ſed de ea adhuc dubitatur, & in hoc poſſet forſan procedere opinio Bart. vt ſupra, contrarium tenentis *in d. l. liberorum*, ac aliorum illum ſequentium, de quibus per Curt. ſen. *d. conſil. 80. num. 1.* & per Socin. iun. *d. conſil. 1. num. 54. lib. 1.*

Limita hanc ampliationem, vt non procedat, quando adeſſet ſtatutum, per quod mandaretur, ſtatuta debere intelligi ad literam, nam tunc, niſi ratio eſſet ſcripta, & expreſſa in ſtatuto, non liceret ſtatutum extendere ad alios caſus ex ratione prædicta præſumpta, ita Curt. iun. *conſil. 6. num. 10.* cum ibi allegatis.

Sed haud facile cum Curtio † tenerem 174 repugnantibus ſupra allegatis, & addu-

Digitized by Google

ctis paſſim in contrarium in concluſione,
& præcipue Menoch.*d.conſil.11.num 19.lib.1.*
& ante eum Alexand.*conſil.85. num.4 lib.4.*
& aliis communiter tenẽtibus, quod idem
iudicatur de ratione vnica, licet non ex-
preſſa, quod & de ratione expreſſa in ſtatu-
to, de quo potiſſimum per Cur.ſen.*d.conſil.*
9 num.20. & nos *ſupra*, ſed quando ratio eſt
expreſſa in ſtatuto, etiam non obſtante ta-
lis ſtatuti diſpoſitione, quod ſtatuta intelli-
gantur ad literam, late intelligentur, & fiet
extenſio, vt ſupra fuit oſtẽſum, igitur idem
erit dicendum de vnica tantum ratione, li-
cet non expreſſa, & Curt. opinionem in
** Salyceti dicto ſe fundantem magis com-
muniter improbari teſtatur Galliau.*in con-*
ſuet. Alexand. in præfat.5.in fin. & poſſet veri-
ficari Curt. & Salye. dictum, quando ratio
ſtatuti non eſſet adeo certa, & vnica, quin
de illa etiam quodammodo dubitari poſ-
ſet, nam tunc, quia non diceretur ratio
neceſſaria, ſed magiſtralis, non poſſet quis
ſe ſuper ea fundare ad trahendum ſtatuti
175 diſpoſitum † prout hoc modo Salycetum,
& illum ſequentes intelligit, & ſaluat Curt.
ſen.*d.conſil 80.col 5 verſic. & in hoc ceſſat illud*
dictum Salyceti, & idemmet Soc.iun.*d.con-*
ſil.1.num.53.

Quarto amplia, vt idem ſit de ratione,
176 quæ † colligitur ex ipſo proœmio, & ex
præfatione ſtatuti, nam & illa reſtringet, &
declarabit, & ampliabit ſtatuti dictum,
quia præſumitur finalis, & ex ea argui po-
terit, Riminal.*conſil.338.num.3 lib.2.* per ea,
quæ not.gloſſ.& Bart.*in l.cum tale, §.falſam*
cauſam ff.de condit. & demonſt. & ſecundum
ea, quæ habentur *in l fin. ff. de hered. inſtit &*
in l. Titia. § idem reſpondit, ff. de verborum obli-
gationib. & idem tenuit Bertazzol.*conſil.ci-*
uil.24.num.10 Crauet.*conſil.192.num.21.* vbi
dixit, quod propter cauſam, quæ colligitur
ex proœmio, & præfatione, quæ ideo dici-
tur finalis, diſpoſitio large interpretabi-
tur, quæ alias de ſui natura reſtringeretur,
& faciunt alia per nos adducta, dum tra-
ctauimus de interpretatione proueniente
ad ſtatuta ex præfatione *in concluſ. quod ſta-*
tuta recipiunt interpretationem à iure com-
muni.

Primo intellige ſupra dicta in ſexta li-
mitatione cum ſuis ampliationibus, vt
non procedant, † quando ageretur de ſta- 177
tuto, quod eſſet correctorium iuris com-
munis & loqueretur taxatiue, & haberet
dictiones taxatiuas, nam tunc, quamuis
haberet rationem expreſſam, non exten-
deretur, & multo magis, quando non eſſet
ratio expreſſa, nam dictio taxatiua nega-
tionem in reliquis inducit, ita Euerard. *in*
d. loc. à ratione legis larga, nu.25. & Iaſ. *in d. au-*
then quas actiones, num.22. vbi etiam Bald. &
Cyn.*col.2.*

Secundo intellige, vt non habeant lo-
cum, † quando ſtatutum eſſet correcto- 178
rium, & etiam pœnale ſimul, nam tunc ra-
tio adiuncta, & expreſſa in ſtatuto non o-
peratur extenſionem, ita Pariſ. *conſil. 69.*
num. 189 lib. 3. Iaſ. *loco proxime citato, verſic.*
intellige tamen iſtam fallentiam, Alexan.*d. l. ſi*
conſtante, Anton. de Butr.*d.cap.fin.in 1. & 12.*
fallent. de conſuet. Roman.*conſil. 150. num.5.*
Iaſ.*in l fin. num.5 ff. de in ius vocan. & l. ſi quis*
id quod, col.3. verſic. ſeptimo, ff. de iuriſdict. omn.
iudic. Euerard.*vbi ſupra, num. 24.* & nos et-
iam alibi *ſupra.*

Tertio intellige, quando ratio expreſſa
in † ſtatuto eſſet finalis, ſecus autem quan- 179
do illa fuiſſet tantum impulſiua, ita Pariſ.*d.*
conſil 69 num.178. de mente Ioan. Andr. *in*
cap.1.de tempor.ord.in 6. quem etiam refert,
& ſequitur Mattheſil.*in tract. extenſio.col.2.*
Iaſ.*in d. authent. quas actiones, num.16. verſic.*
puto tamen, & num. 22. verſic. tertio limita,
& ratio impulſiua tunc dicitur, quando de-
ciſio † legis, & ſtatuti eſt magis generalis, 180
quam ſit ipſa ratio, quæ ideo, cum nõ mili-
tet ge-

Digitized by Google

tet generaliter, non poteſt dici finalis, ſicut dictio finalis quando eſt generalior, vel æque generalis cum ipſa lege, ita Bald. *in l. generaliter, in 3. columm. C. de Epiſcop. & cleric.* Bar. *in extrauag. ad reprimendum, in ver. nec ex eorum abſentia*, & illos referendo ſequitur Euerar. *in ſupra citato loco, numer. 26.* & Crau. *conſil. 192. num. 21.* vbi dixit, quod cauſa finalis illa dicitur, quæ generaliter reſpicit totam diſpoſitionem, & generaliter ad illam influit, & prout etiam hoc idem concludit Iaſ. *vbi ſupra numer. 18.* & illum referendo ſequitur Pariſ. *dict. conſil. 69. numer. 179.*

181 Quarto intellige, niſi ſtatutum eſſet † ex pluribus capitibus correctorium, nã tunc etiam ex ratione adiuncta, ſiue expreſſa, non poſſet fieri extenſio, ita Pariſ. *dict. conſ. 69. num. 185.* rationem adducens, quia ſcilicet diſpoſitio ex pluribus capitibus odioſa, ſiue correctoria maius producit impedimentum, quam correctoria ſimpliciter, ſecundum Doct. *in l. ſi quis in graui, §. fin. ff. ad Syllanian.* & quia duo vincula magis ligant quam vnum, *authen. itaque, C. commu. de ſucceſſ.* gloſſ. & alij *in l. 1. C. de pact.* & quia

182 etiam actus † geminatus magis operatur quam ſimplex, ad not. *in l. balliſta, ff. ad Trebellian.* Bar. *in l. ſancimus, C. de agric. & cenſit. libr. 11.* & facit etiam dictum Bello. *conſil. 8. numer. 12.* vbi conſuluit, quod ſi ſtatutum diſponeret, quod quilibet cuiuſvis conditionis poſſet teſtari, propter illa verba geminata, *quilibet cuiuſuis conditionis*, intelligeretur generaliter, prout loquitur, nec in eo operabitur interpretatio aliâs conceſſa de iure quoad habiles tantum.

Quinto intellige, niſi alia ratio etiam

183 non ſcripta in ſtatuto ſuaderet † extenſionem fieri non debere, & ratio eſt, quia tali caſu deprehenditur, quod in caſu non expreſſo non militat omnino eadem ratio, quæ in expreſſo, & ideo tanquam inter differentes non poterit fieri extenſio, ita Euerar. *in loco ſupra citato, num. 26.* per tex. cum gloſſ. *in c. conſtitutio, de elect. in 6.* vbi etiam Ioan. Andr. Imol. & Domin. & idem Imol. *in dict. l. ſi vero, §. de viro, ff. ſolut. matrimon.*

Septimo limita concluſionem, vt non procedat, quando ſtatuti verba non † operarentur, niſi improprie & large intelligerentur, ita Bal. *in cap. paſtoralis, columm. 1. nu. 2. de appellat.* per tex. quem dicit ad hoc ſingularem, *in l. heredibus, §. fin. ff. ad Trebell.* Iaſ. *in dict. authent. quas actiones, num. 22.* Caſtr. *conſil. 175. num. 5. libr. 1.* Riminal. *conſil. 40. nu. 40. libr. 1.* faciunt not. *in l. ſcire oportet, §. aliud*, vbi Bald. *ff. de excuſat. tut.* Imol. *in dict. l. ſi vero, §. de viro, ff. ſolut. matrimon.* & not. per Bar. *in d. l. non dubium, C. de legibus, & in dict. l. omnes populi, num. 6. quæſt. princip. & in l. 3. ff. de vſucap. & in l. 4. §. Prætor ait, columm. 3. verſicul. quæro, quod ſi ſtatutum, ff. de damn. infect.* Decia. *reſp. 31. nu. 14. lib. 3.* & faciunt alia, de quibus nos ſupra in propoſito argumenti à contrario ſenſu, vbi late. 184

Primo amplia, vt limitatio procedat, etiãſi eſſemus in pœnalibus, in quibus verba contra propriam ſignificationem late interpretantur, † quando aliâs diſpoſitio 185 redderet ſuperflua, & fruſtratoria, tex. eſt *in cap. ciuitas, de ſentent. excomm. in 6.* quem ad hoc allegat Abb. *in cap. fin. ad fin. de præb.* & illum ſequitur Iaſ. *in dict. l. non dubium, nu. 4. in fin. & in l. talis ſcriptura, columm. 4. ff. de leg. 1. & in dict. authent. quas actiones, num. 26.* Decia. *reſp. 33. num. 19. lib. 1.* Imol *in d. l. ſi vero, §. de viro,* Riminal. *d. conſil. 40. num. 40. libr. 1.* facit gl. *in clement. 1. in ver ſepelire, in fin. de ſepult. & in c. quanquam, in fin. de vſur.* Euer. *in d. loco à ratione legis larga, n. 31. cũ ibi per eum.*

Amplia, vt idem ſit, etiamſi extaret ſtatutum, † quod interpretatio nulla admitteretur in ſtatutis, ita Caſtr. *d. conſ. 175. num. 4. in fin. lib. 1.* 186

Digitized by Google

Octauo limita concluſionem, vt procedat, ſi ſic ſtricte intelligendo ſtatuta minus læderetur ius commune, ſi autem contra-
187 rium eueniret, † vt ſcilicet ſtatutum late interpretando minus iuri communi derogaret, tunc late, & latiſſime ſtatutum erit interpretandum, imo & impropriandum, prout minus derogabitur iuri ipſo cõmuni, ita Riminal. *conſil. 43. nu. 13. lib. 1.* Rolan. à Val. *conſil. 21. n. 21. libr. 1.* Roma. *conſ. 399. nu. 1.* Socin. iun. *conſil. 11. n. 12. libr. 1.* Alexan. *conſil. 85. nu. 12. lib. 4. & conſ. 9. n. 4. lib. 1.* Ceph. *conſ. 210. n. 18. lib. 2.*

Nono limita concluſionem, vt non habeat locum, quando extaret ſtatutũ, quod
188 procederetur † de ſimilibus ad ſimilia, nam tunc extendetur, & late, ſi opus erit, interpretabitur ſtatutum, ita Rimin. *conſ. 59. nu. 14. lib. 1.* de mente Bal. *in l. nequimus, ff. de legibus,* & Ant. de Butr. *in d. c. fin. de conſuet.* & Imol. *in d. §. de viro,* Euerar. *in d. loco à ratione legis larga, nu. 69.* qui loquitur, etiamſi eſſemus in pœnalibus.

Decimo limita concluſionem, vt non
189 obtineat locum, quando † multi æquiparantur in ſtatuto in aliquo caſu, nam tunc ſtatutum in vno ex ipſis æquiparatis trahitur ad alios, ita Rimin. *conſ. 264. num. 41. lib. 2.* vbi ideo conſuluit, quod quia ſoror, mater, & auia æquiparabantur in illo caſu à ſtatuto in ſucceſſione inteſtati, non exiſtẽtibus agnatis, ſtatutum in vno ex ipſis æquiparatis trahetur ad alium, & ſic ſicut ſtatutum excludebat matrem, & auiam, extantibus agnatis, ita & ſororem excludere intelligetur per not. *in leg. ſi quis ſeruo, C. de furt. & in l. 2. C. de indi. vid. tollen. & in c. eam te, de ætat. & qualit.* Doct. & præcipue Iaſ. *in l. 1. n. 43. ff. de leg. 1.* Rubeus Alex. *conſ. 151. n. 4.* & probatur *in l. 2. C. de cur. furioſ. & in l. quod vero contra, ff. de legib.* Iaſ. *in l. transfigere, C. de transactio. & in §. ex maleficiis, Inſtitut. de action.*

Primo amplia, vt idem habeat locum, nedum † ſi æquiparatio fieret in eodem 190
ſtatuto, ſed etiã ſi fuiſſet facta à ſtatuto antiquo, & ſuperueniret nouum ſtatutum, quod de vno æquiparatorum aliqua diſponeret, nam tunc quidquid eſſet diſpoſitũ per ſtatutum nouum in vno ex illis æquiparatis à ſtatuto antiquo traheretur, & intelligeretur etiam diſpoſitũ de alijs ab eodem ſtatuto antiquo æquiparatis, ita Iaſ. *in d. l. transfigere, nu. 15.* & not. *in dict. l. ſi quis ſeruo, C. de furt.* vbi præcipue gloſſ. fin. & clarius *in dict. l. quod vero contra, ff. de legib.* Diaz. *reg. 429.* Euerar. *vbi ſupra nu. 27.* cum alijs ibi per eum.

Secundo amplia, vt idem ſit, etiamſi eſſemus in pœnalibus, † in quibus ideo ſta- 191
tutum in æquiparatis extenderetur, Rub. Alexan. *d. conſ. 151. num. 4.* Iaſ. *in d. l. transfigere, n. 15.* not. *in c. ſi poſtquam, §. final,* vbi gloſſ. & Doct. *de elect. in 6.* Abb. *in cap. de multa, de præben.* Diaz. *d. reg. 429. verſ. tertio fallit,* cum ibi per eum, Crot. *in d. l. ſi conſtante, nu. 81. ff. ſolut. matrim.*

Tertio amplia, vt idẽ † procedat in cor- 192
rectorijs, & exorbitantibus à iure communi, ita Iaſ. loco proxime citato de mente Bar. *in l. Marcellus, in princ.* vbi etiam Alexan. & alij, *ff. ad Treb. & in authen. ſed cum teſtator, C. ad leg. Falcid. & in l. 2. ff. de leg. 1.* Imol. *in d. §. de viro, in 5. fallen.* Diaz. *d. reg. 429. verſ. amplia, & verſ. ſecundo fallit,* vbi reprobat Aretin. contrarium ſentientem, idem voluit Euerar. *vbi ſupra nu. 37.* vbi ideo dixit, quod quando duo caſus æquiparantur per ſtatutum antiquum in omnibus, & per omnia in materia, de qua agitur, ſtatutũ, ſiue lex noua, corrigens in vno ex æquiparatis intelligetur etiam corrigere & in alio, adducens exemplum, videlicet, regula iuris antiqui habet, quod qui non poteſt teſtari, non poteſt etiam codicillari, *l. 2. ff. de leg. 1.* modo ſi per legem nouam, vel per ſtatutum

tum minor viginti annis non poſſet teſtari, vbi tamen per legem antiquam maior 14. annis poterat facere teſtamentum, *l. qua ætate, ff. de teſtam. cum ſimilib.* certe hoc ſtatutum nouum corrigens in teſtamento cenſetur etiam corrigere in codicillis, & ſic minor viginti annis in loco, vbi vigebat tale ſtatutum nouum, non poterit etiam codicillari, & ad hoc allegat Bar. & poſt eum alios *in d. l. 2. ff. de legat. 1.*

Quarto amplia, vt idem cenſeatur de
193 correlatiuis, † in quibus ſtatutum, quod diſponit in vno, cenſetur etiam, & in alio diſponere, ita Euerar. *in d. loco à ratione legis larga, nu. 28.* per tex. quem ad hoc dicit notabilem *in l. fin.* vbi Bar. Ang. Iaſ. & alij, *C. de indi. vidui. tollen.* Bal. & Paul. de Caſtr. *in dict. authen. quas actiones*; Imol. *in d. §. de viro, col. 8.* Seuerinus *in repet. dict. l. omnes populi, in 9. fallent.* ad idem eſt tex. *in l. 1.* vbi Bar. *C. de cupreſſ. libr. 11.* Iaſ. *in l. qui condemnare, num. 9. ff. de re iudic.* vbi communem dicit, prout & illam communem fatetur Curt. iun. *conſil. 6. in princip.* Cur. ſen. *conſ. 11. per totum*, Iaſ. *conſ. 112. columm. 1. verſic. ſed præmiſſis omnibus, volumin. 1.* Dec. *in l. 2. C. de in ius vocan. numer. 6. & in l. 1.* vbi Bald. Paul. de Caſtr. Salycet. & Alexan. *C. eod. titul.* Bald. *in conſ. 104. columm. 1. verſic. præterea, volum. 1.* Calcan. *conſ. 125. columm. 1. verſic. nihilominus in caſu noſtro*, Fab. de Monte, *in tract. empt. & vend. in 3 par. princip. q. 28.* & nos ſupra in ſubampliationibus ad primam ampliationem.

Primo intellige prædicta, quando in v-
194 troque correlatiuorum † omnino eadem ratio militaret; aliàs ſecus, ita Euerar. *in loco à correlatiuis, num. 8.* per tex. *in leg. curatorem*, cum ibi not. per gloſſ. Cyn. & alios, *C. de interd. matr. & in l. fin.* vbi Salyc. poſt gloſ. *C. de reſcind. vend.* Iaſ. *in dict. l. tranſigere, columm. 1. C. de tranſact. & dict. l. fin.* vbi etiam Bartol. Angel. & alij, *C. de indi. vidui. tollen.* Bar. *in l. multum intereſt, verſic. qualiter ergo, ff. de verbor. obligat.* vbi etiam alij Doct. & not. *in d. l. 1. C. de cupreſſ. lib. 11.* Socin. *conſ. 74. col. 2. verſ. quinimo dico, vol. 3.* late Gabriel. *de legib. concl. 3. n. 51. verſ. primo limita.*

Secundo intellige, quoad eundem actum, & eandem rationem, † non autem 195
diuerſam, prout loquitur Socin. *d. conſ. 74. num. 5. libr. 3.* & iuxta ea, de quibus nos ſupra in concluſione in ſubampliationibus ad primam ampliationem, & per adducta à Lancillot. Gallia. *in ſuo comment. ſuper ſtat. Alexan. in ver. vxori, quæſtion. 4.* Dec. *in l. 1. columm. 2. verſic. ſecundus caſus, C. de in ius vocan.* Crauet. *de antiquitat. temp. in 4. part. numer. 115.* qui etiam requirit, quod, vt ſupra dicebamus, adſit eadem ratio. Gabr. *d. concl. 3. de legib. n. 38.*

Subintellige, niſi adeſſet ſtatutũ, quod mandaret † ſtatuta debere intelligi ad lite- 196
ram, & prout iacent ſecundũ ea, quæ diximus ſupra, & per adducta ab eodem Gallia. *loco citato, q. 4. n. 89.* & Gabr. *in ſuis crimin. concluſ. ſub tit. de legib. concl. 3. n. 49.* ad quem recurre ſemper in materia correlatiuorum, quia late & diſtincte loquitur, & nos *alibi ſupra.*

Et quod dictum etiam eſt ſupra de æquiparatis:

Primo intellige, vt non habeat locum,
quando eſſemus in caſu, † quod quis vel- 197
let trahere vnũ ſtatutum ad aliud, eo quia in vno, & in alio ageretur de aliquibus à ſtatuto æquiparatis, ſed vnum ſtatutũ imponeret pœnam ipſo iure, aliud vero non, nam tunc pœna impoſita ipſo iure in illo ſtatuto non traheretur ad aliud ſtatutum, etiam in æquiparatis, ita Crot. *in d. l. ſi conſtante, num. 81.* Diaz. *d. reg. 429. verſ. quarto fallit.* per gloſſ. *in c. licet canon, in ver. Parrochialis, de elect. in 6.* & facit, quia licet etiam in pœnalibus diſpoſitio extenderetur ex eadem ratione, vt per Doctor. & præcipue

pue Imol. *in d.l ſi vero,§. de viro,ff.ſolu matri-
mon. & in d.l. omnes populi, ff de iuſt. & iur.* &
Doct. *in c. odia, de reg. iur in 6 & in c in pœ-
nis, eod. titul.* cum ſimilibus, tamen non ha-
bet locum, quando pœna imponitur ipſo
iure, Ioan. Andr. *in d. c. odia, column 2. verſic.
in contrarium, & in column. 3. in reſpon. primi
contrarij,* & ibi poſt eum Alberic. per tex. *in
can. pœna, de pœniten. diſtinct. 1. & in l. penult.
ff. de pœn.* Bal. *in d.l. de quibus, columu. 12. verſic.
reſtat videre, ff. de legib.* Dec. *in dict. cap. tranſ-
lato, in 1. lectura, column. vltim. verſ. ſeptimo in
pœnis, de conſtit.* imo vbi pœna imponitur i-
pſo iure ad poſſe reſtringitur ſignificatio
verborum, & verba non tam late, quam a-
liâs ſignificatus ipſorum pateretur, ſunt
accipienda per ea, quæ allegauit Euerar. *in
d. loco à ratione legis larga, num. 75.*
198 Secundo intellige, vt procedat, † dum-
modo æquiparatio fiat in eadem materia,
aliâs ſecus, ita Iaſ. *in d.l. transſigere, num. 5. C.
de tranſact.* Diaz. *d. reg. 429. verſic. primo vide-
licet,* per gl. *in c. 1. in ver. declaramus, ne cler. vel
monach. & in c. conſtitutione, de reg. in 6.* Crot.
in d.l. ſi conſtante, in 2. lect. n. 79. ff. ſolut. matr.
Tertio intellige, niſi in vno ex æquipa-
199 ratis † eſſet diuerſa ratio, quam in alijs in
illo caſu, de quo ageretur, ita Crot. *in dict. l.
ſi conſtante, nu. 82.* quem refert & ſequitur
Diaz. *d. d. regul. 429. verſicul. quinto fallit,*
& faciunt etiam, quæ ſupra proxime dixi-
mus de correlatiuis habentibus omnino
eandem rationem.
Quarto intellige, quando æquiparatio
200 fuiſſet facta inter æquiparata † generaliter,
& per modum regulæ, ſecus ſi ex aliquo ſo-
lum reſpectu, nam tali caſu quemadmo-
dum non omnia in omnibus æque milita-
rent, ita non omnia ad omnes æquipara-
tos extenderentur, Crot. *vbi ſupra nu.
83.* & Diaz. *in dicto citato loco, verſ. ſexto fallit.*
XI. Limita principaliter concluſio-
nem, vt non procedat, quando intelligen-
do ſtatutum † ſtricte, & proprie, reſultaret 201
aliquod irrationale, & iniquum, ita Alex.
dict. conſil. 85. num. 11. lib. 4. vbi docuit, quod
potius debemus recedere ab omni quan-
tumuis propria ſignificatione verborum,
quam iniquitatem permittere in ſtatutis,
iuxta ea, quæ not. Bar. *in d.l. omnes populi, in
3. & 6. quæſt. princip. & in verſ. iuxta præmiſſa
quæro,* & facit, quia eſt capienda interpre-
tatio in ſtatutis, quæ rationabilem ſenſum,
& ſanum intellectum cõtineat, adeo quod
à ſapiente reprehendi non poſſint, ſecun-
dum tex. *in l. Saluius Ariſto. ff. de legat. præſtan.*
Alcia. *reſp. 358. num. 7. verſic. tertio quia,* So-
cin. ſen. *conſil. 64. col. penult. & conſ. 121. nu. 5.*
Menoch. *conſil. 133. num. 6. volum. 2.* Riminal.
conſil. 15. numer. 110. & ſeq. libr. 1. Rolan. à Val.
conſil. 72. n. 42. & ſeq. lib. 3. Ceph. *conſil. 765. n.
35. lib. 5.* & nos *alibi ſupra.*
XII. Limita, quando eſſet impoſſibi-
le, quod ſtatutum † verificaretur in ſuo ca- 202
ſu proprio, & vero, nam tunc trahetur ad
caſum qui iuris, vel conſuetudinis fictione
eſt idem etiam ſtante alio ſtatuto, quod nõ
poſſet in ſtatutis fieri aliqua gloſſa, ſeu in-
terpretatio, ita conſuluit Card. *conſ. 72. co-
lumn. 9. verſ. ad ſeptimum cum quæritur,* vbi
ſtante ſtatuto, quod acta deberent præ-
ſentari D. Patriarchæ in publica forma, &
ſtante alio ſtatuto, quod ſtatuta deberent
ruditer intelligi, & ad textum abſque ali-
qua interpretatione, & gloſſa, eueniente
caſu, quod Patriarcha eſſet mortuus, & ſe-
des Patriarchalis vacaret, ille, qui teneba-
tur præſentare acta coram Patriarcha, di-
cetur ſatisfeciſſe ſtatuto, ſi ea præſentaue-
rit coram eo, qui de conſuetudine prouin-
ciæ faciebat idem conſiſtorium cum Pa-
triarcha, ex quo erat impoſſibile, quod ſta-
tutum poſſet verificari in caſu ſuo vero,
cum Patriarcha eſſet iam mortuus, ex quo
auditorium illius, coram quo præſentauit
acta erat idem, cum auditorio Patriarchæ,
ita

Digitized by Google

ita permittente conſuetudine, actus perinde erit, ac ſi factus fuiſſet coram Patriarcha, idem referendò Card. ſenſit Montepic. *d.conſ.85.n.27.verſ.tertio limitatur*, & faciunt not. per Bal. poſt gloſſ. *ibi in l. ſi quis poſthumos, in fi.princ.ff.de lib.& poſthum.* quo
203 in loco dixit, † quod appellatione poſthumi venit filius adoptiuus, quando teſtator erat eius conditionis, quod nullos filios poſthumos habere poterat, eo quia vtputa erat in ſacris conſtitutus.

XIII. Limita, vt non procedat cõclu-
204 ſio, quando contrarium ſuaderet † cõſuetudo loci, nam ſecundum illam ſtatuta minus ſtricte, & minus proprie interpretabũtur, prout fuerit conſuetum, ſecundum trad. per Bar. *in l. Labeo, ff. de ſupellect. leg.* Alcia. *de præſump. reg. 1. præſump. 48. n. 12.* vbi id-
205 eo dixit, † quod licet aliqua ars eſſet aliâs vilis, tamen ſi ex conſuetudine ciuitatis reputaretur nobilis, erit nobilis exiſtimãda, & per conſequens ſi ſtatutum prohiberet admitti in Collegium eum, cuius pater artem vilem exercuiſſet, non reijcietur ille, cuius pater artem aliâs generaliter vilem, ſecundum tamen conſuetudinem ciuitatis nobilem reputatam exercuerit, quod placuit etiam Cephal. *conſ. 611. num. 31. vol. 4.* & faciunt, quæ nos late diximus alibi de interpretatione prouenienti ab obſeruantia, & conſuetudine, in concluſione, *quod ſtatuta recipiunt interpretationem à iure communi.*

XIV. Limita, vt non procedat con-
206 cluſio quoad ea, † quæ in ſtatuto eſſent dicta, gratia exempli, nam ſicut exempla nõ reſtringunt diſpoſitionem, ita ex eo non per hoc ſumetur ſtricta interpretatio, & intelligẽtia ſecundum not. *in l. 1. §. quod vulgo, ff. de vi, & vi arma. & in l. damni infecti ſtipulatio pertinet, ff. de damn. infect.* Imol. *in d. l. ſi vero, §. de viro, ff. ſolut. matrim. column. 8.* gl. *in clement. 1. ſuper ver. Præſidentes, in fin. de reſcript.* vbi etiam Ant. de But. Card. & Imol. qui notauit, quod dictum in vno etiam in conſtititutione pœnali, non videtur negatum in alio, quãdo ratione frequentioris vſus id, quod eſt dictũ, fuit expreſſum.

Notandum eſt pro ſupra in diſcurſu adductis, quatenus de hoc aperte non eſſemus locuti, † quod in omnibus caſibus, in 207
quibus fuit conceſſum, fieri extenſionem in correctorio ſtatuto, multo magis erit extenſio etiam licita, & permiſſa in ſtatuto pœnali, & exorbitanti, cũ magis ſit ſtricte procedendum in correctorijs, quã in pœnalibus, vel exorbitantibus, iuxta not. *in d. authen. quas actiones, & in l. præcipimus, C. de appellat.* Euer. *in d. loco à ratione larga, nu. 42. & 55.* cum ibi per eum allegatis.

Nota etiam ad concluſionem, quod ſi in ſtatuto reperiretur verbum † habens 208
plures, ſed tamen omnes proprias ſignificationes, illa accipietur ſignificatio verbi, quæ congruet magis ſubiectæ materiæ, ita Bar. *in d. l. omnes populi, nu. 38. verſ. iuxta præmiſſa quæro*, per tex. *in l. ſi vno, ff. loca. & in l. quoties idem ſermo, ff. de reg. iur.*

Propria autem ſignificatio verbi cognoſcetur: † Primo ab auctoritate, vt ſi in 209
aliqua lege ſic dicatur, *vt in leg. proprie, ff. de verb. ſignific. & in multis aliis legibus eiuſdem tituli.*

Secundo à diffinitione, vt *in l. 1. ff. de teſtam. & in l. 1. ff. de tut. & Inſtit. de oblig. in princip. & de action. in princip.*

Tertio quando prædicta deficient, ſumetur propria ſignificatio ex alluſione, ſeu deriuatione vocabuli, vt *in l. pupillus, §. territorium, ff. de verb. ſignif. & in l. tugurij, ff. eod.* dummodo tamen alluſio non repugnet limitationi, ſeu qualificationi factæ à iure, vt *in l. 2. §. appellata, ff. ſi cer. pet.* vbi mutuum dicitur, quod de meo fit tuum, & non tamen vbicunque fiet de meo tuum, illud erit, propter alluſionem vocabuli, aut dice-

Digitized by Google

tur mutuum, ſtantibus alijs qualificationibus, & requiſitis à iure ad hoc, vt mutuum conſtituatur, de quibus *in d. l. 2.* prout hoc nos docuit Bar. *in d. l. omnes populi. n. 59.*

CONCLVSIO V.

Generalis diſpoſitio ſtatuti quando, & in quibus generaliter procedat, vel non.

SVMMARIA.

1 *Statutum generaliter loquens generaliter debet intelligi.*

2 *Statutum vbi nō diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*

3 *Appellatione generaliter prohibita per ſtatutum cēſetur tam de deuolutiua, quam de ſuſpenſiua.*

4 *Generalia verba ſtatuti eo magis ſunt generaliter intelligenda, ſi aliàs ſtatutum nihil operaretur.*

5 *Generalitas ſtatuti procedit etiam quoad caſum, in quo maior eſſet ratio, quam in alio.*

6 *Generalitas ſtatuti procedit etiā in materia odioſa, niſi aliter appareat de mente ſtatuentis, vel eſſet fruſtratorium ſtatutum.*

7 *Generalitas ſtatuti indubitate obſeruatur, quando in omnibus caſibus eſt eadē ratio.*

8 *Interpretatio legis procedit ſecundum ipſius rationem.*

9 *Ratio vbi eſt eadem, caſus pro expreſſo reputatur.*

10 *Lex eſt omne, quod ratione legis conſiſtit.*

11 *Indefinite loquens ſtatutum indefinite debet intelligi, maxime ſi verba indefinita ſunt adiuncta perſonis, & nominibus collectiuis, & quando eſt eadem ratio omnium in ratione indefinita comprehenſorum, vt* num. 12. & 13.

14 *Statutum etiam dubium generaliter eſt intelligendum.*

15 *In dubio ſtandum eſt verbis ſtatuti.*

16 *Statutum etiam durum debet generaliter intelligi.*

17 *Specialitas in principio ſtatuti non officit, quin generale in fine generaliter ſit intelligendum.*

18 *Generalitas ſtatuti in principio attenditur, licet poſtea loquatur per verba ſpecialia, de quo dic vt* num. 22.

19 *Exempla regulam non reſtringunt.*

20 *Ratio finalis ſtatuti ex proœmio colligitur.*

21 *Proœmij, ſiue præfationis verba attenduntur in intelligentiis ſtatuti.*

23 *Generalitas ſtatuti eo magis attenditur, ſi ſtatuta eſſent intelligenda ad literam.*

24 *Generalia verba ſtatuti tunc præcipue generaliter procedunt, ſi id ratio recti ſermoni ſuadet.*

25 *Feſtari permittens ſtatutum quemlibet cuiuſuis conditionis, comprehendit etiam aliàs inhabiles.*

26 *Generalitas ſtatuti extenditur etiam ad acceſſoria principalis diſpoſitionis.*

27 *Ratio generalis in ſtatuto ampliat ſtatutū ad caſus à tali generalitate cōprehenſos.*

28 *Ratio ſtatuti vbi militat, ibi & ſtatutum eſſe dicetur.*

29 *Generalitas ſtatuti præcipue obſeruatur in materia fauorabili.*

30 *Fauorabile ſtatutum quod dicatur, remiſſiue.*

31 *Fraus, vt euitetur, & præiudicium alterius lata debet fieri interpretatio.*

32 *Generalitas ſtatuti non operatur in caſibus ex ſpeciali cauſa, & ratione diſpoſitis, quod intellige, vt* n. 33. 34. 35.

36 *Minores, furioſi, mulieres, abſentes, & ſimiles, quando à generalitate ſtatuti cōprehendantur.*

37 *Generalitas ſtatuti non habet locum; quādo ſic quis indebite damnum pateretur.*

38 Su-

38 *Superſlua debent potius reddi ſtatuta, quã quod quis indebite damnum patiatur.*

39 *Generalitas ſtatuti non attenditur, quando quis indebite ad lucrũ admitteretur.*

40 *Excellentia perſonæ facit ceſſare generalitatem ſtatuti.*

41 *Arbiter extra locum compromiſſi non poteſt ſententiam ferre, niſi ſit dignitatis, vel peæeminentia excellentis.*

42 *Laicus etiam merus poteſt eligi in Epiſcopum, ſi vita ſingulari exemplo reſplendet.*

43 *Iudex in dignitate poterit legere ſententiã per alium, nõ obſtante* l. 2. C. de ſenten. ex breuic. recitan.

44 *Vtilitas perſonæ facit quod recedatur à generalitate ſtatuti.*

45 *Mulier in vtilitate vitæ conſtituta propter meretriciũ poterit capi, non obſtante ſtatuto prohibente mulierem capi poſſe.*

46 *Patri ſi permittitur, etiam filio contradicente remittere iniuriam illatam filio, non intelligitur de patre, qui vitæ vtilitate ſordeſcit.*

47 *Paruitas rei limitat generalitatem ſtatuti.*

48 *De minimis non curat Prætor.*

49 *Parum, & nihil æquiparantur.*

50 *Alienare domũ in forenſem prohibitus, non intelligitur de alienatione paruæ domus.*

51 *Syndici ſi tenentur denunciare percuſſiones, non tenentur denũciare, vbi eſt ſolum leuis ſciſſura cutis.*

52 *Pro paruis vitiis non datur redhibitoria.*

53 *Vulnuſculum non venit appellatione vulneris in ſtatuto.*

54 *Canon, ſi quis ſuadente diabolo, non habet locum in leui offenſa.*

55 *Simonia non inducitur per exiguam quantitatem muneris.*

56 *Filius non reuocatur in poteſtatem pro leui offenſa.*

57 *Donatio non reſcinditur pro leui offenſa.*

58 *Minor non reſtituitur pro minimo damno.*

59 *Prælatus prohibitus alienare res Eccleſiæ nõ prohibetur alienare res modici præiudicij.*

60 *Apothecam minimam poſſidens poterit perſonaliter capi, non obſtante ſtatuto prohibente generaliter poſſidentem apothecam pro ſuſpecto capi.*

61 *Forenſis prohibitus acquirere immobilia, poterit tamen acquirere domunculam.*

62 *Tutor quis eſſe poterit debitor modicæ quãtitatis, non obſtante ſtatuto, quod debitor non poſſit eſſe tutor.*

63 *Gradus perſonæ limitat generalitatem ſtatuti.*

64 *Procurator qui aliàs non admitteretur in cauſa criminali, propter perſonæ gradum admittetur.*

65 *Clericus perſonæ illuſtri æquiparatur.*

66 *Intellectus, bonitas, & peritia facit, vt recedatur à generalitate ſtatuti.*

67 *Scholaris optimi intellectus, & peritiæ præfertur Doctori imperito.*

68 *Ordinari poteſt etiam parum ſciens, ſi tamen eſt ſpes, quod poſſit proficere.*

69 *Pacis cauſa non attenditur generalitas ſtatuti.*

70 *Scandali euitandi cauſa non eſt ſtandum in generalitate ſtatuti.*

71 *Executio ſententiæ nõ ſuſpendetur, non obſtante ſtatuto, quando ex dilatione generaretur ſcandalum.*

72 *Scandalum quid dicatur.*

73 *Specialia 33. ob euitanda ſcandala, remiſſiue.*

74 *Mora ob periculum receditur à generali diſpoſitione ſtatuti.*

75 *Inordinata promotio reſtringit generalitatem ſtatuti.*

76 *Doctor per ſaltum promotus non venit in priuilegio conceſſo Doctoribus à ſtatuto.*

77 *Doctores abſq; examine requiſito, & velo leuato promoti per aliquem habentẽ auctoritatem Doctores faciendi, non gaudent prærogatiua Doctorali.*

Digitized by Google

officium, & reprehenduntur, qui procurant mitti Ianuam pro rebus communitatis.

117 *Neceſſitas officii excuſat à generalitate ſtatuti.*

118 *SarZanæ ſtatutum* quod pater non poſſit ſine venia à filio vocari in iudicium, *declaratur.*

119 *Neceſſitas in perſona propria non ſubiacet generalitati ſtatuti.*

120 *Locator indigens pro ſe re locata poteſt à locatione recedere.*

121 *Appellatio non datur à ſententia de exfratando.*

122 *SarZana ſtatutum ſub rubric.* de lit. & quæſt. propinq. per arbitr. terminan. lib. 3. cap. 20. §. etſi arbiter, *declaratur.*

123 *Contrauenienſ ſtatuto propter neceſſitatem, non dicitur contrauenire.*

124 *Defectus copiæ ſuperioris permittit aliquem poſſe capi pro debito abſq; licentia, non obſtante ſtatuto in contrarium.*

125 *Fictus caſus non comprehenditur à generalitate ſtatuti.*

126 *Vicinitas actus perſonæ, vel loci limitat generalitatem ſtatuti.*

127 *Ad cœmiterium Eccleſiæ fugiens, eſt tutus ratione cohærentiæ, ſicut in Eccleſia.*

128 *Mala valetudo corporis excuſat à generalitate diſpoſitionis ſtatuti.*

129 *A republica miſſus, quouſque infirmus manet, dicitur reipublicæ cauſa abeſſe, etiam finito negotio.*

130 *Multitudo ſuperueniens, excuſat à generalitate ſtatuti, & illam reſtringit.*

131 *Ob frequentiam caſuum, & delictorum iudex poteſt excedere pœnam ſtatuti, & admonentur ciues arma SarZanæ portantes.*

132 *Contumacia nimia facit recedere à generalitate ſtatuti.*

133 *Remunerationis cauſa reſtringit generalem diſpoſitionem ſtatuti, contra quam ideo multa permittuntur.*

134 *Dignitas maior in concedente alterat ſtatutum de aliquo caſu generaliter diſponens.*

135 *Superuenientia rei facit, vt recedatur à ſtatuto generali.*

136 *Inſtrumenta de nouo eſſe reperta, quomodo probetur, remiſſiue.*

137 *Ignorantia iuſta excuſat à generali prohibitione ſtatuti.*

138 *Ignorantia quando præſumatur.*

139 *Concluſio in cauſa multa operatur contra generalitatem ſtatuti.*

140 *Ob ſenectutem receditur à generalitate ſtatuti.*

141 *Neceſſitas eximit à generalitate ſtatuti.*

142 *Factum contra generalem diſpoſitionem ſtatuti operatur ſaltem in tantum.*

143 *Ratio, ſine cauſa diſpoſitionis ſtatuti adiecta diſtinguit generalitatem ſtatuti, imo facit recedere à propria ſignificatione verborum, etiamſi non eſſet expreſſa, ſed coniecturata, vnica tamen, vt* nu. 144. & 145.

146 *Generalitas ſtatuti ſemper reſtringitur ad ea, quæ ſtatuentes facere poſſunt.*

147 *Actus humani regulantur, & interpretantur à poteſtate facientis.*

148 *Correctio iuris communis, vt euitetur, ſtatuta ſunt reſtringenda.*

149 *Statuentes non præſumuntur corrigere, quod eſt diſpoſitum à iure communi.*

150 *Æquitas naturalis vincit generalitatem verborum ſtatuti, etiamſi adeſſet clauſula* non aliter, nec alio modo, *& etiam ſi præcederet ſtatutum, vltimo loco compilatum generaliter diſponens, vt* numer. 151.

152 *Inæqualitas, vt euitetur inter perſonas comprehenſas in diſpoſitione, receditur à generalitate ſtatuti, imo & à proprietate verborum, vt* num. 153.

Digitized by Google

154 *Diuerſitas rationis facit, vt omnia ſub generalitate ſtatuti minime comprehenſa dicantur.*

155 *Abſurdi euitandi cauſa reſtringitur generalitas ſtatuti, etiamſi ſtatuta ſint intelligenda ad literam, & etiamſi verba ſtatuti eſſent impropriãda, & etiamſi ageretur de fauore publico, vt* num. 156. 157. & 158.

159 *Correctio ſtatutorum, & contrarietas in iam diſpoſitis, ne inducatur generalitas ſtatuti, eſt reſtringenda.*

160 *Generalitas ſtatuti reſtringitur generaliter ex veriſimili mente ſtatuentium.*

161 *Generalitas ſtatuti accommodatur ſolum quoad ſolita, & ordinaria, ſecus quoad inſolita, & extraordinaria.*

162 *Diſpoſitio qualibet recipit interpretationem ab eo quod eſt conſuetum.*

163 *Dictiones quædam, & quæ reſtringunt generalitatem ſtatuti, quod declara, vt* num. 164. & 165. & 166.

167 *Reſtrictio per aliud ſtatutum facta admittitur contra generalem diſpoſitionem alterius ſtatuti, ſicut econtra.*

168 *Doloſus caſus vt euitetur, reſtringitur generalitas ſtatuti, etiamſi ſit dolus præſumptus, vt* num. 169.

170 *Præcedentia, & ſequentia reſtringunt generalitatem ſtatuti, & econtra.*

171 *Adiuncti ratione receditur à generalitate ſtatuti, vt ſi in diſpoſitione adeſſet,* ſi quis homo, vel nullus homo, *nam in ſolo maſculo verificabitur, licet alias terminus* homo *abſolute poſitus ſit communis tam ad maſculum, quam ad fœminam.*

172 *Generalitas ſtatuti reſtringitur ſecundum proprietatem verborum, ſaltem in materia reſtringibili.*

173 *Generalitas ſtatuti reſtringitur ad ſuam cauſam.*

174 *Pater, ſi obligatur vigore ſtatuti pro filio mercatore, intelligitur, quoad negotia mercantiæ tantum.*

175 *Generalitas ſtatuti reſtringitur, ſi ſtatuti verba nihil alias operarentur.*

176 *Princeps, ſiue dominus loci non comprehenditur à generalitate ſtatuti ſubditorum.*

177 *Princeps confirmans ſtatuta omnia ſubditorum, non dicitur confirmare ea, quæ ſunt contra ſe.*

178 *Minor contrahens cum Principe ſuperiore obligatur etiam abſque ſolemnitatibus à ſtatuto loci ſubditi requiſitis.*

179 *Perſona loquens, non continetur in generali ſermone.*

180 *Princeps vtens aliquo ſtatuto, pro ſe debet vti cum ſuis qualitatibus.*

181 *Princeps non præſumitur vti plenitudine poteſtatis, imo peccaret, niſi iuſta, & legitima cauſa ita ſuadente illam exerceret.*

182 *Poſſe illud dicimur, quod honeſte poſſumus.*

183 *Princeps à Deo conſtitutus eſt, vt iuſtitiam faciat & iudicium.*

184 *Principis poteſtas licet ſuprema, tamen intra fines iuſtitiæ ſemper concluſa manere debet.*

185 *Ciuitas ipſa in vniuerſo, à quo ſtatuta emanarunt, non comprehenditur ſub illorum generalitate.*

Statutum generaliter † loquens, generaliter debet intelligi: iſta regula probatur per Bald. *in l. non dubium*, vbi etiam Iacob. de Aren. C. *de legibus, & in l. 1. §. generaliter, ff. de leg. præſtan. in l. 3 ff. de officio præſid. in l. de pretio, ff. de pollicitat. cap. quia circa, de priuileg. in l. ſi quis ſeruum, §. non dixit prætor, ff de acquirend. heredit. in l. ſi rem, la 1. §. fin* vbi gloſſ. *ff. de euictionib. in l. Iulianus, ff de legat. 3. in cap. ſolita, in fin. de maiorit. & obedient. in l. 1. §. quod autem, ff de aleator. in l. fin.* 1

§ vxori,

Digitized by Google

§. vxori, ff. de auro & argent. legat. in l. in ſtan dem, §. fin. vbi Bald. ff. de milit. teſtamen. Angel. in l fin. col. vlt. verſic. tertio quæritur. ff. de conſtit. pecun. Dec. in cap. 1. num. 28. de conſtit. Petr. Duen. reg. 133. Dd. in l. 3. §. ſi liber homo, iuncta gloſſ. in verb. accepiſſet. ff. de cond. ob cauſ. in can. ſi Romanorum, 19. diſtinct. Roman. in l. ſi vero, §. de viro, num. 19. ff. ſolut. matrimon. Iaſ. in d. l. non dubium, num 38. C. de legibus, Marſil. in l. cum vnius, §. cognitorum, num. 26. & ſeq. ff. de quæſt. Crauet. conſil. 294. num. 5. & conſil. 307. & 308. num. 3. Franciſc. Viu. lib. 1. commun. opin. 322. & ratio eſt: quia
2 vbi † ſtatutum non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, Bartol. in d. l. de pretio, Crot. in l. omnes populi, num. 166. ff. de iuſtit. & iure, Alexand. conſil. 55. col. fin. vol. 1. Maluaſ. conſil. 7. num. 24. Decian. reſponſ. 7. num. 16. lib. 1. Bertaz. conſil. crimin. 212. num. 11. lib. 1. & conſil. 166. num 39 eodem lib. 1. Cephal. conſil 573. num. 1. lib. 4. 561. num. 7. eodem lib. 4. 309. num. 33. lib. 3. 414. num. 66. eodem lib. 3. Rot. deciſ. 330. part. 2. vbi voluit, quod ſtatu-
3 tum generaliter † prohibens appellationem intelligendum eſt tam de deuolutiua, quam de ſuſpenſiua, vt per Grat. conſil. 163. num. 8. vol. 3.

Primo amplia, vt tanto magis procedat
4 concluſio, ſi alias ſtatutum nihil † operaretur, ita Bart. in d. l. non dubium, C. de legib. & in d. l. omnes populi, num. 55. 6. quæſt. princip. & in l. 3. C. de vſucap. & in l. 4. § prætor ait, col. 3. verſic. quæro, quod ſi ſtatutum, ff. de damno infecto, ita etiam Bald. in cap. paſtoralis, col. 1. num. 2 de appellat. per text. quem ad hoc dicit ſingularem in l. heredibus, §. fin. ff. ad Trebellian. Decian. reſponſ. 31. num. 14. lib. 3. & Iaſ. in authent. quas actiones, num. 22. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Imol. in d. l. ſi vero, §. de viro, ff. ſoluto matrimon. Riminald. conſil. 40. num. 40. lib. 1. Caſtrenſ. conſil. 175. num. 5. lib. 1. faciunt notata in l. ſcire oportet, §. aliud, vbi Bald. ff. de excuſat. tut.

Secundo amplia, vt procedat etiam quo ad caſum, in quo maior eſſet † ratio, quam 5
in alio, nam omnes ſub generali ſtatuto comprehenduntur, d. l. 1 §. quod autem. ff. de aleat. et d. l. fin. §. vxori, ff. de auro, & argent. legat. d. l. 1. §. cum generaliter, ff. de legat. præſtan. Decian. reſponſ. 17. num. 16. lib. 1. Dec. in l. pecuniam, num 11 ff ſi certum petatur, Cephal. conſil 235. num. 25. lib. 2. conſil. 336. num. 30. conſil. 309. num 33. lib. 3. & ratio eſt, quia ſtatuentes, qui non diſtinxerunt caſum etiam maiorem in ſe rationem habentem ab alio de minori, omnia ſub generalitate ſtatuti cenſentur comprehendere voluiſſe, ita Burſat. conſil. 40. num. 6. lib. 1. Dec. conſil. 5. num. 2. & conſil. 20. col 2. ad fin. & conſil 536. num. 9. Bertazzol. conſil. crimin. 526. num. 5. lib. 2. hinc Cepol. in authent. ſed nouo iure, num. 61. C. de ſeru. fugitiu. dixit, quod ſtatutum generaliter loquens de furto, comprehendit omne furtum, tam grande, & magnum, quam minimum, licet magnitudo rei furatæ ſit qualitas grauans delictum, & propter hoc alia ſit ratio in furto paruo, quam in magno, vt etiam de communi teſtatur Farinacius de delict. & pœn. quæſt. 18. num. 95. de quo etiam per nos alibi, & facit, quod generalis loquutio quoad verba nihil intactum relinquere dicitur, Bald. conſil. 305. & conſil. 191. col. vlt. vol. 1. & ampliationem ſequutus eſt etiam Tiraquell. de retract. conſanguin. §. 1. gloſſ. 14. nu. 101. cum ibi per eum. *

Tertio amplia, nam etiam in materia odioſa lata † fit interpretatio, vt diſpoſitio, 6
& ſtatutum generaliter loquens, generaliter intelligatur, ita Decian. d. reſponſ 17. n. 16. lib. 1. per ea, quæ voluit Angel. in l. fin. col. vlt. verſic. tertio quæritur. ff. de conſtit. Princ. & etiam quia materia odioſa nõ per hoc excludit interpretationem, quæ inſurgit ex proprietate, & ex natura generalis ſermonis, vt eſt tex. in l. cum lege, vbi Aretin. de teſtam.

Calderin.

Digitized by Google

Calderin. *conſil.1.in princ. de conſanguinit. & affinit.* vbi dicit hoc verum, niſi aliter appareat de mente ſtatuentis, vel niſi aliter redderetur eluſoria diſpoſitio ſtatuti, & idem tenuit *in conſil. 24. de præbend. per cap. fin. de tranſlat. Prælat. & cap quod dilectio, de conſanguin. & affinit.* & facit text. *in cap. ſi quam, de ſentent. excommunic.* quem ad hoc adducit Dec. *in cap. non liceat, col. 2. in fin. de præbend. & conſil. 61. num. 1. conſil. 20. col. 2. in fin. & conſil. 5. in fin.*

Quarto amplia, vt indubitate procedat,
7 quando in omnibus caſibus † eſt eadem ratio, vt per Bart. *in l. ſi pluribus. ff. de legat. 2. per cap. quia circa, de elect. in 6.* Decian. *d. reſponſ. 17. num. 16. lib. 1.* Calderin. *in conſil. 1. in princ. vt lit. pendent.* vbi dixit, quod cum in-
8 terpretatio legis † procedat ſecundum ipſius rationem, *c. nuptiarum, 27. quæſt. 1. c. ſic enim, 28 quæſt. 1. cap. debitum, de bigam.* ſequitur, quod caſus, in quo ſubeſt per omnia ratio legis, ſaltem tacite incluſus intelligatur, *l. quædam, § nummularios, ff de edend. l. ſi poſtulauerit. §. ratio, ff. de adult.* & ſic non eſſet nouum caſum addere, ſed quod primo in ratione legis includebatur, detegere, ſiue declarare iuxta *cap. ſi poſtquam, de elect. in 6. & cap. nouit, de appellat.* & facit, quia caſus,
9 in quo ſimilis habetur † ratio, pro expreſſo reputatur, notatur *in l. Gallus, in gloſſ. non ſolum, ff. de liber. & poſthum.* nec mirum, quia
10 lex eſt omne, † quod ratione legis conſiſtit, & per conſequens, vbi habet locum legis ratio circa illud, & prodita lex dicitur, notatur *in c. conſuetudo, 1. diſtinct.*

Quinto amplia, vt idem ſit, ſi ſtatutum
11 loqueretur † indefinite, nam in diſpoſitione legali, & ſtatutaria indefinita ratio æquipollet vniuerſali, ita Decian. *d. reſponſ. 17. num. 20. lib. 1.* per ea, quæ dicit Bart. *in d. l. ſi pluribus, ff. de legat. 2.* gloſſ. *in d. c. vt circa, de elect. in 6* late Dyn. *in rubr. de reg. iur. in 6.* vbi etiam Ancharan. Bart. *in l. 1. ff. de reg. iur.* Oldrad. *conſil. 100. in executione,* Bald. *conſil. 52. lib. 1. & conſil. 180. col. 1. lib. 2.* Alexand. *in l. qui filiabus, in princ. ff. de legat. 1. & conſil. 7. & 100. in princ. lib 1. & conſil. 33. lib. 7.* Bart. *in l omnes populi, in vlt. quæſt. verſic. iuxta præmiſſa quæro. ff. de iuſtit. & iur.* idem Alexand. *conſil. 26. num. 3. lib. 4.*

Subamplia iſtam vltimam ampliationem, vt maxime procedat, † quando inde- 12
finita eſt adiuncta perſonis, & nominibus collectiuis, vt ſunt liberi, filii, agnati, cognati, deſcendentes, & ſimilia, ita Decian. *d. reſponſ. 17. num. 21. lib. 1.* per ea, quæ dixit Bart. *in d. l. ſi pluribus, in princ.* per illum text. & alium, notatur *in l. ſi quis ita, § fin. ff de teſtam. tut.* & facit text. *in l. fin. C. de ſuis, & legitim. & in authent. de heredib. ab inteſtat. in princ.*

Intellige tamen ampliationem, vt vera ſit, quando eſt eadem ratio † omnium in 13
o ratione indefinita comprehenſorum, ita Bartol. *in d l. omnes populi, in 3. quæſt. 6. quæſt. princ. verſic. quandoque in ſtatuto,* Alexand. *conſil. 201. num. 13. lib. 6. per l. quæſitum, §. illud, & l. ſi cui, & l. heres meus, § 1. ff. de legat 3. iuncta d. l. ſi pluribus,* vbi Dd. *ff. de legat. 2.* gloſſ. *in d. c. vt circa, in verb. aliunde, de elect. in 6.* Dyn. *in d. rub. de reg. iur. in 6* gl. & Dd. *in c. 2. de coniugat. leproſ.* Bald. *in l. 1. ff. de lib. & poſthum.* Angel. *in l. cum quiddam, C. de impuber. & al. ſubſtitut. l. ſi ita relictum, in princ. ff de legat. 2.* Alexand. *d. conſil. 261. num 3. vol. 4.*

Sexto amplia, vt procedat, etiamſi eſſet aliquod † dubium, an ſtatutum ſit genera- 14
le, vel non, ita Petr. Duen. *d reg. 133. num. 1.* ea ratione, quia lex ſimpliciter loquens, præſumitur comprehendere omnem caſum, vt *in d. l. 1. §. quod autem, ff. de aleator. & in d. l. in fraudem, §. fin. ff. de teſtam. milit.* Galliaul. *in l. 1. § fin. de verbor. obligat. l. fin. §. vxori. ff. de aur. & arg. legat.* & facit, quia quando eſt dubia cauſa ſtatuti, † ſtandum eſt le- 15
gi, & illius verbis, nec ab eis eſt recedendum

dum

dum in dubio, *l.1.§. is qui nauem, ff. de exercit. act. l. non aliter, ff de legat. 3* Euerard. *in ſua cent. loc. à ratione legis ceſſ. nu 11.* Cephal. *conſil. 36. num. 19 lib. 1.*

Septimo amplia, etiamſi tale ſtatutum
16 generaliter intellectum † contineret rigorem, & eſſet durum, ita Petr. Duen. *vbi ſupra, num. 20.* de quo dicit eſſe text. *in l. proſpexit, ff. qui, & à quibus,* Iaſ. *in d. l. non dubium, nu. 31. C de leg. b. c in memoriam, 19. diſt.* Euerard *in ſua cent. in loc. à ratione legis, nu. 4.*

Octauo amplia, etiamſi ſtatutum eſſet
17 generale † in fine, & ſpeciale in principio, idem Duen. *ibidem, num. 3.* per gloſſ. apertam *in rubr. C. etiam ob ch rograph pecun.* vbi etiam Alber.

Nono amplia, etiamſi ſtatutum eſſet ſo-
18 lum generale † in ſui præfatione, & initio, quia licet poſtea loquatur per verba ſpecialia, quæ certas perſonas videantur reſpicere, tamen totum ſtatutum erit generale, gloſſ. *in d rubric.* & ita idem Duen. *d. reg. 133. num. 4.* per text. & ibi Bart. *in l. regula, § fin ibi, nam initium conſtitutionis, ff de iur. & fact. ignorant.* facit, quod dixit Crauet. *conſil. 221. num. 7. lib. 2. verſic ſeptimo verba quietationis,* vbi voluit, quod generalia verba regulantur ex præfatione, etiamſi ratio ipſius diſpoſitionis eſſet ſpecialis, quia attenditur ratio finalis, quæ colligitur ex procemio, & ſecundum illam large interpretantur ea, quæ de ſui natura alias reſtringerentur, allegat Socin. *conſil. 96. col. 2. lib. 1.* Dec. *conſ. 10.* & idem Dec. *in d c. 1. in 1. lect. nu. 35. de conſtit.* Curt. iun. *conſil 185. num. 1.* facit, quod notat Signor. *conſil 6. nu 6.* Imol. *in l. ſi ita quis, §. ea lege. ff. de verb. obligat.* & facit, quia exempla
19 regulam † non reſtringunt, *l. à Diuo Pio, in princ. ff. de re iudic l. damni infecti ſtipulatio, § fin. ff. de damn inf. & cap. 1. ne clerici vel monach.* Dec. *conſil. 102. num. 4. cum ſeq & conſil. 51. num 2. per tot.* & facit, quia, vt diceba-
20 mus, ratio finalis † ſtatuti, & diſpoſitionis ex procemio colligitur, *l. fin.* vbi Bart. *ff. ad Macedon.* Dec. ad propoſitum *in cap. 1. nu. 78. de probat.* & facit, quod communiter concluditur per Dd. *in d. l. regula ff de iur. & facti ignor.* quod quando procemium eſt † ge- 21
nerale, licet poſtea ſubiiciantur verba ſpecialia, tamen virtute procemii generalis reſultat diſpoſitio generalis, & Bald. *ibid.* dicit, quod præfatio legis dat intellectum toti legi. Hinc dicitur, quod procemia, & præfationes demonſtrant cauſam finalem diſpoſitionis, à qua licitum eſt ſumere argumentum ad deciſionem cauſarum, text. *in l. 1. ff. ſi certum petat.* faciunt tradita late per Barbat. *conſil. 19. col. 1 & 2. vol. 2.* ſicut econtra dicebat Crauet. *conſil. 221. num. 8. lib. 2.* quod quando ex præfatione ipſius ſtatuti apparet, fuiſſe de mente ſtatuentium, non generaliter, ſed ſtricte voluiſſe diſponere, ſtatutum ſtricte, & non generaliter intelligeretur, de quo etiam per nos in concluſ. *quod ſtatuta recipiunt interpretationem à iure communi.* & in alia concluſ. *quod de duobus ſtatutis vltimum eſt attendendum.*

Limita iſtam ampliationem, vt procedat, quando initium ſtatuti eſſet genera-
le † per modum regulæ, & poſtea infertur 22
ex regula ad caſum ſpecialem, nam tunc bene attenditur generale principium ſtatuti, ſed quando ſtatutum poſt principium generale non procederet inferendo, ſed vlterius declararet mentem ſuam à generalitate, de qua in principio, diuerſam; tunc non procederet ampliatio, ſed haberet locũ, quod dicitur, videlicet quod præcedentia per ſequentia declarantur, ita dicit Dec. *d. conſil. 102. nu 5.* & ita fuit de mente Imol. *in d. l. ſi ita quis, §. ea lege, in verſic. non obſtat. ſi dicatur, ff. de verborum obligationib.* & facit text. *in d. l regula, §. Imperatores, verſic. & licet, ff. de iuris & facti ignorant.* Simon de Prætis *in lib. 2. de interpretat. vlt. voluunt. in fin. num. 4.* ſed de hoc vide in dicta

Cc concluſ.

Digitized by Google

concluſ. *quod de duobus ſtatutis vltimum eſt attendendum.*

Decimo amplia concluſionem, vt tanto
23 magis procedat, ſi extaret † ſtatutum prout extat Ianuæ *de extrinſeco intellectu*, &c. quo cauetur ſtatuta eſſe ad literam intelligenda, quia tunc generalitas ſtatuti non poſſet reſtringi, quia interpretatio reſtrictiua eſt contra literalem ſermonem, *l. ſi ſeruitus, ff de ſeru. vrban. præd.* Bald. *conſil. 371. verſic. in contrarium, lib 5.* Crauet. *conſil. 131. num. 10. verſic. nec obſtat*, Dec. *conſil. 64. column. 3. num. 5.* Brun. *de ſtatut. fœmin. excluſ. artic. 5. quaſt. 29. verſic. & tunc, & verſic. tale ſtatutum operatur.* Burſat. *conſil 114. num. 36. volum. 3.* Bald. *in l. 2. C. de patr. qui fil. num. 6.* Felyn. *in cap. tranſlato, num. 4. & 12. de conſtitut.* Iaſ. *in d. l. non dubium, num. 30. & 31. verſic. nota tamen, & num. 36. C. de legibus, & conſil. 52. num. 1. volum. 1.* Cot. *in ſuis memorabilib. in verb. ſtatutum cautum eſt, verſic. dicebat ſingulariter Baldus*, & de hoc in concluſione, *quod ſtatuta ſunt ſtricte intelligenda.*

Vndecimo amplia generaliter, & maxi-
24 me procedat, † quando verba ſtatuti eſſent adeo generalia, & prægnantia, vt nullos habeant terminos arctatiuos, & ideo rationi recti ſermonis, vel menti diſponentis, vel diſpoſitioni reſtrictio repugnare videretur, quia tunc generalitas generaliter, & vniuerſaliter debet operari, ita Bald. *conſil. 184. ad fin. lib. 4* Caſtrenſ. *conſil. 333. lib. 2.* Angel. *conſil. 288. in themate, col. 2.* Bellon. *conſil 8. num. 11. & conſil. 13. num. 14.* Bertaz. *conſil. crim. 293. num. 15. lib 2.* ponens exemplum de ſtatuto, quod permitteret, quod
25 quilibet cuiuſuis † conditionis poſſit teſtari, nam generaliter etiam de aliis inhabilibus intelligetur, Cephal. *conſil. 5. nu. 35. lib. 1.* Ruyn. *conſil. 47. num. 3. lib. 3.* vbi ideo dixit, quod ſtante ſtatuto, quod nullus forenſis ſuccedere poſſet ab inteſtato, ex illo verbo, *nullus*, quod eſt vniuerſale negatiuum, omnis forenſis excludetur, & ſic etiam mater, & alii coniuncti, ſi eſſent forenſes, Bero. *conſil. 44 num. 5. cum ſeq lib. 1.* Alexand. *conſil. 117. col. 2. ſub num 3. verſic. ſubdit etiam, lib. 1.* Iaſ. *l. 2. §. prætor, ff. qui ſatiſd. cog* & Afflict. *deciſ. 106 nu. 6.* Curt. iun. *conſil. 1. col. 1. & ſeq.* Socin. iun. *conſil. 98. col. fin. lib. 1.* Crauet. *conſil. 294. num.*

Duodecimo amplia, vt non ſolum procedat in principali diſpoſitio, † ſed etiam 26
in eius acceſſorio, ad quod verba generalia ſtatuti extenduntur, vt illud comprehendant, ita Bart. *in l. Aurelio, §. caſus, circa fin. ff. de l. ber. l. g.* Salycet. Caſtrenſ. Alexand. Iaſ. & alii *in l ſi de certa, C. de tranſact.* Eucrard. *in loc. à generalitate, num. 9. verſic. ſecundo dicta regula fallit.*

Decimo tertio amplia, vt procedat ſtante maxime generali ratione † in ſtatuto, quæ 27
ampliat tali caſu dictum ſtatutum ad caſus comprehenſos ab ipſa generali ratione, ita Cephal. *conſil. 196. num. 26. lib. 2.* per ea, quæ notantur *in d. l. regula, §. ſed cum quis, ff. de iuris & facti ignorantia.* Bart. *in l pater, §. fundum, ff. de legat. 3.* Decian. *reſponſ. 30. num 12. l b. 3.* Montepic. *conſil. 81. num. 26.* Curt. ſen. *conſil. 80. num. 1.* vnde dicebat Bald. *in cap. 1. §. decedente, circa 7. col qui feud. dare poſſunt, verſic. extra quæritur*, quod vbi ſtatuti † ratio mi- 28
litat, ibi & ſtatutum eſſe dicetur, nec tunc dicetur fieri extenſio, licet procedamus ad alium caſum vltra caſum expreſſum in ſtatuto, ſed erit potius enucleatio, ſiue declaratio eiuſdem caſus, qui latebat ſub eadem ratione ſtatuti, idem voluit Bertazzol. *conſil. ciuil. 24. num. 18* & nos late de hoc in concluſione, *quod ſtatuta ſunt propriè, & ſtricte interpretanda*, in limitationibus, ad quas recurre.

Decimo quarto amplia, vt tanto magis procederet concluſio, ſi eſſemus in mate-
ria † fauorabili, nam tunc ſtatutum gene- 29
raliter.

Google

raliter deberet intelligi, imo ampliari, ita Dec. *d conſil 5. num. 2.* & facit text. *in c. odia, de regul. iur. in 6. cap. ſtatutum, de elect. eodem lib. 6.* Bald. *in l. 3. in 5. notab. ff. de offic. præſid.*

30 quæ autem dicatur materia † fauorabilis, & ſtatutum fauorabile, diximus in alia concluſione, *quod ſtatuta ſunt proprie, & ſtricte intelligenda*, in prima limitatione, vbi etiam late de iſta decima quarta ampliatione, & ibi vide.

Decimo quinto amplia, vt tunc præcipuè habeat locum concluſio, ſi ageretur in
31 aliquo caſu de remouendo † fraudem, quæ fieri poſſet in præiudicium alterius, nam tunc etiamſi materia eſſet odioſa, tamen lata deberet fieri interpretatio, vt fraus excluderetur, Dec. *d. conſil. 5. in fin.* per text. *in l. 1. § pecuniam, ff de calumn. & in l. Iulianus, in princ. & § mutui datio, ff. ad Macedonian. & in cap. quanto, de priuileg. & in cap. ciuitas, de ſent. excommun. in 6.*

Primo limita principaliter concluſionem, vt non procedat quoad caſus ex ſpe-
32 ciali † cauſa fauorabiles, & ſpecialiter priuilegiatos, vt cauſa alimentorum, & ſimilium, nam quoad illos diſpoſitio ſtatuti quantumuis generalis non extenditur, nec illos tanquam ſpeciali ratione diſpoſitos, ſub generali oratione comprehendere dicetur, ita notatur per Dd. *in l. ſciendum, in princip ff qui ſatiſd. cogunt. in l. in teſtamentis, C. de teſtam.* vbi Fulgoſ. *l. hac conſultiſſima, in princ.* vbi gloſſ. Roman. Corn. & alii, *C. qui teſtam. fac. poſſ. l. ſi adulterium, § liberto, ff. de adult.* Iaſ. *in l coheredi, § qui diſcretas in 4. notab ff. de vulg & pupill.* gloſſ. *in d. l ſciendum, in princip.* vbi Bart. & Dd. *ff qui ſatiſdare coguntur,* gloſſ. *in l ex teſtamento,* & ibi Sanct. Seuerin. & Dec. *C. vnde lib.* Paul. de Caſtro *conſil. 427. incip. inhærendo, col. 1. lib. 1.* Abb. *in c. verum, col. 5. verſic. nunc quæro, de foro compet.* Felyn. *in cap. 1. col. 7. verſic. ſecunda diſpoſitio, de reſcript.* Iaſ. *in l. 1. col. 3. num. 9.* vbi etiam alii, *ff. ſolut. matrimon. & in l. filiumfamilias, § Diui, col 8. num. 64. ff. de legat. 1* Maluaſ. *conſil. 42. num. 46. & 48.* Caccialu. *in d. l. omnes populi, num. 127.* qui dixit, quod iura generaliter diſponentia non comprehendunt ſpecialiter priuilegiatos, *per l. 1. C. quando Imper.* vnde in ſtatuto prohibente fieri alienationem in forenſem non comprehenditur cauſa pia, vt dotis, vel alimentorum, prout ſcribit Corn. *conſil. 259. vol. 4.* vbi multa ad propoſitum congerit Cramet. *conſil. 209. num. 1. 199. num. 10.* Grat. *conſil. 40. num 3 vol 2.* cum aliis ad propoſitum ad litis per Burſat. *conſil. 32. num. 24. lib. 1.* Gabriel. *concluſ. 1. num. 10. & 11. de legib. & conſtitut.* & de communi ſententia teſtatur * Burſat. *d. conſil 32. num. 27. & num. 11. lib. 1.* & quod ſtatuta requirentia certas ſolemnitates in teſtamentis non comprehendunt diſpoſitiones factas fauore cauſæ ſpecialiter priuilegiatæ, vtputa piæ cauſæ, dixit Bald. *in l. generali, in fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Abb. *in cap. relatum, num. 5. de teſtamen.* Felyn. *in cap. Eccleſia ſancta Maria, num. 83. de conſtitut.* Alexand. *conſil. 209. col 1. vol. 2.* Dec. *conſil. 455. in fin* Hieronym. Gabr. *conſil. 101. num. 1. lib. 1.* & ſtatuta generalia non comprehendunt dotem, ac bona dotalia, in quibus ſpeciale priuilegium à lege datum locum habet, *l fin.* vbi Salycet. *C. de iure dot.* Iaſ. *in l. 1. in 3. notab. ff. ſol. matrimon. in l. quod dicitur, la 2. col 2. ff. de verbor. obligat.* Gozadin. *conſil. 43. num. 11. & 12.* Ruyn. *conſil. 61. num. 3. lib. 3.* Bald. Nouel. *de dot. 6 part. priuileg. 47.* & communem eſſe dicit Neguſ. *de pignor. 1. membr. 8. part. num. 23.* * ſequitur Cephal. *conſil. 13. num. 43. lib. 1.* cum aliis latiſſime adductis à Tiraquell. *de retract. conſanguin. § 1. gloſſ. 14. num. 91. & 92.* & per Gabriel. *in ſuis communib. concluſ. de legib. concluſ. 1. num. 10.*

Primo ſublimita, vt iſtud verum ſit, quando ſtatutum ſimpliciter † generaliter 33

Digitized by Google

procederet diſponendo, non etiam vbi
non ſimpliciter diſponeret, ſed caſus exci-
peret,in quibus non procederet,quia tunc
exceptio regulam in caſibus nõ exceptua-
tis etiam alias priuilegiatis firmat, & ſub ea
caſus, qui alias non comprehenderentur,
comprehenduntur,*l.nam quod liquide,§ fin.*
ff.de pen. legat. & §.*vt autem lex,in authent.de*
non alien.aut permut.rebus Eccleſ.col.2. Bart.
in l.quæſitum, §.denique, ff.de fundo inſtructo,
& videtur ſentire Dec.*in conſil.5.in cauſa do-*
minæ Mariæ,num.2. quem refert, ſequendo
Malnaſ.*d.conſil.42.num.47.* qui ait,tunc eo
magis prædicta locum habere,quando vl-
tra caſuum exceptuationem adeſſet aduer-
bium *tantum*, cuius virtutis eſt, omnes a-
lios caſus præter exceptuatos nominatim
excludere,*l.iuris ordinem, C.de iuriſdict.omn.*
*iudic.*Bart.*in l 3.§ cum Titio, ff.de adim legat.*
Grat.*conſil.69. in præſenti cauſa,col.2.num.9.*
lib.2.

Declara ſublimitationem, vt non pro-
cedat, quando ſtatutum excipiens aliquos
34 caſus loqueretur† in materia iuris,& ſic eſ-
ſet conforme cum iure communi, quia
tunc, cum non agat ſpecifice derogare iu-
ri, recipit omnes limitationes iuris, & per
exceptionem vnius caſus non cenſetur ex-
cludere alios caſus, etiam exceptuatos à iu-
re in illa materia, de qua loquitur ſtatu-
tum, ſed cum caſu à ſtatuto expreſſe exce-
ptuato venient etiam ſimiles à iure exce-
ptuati, ſecus ſi ſtatutum eſſet contra, vel
præter ius, ita Corſet.*ſingul. in verb. ſtatu-*
tum, incip. nota vnum dictum, per tradita ab
Abb.*in cap.ad audientiam,de cler. non reſid.*
vbi voluit, quod ſtatutum priuans non re-
ſidentes à fructibus, excipiendo duos ca-
ſus intelligitur nihilominus, vt etiam ex-
cipiat alios caſus ſimiles à iure in non reſi-
dentibus exceptuatos,de quo tamen vide,
quæ diximus, dum notauimus, quod ſta-
tutum diſponens in materia iuris recipit
omnes declarationes, & intelligentias,
prout ipſum ius, de quo in concluſ. *quod*
ſtatuta ſunt propriè, & ſtricte intelligenda, &
quod ſtatuta recipiant interpretationem à iure
communi.

Secundo ſublimita, vt vera ſit limitatio
in his tantum caſibus, † in quibus fauora- 35
bilia,& priuilegiata habent priuatum,pro-
prium,& ſpeciale priuilegium, nam in aliis
caſibus generalis diſpoſitio ſtatuti omnes
indiſtincte comprehendet, cum priuile-
gium in vno caſu conceſſum non poſſit,
aut debeat priuilegiare quoad omnes a-
lios, de quibus priuilegium non loquitur,
nam ſpecialia, ſiue priuilegia nõ ſunt mul-
tiplicanda, & amplianda, nec ad alios ca-
ſus, nec ad alia in exemplum ſunt trahen-
da,*l quod vero, & l. ius ſingulare, ff. de legib.* &
quod dicitur, quod diſpoſitio generalis,
non includit caſus priuilegiatos,eſt vera,&
veriſſima in ſe, id eſt, quoad caſus priuile-
giatos,& in quibus conceditur à iure com-
muni aliquod priuilegium,vt ſupra, ſed ex
mente etiam huiuſmodi regulæ non colli-
gitur,quod quoad alios caſus non priuile-
giatos, & in quibus non reperitur conceſ-
ſum priuilegium,debeat in vno priuilegia-
tus etiam in aliis priuilegiatus haberi, imo
totum contrarium ex eadem regula perci-
pitur, poſtquam ad caſus priuilegiatos, &
de caſibus priuilegiatis illam ſequentes, il-
lam firmant, & per conſequens volunt,
quod in his caſibus, in quibus non adeſt
priuilegium, & ſic nõ reperiuntur priuile-
giati, generalis diſpoſitio non impediatur,
quia tunc ceſſat in illis caſibus impedimẽ-
tum, ſiue cauſa impedimenti generalis diſ-
poſitionis, quæ eſt priuilegium,quod dicti
caſus non habent à iure,& per conſequens
debet ceſſare huiuſmodi impedimenti ef-
fectus,vt diſpoſitio generalis ſuum habeat
locum, prout ſic diſtinguendo nos docuit
Bald. *in l. omnes populi, num. 101. verſic. item*
nota,

Digitized by Google

*nota,ff.de iuſt.& iur.*quem referendo ſequi-
tur Tiraq. *de retract. conſang. d.§.1.gloſſ.14.n.
105.* qui hanc partem comprobat, & tue-
tur à *num.96.*vſque ad *numer.108.*ibiq; con-
trarijs recte reſpondet,& hoc etiam modo
diſtinguendo tenuit Dec.*conſ.301.num.9.*de
mente Bal. *in l. in fraudem, §.fin.ff.de teſtam.
milit.* & idem Dec. ſic declarando dictum
Salyc. *in d.l.fin.C.de iur dot.* ad quem omnes
recurrunt,conſuluit,*conſ. 5. num. 2. & 3. &
conſ.536. numer. 9.verſ.tertio principaliter ob-
ſtare videtur*, vbi teſtatur, quod ſecundum
prædicta fuit iudicatum.

Hinc generaliter loquendo dicimus,
36 ſtatutum generale comprehendere † eti-
am minores, furioſos, mulieres, abſentes,
& ſimiles,licet aliquando in aliquibus caſi-
bus eis à iure concedatur aliqua prærroga-
tiua, prout hoc voluit Alex. *conſ. 129.num.
34. libr.6.* vbi teſtatur, Bart.diſtinguentem
inter caſum lucri captandi, & damni eui-
tandi, *in l. fin. C. in quib. cauſ.in integr.reſtit.
non eſt nec.* communiter damnari, & hanc
etiam communem opinionem cōtra Bar.
affirmat D.Odo. *de reſt.in integr. par.1.qu.4.
art.7.n.48.* & idem voluit Roman. *ſing. 816.
tu audiſti*, vbi tamen limitat, niſi ſtatutum
puniret aliquid, quod de iure communi nō
eſſet punibile,per tex.*in c.2.de delict.puer.* &
ibi in addit. alias limitationes reperies, &
quod lex, ſiue ſtatutum generaliter loquēs
comprehendat etiam caſus ſpeciales, &
prærogatiuas, qui tamen non ſunt priui-
legiati in illa materia,& in illo caſu, de quo
ſtatutum loquitur,tenuit Cagn. *in l.1. num.
16.ff.de reg.iur.*vbi teſtatur, hāc opinionem
eſſe communem apud Doctor.& illum ſe-
quitur Mant.*conſil.289 circa fin.*

Secundo limita, quando quis intelligē-
37 do ſtatutum generaliter,indebite† damnū
pateretur,nam ſtatuta generaliter loquen-
tia reſtringuntur, ne quis damnum inde-
bite ſentiat,Crau. *conſil.221. num.5.libr.2.* gl.
Bar.& alij *in l.fin. §.in computatione, C.de iur.
deliber.* Dec.*in conſ.356.columnn.2.num.4.* vbi
de communi teſtatur, *& conſ.174.in fine, &
conſ.74.in fine*, Aret.*conſ.132. columm.fin.verſ.
praterea not.in l.2.C.de noxal.l.adigere,§.quā-
uis,ff.de iur.patronat.l.quamuis,ff.de in ius voc.*
Doct.& præcipue Bar. & Crot. *in d.l.omnes
populi*, in materia interpretationū Thom.
Dec.*conſ.200.num.1.* Iaſ. *in d.l.non dubium, n.
35.*vbi etiam Bar.*C.de leg.* dicens, quod po-
tius ſtatuta ſunt interpretanda, vt nihil o-
perentur, † quam quod quis indebite da- 38
mnum patiatur, & idem tenet Crau.*conſ.3.
num.3. & conſ.33. nu.9.* Riminal.*conſ.125.nu-
mer.14. lib.1.*Alexan. *conſ.101.num.15. & conſ.
13.num.16. volum.3.*Decian.*reſp.13.num.11.vo-
lum.3.*Gabr.*conſ.8.n.10.libr.1.* Imol. & Caſtr.
in l.4.§.pretor, ff.de damn.infect. Ruin. *conſil.
138. numer.15. lib.3.*Socin.iun.*conſ.1.num.131.
libr.1.* Burſat. *conſ.165. numer.8.volum.2.* Me-
noch.*conſ.1.num. 4.lib.1.*Ang.*conſ.281.colum.
1.& conſ.116.in fin.* vbi dixit,quod illa verba
in omnibus, & *per omnia*, reſtringuntur, ne
quis indebite damnum patiatur,Abb.*conſ.
100.column.2.*& inclius *conſ.44. columm.2. &
conſ.64.colum.pen.libr.1.*Imol. *in l.fin.colum.
6. ſub ver.item ſecundi, ff.de condit.inſtitut.*Si-
mon de Præt.*libr 2.de interpret.vlt.voluntat.
in fin.volum.1.num.27.ſolut.3.* & nos in con-
cluſione, *quod ſtatuta ſunt ſtricte, & proprie
intelligenda*, in ampliationibus, vbi vide

Amplia, vt idem ſit, quando quis inde-
bite † ad lucrum admitteretur,vel non ad- 39
mitteretur, tunc enim generalis diſpoſitio
ſtatuti generaliter non debet intelligi, ita
Crau. *conſ.70. numer. 16.* per tex.*in l.Marcel-
lus,in princip.*vbi Iaſ.*in 4.not.ff.ad Trebellian.*
Abb.*dict.conſ.44.*Simon de Præt. *vbi ſupra,*
alleg.Imol.*in d.l.fin.colum.6.ſub verſ.item ſe-
cundo,ff.de cond.inſtit.* Bar. *in d.l.non dubium,
column.2. C.de leg.*Doct.*in c. cum dilectus, &
in c.ad audientiam*, vbi præcipue Ioan. de I-
mol.*de cler.non reſid.*gloſſ.& Doct.*in d.l.fin.*

Digitized by Google

§. in computatione, ſuper ver. confundantur, in fin. C. de iur. deliber. vbi etiam Bar. Bald. & alij Doct. *in l. vt gradatim, §. & ſi lege, ff. de muner. & bono. & in d. l. adigere, §. quãuis. ff. de iur. patron.* Euerar. late *in ſua centur. in loco à ratione legis, numer. 6. & 7.* Riminal. *conſ. 588. n. 5. libr. 3.* Alexan. *conſ. 185. num. 34. volumin. 2.* Hieron. Gabr. *conſ. 8. num. 10 libr. 1.* & vide in dicta concluſione, *quod ſtatuta ſunt ſtricte intelligenda.*

40 Tertio limita propter perſonæ † maiorem excellentiam, *l. ſed & reprobari, §. amplius, verſ. valde tamen, ff. de excuſ. tut.* vbi à lege generaliter dicente, quod alibi exercẽs artem legendi, quam in loco originis, non excuſatur ab onere tutelæ in loco originis, excipitur valde excellens, quoniam ille etiam alibi docens, in loco originis ab oneribus immunitatem habebit, facit tex. *in l. ſi cũ dies, §. aliter, ff. de arbitr.* vbi lex genera-
41 liter dicens, quod arbiter † extra locum compromiſſi non poſſit ſententiam ferre, ita reſtringitur, vt non comprehendat arbitrum dignitatis, vel præeminentiæ excellentis, quoniam ille extrà locum pronunciare poterit, ſi modo litigatores facile eo loci conuenire poſſint, facit tex. *in c. ſtatuimus, §. his omnibus auctoritatibus, diſt. 61.* vbi canon prohibens laicum eligi in Epi-
42 ſcopum, † ita reſtringitur, vt non comprehẽdatur laicus, qui ſingulari vitæ dignitate reſplendet, confert tex. *in l. 2. C. de ſenten. ex breuicul. recit. & c. fin. de re iud.* vbi lex gene-
43 raliter dicens, iudicem non poſſe † ſententiam legere per aliũ, ita rẽſtringitur, vt non comprehendat eum, qui excellẽti dignitate pollet, vt eſt Epiſcopus, & facit tex. *in c. vbi periculum, de ſenten. excomun. in 6.* cum alijs, quæ ad hoc allegat Rom. *in d. l. ſi vero, §. de viro, ff. ſolut. matrim. nu. 20.* qui ſubiungit, quod licet contra iſta omnia faciat c. *innotuit. de electio.* & cap. *de multa, in fi. de prab.* tamen illa iura non obſtant, quominus talis excellentiæ dignitas, & prærogatiua ſit iuſta cauſa diſpenſandi contra ſtatutum generaliter diſponens, & faciunt, quæ infra dicemus de gradu perſonæ, & ea, quæ ad hoc late proſequitur Io. Corraſ. *in ſuo tract. de iur. ciu. in art. redig. par. 4. c. 18.*

Quarto limita propter perſonæ † vilitatem, quæ facit, quod in generali diſpoſitione aliquis vilis non comprehendatur, ſed quod à generalitate recedamus, vt ſi extaret ſtatutum generaliter prohibens, mulierem capi poſſe, nõ comprehenderet perſonam mulieris, † quæ in vilitate vitæ eſſet conſtituta propter meretricium, de quo eſt doctrina Bal. *in l. conſentaneum, C. quomo. & quan. iud. facit l. ſed et ſi vnius, §. filio, ff. de iniur.* vbi lex generaliter dicens, quod pater † cõtradicente filio, remittere poteſt iniuriam illatam filio, ita reſtringitur, vt non comprehendat patrem, qui vitæ vilitate ſordeſcit, conuenit tex. *in l. ſi cum dotẽ, ff. de procur. l. ſi lenones, C. de Epiſc. aud. l. Senatoris filia, ff. de rit. nupt. l. 2. & l. ſi patrona, ff. eo. tit. l. 2. verſic. et ſi perſona, C. vt inter cert. temp.* Io. Andr. *in addit. ad Speculat. in rubr. de iniur. & damn. dat.* Roman. *in d. §. de viro, nu. 22.* Socin. *reg. 284. verſ. ſecundo fallit,* Corraſ. *vbi ſupra, c. 19.* 44 45 46

Quinto limita propter rei † paruitatem, 47
vt ſi ſtatutũ puniat certa pœna vulnerantem, generaliter non intelligetur de vulnuſculo, ita Bertazzol. *conſ. crimin. 85. numer. 29. libr. 1.* Cataldin. *conſ. 22. num. 12. inter conſ. crimin. diuerſ. lib. 2.* vbi etiam Aſin. *conſ. 114. numer. 24. & ſeq.* idem Bertazzol. *conſ. 184. n. 10. eod. libr. 1.* Marſil. *conſ. 80. numer. 1.* Ang. Aret. *in tract. maleſ. in ver. vna alia percuſſione, verſ. quaro, ſtatutum punit vulnus,* cum alijs traditis per Petr. Plaz. *in ſuo epit. delict. c. 13. num. 2.* & facit, quod dicitur, quod de minimis † non curat Prætor, nec habentur in 48
conſideratione, de quo late per Tiraq. *in tract. de reb. exigu.* & per Corſet. *in tractat. de minim.*

Digitized by Google

minim. facit *l. decurio fortunam, C. de decur. li.*
10. l. mediterranea, C. de ann. & trib. eo. lib. l. 2.
§. *quod ſi penitus egenis, & §. tractati, ff. ad Ter-*
tull. l. Senatus, §. Marcellus, ff. de leg. 1. l. 1. *cir-*
ca fin. ff. de ventr. inſpic. l. 1. §. *proinde, ff. de æ-*
dilit. edict. l. *quæſitum*, §. *poteſt, ff. de re iudic.*
l. 1. §. *quod ſi vulnerati, ff. ad Syllanian.* & con-
49 uenit, quia parum & nihil † æquiparatur,
c. licet cauſam, §. *quanquam, in ver. nulla, vel*
modica, de probation. Inſtitut. ad leg. Falcid. in
princip. in ver. pro nullo, aut minimo; vnde
Roman. *ſing. 334. incip. hodie quidam*, dixit,
quod ſtatutum prohibens generaliter a-
50 lienare domum in forenſem, † non habet
locum in parua domo, per *dict. l. Senatus*, §.
Marcellus, ff. de leg. 1. vbi hoc idem ſentit An-
gel. & Alex. Imol. & Iaſ. *in l. ſciendum, n. 19 ff.*
qui ſatisd. cog. & add. ad Roman. *d. ſing. 334.*
Bal. *in l. fin. C. de ædilit. actio. n. 3. & 4.* vbi di-
xit, quod ſi per ſtatutum Syndici tenentur
51 denunciare percuſſiones, † non tenentur
denunciare, vbi eſt leuis cutis ſciſſura, vbi
52 etiam inquit pro vitijs † paruis non dari
redhibitoriam, *l. cui dens abeſt, ff. de ædilit. e-*
dict. & vulnuſculum modicum nullum ha-
bet in ſe delictum, & ſi de vulnere facto in
53 platea, eſſet pœna manus, † pro vulnuſculo
non imponeretur tam atrox pœna, quia
modica alteratio non denominat infirmi-
tates, *l. qui clauum, §. fin. ff. de ædilit. edict.* & i-
dem Bal. *in l. ſi quis in hoc genus, C. de Epiſc. &*
cler. in fin. dixit, quod ſtatutum, vel lex pu-
niens offendentem clericum, comprehē-
dit ſolum offendentem grauiter, & inferē-
tem atrocem iniuriam, non autem leuem,
hinc Canon *ſi quis ſuadēte diabolo*, interpre-
54 tatur, vt non habeat locum in leui † offen-
ſa, & percuſſione, vt per Abb. & alios, *in c.*
peruenit, & c. cum illorum, de ſent. excom. Na-
uar. *in Manual. c. 27. de excomm. Pap. reſer. non*
cont. in bull. cœnæ, Lap. *alleg. 76.* Card. *conſ.*
43. & conuenit id, quod dixit idem Marſ.
d. conſ. 80. num. 26. vbi voluit, quod ſtatutum
loquens de vulnere cum ſanguinis effuſio-
ne non habet locum, nec eſt intelligendū
de vulnere, ex quo modicus ſanguis effu-
dit, per gl. *in d. c. cum illorum, in ver. ſanguinis*
effuſione, & ibi ſcriben. *de ſent. excomm.* So-
cin. *d. reg. 284. verſic. tertio fallit*, facit c. *et ſi*
quæſtiones, de Simon. vbi perexigua quanti-
tas † muneris Simoniam non inducit, *& l.* 55
vnica, C. de ingrat. liber. vbi pro leui † offenſa 56
non ideo reuocatur filius in poteſtatem, &
l. fi. C. de reuoc. dona. vbi nec pro leui offenſa
donatio † reſcinditur, *l. ſcio, ff. de in integr. re-* 57
ſtit. vbi nec pro minimo † damno minor 58
reſtituitur, & *c. terrulas, 12. qu. 2.* vbi Prælatus
res Eccleſiæ aliâs alienare prohibitus, † res 59
modici præiudicij alienare poteſt, hanc li-
mitationem ſecutus eſt Corraſ. *loco citato,*
cap. 24. & facit, quod dixit Iaſ. *in d. l. ſciendū,*
num. [illegible] *ff. qui ſatisd. cog.* vbi denotauit, quod
ſi ſtatutum diſponat, quod poſſidens † a- 60
pothecam non poſſit tanquam ſuſpectus
perſonaliter capi, ſi tamen quis poſſidet
minimā apothecam, poterit non obſtante
ſtatuto capi, ſicut ſi extaret ſtatutum, quod
forenſis non poſſit † immobilia acquire- 61
re, tamen poterit acquirere vnam domū-
culam, vel vnam capanam, ita Imol. *in d. l.*
Senatus, §. Marcellus, ff. de leg. 1. per illum tex.
& Bal. *in c. ſi duo fratres, de duob. fratr. de nou.*
benefic. inueſt. & etiam facit, quia ſi extaret
ſtatutum, quod debitor, vel creditor † ali- 62
cuius non poſſit illi eſſe tutor, cuius eſt de-
bitor; vel creditor, ſi tamen debitum, vel
creditum eſſet modicum, poterit eſſe tu-
tor, gloſſ. *in authen. minoris debitor*, vbi Bart.
& alij, *C. qui dar. tut. poſſ.* Bar. *in l. ſi quis in pi-*
gnore, §. fin. ff. de pignor.

Sexto limita propter perſonæ gradum,
& † exiſtimationem, vt ſi ſtatutum dicta- 63
ret, citationem poſſe fieri verbo, non eſt
ita generaliter intelligendum, vt compre-
hendat etiam illum, qui eſt dignitatis illu-
ſtris, quoniam citari debet in ſcriptis, ita
Roman.

Digitized by Google

Roman. dict. l. ſi vero, §. de viro, ff. ſolut. matr. ad quod allegat tex. in l. quoties, C. de dignit. libr. 11. gloſſ. in l. deſertorem, §. pœna militis. ff. de re milit. quæ dicit, quod iura mandantia aliquem ſuſpendi debere occaſione alicuius delicti, non ſunt generallter intelligenda, vt comprehendant etiam, qui ſunt in gradu militiæ Decuriones, & ſimiles, ſed ſolum plebeios, vt etiam patet in l. capitalium, §. non omnes, & §. 2. & l. moris, §. iſta fere, ff. de pœn. facit tex. in l. quacunque, ff. de procurat. l. fin. C. de iniur. l. medicos, C. de profeſſ. & med. lib. 10. & l. ne quis, C. de aduoc. diuerſ. iud. c. dilecti, de arbitr. l. fin. C. eod. cap. 1. in fin. de offic. ord. in 6. cap. 2. de offic. deleg. lib. 6. l. milites, C. de quæſtion. Socin. dict. reg. 284. verſ. quarto
64 fallit, & facit, quia licet in cauſa † criminali non admittatur procurator, l. fin. §. 1. ff. de public. iud. tamen propter perſonæ gradum in grauibus etiam criminalibus admitteretur, l. final. C. de iniur. Grat. reſp. 71. libr. 2. reſponſor. num. 2. vbi num. 3. ampliat procede-
65 re in clerico, † qui perſonæ illuſtri æquiparatur, l. ad ſimilitudinem, cum ibi not. C. de Epiſcop. & cler. & in puncto tradit Socin. reg. 322. ſeptima fallen. qui ſecundum Grat. dict. reſp. non habet contradicentem, & conferunt, quæ late proſequitur Corraſ. vbi ſupra cap. 18. qui ad hoc allegat caſum cuiuſdam Guelfi de Prato poteſtatis Bononiæ, qui ſibi datum in cuſtodia militem magni nominis, & probatæ exiſtimationis, non vinctum, nec in cōpedibus cuſtodiuit, ſed vrbem ei pro carcere etiam abſque vadib. aſſignauit, & licet miles ille poſtmodum arrepta fuga ſibi conſuluerit, tamen dictus Poteſtas fuit abſolutus, neque enim qui eſt dignitatis, & gradus illuſtris, & integræ opinionis in ea cauſa videtur, vt tam arcte debeat cuſtodiri, l. ſi à bonæ fidei, ff. de rei vendic.

Septimo limita ratione elegantiæ & bo-
66 nitatis † intellectus alicuius perſonæ, ad quam non ideo extenditur ſtatutum generalter mandans aliquid, vt ſi extaret ſtatutum circa præcedentiam perſonarum, quod mandaret Doctores præcedere ſcholaribus. & mulctandos eſſe ſcholares talē honorem Doctoribus non deferentes, nam non intelligetur de ſcholare optimi intellectus, & peritiæ reſpectu Doctoris nomine, non autem effectu, quia imperito Doctori peritiſſimus ſcholaris † etiam 67
in honoribus, & conditionibus eſt præferendus, vt bene animaduertit gl. in l. 1. C. de annon. ciu. libr. 11. & hoc valde notandum, & menti tenendum dicit Roman. vbi ſupra numer. 26. ad propoſitum alleg. tex. in can. multi, 40. diſtinct. qui tex. dicit, qui peritus eſt, honorem affert cathedræ, & illum ſibi attribuit, qui vero imperitiſſimus, iniuriam ſibi facit, & cathedræ, & ibidem idem Roma. ex not. doctr. Innoc. in c. cum in cunctis, de elect. numer. 1. volentis, quod licet non ordinandi † ſint parum ſcientes, ſi ta- 68
men ſit ſpes, quod poſſint proficere, promoueri poſſunt, colligit cum alijs Doctoribus, quod tex. in l. nemini, C. de aduoc. diuerſ. & in l. magiſtros, C. de profeſſ. & medic. libr. 10. volentes neminem poſſe ad gradū doctoratus aſſumi, niſi ex facto diligenti examine repertus fuerit peritiſſimus, ita intelligi, ac reſtringi debeant, vt non complectatur parum ſciens, optimi tamen intellectus, adeo vt ſpes ſit de eo in futurum maioris peritiæ, nam ille poterit licite promoueri, idem Felyn. in rubr. de magiſtr. num. 1. Imol. in clem. 1. de ætat. & qualit. eandem limitationem ſecutus eſt Socin. vbi ſupra, verſic. quinto fallit, Corraſ. vbi ſupra c. 18.

Octauo limita ratione pacis † inducen- 69
dæ, vel conſeruandæ, cuius reſpectu receditur à generalitate diſpoſitionis, Socin. d. regul. 284. verſicul. ſexto fallit, facit, quod not. Ioan. Andr. in reg. actus legitimi, de regul. iur. in 6. Roman. d. §. de vno, num. 27. allegans

Digitized by Google

allegans ad hoc tex. quem dicit notabilem *in c.2. de deſponſ. impub.* & alium tex. ſing. *in cap. 1. §. ſi quis hominem, de pac. tenen. in vſib. feud.*

70 Nono limita, ratione euitandi † ſcandali, propter quam non erit ſtandum in generalitate diſpoſitionis, & ſtatuti, ſed ab ea recedi poterit, vt probatur *in l. qui eadem, ff. ad l. Corn. de ſicar. & l. filio exheredato, §. quod tamen, ff. de iniuſt. rupt. capit. ſi quando, de reſcript.* ex quibus in effectu colligitur legem

71 mandantem † ſuſpendi ex aliquibus cauſis ſententiæ executionem, ita reſtringi, vt non extendatur ad caſum, quo executionis dilatione generaretur ſcandalum, quoniam illa debet accelerari, Roman. *vbi ſupra num. 28.* & conueniunt ea, quæ ſparſim diximus in concluſione, *ſtatuta eſſe ſtricte interpretanda*, & facit tex. *in c. vt conſtitueretur, diſtinct. 50.* vbi dicitur eſſe iuris ſeueritati detrahendum, cum ex eius obſeruatione cõtingere poteſt grauis ſcandali generatio, & facit, quod non eſt ſtandum generalitati diſpoſitionis, quando propter ſuſpicionem futuri mali deſideratur celeritas, per *l. ſi quis officium, §. fin. de rit. nupt. l. oratione, §. fin. ff. eod.* in ratione ſui, nam cum periculoſum ſit, vt experientia docet, morari in tradendo filiam nuptui, & ſuſpicari probabiliter poſſit de futuro malo, ideo nimirum ſi iura volẽtia officialem in prouincia, cui præeſt, non poſſe præſtare conſenſum liberis, vt ibi contrahant, reſtringantur, vt non procedant ratione ſupradicta, quando ipſe conſentire quærit filiæ in ea nubere volenti, ſic I.C. Paul. *in d. l. ſi quis officium, §. fin.* ſimiliter eadem, & conſimili ratione reſpõdet *in d. l. oratione, §. fin.* vbi iura volentia in matrimonio aſſenſum patris, & aui requiri, ita reſtringuntur, vt non procedant, quando tractatur de matrimonio fœminæ, quo caſu ſufficit conſenſus aui, idq; ea ratione, de qua per gloſſ. *ibidem*, ne ſcilicet ex requiſitione conſenſus multorum, & diſſenſione, quæ inter cos poſſet generari, dilataretur matrimonium cũ periculo ſcandali, & quod propter ſcandalũ euitandum permittantur ea, quæ aliàs non permitterentur, dixit Decian. *reſpon. 14. n. 22. libr. 3.* per tex. *in c. quoniam, de iur. patron.* Oldrad. *conſ. 95. in fin. column. penult. c. authoritate, 15. quæſt. 6.* Abb. & Aretin. *in c. ex parte, de teſt. ib.* idem Decian. *reſp. 63. num. 9. eod. libr.*

Et ad noſtrum propoſitum ſcito, quod ſcandalum † dicitur dictum, vel factum 72
minus recte præbens occaſionem ruinæ, ita Hoſtien *in ſumma de pœn. & remiſſ. §. penult. verſ. eſt autem ſcandalum*, cum alijs adductis per Decian. *reſp. 8. nu. 52. lib. 1.* de quo vide, quę latiſſime ſcribit Felyn. qui 33. ſpecialia † ponit ob euitanda ſcandala *in c. 2. de* 73
præſcript.

Decimo limita, quando periculum eſſet † in mora, quo caſu receditur à genera- 74
litate, de qua in ſtatuto, & diſpoſitione, vt ſi extaret ſtatutum, quod tempore feriarum ob vtilitatem hominum inuitis partibus ius dicens non poſſit cognoſcere, nõ extenditur talis generalitas ad caſum, quo mora eſſet periculum allatura. Nam non obſtante tali ſtatuto iudex procedere poſſet in tali caſu moram non patiente, vt ex cauſa alimentorum, ita voluit I.C. *in l. eadẽ, ff. de fer.* nam venter non patitur dilationem, ſeu moram. Surd. poſt alios *ſuo tract. de aliment. tit. 8. q. 37. n. 9.* quod eſt verum, vbi debẽtur alimenta præſentia, vel futura, nam vbi agitur de præteritis alimẽtis, cauſa non deſiderat celeritatem, nec mora periculum eſt allatura, vt patet ad ſenſum, & tradit idem Surd. *d. tract. tit. 8. priuileg. 2. fere per tot.* & maxime ſub *nu. 14.* & tenuit Roman. *in d. §. de viro, num. 71.* per tex. *in l. de pupillo, §. ſi quis riuos, ff. de oper. nou. nunciation. l. ſi quis ex ſignatoribus, verſicul. etſi forte, ff.*

Dd quem-

quemadm. teſtam. aper. l. Ariſto. cum ſequ. ff. de iur. deliber. & l. prohibere, ff. de acq. hered. c. fin. de iudic. & facit, quod generaliter dicitur, quod quando periculum eſt in mora, receditur à regulis ordinarijs, de quo per Doct. præcipue Dec. *in c. dilecta, ad fin. verſ. & hoc verum, de confirm. vtil. vel inutil.* & per Marſil. *in l. 1. col. 40. C. de probation.* Mandoſ. *ſuper reg. 31. quod commiſſio cauſarum, qu. 3. n. 2.* Decian. *reſp. 14. num. 51. libr. 3.* Socin. *d. reg. 284. verſ. ſeptimo fallit*, & faciunt ea, quæ late diximus de periculo moræ in concluſione, *quod ſtatuta laicorum non comprehendant clericos, &c.*

XI. Limita propter inordinatam pro-
75 motionem, † & ordinem non ſeruatum, vt
76 ſi extaret ſtatutum cōcedens † priuilegium
generaliter Doctoribus, reſtringitur, vt nō
comprehendat Doctorem promotum per
ſaltum, id eſt, ſine ordine requiſito, ita Ro-
man. *in d. §. de viro, num. 31.* quod dicit not.
77 contra illos Doctores, qui abſque † exami-
ne requiſito, & velo leuato promoti ſunt
ad Doctoratus dignitatem per aliquē habentem auctoritatem, qui non gaudent prærogatiua Doctorali, pro quo alleg. tex. quem dicit valde ſingularem *in l. nemo, C. de aduoc. diuerſ. iud.* & pro hoc faciunt dicta à Felyn. *in c. per tuas, n. 3. de maior. & obed.* dum loquitur de Doctore creato ſine examine, qui præſumitur paruę doctrinę, vt per Bar. *in l. profeſſores, C. de profeſſor. lib. 10.*

78 XII. Limita, ita ſuadente † reipublicæ
vtilitate, propter quam ſtatutum, & diſpoſitio generaliter loquens non debet generaliter intelligi, ſed reſtringitur, prout vtilitas reipublicæ requirit, iuxta ea, quæ diximus in concluſione, *quod ſtatuta ſunt ſtricte interpretanda, & quod de duobus ſtatutis vltimum eſt attendendū*, & quæ late adduxit And. Gail. *pract. obſer. li. 2. obſer. 22.* vbi quod multa ita vtilitate reipublicę ſuadente permittuntur, quæ aliâs non concederentur, & facit tex. *in l. potioris, C. de offic. rect. prouin. l. in prouinciali, §. fin. ff. de nou. oper. nunciat. l. iubemus nullam, C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. iubemus, C. de nauib. non excuſ. libr. 11. c. non minus, de immun. Eccleſ.* Ceph. *conſ. 55. num. 5. libr. 1.* Roman. *in dict. §. de viro, numer. 32.* vbi late Ruin. *conſ. 9. num. 6. volum. 5.* Iaſ. *in d. l. non dubium, column. 7. poſt medium, C. de leg.* Dec. *in l. ſi Ruffinus, in fin. C. de teſtamen. milit.* & Bal. *in d. l. iubemus, la 1. numer. 5. C. de ſacroſ. Eccleſ.* relatus per Ruin. *d. conſ. 9.* inquit, priuilegium generaliter indultum non includere caſum publicæ vtilitati contrarium, & verba generalia non includere caſum, qui eſſet contra libertatem Eccleſiæ, quæ libertas æquiparatur ſecundum eum publicæ vtilitati, & idcirco in ſtatuto prohibente vēdi non ſubiectis non includūtur Eccleſię, de quo tamen nos alibi in concluſione, *quod ſtatuta laicorum non comprehendunt clericos*, & Bar. *in l. cum ad præſens, C. de murileg. libr. 11.* dixit, quod in verbis generalibus ſtatuti intelligitur excepta publica vtilitas, ſicuti ecōntra, quando agitur de publica vtilitate, verba generalia, quæ ſunt pro publico fauore, non reſtringuntur, ſed intelliguntur generaliter etiam quoad perſonas inhabiles; ita Iaſ. *in l. 1. num. 13. C. de ſacroſ. Eccleſ.* per tex. *in l. ſi quis graui, §. verum, verſ. hi quoque*, vbi Bar. & alij, *ff. ad Syllanian.* Bal. *in l. 1.* & ibi Salyc. & Fulgoſ. *C. de precib. Imper. offer.* Iaſ. *in l. 1. §. nunciatio, ff. de oper. nou. nunciat.* Euerard. *in ſua cent. in loco à ration. legis ſtricta, n. 11.* & quod ſtatutum propter publicam vtilitatem comprehendat etiam caſum, qui non venit, niſi ex impropria verborum ſignificatione, tradit Cephal. *conſ. 526. n. 4. lib. 4.*

XIII. Limita, quod verba † generalia 79
ſtatuti generaliter ſemper reſtringuntur ad id, quod rationis eſt, ita Iaſ. *in d. l. non dubium, num. 36. C. de leg.* Felyn. *in d. c. ſolita, in 2. column. de maior. & obed.* Bal. *in authent. ingreſſi*

greſſi

Digitized by Google

greſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. Euerar. in ſua centur. in loco ab abſurdo, num. 6. Alexan. conſ. 83. numer. 11. libr. 4. Bart. in d. l. omnes populi, in 3. & 6. queſtion princip. & in verſic. iuxta præmiſſa quæro, Alciat. reſp. 358. verſ. tertio quia, Socin. conſ. 64. columm. penult. & conſ. 121. num. 5. libr. 1. facit, quod dixit idem Bal. in cap. 1. in 6. col. de conſtitut. quod omnia ſtatuta recipiunt interpretationem per punctum rationis, nam licet ſtatuta regulariter ſint ſtricti iuris, & ſterilia tanquam mulæ fœtum non recipiẽtes, nec parientes, recipiunt tamen interpretationem per punctum rationis, à qua regulantur, Rip. reſp. ſuo 5. tit. de iur. gen. & ciu. numer. 13. Bertazzol. conſ. 75 volumin. 1. numer. 13. & ideo ſtatutum quantumcunque generaliter diſponens de præſcriptione, tamẽ ſemper intelligitur interueniente † bona fide, Abb. conſ. 77 in queſt. qua ad præſens, colum 4. lib. 2. quem ſequitur Iaſ. vbi ſupra num. 36. vbi ſubiungit, quod ideo ſtatutum puniens † homicidium committẽtem, intelligitur tamen, niſi habuerit iuſtam cauſam, de mente Alexand. conſ. 144. poſt redditum, volum. 2 ſicut ſtatutum generaliter puniens homicidium intelligitur de homicidio cum dolo, aliâs homicidium caſuale commiſſum ſine dolo nõ debet ita puniri, tex. eſt, quem meliorem de iure appellat Iaſ. vbi ſupra, in l cum autem, §. excipitur, il 1. in verſic. capitale, ff de ædilit edict. & in l. 1. vbi idem Iaſ. & prius Ang. & Caſtrenſ. ff. de leg. & quod ſtatuta debent taliter interpretari, quod contineant rationabilẽ ſenſum, & quod habeant ſanum intellectum, ita vt à ſapiente reprehendi non poſſint, voluit Rol. à Val. conſ. 72. nu. 42. lib 3. Socin. ſen. conſ 64. colum pen. & conſ 121. num 5 vol. 1. Menoch. conſ. 33 num 6 volum 2. Rimin. conſ. 15. numer. 10. & ſequ volumin. 1. C. phal. conſ. 763. numer 35. libr 5. idem ſenſit Cravet. conſ 3 numer 3. vbi ait, quod verba legis vel ſtatuti generalia reſtringuntur ad id, quod rationis eſt, & quod ſtatutum poſſit reſtringi etiam ab homine ob aliquam rationabilem cauſam, tradit Bal. in l. 1. in fin. C. de fid. inſtrum. Iaſ. in l. quodcunque, de verb. oblig. & in d. l. 1. §. 1. ff. de nou. oper nunc. Hieron. Gabr. conſ. 8. num. 11. lib. 1. & faciunt, quæ infra dicemus nominatim de abſurdo euitando.

80 (margin, beside "te † bona fide")

81 (margin, beside "tutum puniens † homicidium")

XIV. Limita ratione loci, † in quo quis reperitur, vt puta ſi ex ſtatuto caueretur generaliter, quod lite conteſtata non poſſit reus diſcedere à loco iudicij abſque eo, quod conſtituat procuratorem, debet tamen ita reſtringi, vt non extendatur ad caſum, in quo quis in illo loco, quo eſt, non poteſt reperire idoneum procuratorem, de quo eſt tex. in l. idemq. ff. pro ſocio, & probatur limitatio ex l. reſcripta, ff. de milit. teſta. vbi patet, legem generaliter arctantẽ quẽlibet paganum ad cõfectionem teſtamenti ſolemniter ita reſtringi, vt non extendatur ad caſum, in quo quis eſſet decedens, in loco hoſtili, quoniam ibi militari iure, quomodo vult, & quomodo poteſt, teſtabitur, facit tex. in c. licet, de pæn. vbi Innoc. & Hoſtien. Socin. d. reg. 284. verſic. fallit decimo, Roma. in d. §. de viro, nu. 33. vbi multa ad propoſitum congerit, & quod ex loci qualitate à generalitate diſpoſitionis recedatur, dixit Corraſ. vbi ſupra, c. 26. ex quo infertur, quod ſtante ſtatuto, quod filiusfamilias in iudicio eſſe non poſſit, prout eſt de iure communi, l. fi. §. neceſſitate, C. de bon. quæ liber. ſi tamen reperietur in loco, à quo pater eſſet abſens, agere non prohibetur, l. ſi longius, §. fin. ff. de iudic. 82

XV. Limita propter ſterilitatem, & tenuitatem † rei, vt ſi extaret ſtatutum generaliter mandans colonum intra quinquennium non poſſe culturam agri, quem ad colendũ conduxit, deſerere, reſtringeſ, vt non cõprehendat caſum, quando ager ſterilis effectus fuiſſet, quoniam tunc 83

Digitized by Google

deſerere poſſet, ita Bar. in l. 2. C. de agr. & cenſ. libr. 11. quem ſequitur Roman. vbi ſupra nu. 34. cum declaratione, niſi eſſet colonus reipublicæ habens non ſolum agros ſteriles, ſed & alios remanentes fertiles, quoniam tunc non poteſt deſerere ſteriles, niſi relinquat etiam fertiles, vt eſt tex. in l. qui vtilia, C. de omn. agr. deſert. libr. 11. licet hoc poſſet facere colonus priuati, per leg. 1. §. vniuerſi, C. de fun. patrimon. eod. lib. facit tex. in c. cæterum, de donat. Socin. vbi ſupr. verſ. fallit decimo, Corraſ. vbi ſupra, c. 24. & tunc ſterilitas dicetur contingere, cum tam modici fructus percepti ſunt, vt ſoluta penſione, colonus in dimidia iuſti precij reperiatur læſus, Bar. in l. licet, C. locati, Abb. in c. 3. eod. titul. vel is fundus ſterilis dicetur, ex quo deducto culturæ impendio nihil ſupereſt, l. mediterraneæ, C. de anna. & trib. lib. 10. quod nota.

XVI. Limita propter malam perſonæ
84 qualitatem, † vt ſi extaret ſtatutum, prout extat Ianuæ ſub rub. de domib. ad penſio. locat. non auſer. &c. mandans generaliter condu-
85 ctorem † infra tempus conductionis non poſſe expelli à re conducta, non adeo operaretur illius generalitas, quin deberet reſtringi, vt non comprehenderet illum, qui in re conducta male verſaretur, ille enim repelli poſſet, tali ſtatuto non obſtante, & hoc per tex. in l. ædem, C. locati, & in c. propter ſterilitatem, eod. tit. quos ad hoc pōderat & adducit Roman. in d. §. de viro, num. 35. & ita tenet nouiſſime Carrot. in ſuo tract. locati, & conducti, par. 2. tit. de recuſat. n. 15. vbi perbelle explicat, quomodo, & quando iſtud procedat, & facit tex. in auth. qui rem, C. de ſacroſ. Eccl. l. fin. ff. ſi à par. quis fuer. man. l. ſi conuenerit, ff. pro ſocio, vbi patet, legem
86 generaliter dicentem, contentiones † eſſe ſeruandas, non extendi ad illum, cum quo ſocietas eſt contracta, & rixoſus poſtea reperitur, quoniam propter hoc poteſt implorari ſocietatis ſeparatio, facit tex. in c. literas, de reſtit. ſpol. vbi licet vir ab vxore generaliter ſeparari non poſſit, tamen ſi vir eſt erga illam nimis ſeuerus, ſeparabitur quoad habitationem, & torum, & facit tex. in l. nullus, C. de pal. ſacr. largit. lib. 12. vbi patet legem generaliter dicentem cuicunq; liberum eſſe aditum pro officio ſupplicandi, non extenditur ad Theſaurarium, qui ratione commiſſæ culpæ ab eo officio eſt remotus, ille enim ad idem, ſeu ad aliud officium nō permittitur aſpirare, niſi ex certa ſcientia Principis, l. ſi quis, C. de cohor. Princip. li. 12. & l. ſi aliquid, C. de ſuſcept. & archar. lib. 10. & in authen. de armis, ad finem.

XVII. Limita, vt inimicitia faciat † diſ- 87
cedere à generalitate ſtatuti, vt ſi per illud diſponeretur, quod in cauſa enormiſſimi criminis, vtputa læſæ maieſtatis, deberent admitti in teſtes, & accuſatores aliâs illegitimi, & inhabiles, non per hoc extenderetur, & intelligeretur, vt comprehenderet etiam inimicos accuſati, imo tales cenſerentur excepti, vt habetur in cap. per tuas, il 1. de Simon. & hoc notat ſingulariter Bar. in l. in quæſtionibus, ff. ad leg. Iul. Maieſt. & ſequitur Roman. vbi ſupra, numer. 37. cum alijs ibi per eum, Corraſ. vbi ſupra, capit. 22. Marſil. conſ. 65. num. 20. Ang. in l. famoſi, ff. ad leg. Iul. Maieſt. Gomez. variar. reſol. tom. 3. tit. de prob. delict. c. 12. num. 14. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 24. verſic. item quæro, Rolan. conſ. 95. n. 26. volumin. 4. & alibi paſſim, & communiter tradunt Doctor. & nouiſſime Farinac. tit. de accuſat. quæſt. 12. numer. 39. & 40. nemine, quem viderit, diſcrepante, vt ibidem ipſe inquit, & vbi ampliat etiam procedere in notorijs ex Rom. conſ. 324. & Alex. conſ. 125. vol. 4. & etiam quod inimicus inimicitia capitali, qui eſſet de recenti reconciliatus, repellitur ab accuſando, & teſtificando, vt de inimico reconciliato de recenti communem opinionem eſſe teſtatur Fel.

in cap.

Digitized by Google

in cap. cum oportet, num. 10. & 12. de accuſat. Couar. *practic. quæſt. quæſt. 18. num. 13.* Plot. *in repetit. l. ſi quando, num. 880. C. vnde vi*, ſic diſtinguendo tradit Farinac. *vbi ſupra, nu. 41. & 42.* & quod ad hoc, vt inimicus repellatur ab accuſando, & teſtificãdo debeat eſſe inimicitia capitalis, & non leuis, communem atteſtati ſunt, Angel. *de malefic. in verb. ad querelam*, & addentes ad eum, & alii relati per eundem Farinac. *loco relato, num. 45. & 46.* quicquid tamen ſit in crimine hæreſis, in quo inimicus ad accuſandum admittitur, & in caſibus, in quibus inimicus ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequi poteſt, nam tunc licet repellantur à teſtimonio, admittuntur tamen ad accuſandum, Farinac. *d. quæſt. 12 nu. 39. & 40.* ad quem recurre, quia ampliat, & limitat, & declarat.

88 XVIII. Limita propter † affinitatem perſonarum, vt ſi per ſtatutum pari pœna punirentur generaliter receptatores delinquentis, & ipſe delinquens, non intelligeretur de receptante affinem, ratione enim affinitatis inducitur diminutio pœnæ, ita dixit Roman. *in §. de viro, num 39.* per ea, quæ notantur *in l. fin. ff. de receptator.* & præcipue per Bart. quem refert, & ſequitur Alexand. *conſil. 144. in fin. vol. 2.* Tiraquell. *de pœn. cauſ. 22. in fin.* quod dicit etiam ſenſiſſe Paul. de Caſtro *in l. ſi vnquam, C. de reuocand. donat.* & faceret, ſi extaret ſtatutum,
89 quod aduocatus † fiſci non poſſet aduerſus fiſcum poſtulare iuxta *l. 2. C. de aduoc. diuerſ. iudic. l. 1. & 2. C. de aduoc. fiſc.* cauſam tamen ſuam, vel ſuorum agere non prohibetur, *l. penult. ff. de poſtulan.* & ſicut ægritudo propria citatum non comparentem excuſat à contumacia, *l. quæſitum, ff. de re iudic.* ita ſuorum infirmitas excuſabit, *cap. communis filius*, vbi gloſſ. *23. diſt.* quod nota pro ſtatuto de contumacibus, & tradit Foller. *in pract. crim. Canon. cap. 10. in verb. non comparentes contumaces reputantur, ſub num. 51.* quem refert, & ſequitur Farinac. *tit. de inquiſit. quæſt. 10. num. 53. in fin.*

XIX. Limita propter paritatem † gradus, & affectionis, vt ſi extaret ſtatutum, quod non poſſit dari pro ſuo confidente in caſu compromiſſi, vel iudicii, vel æſtimationis, & ſimilium aliquis conſanguineus litigantium, non habet locum, quando daretur conſanguineus, qui eſſet pariter conſanguineus amborum litigantium, argumento notator. per gloſſ. *in cap. poſtremo, de appellat.* vbi dicitur iura dicentia conſanguineum † iudicem recuſari poſſe ratione ſuſpicionis per aliam partem, non extendi ad caſum, quo iudex eſſet pariter litigãtium conſanguineus, quoniam tunc affectionis, & gradus ratio æqualis omnem ſuſpicionem excludit, ad idem eſt gloſſ. *in c. 1. 3 quæſt. 1.* vbi lex generaliter † remouens conſanguineum à ferendo teſtimonio pro conſanguineo ratione ſuſpicionis non extenditur ad caſum, quo ipſe conſanguineus eſt pariter ipſorũ litigantiũ cõſanguineus, Bart. *in l. qui teſtamento, ff. de teſtib.* & late D. Ioſeph. Maſc. frater meus *de prob. vol. 1. concl. 408. nu. 21. & in concluſ. 68. nu. 7.* quod nota pro ſtatuto Ianuæ † *de decretis, lib. 1. c. 1. §. in iis quæ per Senatum*, in quo prohibentur in Senatu adeſſe agnati, cognati, & affines litigantium, dum aliquid per Senatum Sereniſſimum in cauſa prouidetur, vt non intelligatur de his Illuſtriſſimis Senatoribus, qui vnicuique parti æque cognati, & affines ſunt, dum tamen non diſſimili amore ambas partes proſequantur, aut alias particulare aliquod intereſſe, aut principaliter, aut ſecundario illos vni potius, quam aliæ parti propenſos reddat, de quo ſtabitur arbitrio Sereniſſimi Senatus, niſi partes aliud conſiderabile expreſſe in contrarium allegarent, & opponerent, tunc enim ipſis, quæ ſua facta norunt, & generalitati ſtatuti ſtandum eſſe arbitrarer.

(Right margin numbers: 90 beside "XIX. Limita propter paritatem"; 91 beside "conſanguineum † iudicem"; 92 beside "vbi lex generaliter † remouens"; 93 beside "pro ſtatuto Ianuæ †".)

Digitized by Google

94 XX. Limita propter æqualem † æquitatem, & bonitatem, ſeu ſufficientiam, vt ſi ſtatutum mandaret, quod medicus publice conductus à ciuitate deberet per ſe curare, nec alium poſſet ſubſtituere, non intelligeretur in caſu, in quo ſubſtitueret medicũ in qualitate, bonitate ac ſufficiẽtia parem, arg. text. *in l. penult. ad fin. C. de agen. in reb. lib. 12. & l. ſi quis ex corpore, C. de muril. leg. lib. 11.* vbi patet regulam dicentem, non poſſe quem, cuius induſtria eſt electa, alium ſubſtituere, non extendi ad caſum, quo quis vellet ſubſtituere alium in qualitate, & bonitate parẽ, & ita arguit Roman. *in d. §. de viro, num. 41.* cum aliis ibi per eum, quod nota pro Magn. D. meo Iacobo Iuano Medico electo à noſtra vniuerſitate, ſi
95 tamen † alius æque idoneus, & ſuæ eximiæ bonitati, & excellentiæ ſimilis reperiri poteſt.

XXI. Limita, vt lex, ſiue ſtatutum ge-
96 neraliter reſtringatur † propter probabilem metus ſuſpicionem, vt ſi ſtatutum ge-
97 neraliter mandaret, intimationem † ſententiæ debere fieri perſonaliter, vel ad domum propriam illius, contra quem fuit lata, non per hoc excludetur, quod ſi propter iuſtum metum intimatio, aut perſonaliter, aut ad domum fieri non poterit, non valeat, ſi facta erit alio in loco idoneo, ex quo veriſimiliter ad victi notitiam poſſit intimatio deuenire, arg. text. *in cap. ſtatuimus, de offic. deleg. & in clem. cauſam, verſic. ſi propter appellati, de elect. cap. vbi periculum, §. porro, de elect. lib. 6. clem. 1. de foro compet.* & facit, quod dicitur, id pro facto accipi, quo quiſque aliquem perhorreſcit, quo minus faciat, de quo *in l. 1 §. ſed & Ariſto. ff. qu. vi aut clam.*

XXII. Limita propter potentem clau-
98 ſulam † poſitam, vel in priuilegio, vel in aliqua conceſſione, cui per ſtatuta generalia derogantia non cenſetur præiudicatum, de quibus caſibus vide Roman. *vbi ſupra. num. 45.* vbi exemplificat multis modis, & præcipue vbi priuilegia, vel fuerunt confirmata iuramẽto, vel tranſiuerunt in contractum remuneratorium, vel ſunt conceſſa ad pias cauſas, & ſimilia.

XXIII. Limita propter † perſonarum 99
paupertatem, vt ſi extaret ſtatutum, prout extat Sarzanæ, quod de bonis communis non poſſit † donari, remitti, &c. nihilomi- 100
nus ſi tractetur de donando, vel remittendo aliquid pauperi, donatio, & remiſſio valebit, prout quotidie obſeruatur in practica in præſenti ciuitate Sarzanæ erogando eleemoſynas, maxime pro maritãdis puellis, non obſtante tali ſtatuto, argum. text. vbi gloſſ. ſingul. *in l. omnes, la 1. C. de anno. & trib. lib. 10.* gloſſ. *in c. in primis, 2. quæſt. 1. l. felicitas, ad fin. de offic. præſid. l. iudices, C. de Epiſcop. audient. l. tam dementi, C. eodem tit. can. charitatem, 12. quæſt. 2.* quod adeo verum exiſtimo, vt periniquum putarẽ aliter tenere, impedire enim ſubuentionem pauperum, eſſet contra Euangeliũ, quod nota pro illis, qui contra dictum ſtatutum non ſunt auſi facere in beneficium pauperum, timentes magis imprudenter inobſeruantiam legis humanæ, quam pie amantes obſeruantiam legis diuinæ, quorum delicta miſeratio Dei clemẽter abſoluat, & ad prædicta facit, quia quanquam in delictis † nõ 101
omnino præbeat paupertas excuſationem, *c. quoniam, de ſiman* & proinde non ſit ignoſcendum mulieri, quæ paupertatis velamento ſe turpem vitam egiſſe profitetur, *l. palam, §. 1 ff. de rit. nupt.* mitius tamen cum illo agitur, qui vrgente fame, aut alia neceſſitate nonnihil prohibitum admiſit, *cap. ſi quis propter, de furt.* & paupertatem † multa 102
contra iuris, & cuiuſlibet diſpoſitionis regulas inducere, teſtatur Tiraquell. *de pæn. cauſ. 12. cum ſeq.* vbi etiam affirmat à multis alioquin prohibitis excuſare, vt ibi per eum

eunt late, quod nota pro noſtro ſtatuto Sarzanæ *de pœn. furt.* vt ſcias defendere aliquem egenum furtum aliquod fame ſic cogente facientem. Nam ſi quod non eſt
103 licitum in lege, neceſſitas † facit licitum, *c. quod non eſt. de reg. iur. in 6.* vbi gloſſ. item inculpabile eſt iudicandum, quod neceſſitas intulit, *c. ad limina, 30. quæſt. 1. & c. 1. 34. quæſt. 1* fames, quæ inter neceſſitates primũ locum ſibi vindicat, excuſabit furtũ committentem. Sed prædicta intellige cum grano ſalis, ne ſub ſpecie neceſſitatis indifferenter nedum defendas, ſed etiam præbeas aditum quibuſcunque ad furandum contra conſcientiam.

104 XXIV. Limita propter † variationem, ſeu mutationem qualitatis, & illius deficientiam in aliqua re, vel perſona, vt ſi ſta-
105 tutum, ſiue lex generaliter dictaret, † ius dicentem, vel medicum ab aliqua vniuerſitate conductum, vel artificem, vel Prælatum ab officio non debere amoueri, non extenditur ad caſum, quo qualitas in eis varietur, vtputa quia de diligente efficitur quis negligens, nam tunc licite amoueri poſſunt, arg. *l. ſi quos, C. de offic. præfect. prat. & l. milites, ff. de cuſtod. reor.* cum aliis de quibus per Roman. *d. §. de viro, num. 52.* Et ſi extaret ſtatutum, ſeu lex generaliter man-
106 dans fideiuſſores ſemel datos † volenti amplius non poſſe improbari, non ideo habebit locum variata qualitate in aliquo fideiuſſore à principio pro idoneo reperto, vt quia efficiatur ex diuite inops inopinatæ fortunæ impetu, arg. *l. ſi ab arbitrio, ff. qui ſatiſd. cog. & in l. ſi is, à quo, §. fin. cum. l. ſeq. ff. vt in poſſ. leg.* quod facit etiam pro ſtatuto mandante, tabellionem tanquam ſeruum publicum omnibus in his, quæ ad ſui exercitium ſpectent, inſeruire debere, quod
107 non ſeruabitur, ſi varietur in illo † qualitas, veluti ſi efficiatur Doctor, quo caſu non poterit ad officium exercendum pro aliquo compelli, niſi in cauſa hæreſis, *l. vniuerſos, C. de decur. lib. 10. cap. ſicut, ne cleric. vel monach. cap. vt officium, §. ad ſcribendam, de hæret. lib. 6.* facit l. *liberto, §. largius, ff. de ann. legat.* l. *cum quis, in princ. ff. de ſolut.* l. *ſi cum Cornelius, ad fin. ff. de confirm. tut.* c. *ſi clericus pauper, de præbend. lib. 6.*

XXV. Limita propter abſentiam, vel aliud impedimentum † perſonæ requiſitæ, 108
vt ſi ſtatutum in contractibus minorum, patre carente, requirat conſenſum matris, & duorum propinquorum conſanguineorum, nihilominus ſi contractus fuerit factus abſque conſenſu matris, eo quia erat abſens, vel adeo impedita, quod non poterat conſenſum præſtare, valebit, quia ſtatutum, etiamſi generaliter loquatur, debet tamẽ intelligi de poſſibili, & ſic ſi mater conſenſum præſtare poſſet, vel eſſet præſens, ita Bald. *in l. in conuentione, verſic. aduerte, dicitur, C. de nupt. num. 30.* pro quo facit, quod notat Bart. *in l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore, num 3. verſic. aut pater non poteſt eſſe præſens, ff. ſolut. matrimon.* Bald. *in l. tranſactionem, C. de tranſactionib. in fin. & in l. turpia, §. 1. ff. de legat. 1.* vbi dicit, quod † ſi ſtatu- 109
tum requirat conſenſum propinquorum in contractu mulieris, ſi propinqui erant abſentes tempore contractus in longinquis partibus, poterit mulier ſine eis contrahere, per *l. nullam, in princ. ff. de condit. & demonſtr.* & pro limitatione facit, quod etiam ſupra diximus de filio, qui poterit eſſe in iudicio abſque patris conſenſu, ſi pater eſſet abſens, per tex. *in d. l. ſi longius, §. ſi filius, ff. de re iudic. & d. l. ſi filius familias viaticum, ff. ſi certum petat.* quod nota pro noſtro ſtatuto requirente conſenſum patris, mariti, & propinquorum in contractibus minorum, & mulierum.

XXVI. Limita propter rei † euidentiam, & notorietatem, vt ſi extaret ſtatutũ, 110
q generaliter permitteret beneficium appellationis,

Digitized by Google

pellationis, non tamen eſſet intelligendum in caſu, quo quis ex delicto notorio, vel notorio debito eſſet damnatus, ita probat in ſimili text. *in cap. cum ſpeciali, § porro, & cap. conſuluit, de appellat. cap. Roma, eodem tit. in 6.* ſicut econtra nullitas notoria, & manifeſta, ſtatuto nullitates generaliter reiiciente, non includetur, ſed illo non obſtante opponi poterit, Bald. *in l. 1. C. ne lic. ter prouoc. & in l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, col. 14. ff. de pact.* Imol. & Alexand. *in l. de pupillo, §. qui opus, col. penult. ff. de oper. noui nuntiat.* Abb. *conſil. 55. lib. 2. conſil 44. lib. 1.* Ancharan. *conſil. 207.* Alexand. *conſil 77. col. 3. in fin. lib. 3.* Dec. *conſil. 8. num. 8.* facit text. *in cap. inter cæteras, & c. paſtoralis, de appellat.* Corſet. *ſingul. 90.* Vant. *in tit. quis poſſ. dic. de nullit. num. 51.* Bertaz. *conſil. crimin. 14. num. 14. vol. 1.* vbi ſtatutum prohibens appellationẽ non comprehendere, inquit, iniuſtitiam notoriam, & nullitatem ex defectu iuriſdictionis, quæ notoria dicitur, cum nullus maior detur defectus iuriſdictione ipſa, & pro hac limitatione optime faciunt adducta à Roman. *in d. §. de viro, num. 55.* vbi multa ſingularia dicta ad hoc, allegando accumulat.

111 XXVII. Limita propter actus † inualiditatem, vt ſi extaret ſtatutum, prout ex-
112 tat Sarzanæ, quod † de contractu donationis, emptionis, & ſimilia, ſoluatur gabella, nõ intelligetur de contractu inualido, ſed ad validum reſtringetur, Bald. & Salycet. *in l. non dubium, C. de leg.* Bertachin. *tractat. de gabell. 5. part. num. 7.* & Ioan. Baptiſt. Ferret. *d. tract. num. 312. & 314.* quos refert, & ſequitur Bertazz. *conſil. crimin. 175. vol 1. num. 5.* & faciunt notata *in l. 2. C. de eunuch.* & probatur ex generali doctrina *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. Condemnatum*, inquit Iuriſconſultus, *eum accipere debemus, qui rite condemnatus eſt, vt ſententia valeat, cæterum ſi aliqua ratione ſententia nullius momenti ſit, dicendum eſt, condemnationis verbum non tenere*, idẽ colligitur ex *l. non putauit, § nõ quæras, ff. de bon poſſeſſ. contra tab. l. 2. §. teſtamenta, ff. quemadmodum teſtam. aper. l. ſi is, cui, §. Flauius, ff. de ſolut.* cum aliis multis, de quibus per Roman. *vbi ſupra, num. 63.* vbi ſi ſtatutum, vel conſtitutio tribuat executionẽ paratam inſtrumentis, ſeu contractibus, non extenditur ad caſum, quo contractus inualidus eſt, & vide, quæ diximus in regula, *quod ſtatutum loquens in caſu vero, non habet locum in caſu ficto, & quod ſtatuta ſint ſtricte interpretanda.*

XXVIII. Limita propter non perſeuerantiam † ſeu non continuationem, vt 113
ſi ſtatutum generaliter diſponendo concederet aliqua priuilegia aduocatis, vel militibus, comprehenderet ſolum aduocatos, & milites actu, non autem qui ab effectu, vel militiæ exercitio deſtiterunt, argumen. *l. fin. C. de reſtitut. in integrum; l. ne quidam, C. de teſtam. milit. l. 2. C. de primipil. l. 3. C. de domeſt. & protect. lib. 12. l. fin. C. de aduoc. diuerſ. iudic. l. generaliter, C. de Epiſc. & cleric. l. ſemper, §. negotiatores, & §. licet, & §. quibuſdam, ff. de iure immunit.* vbi patet, iura aliquibus artificiis immunitates concedentia ad eos non extendi, qui ab exercitio actus huiuſmodi deſtiterunt, Roman. *vbi ſupra, nu. 65.*
qui ex hoc infert ad ſcholares † recedentes 114
ab exercitio ſtudii, quia non gaudent priuilegiis, & ad hoc multa allegat, ex hoc nota, quod non immerito condemnari poſ-
ſunt illi ex delatione † armorum, qui licet 115
ſint electi Antiani, quibus per ſtatutum arma ferre licet, tamen vocati, & eueniente occaſione, nec in conſilio nec in aliis rebus cõmunitatis peragendis adeſſe volunt, ſed nomine Antiani, aut contenti, aut etiam indignati omnia, quæ ad Antiani officium ſpectant, prætermittunt, igitur nec armorum delationis priuilegio gaudere eis licebit.

XXIX. Li-

116 XXIX. Limita propter affectationem, vt † ſi ſtatutum concederet aliquod priuilegium alicui propter officium, non extenderetur ad illum, qui affectauit, & affectate illud officium procurauit, & fuit tandem propter importunitatem aſſequutus, argument. text. ſecundum vnam lecturam gloſſ. *in l. vniuerſi, C. de legationib. lib. 10.* Roman. *vbi ſupra, n. 67.* quod notent hi, qui ad officia publica, tam affectate intendunt, vt vix aliud cogitent, & ex alia doctrina eiuſdem Romani poteſt notari etiam contra illos, qui aut propria negotia habentes, aut ſalarium, & lucrum affectantes, aut etiam ex ambitione moti cum omni affectatione, & procuratione procurant mitti pro rebus cõmunitatis Ianuam. Nam illis non debentur prærogatiuæ, quæ alias conceduntur eis, qui pro ciuitate abſunt, vt colligitur ex *l penult. C. quomodo & quando iud. & l. & qui data, ff. ex quib. cauſ maior.* ſed vt vere fatear loquendo de officiis, & dignitatibus, aut lucrum, aut ſuperioritatem in ciuitate, & alibi afferentibus, quis eſt hodie, qui non affectet illas, & procuret, & laudabimus eum certe, aut nulli, aut perpauci, etſi qui illas nõ libenter amplecti videntur, tunc tibi dic, merito, credo minus, ideo conclude, quod omnis homo currit, loquor regulariter, non autem indiſtincte.

117 XXX. Limita propter officii † neceſſitatem, vt ſi extaret ſtatutum, prout extat

118 Sarzanæ, quod pater non poſſit ſine † venia à filio vocari in iudicium: non enim extenditur ad filium, qui ratione neceſſitatis officii ſui, vel tutelæ, patrem in ius vocat. Nam tunc venia non eſt neceſſaria imploratio, ita nos docet text. *in l. quæſitum, ff. de in ius vocand.* & in ſimili *in l. cum non ſolum, §. neceſſitatem, C. de bon. quæ liber & l. aduerſus, §. 1. ff. de inofficioſo teſtamen. & §. ſi tutor, Inſtit. eod. l. tutorem, ff. de his quibus vt ingnis.*

XXXI. Limita propter neceſſitatem in perſona † propria, vt ſi extaret ſtatutum, 119
prout extat Ianuæ, generaliter mandans conductorem intra tempus conductionis non poſſe expelli, non erit intelligendum, vt habeat locum, etiam quãdo locator haberet neceſſitatem † rei locatæ, imo tunc 120
conductor poteſt expelli, vt nos docet textus *in l. ædem, C locati*, cap. *propter ſterilitatem, eodem tit.* Roman. *vbi ſupra, num. 70. in fin.* de quo tamen dic, vt per Vincent. Carroc. *in ſuo tract. locat & conduct. part. 2. tit. de recuſat.* vbi late hoc explicat, & tu hic obiter nota, non dari appellationem à ſententia † de exfractando, Grammat. *conſil. ciuil. 58. num. 15.* quia talis cauſa celeritatem 121
deſiderat, Carroc. *d. tract. part. 3. tit ſi de momentanea poſſeſſione, num. 2. & 3* & pro limitatione relata facit, quod habetur *in l. licet, ff. de arbitr. & l. ſi longius, in princip. ff. de iudic.* vbi patet, iura generaliter volentia, iudicem, vel arbitrum poſt ſuſceptam cognitionem cauſæ compelli iudicare, non extendi ad caſum, quo ita ipſi in concernentibus perſonam propriam ſunt impediti, vt liti terminandæ operam dare non poſſint, quod nota pro ſtatuto Sarzanæ, ſub rubr. † *de litib. & quæſtio. propinq. per arbitr. termin. lib. 3. cap. 20. in §. & ſi arbiter*, vbi ſtatuitur, quod arbiter poſtquam compromiſſum acceptauerit intra tempus compromiſſi, debeat terminare controuerſiam commiſſam ſibi, alias puniatur, vt ibi, intelligatur ceſſante neceſſitate in perſona propria, facit etiam, quod tradit Rip. *in cap. cum M. Ferrarienſis, 17. notab. num. 24. de conſtitutionib.* quod, qui contrauenit ſtatuto propter † neceſſitatem, non dicitur contrauenire, ſequendo Roland. à Valle *conſil. 50. num. 28. vol. 3.* Bertaz. *conſil. crimin. 554. num. 5. lib. 2.* 122 123

XXXII. Limita propter defectum copiæ † ſuperioris, vt ſi ſit ſtatutum, quod 124

Ee quis

quis non poſſit capi pro debito ciuili abſq; licentia prætoris, non habebit locum, ſi prætor eſſet abſens, & eſſet timor fugæ expectando illum, nam tunc nõ obſtante tali ſtatuto, poterit capi abſq; licẽtia, vt probatur *in l. generali, C. de decur. lib. 10* vbi gl. facit gloſſ. *in l. nullus, C. de iudic. l. ſi alius, §. belliſſime, ff. quod vi, aut clam*, Roman. *vbi ſupra, nu. 72.* & conferunt ſupra in decima limitatione, & in concluſ. *quod ſtatuta laicorum non ligant clericos*, dum de moræ periculo diximus.

XXXIII. Limita, vt non habeat locum
125 in caſu † ficto, quem generalia ſtatuta non comprehẽdunt, vt diximus in concluſ. *ſtatutum loquens in caſu vero, non habet locum in caſu ficto*, vbi tamen vide, pro quo facit tex. *in l. ſi maritus, §. lege Iulia, ff. de adulter.* vbi iura diſponentia de abſentibus non habent locum in abſentibus fictε, prout & nos retulimus in dicta concluſione, faciunt dicta à Bart. *in l. 2. §. hoc interdictum, il 2. ff. de ſont.* vbi voluit, quod ſtatutum generaliter puniens mulieres portantes perlas, non habet locum in his, quæ portant perlas non veras, & naturales, ſed fictas, & artificiatas, quod nota pro pragmatica Ianuenſi prohibente ſimilia, &c.

XXXIV. Limita propter rei, ſeu actus,
126 & perſonæ, vel loci † vicinitatem, vt ſi extaret ſtatutum de imponendis collectis, per quod ſtatueretur pariter hominibus ſubditis parium diuitiarum onus collectarum imponendum eſſe, non extenderetur ad caſum, quo vnus eſſet æque diues, ſed tamen magis vicinus ciuitati, ad quam fieret ſolutio onerum impoſitorum, nam viciniori æque diuiti debet imponi maius onus ſolutionis, quam remotiori, licet æque diuiti, quia conſideratur, quod minor eſt ſibi impenſa pro eundo ad locum deputatum ſolutioni, quam remotiori, ita nos docet text. *in l. pro locis, C. de annon. & trib. lib. 10.* vel aliud exẽplum poteſt afferri, vt ſi extaret ſtatutum, quod tale delictum committens poſſet in quocunq; loco ciuitatis capi, præterquam in Eccleſia, non intelligetur tamen ſtatutum, vt comprehendat locum vicinum Eccleſiæ, & illi cohærentem, qui eadem immunitate gaudet, quæ Eccleſia, adeo vt qua pœna punitur quis ex ſtatuto vulnerans in Eccleſia, eadem punietur vulnerans iuxta illam, ita Ioan. Andr. *in addit. ad Speculat. in rubric. de immunit. Eccleſ. ad fin.* & Felyn. *in cap. cum pro cauſa, de ſentent. excommunic.* dicit per illum text. & per canon. *ſicut antiquitus, 17. quæſt. 4.* quod qui fugit † ad cœmiterium Eccleſiæ, 127
eſt tutus ratione cohærentiæ, & quod violans prope Eccleſiam dicitur violare ipſam Eccleſiam, cum Eccleſia dicatur per quadraginta paſſus, de qua re vide late per Remig. de Gonn. *in ſuo tract. de immunit. Eccleſ. in verb. cœmiterium, ampliat. 4. & 7. cum plur. ſeq.* & melius per Boſſ. *tit. de cap nu 31.* Clar. *in pract. crim. §. fin. quæſt. 30. verſic. hinc eſt*, Farinac. *in tit. de carcerib. quæſt. 28. n. 12.* & Scap. *de iur. non ſcript. lib 1. c. 26.* vbi cum prædictis aſſerit, hoc in deſuetudinem abiiſſe, cui tamen repugnat Farinac *loco citato.*

XXXV. Limita propter aduerſam corporis † valetudinem, vt ſi extaret ſtatutum, 128
quod quis perfecto officio gauderet tali immunitate, ſi quis propter infirmitatem illud non valuit perficere, ſtatuto tamen gaudebit, quaſi officium perfeciſſet, cum per ipſum non ſtetit, ſed propter infirmam valetudinem, vt probatur *in l. ex agentibus, C. de Princ. agent. in reb. lib. 12* & tenuit Rom. *in ſing. 66. an ſtante ſtatuto.* Bart. & Alexan. *in addit. in d. l. ex agentibus*, Abb. *in cap. magna, de voto, col. 2.* qui dicit, quod tale ſtatutum haberet etiam locum in ſenectute, Roman. *in d. l. ſi vero, §. de viro, num. 76.* & facit tex. *in l. ſi cui, §. tam diuus, ff. ex quib. cauſ. maior.* vbi patet iura dicentia deducto ad

finem

Digitized by Google

finem negotio, pro quo quis miſſus eſt à republica, non dicetur miſſus amplius ab-
129 eſſe cauſa reipublicæ, † niſi tamen perſiſteret abſens, eo quod infirmus eſſet, tunc enim reipublicæ cauſa abeſſe dicetur, & immunitatibus quibuſcunq; gaudebit, quod eſt valde notandum pro illis, qui quotidie ab vniuerſitatibus, & Principibus mittuntur ad aliquē locum, vt etiam infirmi gaudeant emolumentis, & mercede ſtatuta, & pro limitatione, & dicto principali facit etiam bene text. *in cap. ſi teſtium, de teſtib.* vbi patet, legem generaliter dicentem citatum ad præſtandum iuramentum pro reddendo teſtimonio apud iudicis tribunal debere comparere, non extendi ad caſum, quo citatus eſſet infirmus, tunc enim ad domum iuramentum eſſet deferēdum, quod nota pro ſtatuto Ianuæ *de teſtib. cog. in crim. lib. 1. cap. 16. & in cap. de his, qui voc. ad teſt. in ciuil. lib. 2. cap. 20.* & eſt conforme diſpoſitioni ſtatuti Sarzanæ ſub rubric. *de poſition. lib. 3. cap. 4 §. ſi vero perſona*, vbi propter infirmitatem, honeſtatem, & dignitatem mittitur ad domum reſpondere debentis poſitionibus, & etiam ſtatutum Ianuæ *d. cap. 20.* ſaluat iuſtum impedimentum arbitrio iudicis.

XXXVI. Limita propter perſonarum,
130 ſeu actuum multitudinem, † vt ſi extaret ſtatutum generaliter mandans hoſpitem teneri, & debere recipere omnes viatores ſub pœna, non incidat in pœnam hoſpes, qui occupato hoſpitio quoſdam recipere noluit, Roman. *vbi ſupra, num. 78. verſic. tertio probatur*, & facit gloſſ. *in cap. ſignificauerunt, in verb. effrenatam, de teſtib.* dicens iura dicentia ius dicentem debere, & poſſe concedere vſque ad quartam dilationem pro teſtibus probatoriis producendis, iuxta *cap. vltra tertiam, de teſtib. & l. in pecuniariis, de dilation.* non extendi ad caſum, quo poſt productionem primam intra quam producti ſunt teſtes ad ſufficientiam, petit quis ſecundam, vel tertiam, intra quam vult producere teſtium aliorum mulutudinem. Nam poteſt tunc ipſa dilatio petita denegari, quod nota pro ſtatuto Sarzanæ *de teſtib. & de rat. ſummar. lib. 3. cap. 3. § et ſi qua dictarum partium*, vbi ſtatuitur, quod capitaneus poſſit ſtatuere terminum longiorem parti alleganti habere teſtes alios abſentes, vt non habeat locum, quando ſufficienter fuerunt examinati, vel poſſent examinari teſtes præſentes, vt effrenatæ teſtium multitudini obuietur, iuxta illud cap. *vltra tertiam, de teſtib.* & iuxta dict. cap. ſtatuti Ianuæ ſub rub. *de his, qui voc. ad teſti lib. 2. c. 20. §. nec poſſit aliquis magiſtratus*, vbi prohibetur multitudo teſtium examinandorum, & pro limitatione facit textus *in l. aut facta, § fin. ff. de pœn.* ex quo colligitur, quod iura imponentia certam, & determinatam pœnam pro aliquo crimine, † non extendun- 131
tur ad caſum, quo ius dicens in illo loco præſidet, in quo reperit eius loci homines circa tale delictum ſæpiſſime maiori pro parte delinquentes. Tunc enim ad refrenandam illorum malam conſuetudinem à tali delicto, permiſſum eſt excedere pœnam à iure ſtatutam ea ratione, vt quos Dei timor, & pœnæ paruæ impoſitio à malo non reuocat, ſaltem coerceat ſeueritas diſciplinæ.

XXXVII. Limita propter nimiā contumaciam, † vt ſi per ſtatutum mandare- 132
tur, nemini audientiam eſſe denegandam à iudice ſub pœna, non habebit locum in ius dicente, qui propter nimiam contumaciam denegauit audientiā parti, ita not. gloſſ. *in l. ſed et ſi per prætorem, § ſed ſi cum decreto, ff. ex quibus cauſ. maior.* quam ad hoc ponderat, & allegat Roman. *vbi ſupra, n. 80. verſic. quinto probatur*, vbi etiam *verſic. quarto*, inquit, ſtatutum, vel legem diſponentem, contumaciā non debere eſſe pluribus

Digitized by Google

pœnis punitam, non extendi ad caſum, quo ſit nimia contumacia, *l relegati, ff de pœn. & cap. quoniam frequenter, §. fin autem, vt lit. non contest.*

XXXVIII. Limita reſpectu remune-
133 rationis, † vt ſi extaret ſtatutum, prout et-
iam in alio propoſito diximus extare Sar-
zanæ ſub rubr. *de non dando, vel donando, vel
mutuando, vel commodando de bonis commu-
nis*, nõ erit intelligendum in caſu, quo Ma-
gnifici Antiani, ſiue conſilium darent in
remunerationem alicuius neceſſarii ſerui-
tii præſtiti ab aliquo noſtræ communitati,
vt hoc ſuadetur ex *l. cum nauarchorum, C. de
nauicul. &c. lib. 11.* vbi patet, legem generali-
ter dicentem neminem poſſe remittere o-
nus ſolutionis tributi reipublicæ debiti,
non extendi ad caſum, quo ſuperior in re-
munerationem vellet remittere ei, qui in
aliquo neceſſario ſeruitio reipublicæ gra-
tus extitit, & facit text. *in cap. quicunque ſuf-
fragio, & in c. Eccleſia 12. quæſt. 2. & cap. per
tuas, cum ibi not. de donationib.* quibus in lo-
cis patet, iura generaliter dicentia prohi-
bitam fore rerum Eccleſiarum alienatio-
nem, non extendi ad caſum, quo eas velit
alienare ſuperior, vt eos remuneret, qui
Eccleſiæ grata opera impenderũt, & ſtatu-
tum, ſiue lex generaliter reſcindens con-
tractum donationis, vel alium quemlibet
metu factum, non extendi ad caſum, quo
donatio, vel contractus metu factus eſt ve-
re remuneratoria, & remuneratorius, ſic
probat text. *in l. metum, §. ſed licet, ff. quod
met. cauſ.* quod eſt verum, niſi ille, ad cuius
fauorem eſt facta donatio, vel contractus,
vim, vel metum ipſe ſubmiſerit donanti,
ſic cantat text. *in d. §. ſed licet.*

XXXIX. Limita propter maiorem di-
134 gnitatem † concedentis, & conferentis, vt
ſi extaret ſtatutum de præcedentia Dd.
quo caueretur promotum ad dignitatem
poſterius poſtponi debere promoto prius,
non extendetur ad caſum, quo promotus
poſterius eſt promotus ab eo, qui eſt in ma-
iori excellentia dignitatis, quam ille, qui
fuit promotor prioris, ita ſuadetur ex text.
*in l. 2. ff de alb. ſcrib. & cap per tuas, de maiorit.
& obedient.* & quod notat gloſſ. *in cap. 1. eod.
tit.* cum aliis à Roman. adductis *vbi ſupra,
num. 82.* de quo tamen dic, vt per Felyn. *in d.
cap per tuas, de maiorit. & obedient.* vbi inter
cætera dicit, hoc procedere, quando Do-
ctoratus poſterior à Principe maioris di-
gnitatis ſit creatus cum rigore examinis,
ſecus ſi ſimplici verbo, *eſto Doctor*, idem
Marian. *in c. qualiter, 23. notab. de accuſ.* Dd. *in
d. l. 2 ff de alb. ſcrib.*

XL. Limita propter nouam rei † ſu- 135
peruenientiam, vt ſi extaret ſtatutum, quod
poſt concluſum in cauſa, & elapſis quibuſ-
dam diebus, non poſſint produci in cauſa
aliqua alia inſtrumenta, vt ſi de nouo in-
ſtrumenta deuenerint ad manus partis, &
de eo conſtabit, poterunt produci, prout
ita notant Dd. *per l. admonendi*, ſecundum
vnam lecturam, quam ibi ponderant Bar-
tol. *de iureiur.* vbi etiam Ripa *nu. 48.* & Curt.
num 67. vbi teſtatur de communi Felyn. *in
cap. paſtoralis, de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* de
quo tamen dic, vt per Dominum Ioſeph.
fratrem meum *de probationib. in concluſ. 925.
nu. 7. cum ſeq vol. 2.* vbi etiã habebis quemo-
do probetur, inſtrumenta eſſe de † nouo 136
reperta, & vide etiam Aſin. *in ſua pract. iud.
§. 23. limit. 3.*

XLI. Limita propter iuſtam ſeu pro-
babilem † ignorantiam, vt ſi generaliter 137
per ſtatutum punirentur receptantes ban-
nitos, intelligitur de receptantibus ſcien-
ter, ita colligitur ex gloſſ. vbi communiter
ſcribentes *in l. 1. ff de receptato.* & eſt ratio,
quia, vt inquit Imper. *in l. generali, C. de tab.
lib. 10.* ſcientem, non autẽ ignorãtem volu-
mus obligari, vt not. Bart. *in l. omnes, C. de a-
gric. & cenſit. lib. 11. & l. 1. C. de colon. Illyric. eod.*

lib.

lib. quod bene animaduertit ſtatutum criminale Ianuæ ſub rubric.*de rebell.& exul lib. ed.pub.non recip. ibi,ſciens receperit*,& ita erit intelligendum aliud ſtatutum, *de recip. pirat. vel præd.* & facit etiam aliud ſtatutum criminale *de viro vxore ſuperſtite aliam ſuperinducente,ibi,aliam ſciens ſuperinduxerit.* An
138 autem, & quando præſumatur † ignorantia, habes apud D. Ioſeph. fratrem meum *in 2.vol.probat.concl.874.cum duabus ſeqq.* vbi *in vltima ſub nu.22.* reperies,quod ſtatutum prohibens allegare ignorantiam, non intelligitur de iuſta.

XLII. Limita propter concluſionem
139 in cauſa, †qua ſtante, multæ exceptiones non admittuntur,quæ aliâs ex generali ſtatutorum permiſſione cōceduntur, ita colligitur ex traditis à Roma.*vbi ſupra n.85.vſq. ad num. 86.* latiſſime A ſin. *in prax. iudicial.*§. *23.per tot.* vbi copioſiſſime per ampliationem,& limitationem de vi, & effectu concluſionis in cauſa docet.

XLIII. Limita propter ſenectutem,
140 vel antiquitatem, † cuius reſpectu ſenes non comprehenduntur in generali ſtatutorū diſpoſitione, vt multis caſibus exemplificat Roman. *vbi ſupra, num.86. & 87.* & de hoc extat ſtatutum Sarzanæ,ſub rubr.*de priuileg.ſeptuag. libr. 1.c. 26.* & probatur *in c. ſi teſtium,de teſtibus*, vbi ob ſenectutem remittitur onus accedendi ad iudicem teſti, & *c.placuit,18. diſtinct.* vbi propter ſenectutem remittitur onus perſonaliter comparendi, & faciunt dicta de infirmis, *ſupra in 35.limitat.*& per D.Ioſeph.fratrem meum, *vol.3.de probat.concl.1295.*

XLIV. Limita generaliter ita neceſſi-
141 tate in aliquo caſu † ſuadēte,quæ cum legē non habeat,*l.1.ff.de offic.conſ.l. tutor. ff.de excuſat. tut. l. aliquando, ff. de offic. proconſ.*non eſt mirum,ſi in ea ceſſat diſpoſitio legis generalis, vt ex pluribus exemplis comprobat Roman. *vbi ſupra*, & quod neceſſitatis gratia ceſſet ſtatutum circa ſolemnitates generaliter diſponens dixit Bertazz.*conſil. ciu.88.num.42.* Bal.*in l.turpia,*§.*1.ff.de leg.1.* vbi alij, & neceſſitatis tempore ceſſare diſpoſitionem ſtatuti teſtatͣ Lamber.*in fin.ſui tract. de contract.* vbi communem dicit, & quamplurimos ad hoc allegat, & faciunt dicta *ſupra in 25.& 331. limitat.*

XLV. Limita, quod licet factum contra diſpoſitionem † generalem ſtatuti non 142
operatur in totum,tamen aliquando operatur ſaltem in tantum,vt ſi ſtatutum extaret,quod poſt didicita teſtificata,vel publicatas atteſtationes, non poſſent recipi aliqui teſtes,ſi fuerint recepti, non probabūt quidem plene tanquam recepti contra diſpoſitionem ſtatuti, ſed tamen facient ſic etiam examinati aliqualem pręſumptionē, ita colligitur ex Innocen. *in c. cum dilecti,de excuſation.ſub num. 1.* quem ſequitur Rom. *vbi ſupra nu.89.* cūm alijs permultis, de quibus ibi per eum, & facit generaliter, quod teſtes non examinandi, neque admittendi de iure, ſi tamen fuerint examinati, & admiſſi,operantur ſaltem,quoad quale indicium,Bar.*in l.maritus,verſ.vlterius oppono,ff. de quæſtion.*Bal.Salycet. & alij *in l.ſeruos,C.de teſtib.*late Marſil.*ſing.198. teſtis qui non debet*, cum ibi per eum alleg. hocq; declarat habere locum parte non opponente.

XLVI. Limita,vt non procedat,quādo cauſa,vel ratio diſpoſitionis † ſtatuti ad- 143
iecta eſſet, nam tunc illa cauſa, & ratio adiecta limitat, & reſtringit generalitatem ipſius ſtatuti ad limites, & terminos ipſius rationis, ita Alber. *in l.quæſitum, §. Meuij.ff. de leg.3. & in l.Aurelius, §. Sticho*, vbi etiam Bar.*ff.de lib.leg.*Bartol.*conſ.60.generalitas, in princip.* Anchar. *conſ.254.ſuper primo quæſito,column.2.num.4.* Caſtr.*conſ.332. viſo teſtamento, poſt princip. lib.1.* Alexan. *conſ.170.col. pen.verſic.tertio hoc colligi poteſt, lib.2.*Barba. *inter conſ.Alexan.52.num.19. column.4. libr.4.*

Digitized by Google

Dec. *conſ. 376. column. 5. num. 6.* Pariſ. *conſ. 50. num. 24. volum. 3.* Gozad. *conſ. 35. numer. 34.* Crauet. *conſ. 3. nu. 12. & conſ. 221. num. 6. lib. 2.* cauſa enim in ſpecie reſtringit dictum in genere, dicit Bart. *in l. iubemus, in 2. notab. C. ad Velleian. & in l. pactum, column. penultim. quaeſt. 17. de collat.* Bald. *inter conſ. Angel. 68. in princip. l. cum pater, §. dulciſſimis*, vbi Bar. Imol. & alij, *ff. de leg. 2. l. adigere, §. quamuis*, vbi Bar. *ff. de iur. patron. l. ſi is, qui animo*, iuncta gloſſ. vbi Paul. de Caſtr. & alij, *ff. de acqu. poſſeſſ. l. milites, in princip. ff. de re milit.* Salycet. *in repet. l. 2. C. de nox. act.* Abb. *in cap. Eccleſia, column. 2. de immunit. Eccleſ. & in cap. ad audientiam, de decim. & in capit. fin. de reſcript.* & ratio eſt etiam, quia ratio eſt anima legis, vnde ſicuti anima dominatur corpori, ita ratio verbis, *l. ſcire debes, ff. de legib. l. cum mulier*, & ibi Doct. *ff. ſolut. matrim. l. non dubium*, vbi gloſſ. & Doct. *C. de leg. l. nominis, & rei, §. verbum*, iunct. gl. *ff. de verb. ſignif.* Intelligentia enim dictorum eſt aſſumenda ex cauſis dicendi, *c. intelligentia, & c. praeterea, de verbor. ſignificat.* Ceph. *conſ. 76. numer. 88. lib. 1.* & nos etiam *ſupra in 14. ampliatione*, & *alibi in aliis concluſionibus.*

144 Primo amplia limitationem, vt † ratio adiuncta faciat recedi à proprio ſignificatu verborum antecedentium, ita Bald. & Caſtrenſ. *in l. ſi ſeruus legatus, §. qui quinque, ff. de leg. 1.* quos ſequitur Euerard. *in loco à ratione legis, numer. 3. verſic. imo quod plus eſt.*

Secundo amplia, vt procedat non ſo-
145 lum in cauſa † expreſſa, ſed etiam in tacita, & coniecturata, ita Crauet. *conſ. 3. numer. 3.* per tex. *in c. ſuper*, vbi Dec. *in 2. notab. de appellat. & in conſ. 33. num. 9.* Barb. *dict. conſ. 52. numer. 19. inter conſ. Alexand.* Bal. *d. conſ. 68. inter conſ. Angel.* Euerar. *vbi ſupra, nu. 9. in princip.* qui id reſtringit, quando vnica tantũ ratio coniecturari poteſt, & ita teſtatur voluiſſe Petr. Cyn. Caſtrenſ. & alios, *in dict. l. non dubium, C. de leg.* & Bald. *in l. maximum vitium, C. de lib. praeter.* Abb. *in cap. ad audientiam, de decim. & in cap. fin. de reſcript. & in cap. nihil, de elect.* & ratio eſt, quia quando non poteſt reddi, niſi vnica ratio in ſtatuto, illa habetur pro expreſſa, gl. ſing. *in leg. quamuis*, vbi Bal. & Caſtrenſ. *C. de fideicommiſſ.* Alexan. *conſ. 85. numer. 4. volum. 4.* Iaſ. *in §. omnium, numer. 38. cum addit. Inſtit. de actio.* Crott. *in ſuis memo. in ver. ratio, in princip.* Aſin. *in ſua pract. Iud. §. 9. cap. 5. ampliat. 25. nu. 4.* & nos late tam de limitatione, quã de praedictis ampliationibus diximus *in concluſione, quod ſtatuta ſunt proprie, & ſtricte intelligenda in 6. limitatione*, ad quae recurre.

XLVII. Limita, vt ſemper generalitas ſtatuti reſtringatur ad † ea, quae ſtatuentes 146
facere poſſunt, & de quibus ipſis eſt permiſſum ſtatuere, & non vltra, Roman. *conſ. 108. idem in propoſita ad finem, & conſ. 393. col. 2. verſic. primo quia*, Caſtren. *conſ. 294. colum. 1. verſic. ſed hic, libr. 2. conſ. 13. numer. 2. eod. volumin.* Aretin. *in leg. Gallus, §. 1. in 2. notab. ff. de liber. & poſthum.* Dec. *conſ. 504. numer. 4.* & ratio eſt, quia actus humani † re- 147
gulantur, & interpretantur à poteſtate facientis, Bal. *in l. 1. numer. 55. C. de ſacroſ. Eccl.* Barba. *conſ. 10. numer. 8. volumin. 2.* Socin. iun. *conſ. 72. numer. 14. libr. 2. l. 1. in fine. C. de muner. & honor. libr. 10.* Bar. *in l. penultim. § 1. numer. 5. ff. de leg. 2.* Alexan. *conſ. 168. num. 8. lib. 2. conſ. 95. lib. 6.* & faciunt, quia nemo cenſetur quid agere velle per generalem verborum conceptionem, quod per ſpecialem agere non potuiſſet, *l. Lucius, §. ita reſpondit, ff. ad municipal. l. ſi pater, ff. de his quae in fraud. cred. c. ſi generali, ſi de feud. fuer. controuerſ.* Io. Andr. *in c. eos, de immun. Eccleſ. in 6.* Roman. *conſ. 289. num. 2. conſ. 48. num. 2. conſ. 92. num. 5.* cum alijs permultis, de quibus per Mandoſ. *in additio. ad dictum conſ. 289.* & latiſſime per Chaſſan. *conſ. 1. in 3. dubio, nu. 19.* Cephal. *conſ. 516. numer. 17. libr. 4.* Cepol. *conſil. 15. n. 7.*

Digitized by Google

*n.7.*Bettazz.*conſ.ciu.57.n.26.*Rom.*conſ.92.n.*
*5.*Ant.de Butr.*in conſ.40.in princip.not.in c.à*
nobis,il 1.de ſent.excomm. vbi præcipue Abb.
in 3.not.

XLVIII. Limita ob euitandam cor-
148 rectionem † iuris communis, ſtatuta enim
ſunt reſtringenda, ſi ita euitatur correctio
iuris, Rimin.*conſ.43. num.13. libr. 1.* Alexan.
conſ.85.nu.12.lib.4.& conſ.19.num.4.lib.1. Ce-
phal.*conſ.210.nu.18.libr.2.* Rol.à Val.*conſ.161.*
num.54. volum.2. & conſ.72. num.36.libr.3. &
ſtatuta ſunt vel ſtricte, vel late interpretan-
da, prout minus derogatur iuri communi,
Socin.iun. *conſ.11.num.12.libr.1.* Doct. com-
muniter *in l.fin. §. in computatione, C. de iur.*
delib. & Menoch. *conſ.76.numer.2. libr.1.* vbi
voluit, quod ſtatutum de lucro dotis debet
ſtrictiſſime interpretari tanquam contra-
rium iuri communi, vt minus quam fieri
poſſit, illud lædat, hinc etiam Rolan.à Val.
in conſ.97.num.21.libr.2.& in conſ.74.num.19.
lib.3. dixit, quod quando ſtatutum contra
ius cõmune poteſt operari vnum, vel duo,
ea ſumenda erit interpretatio, per quam v-
num tantum, non autem illa, per quã duo
contrarius ſtatutum operẽtur, idem voluit
Pariſ.*conſ.110.num.6.libr.3.* Roma.*conſ.399 n.*
*1.& 2.*Grat.*conſ.45. columm.1.volum.n.1.* Go-
zad. *conſ 19. num.5.*Socin. iun.*conſ.3.in prin-*
cip.libr.1. Bero.*conſ.113.numer.6.volum. 3.* &
ratio concluſionis etiam poteſt eſſe, quia
149 ſtatuentes † non præſumuntur velle corri-
gere, quod eſt diſpoſitum à iure commu-
ni, Ceph.*conſ.138.n.50.lib. 1.* Corn.*conſ.119. n.*
*5.libr.1.*Ruin.*conſ 38. numer. 6. volum.3* Dec.
conſ.37. num 7. & in hoc vide, quæ diximus
in concluſione, quod ſtatuta debẽt ita interpre-
tari, vt reducantur ad concordiam cum iure
communi, & amplia, & limita, vt ibi.

XLIX. Limita, vt non procedat, ita
150 ſuadente naturali † æquitate, quæ vincit
generalitatem verborum, ita Crauet. *conſ.*
186.nu.14.lib.1. & conſ.221.numer.1. lib,2. vbi
ait, quod ſtatutum vtcunque generale re-
cipit limitationem ab æquitate, etiamſi in
ſtatuto adeſſent verba prægnantia, & non
aliter, nec alio modo, Socin.*conſ.44. col.4.*
ad fin.verſic & dicta verba non aliter, libr. 1. &
quod attendi debeat æquitas potius, quam
generalitas ſtatuti, & quod ſecundum na-
turalem æquitatem declaretur mens ſtatu-
entium, dicit Cephal.*conſ.28. num. 44. libr.*
1. Bald. *in l.ſi procurator, in princip. col.1. verſ.*
*item renunciatio, ff de cond indeb.*Iaſ.*in l. à di-*
uo Pio, §. in venditione, col 3 verſ ſecũdo, & for-
tius, ff de re iud. Crau.*conſ.70. nu 24* Bal.*conſ.*
434 pactum inter locatorem, libr.1. Iaſ. *in l. ſi*
ſeruum Stichum, § ſequitur, in 7 not ff de ver.
oblig. & Ang.*in conſ.345. in fin* dixit, quod
attendi debet æquitas potius, quam rudis
figura ſtatuti.

Amplia limitationem, vt procedat, e-
tiamſi ſtatutum generaliter † loquens eſſet 151
vltimo loco poſitum in volumine ſtatuto-
rum, & vltimo compilatum, nam non per
hoc præualeret primo, quod eſſet æquius,
ſed potius illud æquius attenderetur, non
obſtante generalitate, & poſterioritate iſti-
us ſecũdi, ita Marſ.*in l. 1.§. ſi ſerui, n. 29. ff de*
quæſt. vbi dixit, quod iudex non debet at-
tendere prioritatem, aut poſterioritatẽ in
ſtatutis, vbi æquius inter illa apparet, *iuri-*
bus ibi per eum, idem voluit Alex. *conſ 58. nu.*
5.libr.4 Iaſ. & Dec.*in l ſi Ruffinus, C. qui teſt.*
*fac.poſſ.*Ceph.*conſ.404 n 29 lib 3.*

L. Limita, vt non ſit generaliter intel-
ligenda † diſpoſitio ſtatuti generalis, quan- 152
do ita intelligendo ſequeretur inæqualitas
inter perſonas comprehẽſas in diſpoſitio-
ne, ratione enim ſeruandæ æqualitatis in-
ter illas reſtringuntur ſtatuta generaliter
diſponentia, Crau.*conſ 70 n 6* quod dicit e-
tiam ſenſiſſe Aret.*cõſ.6.col 6 & conſ.154 col.*
*3.*Socin.*conſ.98.col 3 lib. 1.* idem Crau *conſ.*
139.columm fin. Ceph.*conſ.188 num. 0.libr.2.*
vbi plus dicit, quod † etiam receditur à 153
pro-

Digitized by Google

proprietate verborum, vt æqualitas conſeruetur.

LI. Limita, vt non procedat, quando
154 diuerſa † eſſet ratio eorum, quæ ſub generalitate comprehendi poſſunt, Crauet. *d.conſ.70.num.27.* per ea, quæ not. Bar. *in l.ſi pluribus,ff.de leg.2.* & per Canoniſtas *in c. vt circa, de elect.in 6.* Caſtrenſ. *in conſ.187.notandum eſt,column.fin.libr.2.* Abb. *conſ.97.nu.4. lib.2.*

LII. Limita, vt non procedat, quando
155 aliâs † abſurdum, & inconueniens ſequeretur, tunc enim vt abſurdum euitetur, generalia ſtatuti verba reſtringuntur, Crau. *d.conſ.70.num.21.* Socin. *conſ.84.col.3.verſic. tertio principaliter,volum.1.* Caſtr. *conſ.50.viſo codicillo,colum.2.circa med.lib.2.* Abb. & But. *in c. ſolitæ, de maior. & obed.* vbi ideo inferũt ad illud vulgare dictum, quod licet generaliter ſtatutum diſponeret, quod quicunque extraxerit ſanguinem in platea, puniatur pœna manus, barbitonſor tamen, qui extraxit ſanguinem in platea, phlebotomiam faciendo, non punietur pœna ſtatuti, licet ex generalitate verborum cõprehendi videatur, eſſet enim abſurdum, & inhumanum dicere, barbitonſorem pœna ſtatuti teneri, cum in eo non poſſit argui dolus, & ſtatutum puniens præſupponit dolum cum iniuria alterius, quod approbauit etiam Euerar. *in ſua centur. in loco ab abſurdo, num.4.* de mente etiam Bar. *in d.l.non dubium,C.de legib. & in l.1.C.de agricol. & cenſit.lib.11.* Ceph. *conſ.76.num.70. lib.1.* Bar. *conſ.40.numer.2.libr.2.* Alexan. *conſ.83. n.5.vol.2.* Rol. à Val. *conſ.72.n.41.lib.3. & conſ.97.n.26.lib.2.* Oſaſc. *d.ciſ.59.nu.8. & deciſ.69. num.3.*

Primo amplia, vt iſtud ſit verum, etiamſi extaret ſtatutum, quod verba ſtatuti in-
156 telligantur † præciſe, & ad literam ſine vlla interpretatione ſub maxima pœna, tali enim ſtatuto non obſtante, generalitas reſtringetur ad euitandum abſurdum, quia ſtatuta prohibentia quamcunq; interpretationem, vt ſupra, ſemper tamen interpretantur, niſi per hoc ſequeretur abſurdum, eo quia talis intelligentia abſurdi euitandi cauſa cum proueniat à iure naturali, à quo omne abſurdum remouetur, *l.3. §.his legib.ff.de orig.iur.* debet præualere cuicunq; contrariæ diſpoſitioni, imo ſtatutũ volens etiam illam tollere, nõ poſſet, quia nec iuri ciuili ipſi hoc permittitur, vt *l.2.ff. de vſufruct. ear.rer. quæ vſu,* Aret. *conſ.109.nu.1.* Iaſ. *in d.l.non dubium,num.39.C.de legib.* Alciat. *in l.1.§.ſi quis ita,num.9.cum ſeq.ff.de ver. oblig.* Riminal. *conſ.74.num.66.volum.1.* Soc. *conſ.84.num.4.lib.1.*

Secundo amplia limitationem, etiamſi propria verborum † ſignificatio eſſet re- 157
ſtringenda contra ſuam naturam, vel etiamſi ab ea eſſet in totum recedendum, nã nihilominus, vt euitaretur abſurdum, proprietas verborum ceſſaret, Ceph. *conſ.188. num.12.& ſeq. libr.2.* Crau. *conſ.259. numer.7. lib.2.* Alexan. *conſ.52. num.2. lib.1. & in conſil. 85. colum.3.lib.4.* Dec. *in c.cum inter, col.2. de except.* Ruin. *conſ.104. num.17.lib.2. & conſil. 93.num.7.lib.3.* Rolan. à Val. *d.conſ.72.numer. 42.lib.3.* Rimin. *conſ.74.num.67. & 68. volumin.1.* not. Bar. *in d.l.non dubium,C.de legib. & in d.l.omnes populi,6.quæſt.princip.verſ.iuxta præmiſſa quæro, ff. de iuſtit. & iur.* vbi dixit, quod ſi verba ſtatuti poſſunt accipi duobus modis, proprie & improprie, quamuis regulariter deberent accipi proprie, vt *in l.1.§.ſi is qui nauem, ff.de exercit. l.non aliter, ff. de leg.3.* tamen fallit, ſi accipiendo proprie continerent abſurdum, per *leg.in ambigua, ff. de legib. & l.ſcire oportet, ff.de excuſat. tutor.*

Tertio amplia, etiamſi ſtatutum eſſet aliâs fauorabile, † & introductum ad fauo- 158
rem publicum, & publicam vtilitatem, nã deberet nihilominus ita interpretari in ſua gene-

Digitized by Google

generalitate, ne inducatur abſurdum, ita Oſaſc.*d.deciſ.169.n.19.* & per Alexand. *conſ. 134.numer.27.cum duobus ſequentib.lib.6.*ſed de ſupra dicta limitatione, & ampliationibus vide, quod diximus *in concluſione, quod ſtatuta ſunt proprie, & ſtricte intelligenda.*

LIII. Limita, quando aliâs induceretur
159 tur † ſtatutorum correctio, & contrarietas in iam diſpoſitis, Alex.*in d.conſ.134. num.25.* per ea, quæ voluit Cyn. & expreſſius Bal.*in l.fi.C.per quas perſonas nob.acqu.* Crau.*d.conſ. 70. num.19. & 22.* vbi dixit, quod potius, & facilius admittitur reſtrictio, quam quod inducatur correctio per tex.cum ſua gloſſ. *in l.quoties, C.famil.erciſc.* faciunt adducta per Roman.*conſ.399.vt præſens,num.11.* Abb. *in cap.gratum,in princip.& in c.ſuper quæſtionem,in princip.in 3.not.de offic.de leg.* Oldrad. *conſ.8.incip.paterfamilias fecit teſtamentum,* Alexand. *conſ.167.numer.15. libr.7. & conſil.141. viſo teſtamento, libr. 2.* Bartol. *conſ. 111. quæritur, verſic. ſuper ſecundo,* Roman. *conſ.244 pro euidentia,* Decian.*reſp 32.n.35. vol.2.*Anch.*conſ.6.nu.5.*Socin.iun.*conſ.11.nu. 10.lib.1.*

LIV. Limita, vt generalitas ſtatuti re-
160 ſtringatur † ex veriſimili mente ſtatuentium habita ratione perſonarum loci, & tẽporis, ac aliarum qualitatum, propter quas poteſt præſumi ſtatuentes veriſimiliter potuiſſe de hoc, & non de illo cogitaſſe, & ſtatuiſſe, Roman.*conſ.468.num.6.* Crau.*d.conſ. 70.numer.25. & conſ.221. numer.7.* Dec.*conſ. 532. column.2.* Caſtrenſ.*conſ.333. viſo teſtamento Michaelis, column.2. circa med. libr.1.* vbi amplius voluit verba præciſa reſtringi etiam ſecundum mentem diſponentis, *iuribus ibi per eum*, idem ſenſit Ang.*conſ.248. Philippus, col.2.* vbi dixit, nullam eſſe diſpoſitionem tam generalem, quæ non reſtringatur ad ea, de quibus veriſimiliter ſtatuentes cogitarunt, faciunt not. per Bartol. Bald. & alios, *in l. Lucius, la 2. §. penultim.ff. de leg.2.* Bartol. *in l.1. in princip.ff. ad Maced.* Alexan.*conſ.7. viſis, libr.2.conſ.55.quoniam, in princip. libr. 5.* & veriſimilitudo mentis colligitur ex ratione finali ſtatuti, Dec. *conſ.532. numer. 9.* & nullam eſſe diſpoſitionem generalem, quæ non recipiat interpretationem à veriſimili, dixit Iaſ. *in l.ſi extraneus, num. 13. ff. de cond.cauſ.dat.* ille enim, qui arguit à veriſimili, arguit à ratione naturali, quia veriſimilitudo dicitur cognata naturæ, Bald. *conſ.380.numer.3.volum. 3.* & veriſimilitudo habetur pro lege, Oldrad.*conſ.13.in fin.* Vnde qui allegat veriſimilitudinem, dicitur allegare textum legis, quoniam lex iubet ſeruari id, quod eſt veriſimile, *l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de regul. iur.* & hoc argumentum habet locum in qualibet materia, Crau. *conſ.297. n.6.conſ.298.num.16.* late Euerar. *in loco à veriſimili.*

LV. Limita, quia licet ſtatutum ſit ge-
neraliter † intelligendum, tamen id eſt ve- 161
rum quoad ſolita, & ordinaria, ſecus autem quoad inſolita, & extraordinaria, quæ à generalitate non comprehenduntur, per ea, quæ not. *in l. ſcio, §. medico, ff. de ann. leg.* & per Iaſ. *in l.certi condictio. §.nummos, columna. 5.verſic.2.ff.ſi cert.petat.* Felyn.*in cap. cum M. column. 4.verſic. 2.* vbi etiam Dec.*in 5. nota. de conſtitut.* Innocen. *in cap. olim, de verbor. ſignif.* vbi dixit, quod quælibet diſpoſitio
recipit interpretationem † ab eo, quod cõ- 162
ſuetum eſt, ſequitur Abb.*in cap.certificari, de ſepultur.* Cephal. *conſ.491. num.24. libr.4.* Natt.*conſ.435.num.33.libr.2.* & faciunt, quæ nos diximus *in concluſione, quod ſtatuta recipiunt interpretationem à iure communi,* dum declarauimus de iure ordinario, & regulari, & de obſeruantia ſubſecuta.

LVI. Limita ratione aliquarum di-
ctionum, † quæ de ſui natura reſtrictio- 163
nem ſignificant, de quibus pulchre per Simon.

mon. de Præt. *de interpret. vlt. volunt. in fine,*
vt ſunt, *tantum, tantummodo, ſolummodo, dũ-*
taxat, non amplius, non ſolum, & alia, de qui-
bus ibi per eum, idem & verbum, *ſufficit*, de
quo per Gabr. *conſ. 7. numer. 5. & 6.* & ratio
eſt, quia tales dictiones excluſiuæ, ſeu ta-
xatiuæ, vel reſtrictiuæ affirmãt illud, quod
ponunt, & negant omne aliud, adeo quod
excludunt omnes caſus præter expreſſos,
dictio enim taxatiua eſt excluſiua omni-
um caſuum extra orationem, in qua ipſa
eſt, poſitorum, *l. 2. C. de patr. qui fil. diſtrax.*
l. ob æs, C. de præd. min. l. contractus, ff. de reg.
iur. cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſeſſ. &
proprietat. & differentiam inter dictiones
taxatiuas, & illarum naturam, & excepti-
uas, habebis per Euerard. *in loco à natu-*
ra dictionum taxatiuarum, num. 6. & 7.

Primo ſublimita, vt non procedat li-
164 mitatio, quando † induceretur per hoc
correctio alterius ſtatuti, nam in dubio
adeo eſt fugienda correctio in ſtatutis,
quod per dictionem taxatiuam poſitam
in aliquo nouo ſtatuto non cenſeatur cor-
rectum ſtatutum antiquum, ita Bart. *in l. 3.*
§. cum Titio, ff. de adim. leg. quem refert & ſe-
quitur Ioan. de Imol. *in leg. ſi vero, §. de vi-*
ro, ff. ſolut. matrimon. Alexan. *in l. ſi conſ. an-*
te, in princip. ff. eod. titul. & in l. 1. C. de bon.
poſſeſſ. contr. tab. Ancharan. *in c. 1. 14. quæſt.*
princip. de conſtit. facit, quod dixit Angel.
poſt gloſſ. *in l. cum notiſſimi, in 2. column. C.*
de præſcript. 30. vel 40. annorum, videlicet
quod dictio, *ſolus*, & aliæ taxatiuæ nun-
quam excludunt, quando reſultaret ab-
ſonus intellectus, vel contrarietas, prout
hoc idem refert & ſequitur Euerard. *in ſua*
centur. in loco à natura dictio taxatiua, nu-
mer. 3. facit gloſſ. iunct. tex. *in l. contractus,*
ff. de regul. iur. gloſſ. iunct. tex. *in l. fin. C. de*
patr. poteſt. & gloſſ. iunct. tex. vbi etiam Sa-
lycet. & Iaſ. id not. *in dict. l. 1. C. de bon. poſſeſſ.*
contr. tab. facit, quod voluit Roman. *in cen-*
ſil. 322. num. 2. vbi voluit, quod vnum ſta-
tutum declaratur ab alio, etiam dictiones
taxatiuas habente, ſi aliquo modo fieri po-
teſt, vt inter ſe concordentur, & correctio
euitetur, idem voluit Euer. *loco ſupra cita-*
to, n. 30.

Secundo ſublimita, vt procedat quo-
ad perſonas, & caſus † diſſimiles, ſed ca- 165
ſus, & perſonas ſimiles eandem, vel ſimilẽ
rationem habentes dictiones taxatiuæ nũ-
quam excludunt, ita idem Euerar. *vbi ſupra*
num. 40. per gloſſ. quam ad hoc dicit nota-
bilem iunct. tex. *in d. l. ob æs,* & ibi Salycet. *C.*
de præd. min. & per gloſſ. iunct. tex. *in l. ita*
nobis pudor, vbi Angel. Cyn. & Salycet. *C.*
ad l. Iul. de adulter. & gloſſam, *in l. ſerui no-*
mine, & ibi Bart. *ff. de vſucap.* & gloſſ. vulg.
in l. illud, & ibi omnes Doctor. *C. de ſacroſ.*
Eccleſ. & facit multum not. tex. *in l. 1. §. 1.*
ff. ſi menſ. falſ. mod. dixer. & ratio eſt, quia
natura termini taxatiui eſt excludere ex-
tranea, vt cuncta pertinentia ad ipſum
includat, ita Euerard. *vbi ſupra*, per tex.
quem ad hoc dicit ſingularem *in clement.*
exiui de Paradiſo, verſicul. cum autem, & ibi
Card. *de verbor. ſignificat.* & hinc dicit Bal.
in l. nullus, *C. ad l. Iul. Maieſt.* quod dictio ta-
xatiua excludit ſolum diſſimilia, hinc eti-
am Angel. *in l. ſecundum, ff. de euict.* docuit,
quod regulariter ſi ſtatutum permittat ali-
quas exceptiones dumtaxat opponi, per
hoc nõ impediuntur ſimiles opponi, idem
Angel. *in l. ſi hominem, §. in adilitiis, ff. de adi-*
lit. edict. & tex. cum gloſſ. *in leg. 1. §. 1.* & ibi
Bartol. *ff. quod vi, aut clam*, tex. & gloſſ. *in*
capit. ex parte, el. 2. vbi Abb. & Canoniſtæ
de offic. deleg. & conuenit, quod dicitur de
herede, qui ideo non cenſetur excluſus ab
aliqua dictione taxatiua, vt ſi extaret ſtatu-
tum, quod aliquis teneatur in aliquo caſu
de ſuo facto tantum, non tamen exclude-
tur, quin & heres illius de facto authoris
teneatur, per gloſſ. not. *in l. ſi ſeruus, in prin-*
cip. in

Digitized by Google

cip. in verb. intereſt, vbi Bart. Bald. & cæteri Doctor. *ff. de condict. furti.* & idem vult Bal. *in capit. 1. in fine, qui ſucceſſ. ten. in vſibus feud.* & ratio eſt, quia heres cenſetur eadem perſona cum defuncto, *authentic. de iureiuran. præſt. in princip. column. 5.* vnde non excluditur per dictiones taxatiuas, & in terminis not. Fab. de monte *in ſuo tract. de empt. & vendit. 6. part. princip. quæſtio. 19. num. 78.* & firmat Tiraquel. *de retract. conuent. §. 1. gloſſ. 6. numer. 2. cum ſequent.* vbi opiniones contrarias refert, & *numer. 10.* hanc firmat Carpa. *ad ſtatuta Mediolan. cap. 419. num. 32.* & quod per dictiones taxatiuas in ſtatuto poſitas, vel alia diſpoſitione non excludatur factum authoris vniuerſalis, non ſingularis in themate relato tenuit Cremen. *ſingul. 158.* Fabia. de monte, *vbi ſupra quæſtio. 19. numer. 76.* Tiraquel *loco citato, n. 5.* Oſaſc. *deciſ. 48. n. 8. ad finem*, quod tamen vltimum dictum intellige, & declara, niſi in diſpoſitione adeſſet etiam clauſula *non aliter, nec alio modo*, nam vt verba aliquid operarentur, tolleretur etiam factũ authoris, Carpa. *vbi ſupra n. 30.* de mente Mantua. *ſing. 14. numer. 1.* de quo etiam Cremen. *ſing. 32.* vbi additio.

Tertio ſublimita, vt nõ procedat quo-
166 ad ea, quæ veniunt † ex conſuetudine, dictiones enim taxatiuæ non per hoc excludunt ea, quæ conſuetudine obſeruantur, vt ſi extaret ſtatutum, quod ſcholaris debeat conueniri ſub Epiſcopo tantum, & de conſuetudine Rector etiam habeat iuriſdictionem, per tale ſtatutum non derogatur iuriſdictioni Rectoris, quam habet ex conſuetudine, ita Euerar. *vbi ſupra nu. 5.* & ante eum Bar. *in l. viros, C. de diuerſ. offic. li. 12.* vbi dixit, quod ſecus eſſet, ſi talem iuriſdictionem Rector haberet à lege.

LVII. Limita, quando per aliud ſtatu-
167 tum reperirietur facta † reſtrictio, *l. quamuis*, vbi Ang. *ff. de in ius vocan.* & not per gloſ. *in l. precio, ff. de Publicia. & in dict. l. non dubium, C. de legibus, & in capit. quod ſi dormierit, 31. quæſtion 1.* Euerard. *in dict. ſua centur. in loco à ratione legis ſtricta, numer. 5.* vbi ait, quod quotieſcunque reſtrictio fit per aliud ſtatutum, indubitanter ea admittitur, non obſtante, quod aliâs ſtatutum generale generaliter debeat intelligi, ſicuti econtra vnum ſtatutum, vel lex aliam legem extendit, ſeu ampliat, iuxta ea, quæ tradit Bartol. *in l. ſi conſtante, in princip. 7. & 9. quæſtion. ff. ſolut. matrimon. & in dict. l. non dubium, & in dict. l. omnes populi, numer. 58. & in l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron.* & habetur *in leg. non eſt nouum, ff. de legibus*, Pariſ. *conſ. 16. numer. 52. libr. 3.* & conuenit, quod dicitur, quod vnum ſtatutum recipit ab alio intelligentiam, & normam, Socin. *conſ. 242. num. 9. volum. 2.* Rol. à Val. *conſ. 62. numer. 30. libr. 3.* Alexander *conſ. 123. numer. 10 & plurib. ſequentib. libr. 4.* & facit, quod diximus de caſu, in quo apparet de mente ſtatuentium in contrarium, quæ præualere debet, Iaſ. *in leg. ſciendum, nu. 4. ff. qui ſatisd. cog.* Gozad. *conſ. 37. n. 14. verſ. non obſtat vltimum*, Corn. *conſ. 131. n. 9. li. 1.* Alexand. *conſ. 85. nu. 8. lib. 4. & conſ. 52. nu. 2. lib. 1.*

LVIII. Limita in caſu † doloſo, & frau- 168
dulento, nam nulla diſpoſitio quantumuis generalis doloſum caſum admittit, Cephal. *conſ. 62. numer. 17. & 26. libr. 1.* per tex. *in leg. creditor, §. Lucius, ff. mandati, leg. ſi pater, ff. quæ in fraud. cred.* Pariſ. *conſil. 107. numer. 37. libr. 3.* & quod diſpoſitio ſtatuti quantumcunque etiam re ipſa ſemper dolum excludat, dicit Anchar. *in d. cap. canonum ſtatuta, column. 66. verſic. accedat, de conſtit.* Dec. *conſil. 11. numer. 7. conſ. 39. num. 6.* Socinus iunior *conſil. 48. numer. 49. libr. 1.* & vltra eos plene Ferrat. *in ſua cautel. 8.* & Crauet. *conſil. 221. numer. 14. libr. 2.* vbi dixit, quod nunquam at-

Digitized by Google

tenditur generalitas ſtatuti, quando induceretur aliqua fraus, & captio, Menoch. *conſ.11.num.19. verſic. prætereà,volum.1.* Aret. *conſ.109.num.1.* Bal. *ſuper ſtatut. in verſ.interpretatio, n.13.*

159 Amplia limitationem, vt idem ſit † de dolo,& fraude præſumpta, quod de vero. Nam dolus præſumptus vero æquiparatur, *l.1.in fine,ff.de dol.mal.except. l.ſi quis cum aliter,ff.de verbor.obligat.* Dec.*conſ.39. num.9. conſ.70. column. penultim. ad finem,conſ. 479. numer. 11.* Socin. iun. *conſ.129. numer. 40. & conſ.144.num.12.& ſeq.libr.1.* Bart. *in l.fin.column. penultim.ff.de præt.ſtipul.& in l.ſocietatem,§.arbitrorum, col.7.verſ.ſed probari, ff.pro ſoc.* Caſtren. *in l.ſi vnius,§.illud,ff.de pact.* Cephal.*d.conſ.62 n.18.& 27.*

LIX. Limita ex præcedentibus, vel ſe-
170 quentib. † vt ſi in ſtatuto diceretur, quod perſonæ defunctæ aliquis ſuccederet, nam licet ſignificatio perſonæ fœminam quoque contineat, vbi ſimpliciter, & abſolute profertur, tamen quando prius maſculi puta patris, aui, vel aliorum facta eſſet mētio, & mox ſequeretur mentio perſonæ defunctæ, ſolum in eo maſculo verificabitur, & ſic generalitas vocabuli in ſtatuto poſiti ex præcedentibus reſtrictionem patietur, ita exemplificat Cephal.*conſ.343.nu. 28.cum ſequ. libr.3.* per tex. *in l.heres palam,§. ſed ſi notam,ff. de teſtament.* & ſequitur Crauet.*conſ.221.numer. 15. libr.2.* Corn. *conſ.142. column. 3. libr. 2.* & quod præcedentia ſequentia reſtringant, ſicut econtra, habetur *in leg.ſi cum fundum,* cum ſua gl.*ff.de verbor.ſignificat. & in l.cum in teſtamento, §.fin.* iunct. gloſſ. *ff.de hered. inſtitu.* & not. *in leg. ſi ſeruus plurium, §. final. ff. de legat. 1.* & in terminis ſtatuti hoc voluit etiam Alexan. *conſ.29. numer. 9. libr. 4. & in conſil. 192. numer. 11. libr. 6.* vbi dixit, quod ſi verbum vnum æquiuocum ſit poſitum in vna parte ſtatuti, declarabitur ex his, quæ in alia parte ſtatuti continentur, ſi apparet, quod in ipſa alia parte ſtatuti verbum illud fuerit clarum, expreſſum, & prolatum per tex. *in l. vtrum,* vbi Bald. *ff. de petit. hered.* limitationem ſequutus eſt etiam Bertazzol. *conſ. crimin. 465. numer. 25. libr. 2.* vbi hanc veriſſimam ſententiam dicit late Hieronymus Gabriel. *conſ. 11. numer. 33. cum pluribus ſequentib libr. 1.* Decian. *reſponſ. 6. numer. 24. vol.1.* Abb. *conſ. 36. numer. 3.* Dec. *conſ. 553. numer. 8.* Socin. iun. *conſ.46. num. 4.vol.4.* Gozad.*conſ.59. n.6.* Ruin.*conſ.8.n.11. lib. 5.*

LX. Limita ratione adiuncti, vt in termino, † *homo*, qui licet abſolute poſitus ſit 171 cōmunis tam ad maſculum, quam ad fœminam, ſi tamen adiungatur, *ſi quis homo*, vel *nullus homo*, in ſolo maſculo verificabitur, ita Dec. *in l. fœminæ, numer.96. ff.de reg. iur.* poſt Fulgoſ. *in l.quicunque, C. de ſeru.fugit.* Socin. iun. *conſ. 1. numer. 97. libr. 1.* & quod generalitas vocabuli ex adiuncto reſtringatur, dixit Cephal. *conſ.343. numer. 31. libr.3.* per tex. *in l. ſed et ſi adijciatur, ff.pro ſoc. & in leg. his verbis, in princip. ff. de leg. 3.* Bartol. *in l. oportebit, in fine, ff. de verbor. ſignificat.* Abb. *in cap. ſedes, colum.fin. verſic. ſcire enim debes, de reſcript.* de quo vide etiam late per Simon. de Præt. *de interpret. vlt. volunt.lib.2.in fin.*

LXI. Limita, quia ſtatutum generale reſtringitur † ſecundum proprietatem 172 verborum, ſaltem in materia reſtringibili, ita Aretin. *in l.cum lege,ff.de teſtamen.* & ideo ſi extaret ſtatutum generalibus verbis cōceptum, ne poſt certum tempus creditores quicunque poſſint petere debitum, nō comprehendit creditores ex reali, quamuis largo modo dicantur creditores, vt ait Alexand. *conſ. 64. numer. 3. volumin.3.* Bald. *in l. cum neceſſitatem, C. de fideicomm. & Inſtitut.de action. in princip.ſuper gloſſ.fin.* vbi etiam Iaſ. *numer. 102.* idem Bald. *conſil. 485. vol.1.*

Digitized by Google

vol.1. Alexand.*conſil 46. col.2. vol 1.* Calcan. *conſil.69 num.10.* Felyn.*in cap.fin. col.4.nu.6. de præſcript.* & ratio huius dicti eſt,quia qui conuenitur actione reali, non conuenitur, vt debitor, ſed vt poſſeſſor, neque actor vt creditor agit, ſed petit ſuum, vt dominus, gl.*in l. Aurelius, in* §.*Mauia, ff. de lib.leg.* ſicq; in rei vendicatione non eſt dare debitorem,& creditorem, Bal.*in l.fin. ff.de bon. auctor.iud.poſſid.* Iaſ.poſt alios *in l.ſub prætextu, la 2.col.2. C.de tranſact.* Hieron.Gabr.*conſil. 8.lib.1.* vbi late defendit, etiam in huiuſmodi ſtatuto de creditore loquente non comprehendi actiones mixtas, & in rem ſcriptas, nec etiam agentem ex remedio l. fin. *C.de edict. Diui Adrian. toll* quando non apparet contradictor, quia iſto caſu proceditur per officium iudicis, quod nullam præſupponit obligationẽ, & ſic creditor proprie dici non poteſt, Bart. *in d. l.fin. nu.7.C. de edict. Diui Adrian.tollend.* & conferunt ea omnia, quæ late diximus *in concluſ.quod ſtatuta ſunt proprie intelligenda*, ad quæ recurre.

LXII. Limita, vt generalitas ſtatuti re-
173 ſtringatur † ſecundum,& ad ſuam cauſam, ideo ſtatutum, quod credatur libris mercatorum, reſtringitur ad cauſam mercantiæ, ſicut ſtatutum, quod credatur ſigillis officialium, reſtringitur, vt credatur in his tantum, quę pertinent ad eorum officium, ita Crauet.*conſil.221.num.12.lib.2.* Alexand. *conſil.113.per tot.lib.7.* vbi ideo dixit, quod ſi ſtatutum mandat, quod pater ſit obligatus
174 pro † filio mercatore, intelligitur quoad contractus,& negotia mercantiæ tantum, & idem Alexand. conſuluit *conſil.208.nu.10. lib.2.* Dec.*in l.age,col.1. C.de tranſact.* vbi etiam Iaſ.Angel.*conſ.356.in princ.* Crauet.*conſil.3. num. 15. verſic.ſeptimo facit*, Roman. *in conſil.204.& ſeq.* Aretin.*conſil.32.col.1.* Dec. *in conſil.40. num. 3.* Menoch.*de arbitr. iudic. lib.2. cent.1. caſu 91. num.22. & 23.* vbi plurimos citat Franciſc. Marc. *deciſ.369. num.1.* Andr.Gail.*practic obſeruat.20.num.8.* qui & eodem modo dicit interpretãdum eſſe ſtatutum, quo cauetur conſules artium mechanicarum cognoſcere de cauſis ſuorum opificum, ex Cyn. Bald. & aliis *in l. fin. C.de iuriſd. om. iudic.*

LXIII. Limita, quando alias verba ſtatuti † nihil operarentur, Decian.*reſponſ.31.* 175
nu.14.lib.3. Riminald.*conſil.40 num.40.lib.1.* Bald.*in cap.paſtoralis,col.1.num.2.de appellat.* Caſtrenſ.*conſil.175. num 5. lib.1.* faciunt notata *in l ſcire oportet, §. aliud*, vbi Bald. *ff. de excuſat. tutor. & in d. l. ſi vero*, vbi præcipue Imol.*§.de viro.ff.ſol matrim.* & per Bart.*in d. l.non dubium,C.de legib. & in l.4.§.prætor ait, col.3. verſic.quid ſi ſtatutum,ff.de damn.infect.* Dd.*in l.ſi ſtipulatus fuero,ff.de verb.oblig.& in l.ſtipulatio iſta, §.ſed ſi ſeruus, & §.poſſidere,ff. eod.tit.* Natta *conſil.467.num.24.* Ruyn.*conſil.89. num.80. lib.1.*

LXIV. Limita in Principe ipſo, ſiue domino † loci ſtatutorum ad quem ſtatuta ex 176
eorum generalitate non porriguntur, ſiue ſtatuta fuerint facta ab ipſo Principe, ſiue à ſubditis, & ab eo confirmata, quia per ſtatutum à ſe factum Princeps cenſetur voluiſſe prouidere ſuis ſubditis, non ſibi, maxime quia ipſe ſibi legem imponere non poteſt, aut imperare, *l.penult. ff. de arbitr. l.ille à quo,§.tempeſtiuum ff.ad Trebellian.* nec ex ſuo generali ſermone ſeipſum aſtringere videtur, Roman.*conſil.444.num.10.* Roland.à Valle *de lucro dot.quæſt.84.nu.7.* hinc dixit Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſumpt. 44. num. 12.* quod Princeps † confirmans 177
omnia ſtatuta ſubditorũ, non dicitur confirmare ea, quæ ſunt contra ſe, quod dicit etiam fuiſſe de mente Caſtrenſ. *conſil. 129. ſtatuta Piſana,lib.1.*& Crauet.*conſil.3.n.17.*& per factum à ſubditis licet ab eo generaliter confirmatũ, certum eſt, quod perſona ipſius non arctatur, cum ſtatutum inferioris etiam confirmatum non obligat domi-

Digitized by Google

num ſtatuentis, iuxta late notata per Can. *in cap. 1.* vbi præcipue Felyn. *de conſtit. & in cap. inferior, de maior. & obedient.* & in gloſſ. magna *in cap. vlt. de conſuet. in 4. requiſit.* vbi etiam late Curt. *num. 649.* Decian. *d. tract. crimin. lib. 2. cap. 35. num. 16. & 17.* & per Lamberteng. *in ſuo tract. de contract. in fin. num. 95. 96. & duobus ſequentibus*, vbi de magis
** communi teſtatur, & per Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 13. num. 38.* Cardin. *conſil. 2. ad fin. & alibi paſſim*, hinc dicebat Bertaz. *de clauſulis, clauſ. 10. gloſſ. 6. num. 4.* quod
178 minor contrahens † cum ſuperiore conditore ſtatutorum obligatur, etiamſi non interuenerint ſolemnitates traditæ à ſtatuto, quia ſuperior non præſumitur, quod voluerit priuilegiare minorē contra ſe, quod dicit fuiſſe prius de mente Alber. *in 2. part. ſtatut. quæſt. 215.* & etiam, quia in generali
179 ſermone non continetur † perſona loquentis, *l. inquiſitio, C. de ſolut.* cum aliis ibi per eum, & facit ad prædicta deciſio Rotæ Romanæ, de qua per Put. *deciſ. 363. lib. 1.* in qua fuit reſolutum ſtatutum Parmen. excludens lineam maternam à ſucceſſione filii, non comprehendere ſtatuentem, quia cum condiderit ſtatuta, ſuæ iuriſdictionis ſiunt, & nemo poteſt in ſeipſum iuriſdictionem exercere, *l. penult. de arbitr.*

180 Sublimita tamen, niſi Princeps † vellet vti aliquo ſtatuto pro ſe, quia eiuſdem etiam ſtatuti requiſitis, & ſuis qualitatibus, cum quibus talia fuerunt ſtatuta, contra ſe vti illum neceſſe eſt, ſi credimus Menoch. *de præſumptionib. lib. 2. præſumpt. 5. num. 4.* cum allegatis per eundem *conſil. 250. num. 62. lib. 3.* poſt Brun. *de ſtatut. excluſ. fœmin. artic. 6. num. 67. verſic. ſeptimo quæro*, poſt Bald. *in l. 4. C. ad leg. Falcid.* cui conuenit, quod alias diximus de Eccleſia ipſa, & Eccleſiaſticis perſonis, quę licet ſint magis nō ſubditę laicis, quam quicunque non ſubditi, cum etiamſi ipſi Eccleſiaſtici vellent, non poſſent, tamen ſe ſtatutis & poteſtati laicorum ſubiicere, iuxta conſiderata per Felyn. *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 81. col. 40. verſic. quod verbum nota, de conſtit.* & per Signorol. *conſil. 21. col. 2.* tamen ſi aliquando eiſdem permittitur, & ipſi voluerint vti aliquo ſtatuto laicorum eis fauorabili, non poterunt eo vti, niſi toto ſtatuto cum ſuis qualitatibus vtantur, & cum ſua forma, & modo contento in ſtatuto, ita Dec. *in d. cap. Eccleſia ſancta Maria, num. 225* vbi etiam Felyn. *quæſt. 8. verſic. ſed hunc primum caſum*, Roch. de Curte *de ſtatut. ſect. 8. 9. 11. num. 62.* Bald. *in l. de quibus, col. 16. ff. de legibus, & in l. in legatis, C. ad leg. Falcid.* nec facit, quod Princeps nedum non ſit ſubditus ſtatuentibus, ſed potius præſupponitur illorum dominus, & quod per conſequens debeat ei liberum eſſe vti ſtatutorum diſpoſitione ad eius arbitrium, quia nos loquimur de Principe, ordinaria poteſtate procedente, non autem ſuprema, & de plenitudine poteſtatis, ſecundum quam certum eſt, quod nemo poteſt Principi dicere, *cur ita facis*, cum ſit cauſa cauſarum, & omnia ſub hoc prætextu, & titulo poſſit in ſuos ſubditos, vt bene notauit Bald. *in proœm. feud. nu. 34.* & Andr. Gail. *practic. obſeruat. lib. 2. obſer. 56. num. 14. & ſeq.* vbi *num. 13.* etiam dixit, quod
Princeps nunquam † præſumitur, vti velle 181
plenitudine poteſtatis, niſi hoc exprimat, ſed potius ordinaria, ſecundum Innocent. *in cap. innotuit, de elect. & in cap. innouamus. num. 1. de cenſib.* Imo quod peccaret Princeps, ſi, niſi iuſta, & legitima cauſa ita ſuadente, exerceret in ſuos poteſtatem abſolutam, nam vt præclare admonuit Zaſ. *conſil. 10. num. 7. vol. 2. incip. in cauſa executionis*, ab eodem Gail. allegatus, bene ſcimus, boni Principis poteſtatem ad tutelam ſubditorum, & ad iuſtitiam aſſerendam eſſe ampliſſimam, cæterum vt iniuria ſubditis fiat, illius Principis poteſtatem nō agnoſco, ſed tyranni,

Digitized by Google

182 tyranni,id enim dicimur † poſſe,quod honeſte poſſumus, *can.faciat homo,22.quaſt.2. gloſſ. clem. ſepe, in verb. poterit, de verbor. ſignificat.* nam quæ lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, & generaliter, quæ contra bonos mores fiunt, nos facere poſſe minime credendum eſt, *l.filius qui fuit, ff.de condit.inſtit l. Nepos Pro-*
183 *culo.ff.de verb.ſign.*& Princeps † à Deo conſtitutus eſt, vt faciat iuſtitiam, & iudicium, *3 Reg cap.10* proinde ſi fines,& terminos iuſtitię excedat,peccat contra ordinationem Dei,& Principis nomine indignus eſt, *can. ſcelus,2.quaſt.1.*Afflict.*in cap.1.§.ſimiliter poteſt,num.15. de capita qui cur.vend.*& licet ſu-
184 prema eſt Principis † poteſtas, tamen intra fines iuſtitiæ ſemper concluſa manere debet, & quanto immenſior eſt, tanto magis æquitatem exigit,& iuſtitiam,quam in primis colere, & colendam præſcribere debet, iuxta illud Claudiani Poetæ ad Honorium:

Nec tibi quid liceat,ſed quid feciſſe decebit,
Occurrat, mẽtemq́; domet reſpectus honeſti.

quæ quamuis aliena, & digrediendo adducere volui.

LXV. Limita, vt idem ſit in ciuitate
185 ipſa † in vniuerſo, à qua ſtatuta emanarunt, de qua generalitas ſtatuti non intelligitur, ſed eius diſpoſitio refertur ad ciues,vt ſingulos,quia ciuitas, vt in vniuerſo dicitur ſtatuiſſe,de quibus in ſtatuto,& ſtatuentes, vt dicebamus, non comprehenduntur ſub generalitate diſpoſitionis ſuorum ſtatutorum, ita Decian.*d.tract.crimin. d. cap.35. num. 20.* de mente Bald.per illum text.*in l.venditor,§ ſi conſtat, ff. commun.prad.* & Ioan.Andr. *in reg. cui licet, de regulis iuris, in 6.* & Angel. Paul. de Caſtro, & Alexand. *in l.1. in princip. ff. quod quiſque iur.* vbi etiam Iaſ.*num. 6.* Abb. & communiter Canoniſtæ *in cap. ex literis, in penult. notab. de conſtitut.*

CONCLVSIO VI.

Statutum, an, & quando ligat forenſes, & eorum bona, & quid de ciuibus,& eorum bonis extra territorium, & de ignorantibus ſtatutum, ac de Principe ſuperiore.

SVMMARIA.

1 *Statutum non ligat forenſes.*
2 *Statutum prohibens à duabus ſententiis poſſe appellari, non comprehendit forenſes appellantes.*
3 *Statuta in non ſubditos diſponere non poſſunt.*
4 *Cauſa efficientis virtus, & potentia reſpicienda eſt, vt poſſit operari in ſuſcipientem materiam.*
5 *Potentia ſtatuti localis non ſe extendit vltra proprios terminos.*
6 *Extra territorium quilibet cenſetur ad inſtar priuati.*
7 *Statuentes præſumuntur voluiſſe ſuis ſubditis,non autem exteris prouidere.*
8 *Alienationem prohibens ſtatutum in forenſes, non comprehendit forenſes ipſos alienantes.*
9 *Statutum loquens de aliquibus perſonis, vtputa de agnatis, intelligitur de ſubditis.*
10 *Eleemoſyna diſtribuenda vigore ſtatuti inter pauperes, intelligetur de pauperibus loci ſtatuti.*
11 *Statutum loquens de moneta intelligetur de vſuali & expendibili in loco ſtatuti.*
12 *Fideiuſſio ſi debet præſtari vigore ſtatuti intelligetur in perſona fideiuſſoris, qui ſit de loco & non extraneus.*
13 *Pretium ſi quis tenetur inueſtire pro ſecuritate emptoris,non poterit inueſtire extra territorium.*

14 Fo-

14 *Forenſis etiamſi contraheret, vel alias diſponeret in loco ſtatuti, non comprehenderetur à ſtatuto habilitante, vel inhabilitante perſonas.*

15 *Teſtari ſi prohibetur filius familias à ſtatuto non intelligetur de filiofamilias forenſe.*

16 *Marito prohibito relinquere vxori non intelligetur de marito forenſe.*

17 *Mulier nupta extraneo ex perſona ſui viri pro forenſe reputatur.*

18 *Mulier etiam alibi nupta retinet propriam originem ad illius fauorem, & commodum.*

19 *Mulier alibi nupta poterit emere in loco ſuæ originis, non obſtante ſtatuto, prohibente forenſem emere poſſe.*

20 *Mulier originaria nupta extra territorium ſuccedet, non obſtante ſtatuto prohibente forenſem ſuccedere poſſe.*

21 *Fauore quod introductum eſt, in odium non debet retorqueri.*

22 *Forenſis ligatur ſtatuto circa ſolemnitatem adhibendam in actu diſponente.*

23 *Notarius forenſis, non matriculatus, non poterit facere inſtrumentum, ſtante ſtatuto, quod Notarius, non matriculatus, non poſſit inſtrumenta facere, licet aliqui contra.*

24 *Contractus ſecundum ſolemnitates ſtatuti loci minime factus, nullibi locorum valebit, ſicuti adhibitis ſolemnitatibus factus vbiq; obſeruabitur.*

25 *Contrahens ſuper bonis etiam extra territorium ſtatuti contractus exiſtentibus tenetur ſeruare ſolemnitates in contractu à dicto ſtatuto diſpoſitas, vt valeat contractus.*

26 *Forenſis comprehenditur à ſtatuto circa ſolemnitates diſponente, etiamſi loquatur in perſonam.*

27 *Bartoli differentia, & diſtinctio* in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſor. *reprehenditur.*

28 *Baldi opinio* in l. 1. num. 59. verſic. hoc idem dico, C. de ſumma Trinit. *reiicitur.*

29 *Locus contractus, non locus, vnde quis eſt, reſpectu forma, qua datur contractui, vel ſolemnitatis, attenditur.*

30 *Solemnitas actus tota pertinet ad iuriſdictionem eius, in cuius territorio actus geritur.*

31 *Communis opinio contra Bartoli diſtinctionem* in d. l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſor.

32 *Forenſis faciens actum in loco exempto, non ligatur ſtatuto, etiam de ſolemnitate loquente.*

33 *Paria ſunt locum extra territorium eſſe, vel intra fines, ſed ipſum eſſe exemptum.*

34 *Canonicus Eccleſiæ exempta delinquens in loco exempto, non poterit puniri à diœceſano.*

35 *Epiſcopi ſtatutum non ligat extra territorium.*

36 *Cautela ad euitandam ſententiam excommunicationis contra contrahentes matrimonia clandeſtina per Epiſcopi ſtatutum lata.*

37 *Subditi parrochiæ exempta, non ligantur ſtatutis Epiſcopi, in cuius diœceſi parrochia exempta ſita eſt.*

38 *Forenſis perſonaliter repertus in loco contractus poteſt ibi conueniri.*

39 *Forenſis contrahens tanquam aduena, & viator, & in tranſitu non poteſt in loco contractus etiam perſonaliter repertus conueniri.*

40 *Contrahere quando quis dicatur in aliquo loco tanquam aduena, & in tranſitu.*

41 *Contrahens cum aliquo, quem ſcit eſſe confeſtim receſſurum, nec habere ibi cauſam reſidendi, non poteſt illum ibi conuenire.*

42 *Forenſes non comprehenduntur à ſtatuto etiam fauorabili habilitante, vel inhabilitante.*

43 *Cle.*

43 Clerici non comprehenduntur à ſtatutis laicalibus etiam in fauorabilibus.

44 Forenſis non ligatur ſtatuto, etiamſi poſſideret bona in loco ſtatuti, quia bona non faciunt aliquem ſubditum.

45 Forenſis alibi delinquens, non poteſt à iudice puniri, licet in eius territorio habeat multa bona.

46 Fidelitatem quis non cogitur in aliquo territorio iurare, ratione ſolius poſſeſſionis bonorum.

47 Forenſis habens bona in territorio circa ea, quæ bona ipſa reſpiciunt, reputatur tanquam ſubditus.

48 Princeps etiam contra non ſubditum, habentem tamen bona in eius territorio, poteſt quoad ea bona ſtatuere.

49 Bona habens in alieno territorio dicitur ſubditus illius aliquo modo.

50 Conueniri quis poteſt pro poſſeſſione bonorum coram iudice, in cuius territorio ſunt bona.

51 Legatum factum forenſi, quando valeat, non obſtante ſtatuto prohibitorio.

52 Mariti legatum factum vxori, ſtantibus liberis, quando valeat, non obſtante ſtatuto in contrarium diſponente.

53 In inſtitutione heredis tria tempora quoad habilitatem heredis requiruntur.

54 In contractibus quoad habilitatem contrahentium ſpectatur tempus contractus.

55 Alienatio facta forenſi contra prohibitionem ſtatuti non valet, etiamſi forenſis tempore rei alienatæ effectus fuerit ciuis tempore rei traditæ.

56 Forenſis non ligatur etiam ſtatutis quoad delicta.

57 Statutum ſimpliciter loquens de delictis nõ habet locum in commiſſis extra territorium.

58 Syndicus, ſi tenetur denuntiare delicta, non tenetur ad commiſſa extra territorium.

59 Obligatus ad denuntiandum delicta, non tenetur denuntiare commiſſa tempore ſui prædeceſſoris.

60 Forenſis offendens ciuem, extra tamen territorium, non tenetur pœna ſtatuti loci ciuis offenſi.

61 Delinquens fit de foro loci delicti.
Petrus Caballus Pontremolenſis laudatur.

62 Forenſis delinquens extra territorium non punitur in territorio, etiamſi in eo habeat bona.

63 Statutum pœnale de eo, quod de iurecommuni non eſt punibile, non comprehendit forenſem delinquentem, niſi ſcientem, vel ignorantem ſupine.

64 Ex naufragio capientes poſſunt puniri ex ſtatuto iudicis perſonæ offenſæ, etiamſi offendens eſſet forenſis, vel cepiſſet bona extra territorium.

65 Forenſis delinquens in locis confœderatis inuicem poteſt puniri in eis.

66 Forenſis in his, quæ ſunt prohibita etiam de iure communi poteſt puniri etiam ſecundum diſpoſita à ſtatutis loci delicti.

67 Forenſis delinquens circa ſolita prohiberi ab omnibus poteſt puniri etiam ex diſpoſitione ſtatuti.

68 Arbitrio iudicis relinquitur, quando forenſis poſſit ex diſpoſitione ſtatutorum puniri.

69 Forenſis receptans bannitum non excuſatur à pœna ſtatuti, ſi eſt diu verſatus in loco

70 Forenſis poteſt puniri ex ſtatuto, quando alias ob negligentiam, vel impotentiam officialis loci delicti non fuiſſet punitum delictum commiſſum contra ciuem.

71 Iudex laicus quando ſuppleat defectum iudicis Eccleſiaſtici.

72 Forenſis ſubiacet pœnæ ſtatuti, quando ſtatutum puniret delinquentem alterius loci, proprium tamen territorium ingredientem.

73 *Cautela ad puniendos forenſes extra territorium in ciues delinquentes.*

74 *Forenſis beneficio ſtatutorum etiam volens vti non poteſt.*

75 *Statuentes non præſumuntur ſtatuere in commodum illorum, quibus pariter & incommodum præſtare non poſſunt.*

76 *Forenſes admittuntur ad beneficium ſtatutorum, quod ſolita diu fuiſſet obſeruatum.*

77 *Statutum vſu non receptum, nec forenſes, nec ciues ligat.* (uandum.

78 *Statutum vſu non receptum, non eſt ſer-*

79 *Statutum vſu non receptum, eſt nullum, & in eo nullum eſt faciendum fundamentũ.*

80 *Statutũ non dicitur contrauenire, qui ſtatutum vſu non receptum, non obſeruet.*

81 *Iuramentum non extenditur ad ſtatuta moribus vtentium non recepta, vel per contrariam conſuetudinem abrogata.*

82 *Statuta vſu nõ recepta, vel per contrariã cõſuetudinẽ abrogata, non dicuntur ſtatuta.*

83 *Statutum, vt dicatur vſu non receptum, ſufficit lapſus decennii.*

84 *Statuta habent in ſe tacitam conditionem, ſi moribus vtentium recipiantur.*

85 *Obſeruantia & conſuetudo contraria, ſciente, & patiente ſuperiore, ſufficit contra ſtatutũ etiam vſu receptũ,* & n. ſeq. 86.

87 *Iudex iurans obſeruare ſtatuta, non tenetur ſeruare ea, quæ per conſuetudinem fuerunt abrogata.* (pœna ſtatuti.

88 *Contrafaciẽs ſtatuto abrogato, excuſatur à*

89 *Conſuetudo eſt fortior, & potentior ſtatuto, & facit illud ſilere.* (accidit.

90 *In conſuetudine attenditur, quod frequẽtius*

91 *In conſuetudine introducenda contra ſtatuta, non requiritur ſcientia Principis quando non agitur de reſeruatis Principi.*

92 *Conſuetudo, vt inducatur cõtra ſtatuta, debet eſſe de vniuerſitate, quæ habeat ex ſe auctoritatẽ ſtatuti condẽdi, & abrogãdi.*

93 *Conſuetudinem introducere non poteſt ſine ſuperioris auctoritate, qui & ſtatutũ ſine eadem auctoritate condere non poteſt.*

94 *Statutũ non præſumitur vſu receptum, de-*

95 *Facta non præſumũtur.* (clara, vt n. 97.

96 *Statuta inferiorũ, & ciuitatis ſubditæ cõfirmata à Principe præſumũtur vſu recepta.*

97 *Facta præſumũtur, quæ de iure ſunt faciẽda.*

98 *Subditi, quib. neceſſe eſt parere mandatis ſuperiorũ, cẽſentur recepiſſe ſtatuta illorum.*

99 *Statutum eo ipſo præſumitur vſu receptum, quod fuit publicatum.*

100 *Subditorum res extra tamen territorium exiſtentes non ſubiacent ſtatuto ciuitatis.*

101 *Stante ſtatuto, quod bona proueniãt ad primogenitũ de omnib. erit iudicãdum ſecundum conſuetudinem, vbi res ſituatæ erunt.*

102 *Statutum loci, in quo res ſitæ ſunt, ſemper inſpicitur quoad ipſas res.*

103 *Statutum excluſiuum fœminarum, quando non extẽdatur ad bona extra territorium.*

104 *Subditus conſtituẽs domicilium extra territoriũ diceretur ſortitus diuerſas patrias.*

105 *Subditus conſtituẽs alibi domicilium, & deſinẽs ſuſtinere onera in propria originis ciuitate, priuatur beneficio ſtatutorũ originis.*

106 *Incommodũ qui non ſentit, non debet etiam ſentire commodũ.* (nerati onera realia.

107 *Repreſſaliæ nõ ſunt concedẽdæ ciui nõ ſuſti-*

108 *Ciues cognoſcũtur ex munerib. & honorib.*

109 *Subditi nõ ligãtur ſtatuto propriæ ciuitatis diſponente circa ſolẽnitates in contractib. adhibendas, quando contrahunt extra iuriſdictionem.* (tatem.

110 *Contractus locus inſpicitur quoad ſolemni-*

111 *Minor etiam forenſis tenebitur ſeruare ſolemnitatem ſtatuti loci, in quo contrahit.*

112 *Filiusfamilias extra territorium contrahens, non ligabitur ſtatuto proprii territorii, quoad ſolemnitates in contractu.*

113 *Statutũ ſiue loquatur in rẽ, ſiue in perſonã, quoad ſolemnitates, non comprehẽdit ſubditum extra iuriſdictionem contrahẽtem.*

114 *Subditus volens poteſt vti ſtatuto fauorabili patriæ ſuæ.*

115 *Subditus ligatur etiã extra iuriſdictionẽ ſtatuto patriæ inhabilitãte præciſe perſonam.*

Digitized by Google

116 Statuendi poteſtas inter ſuos ſubditos terri-
torio nō arctatur. (quocunq; ſe cōferāt.
117 Lex Papalis, aut Imperialis ligat ſuos ſubditos
118 Sentētia perſonam afficiens aliquo vinculo,
vtputa interdictionis, excommunicationis,
vel infamiæ etiā in alieno territorio afficit.
119 Statutum tunc indubitāter ligat ſubditorū
perſonas, quando de eis expreſſe diſponit.
120 Statutum fauorabile, & in perſonam lo-
quens, extenditur etiam quoad bona ſubdi-
ti extra territorium exiſtentia.
121 Statutum, quando eſt fauorabile, ad bona
extra territorium exiſtentia extenditur.
122 Principaliter quod diſponitur, & quod eſt
per ſe, non autem quod eſt per accidens, vel
ſecundario de aliquo actu conſideratur.
123 Laicorum ſtatutum etiam præiudiciale Ec-
cleſiaſticis, quando valeat.
124 Tutoris datio facta à iudice expreſſe quoad
bona alterius territorii, eſt nulla ipſo iure.
125 Tutor ſimpliciter datus à ſuo iudice pupil-
lo, habenti bona in diuerſis territoriis, ad
omnia bona datus cenſetur.
126 Tutor principaliter datur perſonæ non rei.
127 Decretū iudicis principaliter præſtantis au-
ctoritatem pupillo diſtrahendi, trahitur et-
iam ad bona alterius territorii.
128 Statutum fauorabile, & in perſonā loquēs,
quando trahatur extra territorium, &
num. 129. 130. & 131.
132 Statutum ſi expreſſe diſponat de bonis extra
territorium ſitis, quod illa comprehendet.
133 Bona ſubditi conſtituentis domicilium in lo-
co bonorum, non ſubiacent ſtatuto originis
quomodocunq; loquente.
134 Subditus contrahēs data opera extra terri
toriū in fraudem ſtatuti nulliter cōtrahit.
135 Cautela Duran de arte teſtādi, tit. 1. caut.
2. n. 5. reprobatur.
136 Fraus in contrahente arguitur, ſi ſtatim fi-
nito contractu redierit intra territorium.
137 Arbitrio iudicis relinquitur, quando contra-
hens dicetur ſtatim rediiſſe.
138 Subditus litigans extra territorium, non li-
gatur ſtatuto propriæ ciuitatis in his etiam,
quæ deciſionem important.
139 Statutū mandans, quod non poſſit appellari
à duabus ſententiis conformibus, non ligat
ſubditum extra territorium.
140 Ignorans non ligatur ſtatuto, idem de ciue
nouello, etiamſi in ſtatuto adeſſet clauſula
decreti irritātis, & etiamſi ſtatutū loque-
retur per verba generalia, & vniuerſalia.
141 Pœna ſtatuti non habet locum contra igno-
rantem, qui non dicitur delinquere.
142 Ignorātia præſumitur, niſi probetur ſciētia.
143 Ignorātia ſtatut. quoad ciues, nō pſumitur.
144 Morantes in loco debent ſtatuti ignoran-
tiam probare. (litas pro ignorātia.
145 Sciētia eſt probāda, quādo præſumptio mi-
146 Ignorātia ſtatuti nō pſumitur, pcipue quā-
do lapsū eſt tēpus præfixū vt ligare incipiat.
147 Arbitrio iud. relinquitur, quādo nō eſt præ-
fixū tēpus, intra quē terminū ſtatuta obli-
gēt. elapſis tamē 2. menſib. nemo excuſatur.
148 Termino ad obligationem ſtatuti elapſo ne-
dum nuda ſcientia ſtatuti promulgati, ſed
etiā cognitio diſpoſitionis eius præſumitur.
149 Ignorātia ſtatutor. tunc minus admittitur,
ſi ſtatuta eſſent de his, quæ etiā ex vniuerſa-
li conſuetudine aliorū locorū ſtatui ſolerēt.
150 Ignorantia non præſumitur de ſtatutis ex
longiſſimo vſu obſeruatis. (hibente.
151 Ignorātia nō poteſt allegari, ita ſtatuto pro-
152 Statutum prohibens ignorantiam allegari,
intelligitur de craſſa, & non probabili.
153 Ignorantia affectata comparatur ſcientiæ.
154 Citationis ignorantiam affectans habetur
pro citato.
155 Ignorantia affectata illa dicitur, quando po-
tuit ſcire, & noluit diſſimulando.
156 Ignorantiā allegare prohibetur, q ex officio,
aut ex aliqua cauſa tenetur inueſtigare.
157 Scientia tunc præſumitur, cum quis tenetur
ratione ſui officii indagare.
158 Ignorantia etiam allegari poteſt ab eo, qui
ratione officii fecit, quod potuiſſet, vt ſciret
ad quæ tenetur.

Digitized by Google

159 *Præſens compilationi ſtatutorum illorum ignorantiam allegare non poteſt.*

160 *Statutum, de quo eſt publica vox, & fama, ignorari non præſumitur.*

161 *Ignorantiam ſtatuti allegare prohibetur, cui caſus ſtatuti alias euenit.*

162 *Minor viginti quinque annis allegans ignorantiam auditur.*

163 *Minores contrahentes debent tanquam ignorantes ante omnia expreſſe certiorari de iuribus, ad eorum fauorem facientibus.*

164 *Abſens ignorantiam ſtatutorum allegare poteſt.*

165 *Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti, niſi ſit abſens.*

166 *Abſens admittitur ad allegandam ignorantiam, ſi nunquam, aut modicum à tempore conditi ſtatuti fuit in ciuitate, ſecus ſi diu.*

167 *Ignorantia allegatio admittitur de ſtatuto extrauagante, & extraordinario.*

168 *Statutum licet extrauagans, ſi tamen eſt publice notum, ignorari nõ permittitur.*

169 *Probatio ignorantiæ admittitur contra præſumptionem ſcientiæ.*

170 *Ignorantia quãdo, & ex quibus probetur.*

171 *Ignorantia probata quis reſtituitur.*

172 *Ciues per priuilegium non ligantur ſtatuto præiudiciali.*

173 *Scholares ſi per ſtatutum habeantur pro ciuibus, non tamen ligabuntur ſtatutis de ſoluendis gabellis, & aliis præiudicialibus.*

174 *Princeps ſuperior non ligatur ſtatutis ſubditorum.*

175 *Forenſis faciens actum in loco ſtatuti ligatur ſtatuto ſuper actu diſponente.*

176 *Paria ſunt forum ſortiri, & ſtatutis ligari.*

177 *Gerentes actum in loco cenſentur tacite ſe accommodaſſe ad contrahendum ſecundum ſtatuta loci.*

178 *Ementes victualia in ciuitate extranea ligantur lege illius ciuitatis.*

179 *Forenſis contrahens in loco, ſi ignoranter læditur, enormiter reſtituitur.*

180 *Forenſis ligatur ſtatuto reſpectu bonorum ſitorum in loco.*

181 *Bona ſita in loco dicuntur ſubiecta ſtatuto illius.*

182 *Statutum de bonis loquens illa afficit, ſiue poſſideantur à ciue, ſiue ab aduena.*

183 *Bona forenſis ligantur à ſtatuto præcipue ſi per longum tempus ita fuiſſet obſeruatum.*

184 *Bona forenſis tunc ſubiacent ſtatuto, quãdo ex ſtatuto præcedente prius tenebantur ad illa onera.*

185 *Bona peruenta in hoſpitale poſſunt grauari pro ſoluendis impoſitionibus factis per laicos, priuſquam ad hoſpitale peruenirent.*

186 *Bona clericorum, & Eccleſiæ, quando etiam per laicos poſſint grauari.*

187 *Forenſis factus ciuis, vel incola per domicilii conſtitutionem cenſetur ſubditus ſtatuto loci.*

188 *Ciuitas ex priuilegio non minus operatur, quam originaria, quoad commodũ ciuis.*

189 *Domicilium conſtituens in pluribus partibus, plures patrias dicitur ſortiſus.*

190 *Domicilium duplex quando concurrit, originis ſcilicet, & incolatus.*

191 *Domicilium incolatus attenditur.*

192 *Statutum, quod forenſes poſſint grauari plus quam ciues in bonis, valet.*

193 *Statutum limitatum ad ciues, vel ad perſonas ciuitatis, non poterit extendi ad forenſes.*

194 *Bona forenſium apportata ad locum ſtatuti contra voluntatem eorum, non ſubiacent ſtatuto.*

195 *In ordinatoriis ſeruatur ſtatutum loci iudicii, etiam contra forenſes, ſecus in deciſiuis.*

196 In

Digitized by Google

196 *In deciſiuis debet quis iudicari ſecundum leges patria ſua.*

197 *Statutum loquens de inſtantia concernit ordinatoria, & comprehendit clericum, & forenſem, ſecus ſi ageretur de deſertione cauſæ.*

198 *Statutum diſponens de effectu probationum non comprehendit niſi ſubditos.*

199 *Statutum vniuerſitatis mercatorum, quod ſcriptura priuata faciat plenam fidem, ſeruabitur à quolibet foro, inter perſonas tamen ſubditas ſtatuentibus, ſecus inter alias.*

200 *Statutum ordinatorium iudicij comprehendit forenſes tam coram ordinario, quam delegato.*

201 *Ordinatoria, & deciſoria iudicij quæ dicantur, remiſſiue.*

202 *In ordinatoriis attenditur ſtatutum loci iudicij, etiāſi ageretur de actu alibi geſto.*

203 *In ſucceſſione bonorum forenſes ſubiacent ſtatuto loci bonorum.*

204 *Forenſi ſucceditur à forenſe in bonis ſecundum ſtatuta bonorum.*

205 *Forenſi tunc præcipue ſucceditur ſecundū ſtatutum loci bonorum, quando domicilium ibi contraxit.*

206 *In ſucceſſione bonorū per forenſem non cōſideratur aut præiudiciū, aut fauor ipſius.*

207 *Beneficio ſtatutorum non poſſet forenſis gaudere, ſi ſtatutum hoc prohiberet.*

208 *Forenſis oriundus tamen in loco ſtatuti, ſi ibi reperiatur, ligatur dicto ſtatuto.*

209 *Statutum de compromiſſis non ligat forenſem, quoad bona ibi ſita, niſi ſit ciuis oriundus ex eodem loco, & ibi reperiatur.*

210 *Iudæi ligantur ſtatutis locorum tanquam incolæ.*

211 *Immunitas conceſſa incolis alicuius loci porrigitur ad Hebræos ibi habitantes.*

212 *Forenſis quis dicatur.*

1 STatutum non ligat † forenſes, nec porrigitur ad eos, ita not. *in l. 1 ff. de tutor. & cur. dat. ab his, l etiam, ff de tut l neque, C qui dar tut. poſſ* gl. & Doct. *in capit quæ contra, 8. diſtinct c. vt animarum, de conſtit. in 6.* communiter ſcribentes *in rubr. de conſuet.* Decian. *in ſuo tract crimin. libr 2 cap 35. num 21.* & not *in l ſiu ff. de iuriſdict omn iud.* Oldrad. *conſ 248. conſ 92 numer 5.* Rolan. à Val. *conſ. 49. numer. 21. & ſeq. libr. 4.* Bertazz. *conſ. crim. 19 numer 2 lib. 1.* vbi ideo dixit, quod ſtatutum prohibens † à duabus ſententijs poſ- 2
ſe appellari, non ligat forenſes, tanquam non ſubiectos ſtatuto, & ratio concluſionis eſt, quia ſtatuta in non † ſubditos iuriſ- 3
dictioni ſtatuentium diſponere non poſſunt, *d. l. ſi ff. de iuriſdict omn ind.* Bar. *in l omnes populi, ff. de iuſt & iur. num 36 & in leg. cunctos populos, C de ſumm. Trinit* Bal. *in l. heres, ff. de iud. & in reper. l de quibus, ff de legib.* quia virtus, & potentia † cauſæ efficientis 4
reſpicienda eſt, vt poſſit operari in ſuſcipientem materiam, nec poteſt cauſa finita vltra ſuos fines effectum producere, ſed ſicuti limitatur potentia cauſæ, ita & effectus debet limitari, *l. ſi arrogator, ff. de adoptio l. pupillo, ff. de tut. & cur dat. ab his, l iuriſperitos, §. cum oriundus. ff. de excuſat. tut. l. cum vnus, § is qui, de bon. author. ind poſſid.* ſed auctoritas & potentia ſtatuti † localis non 5
ſe extendit vltra proprios terminos, vt *l. duumvirum, C. de decur lib. 10.* ergo nec effectus protrahitur, nam extra † territorium 6
quilibet cenſetur ad inſtar priuati, & tunc eius lex, & ſtatutum non ſe protendit ad homines, qui non ſunt ſuæ ditionis, ita argumentatus eſt Lap. *allegat. 91. in nomine Domini Comen caſus eſt talis, num 7. & 8.* Rolan. à Val. *de lucr. dot. quæſt. 36* Decian. *reſp. 35. numer. 7. volum 1. reſpon 19. numer. 67. volum. 3 reſpon 6. in fine, volumin. 1.* Bertazzol. *conſ cim. 1. numer. 15.* Caſtr. *conſ. 226. ſuper primo, num. 1. volumin. 2.* nouiſſ. Pariſ. *conſ. 12. numer. 10. & ſeq. conſ. 53. numer. 84 & ſeq. volum. 3.* idem Bertazz. *conſ crim 443 num. 3. libr. 2.*

Digitized by Google

Burſat.*conſ.8.num.26.lib.1.* Et id ſuadetur e-
tiam ex veriſimili mente ſtatuentium, qui
7 non præſumuntur voluiſſe † exteris ſuper
aliquo prouidere, cum eorum nihil inter-
ſit, & veriſimilius eſt ſolis ſubditis voluiſſe
cauere, prout conſiderauit Rot.Roman.
deciſ.673.part.1.& arg.*l.Imperialis, C.de nupt.*
8 Vnde ſtatutum prohibens † alienationem
in forenſes, non dicetur comprehendere
forenſes ipſos, etiamſi haberent bona in
territorio, nam illa prohibitione non ob-
ſtante, poterunt nihilominus de rebus ſuis
ad libitum diſponere, ita Cephal. *conſ.161.*
numer.11.libr.2.& Alexan. *conſ.44. videretur*
prima facie, num.15. libr. 5. Calder. *conſ.17. de*
conſtit. Imol. *in cap. quod clericis, verſic. ſi au-*
tem reſpiceret, de for. competen. Socin. *conſ.*
288. & conſil. 292. volumin. 2. Signorol. *conſ.*
166. column. 3. Ruin. *conſ.195. column. 2. &*
column. final. libr. 2. conſil. 48. numer. 4. conſ.
49. column. 2. lib. 3. ſicut ſi extaret ſtatutum,
aut emanaret edictum, quod non poſſet
quis extrahere frumentum, & alios fructus
de aliquo territorio, non comprehende-
ret forenſes extrahentes fructus in eorum
bonis recollectis, licet in territorio prohi-
bito exiſtentibus, prout ita fuiſſe iudica-
tum in Senatu Pedemõtano teſtatur Theſ-
ſaur. *deciſ.152. poſt princip.* & hãc etiam par-
tem tuetur, & comprobat nouiſſime D.
Petr. Cabal. *in ſuis crimin. reſolut. cent. 1. caſ.*
14. vide tamen dicta à nobis *infra in ſecunda*
limitatione, & facit pro regula, quia ſtatu-
9 tum loquens † de aliquibus perſonis intel-
ligitur de ſubditis, vnde ſi loquatur de a-
gnatis, intelligitur de agnatis ſubditis, Ce-
phal. *conſ. 309. numer. 7. lib. 3.* ſicut loquens
10 de † eleemoſyna inter pauperes, intelligi-
tur de pauperibus loci ſtatuti, Bar. *in l. 2. C.*
de anno. ciu. libr. 11. Bal. *in l. id quod pauperibus,*
column. 5. quæſt. 13. C. de Epiſc. & cler. Brun. *in*
tract. de reb. dub. char. 6. column. 1. verſic. quod
ſi exprimatur, & char. 37. column. 3. verſ. etſi
teſtator, & loquens † de moneta intelligi- 11
tur de vſuali, & expendibili in loco ſtatuti,
Alexan. *conſ.104. ſtatutum in princ. lib. 1.* & de
debente præſtare † fideiuſſionem intelli- 12
gitur de fideiuſſoribus, qui ſint de loco, &
non extranei, Bar. *in l. ſi fideiuſſor, §. ſi neceſ-*
ſaria, ff. qui ſat iſd. cog. vbi Alexan. etiam in-
fert, quod qui tenetur † inueſtire precium 13
pro ſecuritate emptoris, non poteſt inue-
ſtire extra territoriũ, & ibi Iaſ. notat, quod
ſtatutum, quod quilibet poſſit accuſare, in-
telligitur de ſubditis ſtatuto.

Primo amplia, vt procedat concluſio, e-
tiamſi forenſis contraheret in loco ſtatu-
ti, vel aliâs ibi diſponeret, nam tunc ſi ſta-
tutum † ſimpliciter, & præciſe habilitaret, 14
vel inhabilitaret perſonas ad aliquem a-
ctum, forenſis ex eo non comprehende-
retur, Ruin. *conſil. 201. ſub num. 8. colum. 1. lib.*
1. vbi hanc communem teſtatur, & *conſ.120.* *
ſub num. 8. col. 1. lib. eod. Tiraq. *de legib. connub.*
gloſſ. 8. numer. 227. quæſt. 28. Chaſſan. *conſ. 19.*
column. 14. Caccialup. *in l. cunctos populos, co-*
lumn. 4. verſic. item dicit, C. de ſumm. Trinit.
vbi Bar. *qu. 3. circa fin. numer. 26.* Bald. *col.*
8. numer. 61. verſic. nunc contra, & ibid. Salyc.
num. 12. Sanct. Seuer. *numer. 145.* Iaſ. *in 1. lect.*
numer. 42. & iterum *in 2. lect. numer. 86.* vbi
inquit, quod nunquam inuenit aliquem
diſcrepantem, & ibidem omnes ex hoc in-
ferunt, quod ideo ſtatutum † diſponens, 15
quod filiusfamilias non poſſit teſtari, non
comprehendet forenſem ibi teſtãtem, ſic-
ut quod maritus non poſſit relinquere v-
xori, non comprehendit forenſem ibi re-
linquentem, & hanc communem Docto- *
rum ſententiam teſtantur, & illam ſecuti
ſunt Domini de Rota *deciſ.103. num. 13. par.*
2. Corn. *conſ.152. col. 2. verſ. confert etiam, vo-*
lum. 1. Caſtren. *conſ.32. column. 1. volum. 2.* Iaſ.
conſ.59. colum. 2. vol. 3. Alexan. *conſ.44. colum.*
1. & ſeq. vol. 5. Bar. *in l. 1. ff. de tut. & cur. dat. ab*
his, verſic. item nota, vbi etiam Bal. *column. 7.*
verſic.

Digitized by Google

verſic. circa quæ, Socin. *dict. conſ. 288. colum. 6. verſ. primum probatur*, *lib. 2.* Specul. *in tit. de ſent. §. qualiter, ver. item pone, quidam*, But. & Abb. *in c. quod clericis, de for. compet.* idem Abb. *conſ. 52. num. 2. lib. 2.* Barba. *conſ. 76. per tot. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 12. numer. 11. libr. 3.* Roch. Curt. *in cap. fin. ſectio. 9. quæſt. 12. in 2. limitatione, nu. 13. de conſuet.* vbi inquit, quod male dixit Anchar. *in repet. c. canonum ſtatuta, qu. 12. princip. verſic. iuxta prædicta, de conſtit.* aſſerendo cōmunem opinionem eſſe contra Bar. hoc tenentem, *vt ſupra*, Marſil. *in l. fin. num. 133. ff. de iuriſd. omn. iud.* vbi de magis ** communi, & æquiori opinione teſtatur, * prout illam etiam communem affirmat Pech. *de teſtamen. coniug. lib. 4. cap. 11.* & hanc ** magis communem, magiſque veram, & æquiorem teſtatur, & ex profeſſo demonſtrat Rolan. à Val. *conſ. 24. in 2. dub. per tot. libr. 3.*

Subamplia, vt idem ſit quoad bona ſita
16 in † loco originis vxoris alicuis forenſis, nam ad ea inhabilitatio facta à ſtatuto non operabitur quoad maritum forenſem, quin de eis diſponere poſſet ad beneficium ipſius vxoris, etiamſi in dicto loco forte reperiretur ſtatutum, quod maritus non poſſit relinquere vxori, nam licet quis forte diceret, vxorem tanquam ſubditam ſtatuto reſpectu originis ex ſui parte prohibitam fore accipere de dictis bonis, quamuis maritus ab eo ſtatuto tanquam forenſis ſolutus exiſtat, cum huiuſmodi prohibitiua diſpoſitio nō magis prohibeat maritum relinquere, quam vxorem ex natura correlatiuorum relictum capere, vt apud Socin. *conſ. 79. num. 31. lib. 4.* tamen etiamſi eſſet vera iſta conſideratio relatiuorum, de qua tamen per nos alibi, vxor adhuc erit capax relicti ſibi facti per maritū forenſem, quia maritus huiuſmodi prohibitioni ſtatuti nō eſt ſubditus, nec ideo, vt ſupra dicebamus, quoad bona in eodem loco ſita inhabilitatio illius perſonæ operari poſſet, nec origo vxoris in hoc obſtat, quia in primis poſſet negari † mulierē nu- 17
ptam extraneo retinere paternam originē etiam quoad bona ibi ſita, ſed illam in totum ex perſona ſui viri pro forenſe reputandā fore, ita vt in his præcipue, quæ perſonam ipſius vxoris reſpiciunt, à paterna origine eximatur, & hanc ſententiam ſatis aperte tuetur Silua. *conſ. 1. 3. dubio, per l. 1. C. de mulier. & in quo loco, libr. 10.* & per tex. *in l. mulieres, C. de dignitat. libr. 12.* cum aliis ibi per eum. Vel ſaltem ſecundo poſſet reſponderi, quod mulier nupta † extraneo 18
retinet propriam originem, nec illam perdit ad illius fauorem, & commodum, non autem in odium, Crauet. *conſil. 271. n. 3. verſic. non obſtat modo.* Bal. *conſil. 4 8. incip. ſuper primo puncto, libr. 4.* Alexan. *conſ. 20. in fin. li. 2.* Io. de Amic. *conſ. 20. num. 2. & ſequen.* Lancilot. *ſuper conſuetud. Alexan. præfat. 8. n. 43.* ideo dixit Bar. *in leg. Imperatores, §. item reſcripſerunt, ff. ad municipal.* quod ſi ſtatuto caueatur forenſem emere non poſſe, quod nihilominus † mulier illius munici- 19
pij alibi nupta priuilegio, ſeu beneficio ibi emēdi gaudebit, quod & ſequitur Card. *conſil. 135. incip. Titius ciuis Faltrenſis*, Ant. de Butr. *conſil. 4. incip. viſa forma, in fine*, Cap. *conſ. 21. col. 4.* ſicut ſtante ſtatuto, quod forenſes non † ſuccedant, mulier origina- 20
ria nupta extra territorium non prohibetur ſuccedere, Corn. *conſ. 202. col. 5. vol. 2.* Io. Campeg. *in tract. de dot. in vltima par. qu. 71. incip. quid ſi in loco*, Brun. *in tract. de ſtat. fœm. exclud. in 6. art. princip. quæſt. 1. verſ. & ſi ſtatutum dicat, quod forenſis*, ſi igitur eſt introductum ad fauorem mulieris, vt retineat propriam originem, non erit interpretandum, quod ſtatutum in loco ſuæ originis vigens, quod maritus non poſſit relinquere vxori, cōprehendat originariā alibi nuptam, ita vt excludatur à legato viri, ne, quod

21 quod in fauorem † introductum eſt, in odium retorquere diceatur, contra *l. quod fauor, C. de legib.* & hanc ſubampliationem tum ex prædictis, tum ex alijs cauſis, & rationibus comprobat Laneillot. *vbi ſupra, n. 42.* vſque ad *nu. 48.* de qua tamen vide, quæ infra diximus reſpectu bonorum ſitorum in loco ſtatuti.

Intellige ampliationem, vt non proce-
22 dat, quando ſtatutum non † inhabilitaret ſimpliciter, ſed aut ſolum loqueretur circa ſolemnitatem adhibendam in contractu, aut inhabilitaret reſpectu non ſeruatæ ſolemnitatis, quia tūc operaretur etiam quoad forenſes contrahentes in loco ſubiecto ſtatuto, & eo ligarentur, quia forenſis tenetur ſeruare illas ſolemnitates, quas mādat ſtatutum loci, in quo contrahit, ita Bartol. *in d. l cunctos populos, numer. 14. C. de ſumm. Trinit. & fid. cath.* vbi etiam Bal. *num. 93.* Alber. *column 7. verſ. in gloſſ. quid ſi Bononienſis*, & ibi etiam Caſtrenſ. *num 11.* Aretin. *column. 6. verſic circa primum*, Iaſ. *in 1. lect column. 4. verſic. capio gloſſam, & in 2 column. 11. verſic. circa primum*, qui dicit, omnes alios ſequi, & ibidem Purpur. *numer. 98* qui item
* de communi teſtatur, idem Bar. *in l de quibus, num. 30. ff de legib.* Grammat *deciſ. 103 incip. illa Marchioniſſ. num 178.* Crauet. *conſ. 271. col. 3. verſic. quinto igitur*, Ceph. *conſ 171. n. 26. volum 2.* Dec. *conſ 457. poſt princip.* Alexan. *d. conſ. 44. col fin verſ poſtremo non obſtat, libr. 5.* Ruin. *conſ. 201. n 6. & plur. ſeqq lib. 1.* in quo loco in propoſito ſolemnitatis notat, quod ideo ſtatutum diſponens, quod no-
23 tarius † non matriculatus non poſſit facere inſtrumentum in loco ſtatuti, quidquid alij in contrarium dixerint, comprehendit notarium forenſem, quia tali caſu non dicitur inhabilitari, perſona ad diſponendum, aut ad contrahendum, ſed perſona notarij, quæ adhibetur ad ſolemnizandū actum ab alio diſpoſitum, & ſic verſatur circa ſolemnitates, nam perſona notarij tali caſu ſolemnizata per ſtatutum habet ſe tanquam forma ad actum ab alio diſpoſitum, cum notarius non ſit, qui diſponat, & ideo ſubiungit, non curatur, quod ſtatutū loquatur in perſonam, quia loqui dicitur tunc de forma, & non de perſona, cum etiam, vt dicebamus, eius perſona ſit de forma, & conſideratur vt forma, & non ſimpliciter, vt perſona, & hoc idem ante ipſum voluit Bart. *in d. l. 1. n 41 verſic idem in notario, de ſumma Trinitate.* vbi dixit, quod tali caſu cum notarius dicatur adhibitus ad ſolemnizandum actum, ab alio geſtum in eo, & circa illum habent locum omnia de ſolemnitate dicta, intelligentiam comprobauerunt, & communiter illam fatentur *
Domini de Rot. *deciſ. 103. num 13 par. 2.* licet in exemplo quoad ſtatutum de notario non matriculato diſponens, contrarium tenuerunt, & late eorum opinionem defenderunt, reſpondendo obiectis volentes, quod huiuſmodi ſtatutum non valeat contra Notarium forenſem ex pluribus, & præcipue, quia eſt in perſonam illam inhabilitando, non autem dicitur reſpicere actus ſolemnitatem, de quo etiam per nos infra, limitationem etiam ſequutus eſt Cephal. *conſ. 32. n. 16 volum. 1.* Ruin. *conſ. 160 lib. 4.* Menoch *conſ. 80. num 8. libr. 1.* Nat. *conſil. 643 num. 4. lib 4* & hanc claram & indubitatam Doctorum ſententiam appellat Rolan. à Val. *conſ. 33. n. 6 lib. 3.* Arct. *conſ. 73 col. 4. verſic. iſta ſententia, & conſ. 54. col. 2.* vbi dixit illam veriorem Corn. *conſ. 64 colum. 1. in fine, volum. 3* & iterum *columm. fin. poſt medium*, vbi communem affirmat Gozad. *dict. conſ 49. num 15 & ſeq.*

Primo amplia iſtam intelligentiam, vt idem ſit, † etiamſi ageremus de tali contra- 24
ctu, & actu extra iuriſdictionem loci, in quo celebratus eſt, nam ſi non erit ſecundum ſolemnitates ſtatuti loci, in quo factus fuit,

ctus fuit, & ordinatus, nec etiam alibi valebit, ſicut etiam alibi valebit, & ſic extra iuriſdictionem ſtatuti, ſi ſecundum ſtatuti ſolemnitates factus erit, ita Sanct. Seuer. *in d.l. cunctos populos, col. 43. num. 87. verſ. inferas, ſi ſtatutum,* Signor. *conſ. 166. incip. quæſtio diſputāda, col. 1. & 2.* vbi de communi teſtatur, * prout illam etiam cōmunem affirmat Decian. *reſp. 71. nu. 16 libr. 2.* & communem pariter dicit Iaſ. *in d.l. cunctos populos, in fin. in 2. lectura*, Sanct. Seuer. *in d.l. omnes populi, nu. 18.* & Lamberteng. *in dict. ſuo tractat. de contract. gloſſ. 2. in ver. mulierem, num. 3.* vbi idem concludit, quod mulier forenſis ſu-
25 per † bonis, extra territorium ſtatuti contractus, cōtrahens debet ſeruare ſolemnitates in contractu à dicto ſtatuto diſpoſitas, vt poſſet contractus quoad bona extra territorium valere, & tanquam legitimus reputari, & hanc opinionem veriorem dicit, pro quo facit, quod vidimus in ſtatuto certam ſolemnitatem in vltima voluntate requirente, quod etiam ſeruetur quoad bona extra territorium ſtatuentium ſita, ** prout illam opinionem communiorem teſtatur Alexan. *conſil. 128. columu. 2. verſicul. licet aliud eſſet, libr. 4. & conſ. 44. column. fin. verſic. poſtremo non obſtat, libr. 5.* & illam magis ** communem quoque appellat Port. *cōmun. opin. lib. 5. concl. 26. in princip. & concl. 29.* & ante eum Bar. *in d.l. 1. num. 36. verſ. quodque tollitur obſtaculum ſolemnitatis*, C. *de ſumm. Trinit.*

Secundo amplia intelligentiam, etiam-
26 ſi ſtatutum diſponendo † circa ſolemnitates ſeruandas loqueretur in perſonam, vt ſi ſtatutum vetaret filium obligari ſine patris, vel minores ſine cōſenſu propinquorum, quia tunc ſicuti non eſt principalis intentio ſtatuti diſponere de perſona, ſed ſolum de ſolemnitatibus à perſona in illo loco in contractibus adhibendis, & ſit mētio de perſona incidenter, & ſecundario, & non principaliter, cum principaliter conſideretur actus, in cuius validitatem ſolemnitates illæ ordinatæ fuerunt, nec inhabilitatur quis ad contrahendum, ſed ſolū datur à ſtatuto forma, ſub qua quis valide contrahere poſſet, ita ſtatutum indiſtincte quoſcunque forenſes comprehendet, ita Ruin. *dict. conſil. 201. n. 6. & plur. ſeqq. vol. 1.* vbi inter alias rationes adducit, quia non minus ſtatutum dicitur inhabilitare perſonam, quando introducit ſolemnitatem, ſi in rem loquatur, puta ſi dicat, quod contractus minoris non valeat ſine certa ſolemnitate, vel quod in inſtrumēto adhibeātur duo Notarij, vel quod inſtrumentum non valeat, niſi de eo ſit rogatus Notarius matriculatus, quam ſi loqueretur in perſonam, vtputa quod minor contrahere non poſſet ſine certa ſolemnitate, vel quod vnus ſolus Notarius, vel non matriculatus non poſſet eſſe rogatus de inſtrumēto, quoniam etiam primo caſu prohibitio in rem in conſequentiam prohibet perſonam, & ideo concludit, quod differentia † Bar. *in l. ſi* 27
quis pro eo, ff. de fideiuſſor. an ſtatutum loquatur in rem, an in perſonam, eſt differentia verbalis, cum inter vnum modum prohibendi, & alterum, dum inducit ſolemnitatem, in effectu non eſt differentia, ad quod allegat etiam Paul. de Caſt. & alios, *d.l. ſi quis pro eo*, & idem Ruin. *ibidem n. 8.* teſtatur, hāc opinionem eſſe veriorem, quia vbi ſtatutum non inhabilitat præciſe & ſimpliciter, ſed ſolum in defectum non ſeruatę formę, dicitur reſpicere ſolemnitatem, cum qua habilitatur, vel inhabilitatur perſona ad actum, & in ſolemnitate obſeruanda attenditur ſolum locus contractus, quomodocunque ſtatutum loquatur, & ad hoc idem Ruin. allegat Socin. *conſ. 97. incip. abunde, & ſubtiliter, libr. 1.* vbi contra ea, quæ in hoc tenuit Bal. *in d.l. 1. num. 57. & ſeq. verſic. dico ergo circa primum, & verſic. hoc idem*

Digitized by Google

dico, *C. de ſumma Trinitate*, de mente eiuſdem Baldi, *in loco ibi per eum* determinat, quod quando ſtatutum inhabilitat nõ præciſe, & ſimpliciter, puta quod minor viginti quinque annis non poſſit contrahere, ſed cum aliqua modificatione, puta niſi adhibito conſenſu, & auctoritate tutoris, tunc cõprehendet etiam forenſem, licet hoc modo in perſonam loquatur, ꝙ etiam dicit fuiſſe de mente Aret. *conſ. 54. incip. in cauſa magiſtri Blaſii*, & quod hoc etiam ſenſit Bar. *in d. l. 1. in 6. q. princ. & in 3. qu. verſic. ſed circa hac dubitatur*, vbi Bar. quando loquitur de ſtatuto habilitante, vel inhabilitante perſonam ſemper ponit exemplum, quando ſtatutum ſimpliciter loquitur, & abſolute inhabilitat, vel habilitat, puta quod minor non poſſit teſtari, vel quod vir non poſſit relinquere vxori, vel quod filia non ſuccedat patri, vnde dicitur ſenſiſſe, quod de habilitate, aut inhabilitate perſonæ agi non dicatur, quando forma circa perſonam etiam introducitur, quod dicit rationabile idem Ruin. *ibidem*, quia dum agitur principaliter de introducenda aliqua forma ad ſolemnizandum actum, vel contractum, etiamſi verba dirigantur in perſonam, non debent attendi, tanquam mens, & intentio ſecundaria ſtatuti, ſed debent omnia regulari ſecundum principalem diſpoſitionem, quæ eſt circa ſolemnitatem, quo caſu non eſt verum, quod ſolemnitas, aut forma ſit acceſſoria

28 perſonæ, vt voluit† Bald. *in d. l. 1. n. 59. d. verſic. hoc idem dico*, ſed bene perſona deſeruit diſpoſitis à ſtatuto circa ſolemnitates, quarum reſpectu ſolum tunc de perſona incidenter fit mentio in ſtatuto, & ſecundario, & iſtam opinionem veriſſimam exiſtimat Aret. *conſil. 73. numer. 6.* Iaſ. *in dict. l. 1. col. 9. verſic. ſecundum membrum, numer. 57. & in repet. colum. 20. verſ. ſecundum dubium*, Crot. *in d. l. omnes populi, colum. 2. verſ. ult. ff. de iuſtit. & iur.* Abb. *conſil. 52. column. 1. & ſeq. volumin. 1.* Iaſ. *conſ. 59. colum. fin. volum. 3.* Gozad. *conſil. 49. numer. 15. & ſeq.* Socin. *conſil. 97. column. 2. volum. 1. & conſil. 131. column. 1. verſic. eſt etiam, libr. 4.* & ita concordari opiniones contrarias dicit Gabr. *concluſ. 8. numer. 18. de ſtatut.* & ratio etiam potiſſima huius dicti eſt, ꝙ ſicut reſpectu formæ, quæ datur contractui, vel ſolemnitatis, †attenditur locus cõtractus, non locus, vnde quis eſt, vt ſupra diximus, ita reſpectu formæ, vel ſolemnitatis, ſine qua perſona faceret actum validũ, vel inualidum ex forma ſtatuti, ita Bal. *in d. l. fin. ff. de iuriſdict. omn. indic.* & illum ſequitur Aret. *d. conſ. 73. num. 6.* & Anchar. *d. c. 1. de conſtit. quæſt. 12. in princ. verſic. quid dices, de oblig.* vbi dixit, hoc ideo eſſe, quia vt etiam nos ſupra, non dicitur ſtatutum tunc loqui in perſonam principaliter illam habilitando, vel inhabilitando, ſed dat certam formam actui, ſine quà non vult actũ poſſe fieri in ſuo loco, nec eſt mirum, quod quis magis obligetur ex ſtatuto diſponente ſuper ſolemnitate actus, quam loquente principaliter de ipſa perſona, quia ſolemnitas †actus tota pertinet ad iuriſdictionem eius, in cuius territorio actus geritur, igitur variatur ſecundum locorũ diuerſitatem, ſed perſona eſt vbique vniformis, & quis non poteſt diſponere circa perſonam, niſi ſibi ſubditam, prout hoc idem conſiderarunt Domini de Rot. *d. deciſ. 103. nu. 22. part. 2.* hanc partem ſequentes, prout illam etiam ſequutus eſt Lamberteng. *in ſuo tract. de contract. gloſſ. 2. in ver. mulierem. numer. 29.* vbi Bar. †*in dict. l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſor.* diſtinguentem, vt ſupra diximus, an ſtatutum dirigat verba in perſonam prohibens eam contrahere, an in rem certam in eius contractibus ſolemnitatẽ requirens, dicit cõmuniter reprobatũ, & *n. 46.* alios contrariũ quãdoq; ſentientes impugnat rationibus ibi per eum.

Pri-

29 30 31

Primo ſubintellige intelligentiam, vt
32 non procedat, ſi forenſis † faceret actum
in loco exempto, puta in monaſterio non
ſuppoſito ſtatutis laicorum, quia tunc li-
cet non ſeruaret ſolemnitates diſpoſitas,&
ordinatas à ſtatuto loci, in quo locus exē-
ptus reperitur, tenebit tamen actus, quia
eſt,ac ſi factus fuiſſet extra territorium ſta-
33 tuentium, cum paria † ſint ſimpliciter lo-
cum extra territorium eſſe, vel intra fines,
ſed ipſum eſſe exemptum, ita Nat. *conſil.
643. per tot. lib. 4.* qui dicit, hoc omni dubi-
tatione carere,& pro ſublimitatione cōſu-
luit in terminis quoq; Rol. à Val. *conſ. 33. n.
23. & plur. ſeqq. lib. 3.* Ang. *conſ. 233. incip. eſt
quædam D. Margarita, col. 2.* Iaſ. *in dict. l. fin. co-
lum. 1. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Felyn. *in c. gra-
ue, column. 3. de offic. ordin.* Dominic. *in capit.
vt animarum, colum. 4. verſic. quæro, pone quod
ſtante. de conſtit. in 6.* Calder. *conſil. 13. de iud.
& for. competen.* vbi dicit, quod ſi Canoni-
34 cus † Eccleſiæ exemptæ deliquerit in loco
exempto, diœceſanus non poterit cū pu-
nire, cum cauſa ſibi nō ſubiaceat, niſi quā-
do delictum eſſet commiſſum in ſua diœ-
ceſi, ſed in loco non exempto, ad idem Io-
an. Andr. *in clemen. 1. in ver. aut earum parte,*
iuncta gloſſ. *de for. compet.* vbi infert, quod
35 ſicut ſtatutum † Epiſcopi non ligat aliquē
extra territorium, ita nec delinquentem
in diœceſi, loco tamen exempto, & hanc
opinionem non vidiſſe ab aliquo impu-
* gnatam,& communem dixit Henric. Bot-
ter. *in tract. de Synod. Epiſcop. in 2. art. nu. 9.* vbi
ſubdit, quod ex hoc ſumi poteſt cautela ad
36 euitandam † ſententiam excommunica-
tionis latam per ſtatutum Epiſcopi contra
contrahentes matrimonia clandeſtina, vt
ſcilicet volentes contrahere vadant ad ali-
quem locum exemptum à iuriſdictione E-
piſcopi, & ſic non erunt excommunicati,
& *ibidem numer. 43. verſ. limita ſecundo,* dixit,
quod quando alius Epiſcopus habet ali-
quām Parrochiam ſibi ſubditam in diœce-
ſi Epiſcopi ſtatuta facientis, quod hoc ca-
ſu ſtatuta non ligarent ſubditos † illius Par- 37
rochiæ, licet ſint intra limites ſuę diœceſis,
quia non ſunt ſubditi ipſius, cum non ha-
beat ibi iuriſdictionem, & hoc Feder. de
Sen. *in conſ. 99.* ampliat procedere, etiamſi
quoad Sacramenta reſponderet Epiſcopo,
in cuius diœceſi ſita eſt Parrochia.

Secundo ſubintellige, quod licet foren-
ſis contrahens teneatur ſeruare ſolemni-
tates ſtatuti loci, & licet perſonaliter † re- 38
pertus in loco contractus poteſt ibi con-
ueniri, *l. heres abſens, §. 1. ff. de iud. c. Romana,
§. contrahentes, de for. competent. in 6.* Ceph.
conſil. 263. numer. 29. libr. 2. late Borgnin.
deciſ. 2. num. 3. par. 1. non tamen poterit ex
eo ibi conueniri, ſi in illo loco contraxit
tanquam † aduena,& viator,& in tranſitu, 39
ita Barba. *conſ. 52. n. 1. lib. 2.* per tex. *in d. l. heres
abſens, §. ſi quis tutelam, & §. proinde,* vbi Bar.
& communiter Doct. *ff. de iud.* & *ibidem* de- *
claratur, † quando dicatur, vel prǽſumatur 40
quis eſſe in loco aliquo in tranſitu, & tan-
quam aduena, quod voluit etiam Nat *conſ.
431. n. 19.* Corn. *conſ. 70. col. 3. vol. 2.* quod ta-
men intellige, quando contrahēs † ſciebat, 41
illum eſſe talem, qui confeſtim receſſurus
eſſet, nec haberet ibi cauſam reſidendi, vel
nō eſſet ſolitum, ꝙ ſolutio debiti contracti
fieret per tales debitores in loco cōtractus,
vt late comprobat Borgn. *d. deciſ. 2. n. 3. 5. 15.
& 16.* & per Bar. *in d. §. proinde,* vbi cæteri alij.

Secundo amplia concluſionem, vt pro-
cedat, etiamſi ſtatutum † eſſet fauorabile, 42
vt puta, ſi habilitaret aliàs inhabiles, vt
quod filiusfamilias poſſet teſtari, vel quod
ſpurius poſſet heres inſtitui, nam nec tali
caſu forenſes comprehenderet, nec ad il-
los ſe extenderet, quia ſtatuendi actus eſt
iuriſdictionis, & fieri, ac exerceri debet
circa ſibi ſubditos, & circa quos capit iu-
riſdictio, ſiue fauorabiliter, ſiue odioſe diſ-

ponatur, ita Pariſ. *d. conſ. 68. num. 9. vol. 2.* vbi teſtatur de communi, & id proprie ſenſiſſe Bar. *in d. l. omnes populi, 5. q. princip. circa princip. ff. de iuſt. & iur.* & Alex. *in l. 1. column. 3. ff. de iuriſdict. omn. iud.* & *ibidem* Bart. *in dict. l. cunctos populos, in 6. quaeſtio. 1.* vbi etiam Bald. *num. 58. verſic. circa quae,* & Anchar. *in dict. c. canonum ſtatuta, 15. q. de conſt.* Roch. de Cur. *in tract. de ſtatut. ſectio. 9. num. 13. in fine,* Alexan. *d. conſ. 44. num. 9. libr. 5.* Pariſ. *conſ. 12. num. 24. vol. 3.* Gabr. *dict. concluſ. 8. num. 13. & 19. de ſtatut.* faciunt trad. à Bar. *in dict. l. 1. ff. de tut. & cur. dat. ab his, verſic. item nota ex hac lege,* Salycet. *in d. l. cunctos populos, col. 9. verſic. quid ſi circa habilitatem,* & faciunt, quę in ſimili diximus de clericis, qui non comprehenduntur etiam in fauorabilibus à ſtatu-
43 tis laicorum † ex defectu poteſtatis, iuxta tex. *in c. Eccleſia S. Mariae, de conſtit.* & per nos *in concl. quod ſtatutum laicorum non comprehendit clericos.*

Tertio amplia concluſionem, vt proce-
44 dat etiam ſi forenſes poſſiderent bona † in loco ſtatuti, nam non per hoc dicerentur ſubditi illius loci, cum quis non dicatur ſubditus ratione bonorum, nec bona faciant aliquem ſubditum, & per conſequẽs non ligarentur ſtatuto de perſonis, nõ autem de bonis ibi ſitis diſponente, ita Roch. de Cur. *in d. tract. de ſtatut. ſectio. 9. quaeſt. 12. num. 13.* cum ibi late alleg. & hinc dixerunt Innocen. Ant. de Butr. & Felyn. *in cap. poſtulaſti, de for. competen.* quod licet foren-
45 ſis † habeat bona in territorio alieno, non poteſt tamen alibi delinquens ab eo iudice bonorum ſitorum condemnari, cum non ſit illi ſubditus, quamuis ibi bona habeat, & quod ratione ſolius poſſeſſionis bono-
46 rum quis † non cogitur in illo territorio iurare fidelitatem, cum ſolius poſſeſſionis reſpectu quis minime ſubditus fiat, iuxta etiam not. *in l. libertas, §. ſola, ff. ad municip. l. reſcripto, §. fina. ff. de muner. & honor.* Brun. Aſtenſ. *in conſ. 35. col. 4.* Iacobi. *in ſua inueſt. in verſ. qui quidem inueſtiti, colum. 2.* Rub. Alexand. *conſ. 11. in fine,* & Alexan. *conſ. 138. col. 3. lib. 1.* & idem voluit Natt. *conſ. 158. numer. 2. libr. 1.* Crauet. *conſ. 27. column. 3.* Bertazzol. *conſ. crim. 443. n. 6. lib. 2.* vbi dixit, quod ſtatutum ligat quidem ratione rei ſitae in loco ſtatuti, ſed in concernentibus ſolum rem ipſam vt proximo.

Limita ampliationẽ, vt procedat quoad perſonas † forenſium; ſecus reſpectu 47
bonorum in illo territorio ſitorum, circa quae etiam forenſis tanquam ſubditus reputabitur, & poterit adſtringi, iuxta not. etiam per Dec. *in c. quae in Eccleſiarum, colum. 9. poſt med. verſ. ſed quantum ad propoſitum, de conſtit.* vbi dixit, quod conditio, quae habet, quod Princeps non † poteſt auferre 48
dominium ex cauſa non ſubdito, non habet locum in non ſubdito, poſſidente rem in dominio ipſius Principis, quia quantũ ad illam rẽ, idem iudicatur ꝙ de ſubdito, & Dec. ſequitur Crau. *conſ. 201. n. 15.* & confert Geminia. *conſ. 8. col. 1.* vbi quod forenſis cẽſetur ſubditus reſpectu, & in concernentibus rem ſubiectam ſtatuentibus, & exiſtentem in eorum territorio, vnde Crau. *loco proxime citato* dixit, quod licet propter ſola bona, & illarum poſſeſſionem quis nõ poſſit dici ſimpliciter, & abſolute ſubditus, vt generaliter in eum iuriſdictio exerceri valeat, prout in alios, qui ſunt de loco, vel ibi habitant, negari tamen non † poteſt, 49
quin ſubditus dicatur ſecundum quid, & aliquo modo, ideo videmus, quod pro tali poſſeſſione bonorum poteſt cõueniri coram iudice loci, in cuius territorio † ſunt 50
bona, vt *in tit. C. vbi in rem actio.* quod fieri non poſſet, ſi nullo modo eſſet ſubditus, *l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. & in tit. C. ſi à nõ compet. iud.* & nos etiam infra, vbi quid ſit tenendum reſpectu bonorum in loco ſtatuti etiam quoad forenſes.

Quar-

Digitized by Google

Quarto amplia, vt etiam procedat concluſio in caſu, de quo per Bart. *in l. vlt. ff. de regula Catoniana, num. 2. verſic. eodem modo,* videlicet, quando extaret ſtatutum, quod
51 legatum † factum foreſi, non valeret, nam ſi legatum factum ſit ei, qui tempore teſtamenti forenſis erat, & poſtea effectus eſt ciuis tempore mortis teſtatoris, non obſtante tali ſtatuto talis foreſis legatũ capere poterit, idem tenuit Caſtrenſ. *in l. cætera, ff. de legat. 1.* Alexand. *conſil. 29. viſo themate, nu. 4. vol. 4.* vbi in ſimili etiam voluit, quod
52 ſi eſſet ſtatutum, quod maritus † ſtantibus filiis nõ poſſit quicquã vxori relinquere, ſi tamen maritus reliquit illam dominam, & vſufructuariam, legatum, non obſtante ſtatuto, valebit, licet tempore dicti legati facti extarent filii, dummodo tempore mortis teſtatoris eſſe deſierint. Ampliationem ſequutus eſt Anch. *quæſt. 27. num. 9. & 10. part. 1.* Brun. *ſuper ſtatut. fœmin. exclud. artic. 7. quæſt. 5. num. 29.* Alciat. *conſil 31. num. 45. & ſeq. lib. 9.* & poſt illos nouiſſime Lancillot. *ſuper dicta conſuet. Alexandr. in verb. non poſſit, quæſt 3. num. 18.* & *ibid. num 19.* aſſeruit, idem eſſe in fideicommiſſo, & in donatione cauſa mortis, & communem teſtatur,
53 affirmans tamen aliud eſſe † in inſtitutione heredis, quia in ea tria tempora requiruntur, quibus heres ſit capax, tempus ſcilicet teſtamenti conditi, mortis, & aditionis, iuxta notata *in l. ſi alienum, §. 1. de hered. inſtit. & in §. in extraneis, Inſtit. de hered. qual. & diff.* & vtrobique ſcribentes. Et licet prædicta videantur extra propoſitum regulæ, ex quo quod tali caſu ſtatutum non ligat forenſes, non eſt ex defectu operationis ſtatuti, ſed quia forenſis deſinit eſſe forenſis tempore, quo legatum ſumit efficaciam à morte, ſcilicet teſtatoris, iuxta notata per Bart. Caſtrenſ. Alexand. & alios, de quibus *ſupra*, tamen quia poterat etiam dubitari, an ex quo ſtatutum reſiſtit ab initio contra legatum facientes forenſibus, poſſent etiam ex poſt facto dici reiecti, & inhabiles ob regulam, quod quæ ab initio non tenent, non poſſunt ex tractu temporis conualidari, ſecundum tradita *in l. quæ ab initio. ff. de reg. iur. cum ſimil.* ad maiorem declarationem efficaciç, & operationis ſtatuti, & in tali caſu, quoad forenſes, caſum præſentem ob ſtatutorum frequentiã frequenter contingẽtem, hic adhibere libuit.

Intellige prædicta, vt procedant in ſuis terminis, quoad † vltimas voluntates, ſcilicet quarum effectus differtur ad tempus 54
mortis, ſecus quoad contractus, in quibus ſpectatur id tempus, quo contrahimus, *l. non omne ff. de reg. iur. l. fin. ff. de ſtipul. ſeruor. l. Syluius. ff de verbor. obligat.* Decian. *reſponſ. 33. num. 26 lib. 1* Roman. *conſil. 509. num. 19. in 5. dub* facit text. *in l fin C ſi maior fact. & cap. ſi eo tempore, de reſcript. in 6. & in l. inter ſtipulantem. § ſacram, & l. continuus, §. cum quis, ff. de verbor. oblig at §. idem iuris, Inſtit. de inutil. ſtipul. d. l. quæ ab initio, ff de reg. iur.* quod nota pro ſtatutis prohibentibus ex actu inter viuos alienationes in forenſes, vt ſcilicet non valeat † alienatio, etiamſi is, qui 55
eſt forenſis tempore rei acquiſitæ, vel alienatæ deſierit eſſe forenſis, & effectus fuit ciuis tempore rei traditæ, & cum iſtis concordant plurima ſimilia tradita à Marſil. *in § diligenter, à num. 83. vſque ad num. 90. in ſua practica.*

Quinto amplia concluſionem, vt habeat locum etiam quoad delicta † per fo- 56
renſes commiſſa, tamen in alieno territorio, de eis enim forenſes ex ſtatutis alterius loci non poſſunt puniri, etiamſi expreſſe de eiſdem delictis ſtatuta diſponerẽt, quia, vt ſæpe diximus, ſtatuta non poſſunt diſponere extra ſuum territorium, & in non ſubditum, ita Bart. *in d. l. cunctos populos, num. 44. & 45.* vbi etiam Bald. *num. 97.* & Aretin. *num. 20.* idem Bart. *in l. ne quid, in fin.*

Digitized by Google

ff. de incend. ruin. naufrag. Innocent. Butr.
* Abb.& communiter alii in cap. poſtulaſti, de foro compet. Pariſ. conſil. 12. num. 10. & ſeq. & conſil. 53. num 84. & ſeq. vol. 3. Bertrand. conſil. 103. num. 18. vol. 2. poſteriorum, quos referendo ſequitur Bertazzol. conſil. crim. 443 lib. 2. vbi num. 3. affirmat, non inueniſſe aliquem contradicentem, & ratio etiam eſt, quia tali caſu foreſis nõ dicitur in illo loco ſtatuti aliqua ratione forum ſortiri, nec enim ratione delicti, cum extra territorium ſit commiſſum, nec ratione originis, nec domicilii, cum in eo loco ſit forenſis, nec incolatum habere præſupponatur, idem voluit Brun. in tract. de conſtit. & decret. verſic. forenſis in tertio, verſic ſtatutum dicit, imo
57 ſtatuta ſimpliciter † loquentia de delictis, non habent locum in commiſſis extra territorium. Pariſ. conſil. 159. num. 6. vol. 4. ideo
58 ſi extat ſtatutum, quod ſyndicus † teneatur denuntiare delicta, non comprehendit delicta commiſſa extra territorium, prout ſic ex pluribus conſuluit Gabr. conſil. 101. lib. 1. adducens Bald. in l. 2. C. vbi de crimin. agi oport. ſubdens etiam in fine, quod
59 eodem ſtatuto non † ligantur officiales ad denunciandum delicta commiſſa tempore ſui prædeceſſoris.

Primo ſubamplia, vt id ſit verum, etiam-
60 ſi forenſis † ciuem de loco offendiſſet, extra tamen territoriũ, quia nec tunc ſtatuti loci ciuis offenſi pœna teneretur, ita Bart. in d. l. 1 fine, cunctos populos, num. 44 & 45. vbi reſpondet, quod licet tali caſu poſſet conſiderari, quod offenſio eſt facta in perſona ſubdita ſtatuto, & quod ſicut ratione loci, in quo quis committit delictum, fit de foro dicti loci, & de illa iuriſdictione, etiamſi
61 eſſet † forenſis, ſecundum notata in l. 3. ff. de offic. præſid. & in l. 1. & in authent. qua in prouinc. 14. C. vbi de crim. agi opor. & quod ita per conſequens delinquẽdo in perſonam ſubditam tanquam in loco, & re ſubdita deliquiſſe exiſtimandus eſſet, & puniendus, tamen dicit hoc procedere ratione loci, id eſt, loci rei immobilis, vt territorii, non autem rei mobilis, aut ſe mouentis, & idem fatetur verum ibidem Bald. nu. 97. & hanc
communem ſententiam teſtatur Bertaz- *
zol. d. conſil. 443 num. 2. & ibi Bertazzol. iun. in addition. affirmat, ita fuiſſe iudicatum in contingentia facti, & quod ab hac opinione non eſſet recedẽdum, ſecundum quam etiam ſæpius iudicatum fuiſſe, & ita pluries ipſum iudicaſſe, & votaſſe, teſtatur nouiſſime excellentiſſimus, neque ſatis vnquam laudatus Dominus meus Petrus Caballus Pontremolenſis pro Sereniſſimo magno Duce Hetruriæ vniuerſarum militarium legionum Auditore, ac ſacræ religionis Equitum Diui Stephani Præſidente, nec non in ſignatura libellorum ſuplicum gratiæ, & iuſtitiæ conſiliario in ſuis doctiſſimis criminalium reſolutionum centuriis, caſ. 3. cent. 1. in fin.

Secundo ſubamplia, etiamſi † forenſis 62
delinquens extra territorium haberet bona in territorio ſtatuentium, ita Innocent. Butr. Abb. & Felyn. in d. cap. poſtulaſti, de foro compet. Natta conſil 158. num. 2. Crauet. conſil. 27. col. 3 & ratio eſt, vt etiam ſupra alias diximus, quia non ex eo, quod quis habeat bona in territorio alicuius, dicetur aliquo modo eius ſubditus, iuxta notata in l. libertus, §. ſola ff. ad municip. l. reſcripto, §. fin ff. de muner. & honor. Paul. de Caſtro in conſil. 89. poſſet quis dicere, col. 2. circa med. lib. 2. Brun. conſil. 35. col. 4. Rube. Alexand. in conſil. 11. ad fin. Alexand. conſil. 138. col 3. lib. 1. & in conſil. 16. col. 2. lib. 5. & conſil. 114. col. fin. verſic. ad allegata, vol. 6.

Tertio ſubamplia, vt tanto magis procedat ampliatio, ſi ſtatutum † pœnale eſſet, 63
de eo, quod de iure communi nõ eſſet delictum, aut punibile, quia forenſis etiam in territorio delinquens tali caſu, & pœna ſtatutaria

ſtatutaria non puniretur, niſi fuiſſet ſciens, vel ignorantia ſupina, Bertazzol. *conſil. crimin. 319. num. 4. & ſeq. lib. 2.* quia ita communiter Dd. tenere teſtatur Clar. *in pract. crimin §. fin. quæſt. 85. verſic. ſecundus eſt caſus*, vbi hanc æquiorem, & magis communem opinionem affirmat de mente Marſil. *in d. l. fin. num. 81. ff. de iuriſdict. omnium iudic.* & illum approbat Bald. *in d. l. cunctos populos, num. 95.*

Primo intellige, vt non procedant in
64 dictis ſubampliationibus in † capientibus ex naufragio, qui poſſunt puniri ex ſtatuto iudicis perſonæ offenſæ, etiamſi offenſio occaſione naufragii fuiſſet facta extra territorium, & per forenſes, ita Bartol. *in d. l. cunctos populos, num. 45.* per textum *in l. ne quid §. de bu. ff. de incend. ruin. & naufrag.* vbi gloſſ.

Secundo intellige, vt non ſint vera prædicta quoad delinquentes, licet extra ter-
65 ritorium, † in ciuitatibus tamen, & locis confœderatis, & colligatis inuicem, inter quæ eſſet ſtatutum, quod delinquẽs in vno loco poſſet puniri in alio, ita Bart. *vbi ſupra, num. 44.* notatur *in l. non dubito, in fin. ff. de capt. & poſtlimin reuerſ.*

Tertio intellige, vt non habeant locum
66 in his, quæ ſunt † prohibita etiam de iure communi, nam in illis forenſis nedum ſecundum ipſum ius commune, ſed etiam ſecundum diſpoſita à ſtatutis loci delicti tanquam ab eis comprehenſus poterit puniri, ita Bartol. *in d. l. cunctos populos, num. 48. C. de ſumma Trinitat.* quem communiter à Doctoribus approbari teſtatur Clar. *d. quæſtione 85. verſic. ſecundus eſt caſus*, & Boſſ. *in tit. de pœn. num. 18.* Bald. *in d. l. cunctos populos, d. num. 95.* vbi communiter alii ſcribentes.

67 Quarto intellige, niſi delictum † à forenſe commiſſum, licet nõ eſſet circa prohibita de iure communi, eſſet tamen circa ſolita prohiberi, & prohibita ab omnibus communiter, & vniuerſaliter, & præcipue in illa prouincia, in qua delictum per forenſem fuiſſet commiſſum, quia etiã in his forenſis quemadmodum nõ poſſet ſe tueri ex præſumpta ignorantia ſtatutorum propter quã forenſes ab illorum diſpoſitione in delictorum pœnis eximũtur ſecundum Doctores, ſed conuinceretur de ſupina ignorãtia, remaneret ſubiectus diſpoſitioni, & ſic pœnis ſtatuti, prout in hoc omnes Doctores concordare dixit Corn. *conſil. 64. in fin. lib. 3.* & idem ſequitur Roman. *conſil. 491. in caſu propoſitæ conſultationis, numer. 1.* & hanc communem opinionem * Legiſtarum appellauit Imol. *in l. fin. §. licet quis, ff. de publican.* prout refert Clar. *ſupra citata quæſt. 85. verſic. ſed quid ſi delictum*, vbi tamen reſoluit, quod in hoc eſſet ſtandum iudicis † arbitrio, qui inſpectã facti, & per- 68
ſonarum qualitate pro ſua religione decernet, an forenſis in prædictis caſibus ſit plectendus pœna ſtatuti, vel in totum excuſandus, vel ſaltem pœna ex aliqua parte temperanda, & quod ita ſæpiſſime vidit, in Ducatu Mediolanenſi excuſari forenſes, qui moram non traxerant in dominio à pœna impoſita contra deferentes archibuſios rotatos, licet id ſit inter ea, quæ ſunt ſolita prohiberi, & ſuadet iudices, vbi aliquo modo poſſet dici ignorantia probabilis, vt ſemper in mitiorem partem inclinent, & ſecundum prædicta ſunt intelligenda, meo iudicio, quæ alias dicunt Doctores, quod † foren- 69
ſis non excuſatur à pœna impoſita receptanti bannitum, quando in loco ſtatuti forenſis eſt diu verſatus, eo quia tunc in eo non præſumitur ignorantia, vt per Bald. *in l. noſtram, in fin. C. de teſtam.* Alexan. *conſil. 65. col. 2. lib. 3.* Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 3. num. 8.* cum ibi per eum adductis, vt ſcilicet procedant ex arbitrio iudicis

iudicis, conſiderata qualitate perſonæ forenſis, quantitas temporis habitationis, & conuerſationis, ita vt illud, *diu*, ſit illi arbitrarium, iuxta tradita per eundem Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. caſu 186. num. 1.* & per ſcribentes *in cap. cognoſcentes, de conſtitut.*

Quinto intellige, vt non ſit vera am-
70 pliatio, quando † ob negligentiam, vel culpam, vel impotētiam officialis loci, in quo eſt commiſſum maleficium, contra meum ciuem delinquens impunitatem conſequutus fuerit, poteſt enim contra forenſem tunc ex ſtatuto, ſi forte de tali caſu ex negligentia, culpa, vel impotentia officialis non punito diſponeret, procedi, & tale ſtatutum valeret, ita Bart. *in d. l. 1. C. de ſumma Trinit. num. 45.* per notata *in l. nulli, C. de iudic.* vbi gloſſ. *& in can Dominus noſter, 23. quæſt. 2.* Innocent. *in d cap. poſtulaſti, de foro compet.* & hoc dictum commendat Bertaz. iun. *in addit. ad conſil. crimin. patru, d. conſil. 443. lit. B.* & confert, quod nos alias dixi-
71 mus *in concluſ. quod † ſtatutum laicorum non comprehendit clericos*, quod etiam iudex laicus in defectum iudicis Eccleſiaſtici, vel quia nolit, vel quia nō poteſt ſupplere contra ipſoſmet Eccleſiaſticos, ſicut Eccleſiaſticus poteſt etiam ſupplere, quando laicus negligit, aut negat facere ea, quæ ſunt iuris, vt in gloſſ. *in c. filiis, 16. quæſt. 7. & in c. non licuit, 17. diſtinct.* Ancharan. *in conſil. 109. num. 7. & 8. cap. licet, & cap. ex tenore, de foro compet.* de quo tamen dic, vt *in d. concluſ.*

Sexto eſt intelligenda ſupra dicta am-
72 pliatio, vt non ſit vera, quando † ſtatutum loci diſponeret, delinquentem alterius loci tunc pœnā incurrere, cum territorium ſtatuentium ingreſſus fuerit, valet enim huiuſmodi ſtatutum, & ab ingreſſu illius ciuitatis inchoatur pœna, quia territoriū vetitum offendit, ita Bald. *in d. l. 1. num. 97. verſic. tu dic*, quod approbat Felyn. *in d. cap. poſtulaſti, num. 7. in fin.* & Bertaz. iun. *vbi ſupra*, & hæc erit † cautela ad puniendos fo- 73
renſes extra territorium in ciues delinquētes, qui alias à ſtatuto immediate puniri nō poſſent, vt ſcilicet fiat ſtatutum, quod occiſor, ſiue alter delinquens audens ingredi territoriū ſtatuti tali pœna puniatur, quia tunc forenſis ſtatuto pœnali ligabitur, ſi ingredietur, quia, vt dicebamus, offendit ingrediendo veitam terram, quæ cautela eſt ſummopere, & neceſſaria, & æquitati, ac iuſtitiæ conſona, crudele enim eſt, & ab omni ratione alienum, vt trucidans alicuius ciuitatis ciues, debeat poſſe ſub prætextu, quod illos extra territorium occiderit, impune etiam in eadem ciuitate ſuis ciuibus impio facto illius orbata perambulare libere, & nulla ſupereminente pœna, prout hæc etiam pie, & iuſte animaduertit Bertaz. iun. *vbi ſupra*, hinc ſancte, & prudenter fuit per ſtatutum criminale Ianuæ *lib. 2. cap. 19* ordinatum, quod contra quemcunq; ciui, aut diſtrictuali iniuriam, vel offenſam, aut vim in rem, vel in perſonam inferentem debeat ad inſtantiam vim paſſi, vel ſuorum iniuriam proſequentis magiſtratus procedere, ſi ad vrbem Genuam, vel ad loca diſtrictus venerit, & illum punire, ac ſi delictum Genuæ commiſſum fuiſſet.

Sexto amplia, vt concluſio procedat, etiamſi forenſis † vellet ſtatutorum benefi- 74
cio vti in eius fauorem, nec enim tali caſu poſſet, ſicut enim non ſentiunt forenſes incommodum ex ſtatuto, ita nec ex eis debent poſſe ſuſcipere commodum, Roland. à Valle *conſil. 79 num. 35. lib. 3.* Cephal. *conſil. 451. num. 98 lib. 4.* de mente Alexand. *conſil. 44. col. 3. in fin. lib. 5.* Socin. *conſil. 120. num. 12. lib. 1.* Roman. *conſil. 224. num. 6.* Decian. *d. tract. crimin. lib. 2. cap. 35. num. 25.* de mente Bart. *in tract. repreſſal. in 5. quæſt.* Angel. *conſil. 73. quod dicta*, Tiraquell. *de iur. primogen. quæſt.*

Digitized by Google

quaſt.44.n.4. & Pariſ.conſil.12.n.26.lib.3. v-
* bi hanc veram & communem opinionem
teſtatur Marſil. ſing.519. incip. ille qui non ſu-
ſtinet, Alexan.conſil 111.poſt princ.lib.7. Bar-
bat.conſil.51.col.2. verſic.ſecundo adduco, quod
voluit Ludouic. Caſ. lib. 2. Ruyn. conſil.119. in
fin.lib.1.Dec.conſil.114 poſt princ. Mandoſ.ad
Roman.d.conſil 224. lit.I. Rot.d.deciſ.295.n.3.
part.1.adducens hanc etiam rationem, quia
75 ſcilicet mens † ſtatuentium non eſt ſtatue-
re incommodum illorum, quibus incom-
modum, & dare, & præſtare pariter non
poſſunt, vt per Nattam conſil. 148. num.7.
lib. 1.

Limita ampliationem, vt non proce-
76 dat, quando † contrarium fuiſſet in loco
ſtatutorum obſeruatum, quia ſcilicet et-
iam forenſes ad ſtatutorum beneficia fuiſ-
ſent ſemper admiſſi, nam tunc non eſſent
mutanda, quæ ſemper certam interpreta-
tionem habuerunt, l.ſi de interpretatione, &
l.minime, ff. de legib. & in terminis hoc vo-
luit Bertaz.conſ.cm.24.in fin. de mente An-
gel. in conſil. 288. Cardinal. conſil 60. num.8.
Bald.conſil.473.col.2.nu 3.vol.5. Fulgoſ.con-
ſil.34.in 2.dub. & faciunt, quæ nos late dixi-
mus de interpretatione proueniente ex
obſeruantia, & conſuetudine in concluſ.
quod ſtatuta recipiunt interpretationem à iure
communi.

Septimo amplia concluſionem, vt tan-
to magis procedat, ſi ageremus de ſtatuto,
77 quod † nunquam fuit vſu receptum, nam
tunc omnino non ligaret forenſes, cum
non liget ipſos ciues, Menoch. de præſumpt.
* lib.2.præſumpt.2.num.1. vbi communem te-
ſtatur, ita Bertazzol.conſil.crimin.319 num.1.
lib. 2. Plot. in l.ſi quando, num 321. C. vnde vi,
Cephal.conſil 155.num.16. Iaſ.conſil.112.num.
78 4. vol. 4. & quod ſtatutum † vſu non rece-
ptum non ſit ſeruandum, dixit Bertazzol.
conſil.ciuil.71.num 24. Purpurat.conſil.449.
per totum, Roland. à Valle conſil. 99. num.5.
& 39. lib.2. gloſſ. & Dd. in l. rem non nouam,
vbi Iaſ.num.5.C.de iudic.& conſil.112. num.4.
vol.4. Plot. in conſil. crimin. diuerſ. vol.1.con-
ſil 105.num.120. Claud.Bertazzol. in addit.ad
conſil.patris, conſil 284. litera G. Cephal.con-
ſil.155. num.16. Ioſeph. Ludouic. concluſ. 54.
vbi late de hac materia, & quod ſtatutum
vſu non receptum † ſit nullum, & in eo 79
nullum ſit faciendum fundamentum, tra-
dit Pariſ.conſil 53 num.98. lib.3. Ripa reſponſ.
2. num.3. & illi non dicitur † contrauenire, 80
qui illud non obſeruat, Ruyn.conſil.13. nu-
mer. 26. lib. 2. etiamſi iurauerit obſeruare
talia ſtatuta, quia † tale iuramentum non 81
extenditur ad ea, quæ moribus vtentium
non ſunt recepta, vel per contrariam con-
ſuetudinem abrogata, Nat. conſil 19.num.8.
cum talia ſtatuta † non dicantur ſtatuta, 82
l. derogator, ff. de verbor. ſignificat. l.1. num.9.
C. de caduc. tollend. Ripa vbi ſupra, num. 4.
nec ligant, cap. 1. de treug. & pac. Pariſ. con-
ſil.102.nu.69 lib.1. 105.num.8.lib.4. Gozadin.
conſil. 23. num. 9. & eſt communis, vt per
Dec. conſil. 638. num. 12. 649. num. 8. Me-
noch. conſil. 75. num. 91. vol. 1. & ſtatutum
non obſeruatum, nec moribus vtentium
comprobatum, non poteſt allegari, & ſuf-
ficit † lapſus decennii à tempore conditi 83
ſtatuti, Plot. in d. l. ſi quando, §.6. num.51. C.
vnde vi, Ruyn.conſil. 143. num.24. lib 5. Ce-
phal. conſil. 155. num. 17. Decian. reſponſ. 32.
num. 42. lib. 2. ſtatutum enim † habet in ſe 84
tacitam conditionem, ſi moribus vten-
tium recipiatur, ideo contraueniens non
peccat, Ruyn.conſil.17.num.28.lib.2. Marſil.
in practic.§.aggredior, num.40. Decian.d.re-
ſponſ.32.num.44. Gozadin.conſil.96. num 5.
Pariſ. conſil. 105. num. 7. & 8. lib. 4. Cephal.
d. conſil 155.num.17. Decian.reſponſ.55. nu-
mer.36.lib 2. Imol. & alii in d.c.1. de treug. &
pac. Pariſ.conſil.53. num.8. lib 3. Ripa reſponſ.
lib.1.cap.5.num.3.Cephal.conſil.441.num.108.
lib. 3.

Digitized by Google

85 Subamplia, vt idem ſit, ſi † aliquando
fuit vſu receptum ſtatutum, ſed poſtmo-
86 dum † conſuetudo contraria illi deroga-
uit, ita Bald. *in d. l. rem non nouam, ante fin.*
vbi Iaſ. *num. 4* Ruyn. *conſil. 143. nu. 24. vol. 5.*
Socin. iun. *conſil. 130. num. 27. vol. 3.* Alexand.
conſil. 132. viſa facti, col. 1. & 2. vol. 1. Nat. *con-*
ſil. 19. num. 7 vbi voluit, iudicem, qui iura-
87 uit † obſeruare ſtatuta, non teneri ſeruare
ea, quæ per conſuetudinem fuerunt abro-
gata, Ceph. *d. conſ. 155. n. 17.* & hoc caſu con-
88 trafaciẽs † à pœna ſtatuti excuſabitur, Ber-
taz. *d. conſ. 319. n. 3* Plat. *conſ. 108. n. 120. in 1. vol.*
89 *cõſ. crim primo impreſ.* cõſuetudo † n. fortior
& potentior eſt ſtatuto, & facit illud ſilere,
Crau. *de antiq. temp. part. 1. in prin. n. 42.* Me-
noch. *de arbitr. iudic. lib. 1. quæſt. 71. nu. 4. & 9.*

Primo amplia, vt idem ſit, licet aliquan-
do fuerit contrafactum tali conſuetudini,
90 quia attenditur, † quod frequentius acci-
dit, & obſeruatur, Dec. *conſil 11. num. 12.* Be-
ro. *conſil. 87. num. 20. vol. 3.* Bertaz. iun. *ad con-*
ſil. crimin. 285. Bertazzol. ſenior in lit. C verſic.
ſecundo amplia & idem Bertaz. *conſil. ciuil. 39.*
nu. 32. Dec. *conſil. 215. nu. 2. verſic. namq; plures.*

Secundo amplia, etiamſi conſuetudo
91 eſſet introducta † ſine ſcientia Principis,
vel ſuperiorum, quia quando conſuetudo
introducitur contra ſtatuta, non eſt opus
ſcientia Principis, maxime quando non a-
gitur de reſeruatis Principi, ita Bertaz. iun.
vbi ſupra, de mente Alexand. *conſil. 132. col. 2.*
lib. 1. & hanc ſententiam dicit communem
ex Curt. *in c. fin. num. 351. de conſuet.* & Petr.
Duen. *reg. 141.* Didac. *in reg. poſſeſſor, in 2. par.*
ſub n. 8 verſ prædicta Dd. opinio, de reg. iur. in 6.

Intellige, vt prædicta procedant in ea
92 conſuetudine, quę prouenit † à populo ha-
bente ex ſeipſo auctoritatem legis, & ſtatu-
ti condendi, & abrogandi, ſecus ſi ageretur
de aliqua vniuerſitate, quæ non poſſet ſta-
tuta condere ſine approbatione Principis,
quia tũc tali caſu illius conſuetudo ſola nõ
operaretur reuocationẽ ſtatuti, q̃a illius eſt
tollere, cuius eſt dare, & illius eſt condere,
cuius eſt abrogare ſtatuta, ita eadem aucto-
ritas requiritur in reuocando ordines, quæ
in ſtatuẽdo, Borgn. *de tut. n. 45. & ſeq.* Ruyn.
conſ. 144. n. 6. verſ 4. vol. 1. Tiraq. *de legib. con-*
nub. gl. 5 verſ contracter, n. 15 & qui nõ poteſt
ſtatutũ cõdere ſine ſuperioris auctoritate,
nec † conſuetudinem introducere poterit, 93
ita Nat. *conſ. 574. n. 1. vol 3.* Borgn. *deciſ. 11. nu.*
49. Galli. *in conſuet. Alex. in præſ 4. n. 59.* Alex.
conſ. 173. nu. 8. vol 6. Corn. *conſ. 293. vol. 1. lit. A*
verſ. nec obſtat dicta obſeruantia. vol. 3 Quod
notẽt magnifici Dñi mei Aduocati Sarza-
nenſes, dum ſæpe allegatur aliqua conſue-
tudo contraria ſtatutis, vt non poſſit habe-
ri in aliqua conſideratione, niſi etiam pro-
bata, & data ſcientia, ac tolerantia Princi-
pis, qui ex tali ſcientia, & tolerantia, quod
obſeruetur contrarium ſtatuto, videtur
ſtatutum tollere, Gozad. *ad d. conſil. 96 nu. 1.*
Pariſ. *d. conſil 105. nu. 7. & 8. lib. 4.*

Alias ſicut ex ſeipſa ciuitas noſtra nõ po-
teſt ſtatuta cõdere, ſed requiritur, vt valeãt,
quod prius ſint confirmata à sereniſſima
rep. ita ex ſeipſa non poterit contra ſtatuta
iam in eſſe deducta, conſuetudinem indu-
cere, vt ſupra allegati.

Nota tamen, ꝙ ſtatutũ † non præſumi- 94
tur vſu receptũ, niſi probetur, ſi credimus
Menoch. *de præſump. li. 2. pſump. 2. n. 2. & ſeq.*
ductus auctoritate Soc. iun. idem tenẽtis *in*
cõſ. 32. n. 47. lib. 3. & etiam ea fretus ratione,
quia ꝙ ſtatutum fuerit vſu receptum, † eſt 95
quid facti, & facta non præſumuntur, *l. in*
bello, § facta, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. Sed
quicquid dixerit Menoch. quoad † ſtatuta 96
ſaltẽ ſuperiorũ erga inferiores, ſicut quoad
ſtatuta propria ciuitatis tamen ſubditæ, &
confirmata à Principe, contrariũ omnino
tenerem cum Gozad. *conſ. 16. nu. 16.* & Curt.
iun. *conſ. 129. n. 12.* ac Dec. *conſ. 649 n. 10.* tum
ex rationibus per ipſos adductis, tum etiã
quia

Digitized by Google

quia ratio Menoch.in eis nõ verificatur,nã
regula,ꝙ facta non præſumuntur,nõ pro-
97 cedit in his,† quę de iure ſunt faciẽda,iuxta
adducta à Crau.*conſ.22.n.5.* Ceph.*cõſ.9.n.16.*
vol.1.& p D.Ioſeph. fratrẽ meum *de probat.*
98 *lib 2.concl.734.n.1.* vnde cum de iure † ſub-
diti,& inferiores teneantur recipere,& ad-
mittere ſtatuta eis tradita, & demandata à
ſuis ſuperioribus, quib. parere neceſſe ha-
bẽt,*c 2 de maio.& obed.cũ ſimil.*cenſentur ea
recepiſſe,& executioni, prout tenẽtur, de-
mandaſſe,cum vnuſquiſq; præſumatur, vt
dicebamus,ea obſeruaſſe, & feciſſe, ad quæ
de iure tenetur,iurib. *in d.concl.734* per D.
fratrem meũ adductis,imo voluerunt Do.
99 de Rot.*dec.97.n.2.par.1.*ꝙ ſtatutum † eo ipſo
præſumatur vſu receptũ, ꝙ fuit publicatũ,
& cum iſtis tenuit Benin.*dec.13.n.9.& ſeq.*&
Ludou.*concl.54.verſ.in dubio;*Rolan.à Valle
conſ 90.num.53.& ſeq lib.1.

100 Octauo amplia, vt concluſio † procedat
nedũ quoad forẽſes,ſed ẽt quoad ſubditorũ
res,exiſtentes tñ extra territorium,& iuriſ-
dictionẽ ſtatuti, ad quas ſtatutum nõ por-
rigitur,ita Bar.*in d.l.cunctos populos,q.7.verſ.*
*ſed poſſet dubitari,*vbi ideo dixit,ꝙ ſtante ſta-
tuto, quod bona veniant ad primogenitũ,
101 tunc de omnib.erit iudicandũ † ſecundum
conſuetudinem,& ſtatutum,vbi res ſituatę
erũt, quia ius afficit res ipſas, ſiue poſſideã-
tur à ciue,ſiue à forẽſe,*vt l.reſcripto.in fin.ff.*
de mun.& hon.& l.an in totũ,C de ædif.priuat.
idẽ voluit Dec.*in ſuo tract.cri.lib.2 c.35 n 22.*
*& 32.*Bald.*in l.2.col.5.quæ ſit longa conſuet.*&
plenius *in d.l.cũctos populos,col.6.*Anch.*d.c.1.*
** *q.15.de cõſt.*& hãc magis com.opi.dicit Alex.
cõſ.128.cõſideratis verbis,n.4.lib.1.cõſ.16.viſo tit.
n.1.eod lib.1.& ita in pract.obſeruari teſtatur
Nat.*vbi.in add.in lit.A.* & ꝙ ſemper inſpiciẽ-
102 dũ ſit ſtatutũ † loci,in quo res ſitę ſunt,quo-
ad ipſas res,not.*in l.pupillo,ff de tutor & cur.*
dat.ab his,& in l.Titiũ,§.tutor,ff.de admin.tut.
l.certa ſumma, C.de iur.fiſc.lib.10.in l.non ſolũ,
§.qui teſtamẽto,ff.de excuſ.tut.& in l.cũ vnus,
§.is qui,ff.de bon.auct.iud.poßid.& in c.venera-
bilem,qui fil ſint leg. ampliationẽ ſecutus eſt
Lap. *alleg.91.caſus eſt talis, quædam Nicolaus,*
Soc.*conſ.292.viſis ſtatutis,lib.2.& cõſ.288.col.*
pen.eo.lib.2. Corn.*cõſ.115.n.5.vol.2.& cõſ.202.*
*col.4.eo.lib.*Alex.*cõſ.19.li.6.*Brun.*de ſtat.excl.*
*fœm.q.25.8.art.princ.*vbi firmat hanc coẽm, *
& illã defendit multis rationib. & reſpõdet
contrariis,Iaſ.*in l.re coniũcti,n.215.ff.de leg 3.*
Ruy.*conſ 48.col.1.lib.3.*Cur.iun.*conſ.110.n.9.*
vbi hanc coẽm dicit Gabr.*d.concl.8.n.21.de* *
*ſtat.*Anch.*conſ 69.*Alex.*conſ.44.vol 5 & cõſ.*
*182.n.2.eo.lib.*Goza.*cõſ.49.n.8.& 11* Burſ.*cõſ.*
*8.n 35.lib.1.*vbi pariter de cõi teſtatur;& hãc *
partẽ videntur comprobaſſe etiam Do.de
Rot.corã Illuſtriſs. & nunquã ſatis laudato
Cardin.Blanchetto tunc Rotę auditore,vt
*in dec.295.n.2.part.1.*in qua cõcluſum fuit,ꝙ
ſtatutum † de ſucceſſione excluſiuũ fœmi- 103
narũ non extẽdâtur ad bona extra territo-
rium exiſtentia,qñ defunctus,& mulier,&
qui illam excludere prætẽdit vigore ſtatuti,
ſint de loco ſtatuti,ibiq; hanc coẽm,& alias *
etiã per Rot. ſecutam opin. teſtantur, & ꝙ
generaliter ſtatutũ non extẽdatur ad bona
extra territoriũ,fuit pariter deciſum in Ro-
ta Rom.per Put.*dec.351.lib.1.* vbi reſpondet
contrariũ tenẽtibus, & de cõi teſtatur,ſiue *
loquatur ſtatutũ in rẽ,ſiue in perſonã,& de
hoc vide ẽt infra vbi diſtinguit & cõcordat.

Primo ſubamplia,vt prædicta tanto ma-
gis habeãt locũ,† ſi ſubditus in loco bono- 104
rũ extra territoriũ exiſtẽtium domicilium
conſtituiſſet,quia ex hoc diceretur ſortitus
eſſe diuerſas patrias,& ex diuerſitate patrię
legũ diuerſitas ſeruari deberet, & quælibet
in ſuo territorio præualeret,Lancil.*ſuper d.*
*conſuet Alex præfat.8.n.16.*Iaſ.*conſ 80.col pen.*
lib.3.& hanc cõem opin.& veriorem teſta- *
tur Socin.*d.conſil.288 col.1 lib 2.*cum aliis de
quibus per nos *ſupra.& infra in concluſ.*

Intellige ſubampliationẽ, quod ſi con-
ſtituens † alibi domicilium deſineret ſuſti- 105
nere onera in propriæ originis ciuitate, nõ

deberent in vtroq; loco quoad ipſum ſer-
uari ſtatuta, ſed priuaretur beneficio ſtatu-
torum originis, & gauderet ſolum benefi-
ciis domicilii, ita Roland. à Valle *conſil. 79.*
106 *num. 29. cum plur. ſeq. lib. 3.* nam qui † non ſu-
ſtinet onera, & ſic qui non ſuſtinet incom-
modum, non debet etiam commodum
ſentire, ſecundum Caſtrenſ. *in l. omnes po-
puli, in fin. de iuſtit. & iur.* & nos *ſupra*, & ini-
quum eſſet, quod quis haberet emolu-
mentum, vbi læſionem habere non com-
pelleretur, argumento text. *in l. 1. §. pro ſe-
cundo, in fin. C. de caduc. tollen.* Ruyn. *conſil. 18.
col. fin. vol. 5.* & idem Ruyn. *conſil. 120 per tot.
vol 4.* conſuluit, quod ciui Placentino ori-
107 gine † non ſuſtinenti onera realia, licet per-
ſonalia, & alibi habitanti, & ſuſtinenti di-
cta onera, non ſunt concedendæ repreſſa-
liæ, ſicut etiam contra ſe non concederen-
tur, & facit, quod dicit Bald. *in l. ſi non ſpe-
ciali, C. de teſtam.* vbi, inquit, quod ciues co-
108 gnoſcuntur † ex muneribus, & honori-
bus, & ideo quod quando ciuis non voca-
tur ad munera, & honores, proprie ciuis
dici non poteſt, & Ruyn. *in conſil. 112. num.
10. verſic. ex prædictis, vol. 5.* dixit ex mente
Bart. *in tract. repreſſal. in 2. quæſt. 5. part.* quod
ſi incola ſuſtinet onera, ſunt ei conceden-
dæ repreſſaliæ, ſi vero illa non ſuſtinet, con-
cedendæ non ſunt, quia regula eſt, quod,
qui ſentit onus, debet ſentire commodum,
& econtra, *l. ſecundum naturam, ff. de reg. iur.*
& Roland. à Valle *ſupra d. conſil. 79. num. 45.
& 4. ſeq.* reſpondet ad ea, quæ in contra-
rium adduci poſſunt.

Secundo ſubamplia, vt idem ſit, quoad
109 perſonas † ipſorum ſubditorum extra iu-
riſdictionem ſtatuentium contrahentium,
qui non ligabuntur propriæ ciuitatis ſta-
tuto diſponente circa aliquas ſolemnitates
in contractibus ſeruandas, ita Domini de
Rot. *deciſ. 162. num. 3. part. 2.* Aret. *conſil. 54.
num. 3. verſic. tertia ratio principalis eſt*, in
quo loco conſuluit, quod valebat donatio
à quodam Cortonenſe facta in ciuitate
Senarum, licet nõ interuenerint ſolemni-
tates, de quibus in ſtatuto Cortonenſi, &
ibi hãc dicit veriſſimam opinionẽm, idem
tenuit Corn. *conſil. 241. nu. 13. lib. 3.* Alexand.
conſil 141. col. penult. vol. 5. Gabr. *conſil. 1. n. 2.
lib. 1.* Capr. *conſil. 144. col. 2. vſque ad fin.* Iaſ.
conſil. 59. col. 1. & ſeq. vol. 3. Caccialup. *in d. l.
cunctos populos, col. 51. verſic. quando vero*, Pa-
riſ. *conſil 99. num. 54. lib. 1.* de mente Bartoli,
quem dicit in hoc communiter approba- *
tum *in d. l. cunctos populos, in 6. quæſt. princip.
verſic. circa primum*, quo in loco docuit,
quod quoad † ſolemnitatem ſeruandam 110
inſpicitur locus contractus, non autem
vnde eſt perſona contrahens, & confir-
mantur prædicta ex his, quæ tradit Bald.
in d. l fin. ff. de iuriſdict. omn. iudic. in ſua repet.
vbi dixit, quod ſi ex forma ſtatuti minor
non poſſit ſe obligare ſine certa ſolemni-
tate, † etiamſi forenſis contrahens in loco, 111
ſi ſit minor, tenebitur ſeruare illam ſole-
mnitatem, & hanc magis communem o- **
pinionem affirmat Lamberteng. *in d. ſuo
tract. de contract. gloſſ 2. ver. mulierum nu. 43.
in fin.* vbi ideo decidit, quod mulier Medio-
lanenſis extra territorium Mediolani con-
trahens, non arctatur ad obſeruantiam ſo-
lemnitatum ſtatuti Mediolani, per ea, quæ
voluit Aret. *in d. conſil. 73. col. 3. circa fin. ver-
ſic. his ergo præmiſſis*, vbi dixit, quod filiusfa-
milias † extra ſuum territorium contra- 112
hens non ligabitur ſtatuto territorii pro-
prii adhibente quaſdam ſolemnitates in
contractibus filiorum, eiuſdem ſententiæ
fuit Corn. loquens in ſtatuto prohibente
mulierem ſine conſenſu viri teſtari, *conſil.
241. in 1. dub. lib. 2.* idem in ſtatuto irritante
donationẽ, niſi ſit facta ſub certis ſolemni-
tatibus, videtur voluiſſe Capr. *d. conſil. 144.
col. 3. verſic. eſt forte*, cum aliis per eundem
Lambertẽg. *vbi ſupra*, allegatis, in quo loco

etiam

Digitized by Google

etiam reſpondit contrarijs, hanc eandem ſententiam ſecutus eſt Decian. *d. tract. crimin. lib.2.c.35.n.31.* per tex. *in c. vt animarum, §.1. de conſt. in 6.* vbi quod ſtatutum furtum puniens non ligat ſubditum extra territorium,& ibi hanc communem teſtatur.

Amplia ſubampliationem, vt procedat,
113 ſiue ſtatutum † loquatur in rem, ſiue in
perſonam, ita Pariſ. *d. conſ.68. in fin. lib.2.* qui dicit hanc communem de mente Anchar. *in d.c. verſ. communis tamen opinio, de conſtit.* & hanc etiam veram ſententiam teſtatur addit. ad Alexan. *in d. conſ. 16. litera A. libr. 1.* vbi etiam Alexan. ipſe teſtatur ita à Doct. magis communiter teneri, & de hoc vide tamen ea, quæ late diximus *ſupra in intelligentiis ad primam ampliationem, & infra numer.135.*

Primo intellige ſubampliationem, vt
114 tamen ſubditus extra territorium exi-
ſtens poſſet, ſi vellet, vti ſtatuto fauorabili, & priuilegio patriæ ſuæ, ita Decian. *dict. cap.35. numer.38.* de mente Bar. *in leg. Imperatores, §. idem reſcripſerunt, ff. ad municipal.* & plene Barba. *conſil. 73. magnanimus, vol.4.*

Secundo intellige ſecũdam ſubampliationem, vt procedat, prout loquuntur omnes ſupra dicti Doctores, quando ſtatu-
115 tum † nõ inhabilitaret ſimpliciter, ſed ſo-
lum introduceret, vt diximus, formam,& ſolemnitatem, qua quis in contrahendo vti deberet, ſecus ſi perſonam inhabilitaret præciſe, & ageretur de materia fauorabili. Quia tunc ligaret ſubditum etiam extra territorium, ita Bar. *in d.l. cunctos populos, d.q.6. princip. verſic. circa primum,* vbi etiam Bal. *num.13.* & ibi Caccialup. *num.145.& 147.* Aret. *d.conſ.54.num.3.* Pariſ. *d.conſ.99.num.54.libr.1.* Alexan. *conſ.16.num.16.volum.6. & conſ.41.colum.2.volum.5.* Barba. *conſ. fin. col. 16. in fin. & ſequ. vol.3.* vbi dicit iſtam communem, prout etiam iſtam communem, & veram opinionem teſtatur Gabr. *d. conſ. 1. num. 7. & in conſ. 169. num.37. eod. lib.1.* ſicut etiam illam communem dicit Ruin *conſil.53. num.14. libr.2. conſ. 160. column.1. lib.4.* Iaſ. *in l. non tantum, num. 9. ff. de re iudic.* Plot. *conſ. 168. num. 30. inter conſ. vlt. volun.* & Bar. in hoc communiter ſequi Doct. dicit Seuer. *in d.l. cunctos populos, numer. 99.* prout etiam de communi teſtatur Roch. de Curt. *in d. tract. de conſuet. ſect. 9. qu.13. num.26. in 3. limit.* eandem opinionem dicit communẽ, & non recedendum ab ea, Dec. *in d.l. fin. n. 13.* & cum eo Marſil. *num.142.* & Cagnol. *nu. 6. ff. de iuriſdict. omn. iud.* & hanc etiam ſecu-
tus eſt Roman. *conſ.39. per tot.* eo quia † po- 116
teſtas ſtatuendi inter ſuos ſubditos territorio non arctatur, *l. fin. ff. de decret. ab ord. facien. l. ſi quis in hoc, C. de Epiſc. & cler. c. tuæ,*
& c. fin. de cler. non reſid. & etiam quia † ſi Pa- 117
palis, aut Imperialis lex, ſuos ſubditos ligat, vbicunque ſe conferant, vt *in l.2. C. de commer. & mer. & l. 2. C. de vectig. l. leges ſacratiſſimæ, C. de legib. cap. fin. de conſtit.* ergo & ſtatutum ſtatuentis ſubditos vbicunque exiſtentes, argumento tex. *in l. ſi duo, ff. de ad-*
miniſtr. tut. ſicut etiamſi † ſententia perſo- 118
nam afficiens vinculo interdictionis, excommunicationis, infamiæ, vel alio quocunque vbique vim ſuam oſtendit, etiam in alieno territorio, *l. ex ea, ff. de poſt. c. quiſquis, 4. qu. 5.* vbi gl. *& c. ſi quis presbyter, 7. q.1.* vbi Archid. ergo ſimiliter, imo fortius videtur hoc poſſe ſtatutum, in quo tacitus, vel expreſſus conſenſus populi adeſſe præſumitur, *l. de quibus, ff. de legib. & l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.*

Primo amplia intelligentiam, vt tanto
magis eſſet vera, † ſi ſtatutum expreſſe hoc 119
dixiſſet, videlicet exprimendo etiam intelligere de geſtis à ſubdito extra territorium exiſtente, quia cum hoc poſſit facere ſtatutum, vtique ſubditum etiam extra territorium tali caſu ligaret, ita Alexan. *in conſ.41. num.6.*

num. 6. & 10. libr. 5. per tex. in l. fin. ff. de decret. ab ord. facien. & in l. 2. vbi Bal. C. de Eunuch. & in l. mercatores, vbi etiam Bal. in l. non ſolum, C. de commer. & merc. firmat hoc idem Bar. in d. l. cunctos populos, in quæſtio. 8. numer. 48. verſic. mihi autem videtur, ibi, aut enim expreſſe diſponit de eo, quod ciuis facit etiam extra territorium, & tunc contra eũ procedi poterit, & puniri. Canoniſtæ in cap. vt animarum, de conſtit. in 6. & in clemen. paſtoralis, de re iudicat. Feder. de Sen. conſil. 2. incip. ſtatuto cauetur, quod quicumque luſerit, Anchatan. in dict. cap. poſtulaſti, in 3. poſit. de for. compet. Marſil. in repet. dict. l. fin. numer. 142. vbi etiam Dec. columnn. 1. & pen. ff. de iuriſdict. omn. iud. Rolan. conſ. 80. n. 40. verſ. ſecundo reſpondetur, libr. 4. & hanc magis cõmunem opinionem teſtatur Socin. conſ. 302. in princip. libr. 2. vbi etiam Angel. in ſubſcriptione ad dictum conſilium, in principio. & Alexan. conſ. 128. col. 3. verſ. ſecundo reſpondetur, lib. 1. Ruin. conſ. 39. nu. 16. in fin. lib. 1. Decia. d. c. 35. n. 36.

Secundo amplia, vt eo magis procedant prædicta, ſi ſubditus inhabilitatus à ſtatuto contraheret, licet extra territorium cum alio pariter ſubdito, vt ſubtiliter ponderauit doctiſſimus Dominus, & collega meus in Rota Bononienſi D. Marlianus, deciſ. 72. nu. 7. ex traditis per Pariſ. conſ. 99. nu. 57. lib. 1.

Tertio amplia intelligentiam, vt ſit ve-
120 ra, & procedat etiam † quoad bona ſubditi ſita extra territorium, ſi ageretur de diſpoſitione ſtatuti fauorabilis, & in perſonam loquentis, ita Bar. in d. l. cunctos populos, in 6. quæſtio. princip. ſub num. 32. d. verſ. circa primum, ibi, aut ſtatutum eſt prohibitũ in perſonam, & tunc aut continet prohibitionem fauorabilem, vtputa ne minores decipiantur in confectione teſtamentorũ, ſtatuitur, quod minor viginti quinque annis nõ poſſit facere teſtamentum, vel pone ſtatutum eſt, quod vir non poſſit legare vxori, vel econtra, & hoc eſt factum, ne mutuo amore, ſe ad inuicem ſpolient, vel decipiant, tunc talis prohibitio cõprehendit etiam ciuẽ illius ciuitatis, vbicunq; exiſtẽtem, ſicut in ſimili in eo, cui in ſuo iudicio bonis interdicitur generaliter, nam illa interdictio, quæ eſt fauorabilis, ne ſua bona pereant, extendit effectum ſuum, vbicunque ſint bona, vt not. in l. is cui bonis, ff. de verbor. obligat. & l. Iulianus, ff. de curat. furio. & Bar. opinionem ſecuti ſunt in eodem loco Bald. Salyc. Aretin. Signorol. & alij, idem voluit Bar. in l. ſi duo, in fine, ff. de adminiſtr. tutor. Dec. conſ. 276. colum. 2. circa fin. verſic. ſed in tali, qui de communi teſtatur. Cur. iun. conſ. 110. columm. 3. verſic. non puto, vbi Bar. in hoc communiter ſequi fatetur, prout hanc etiam communem opinionẽ appellat Brun. in tract. ſtatut. fœm. exclu. art. 8. quæſt. 25. ſub num. 119. cum plur. ſeqq. Crau. conſil. 271. columm. 3. numer. 4. Ruin. conſil. 39. columm. penultim. verſic. præterea ipſe, lib. 1. Socin. iun. conſ. 176. columm. 4. verſ. ſecunda ratio, libr. 2. Bald. conſil. 418. ſuper primo puncto, in princip. lib. 4. & conſ. 60. quædam ſoror, in 1. dub. libr. 5. Ruin. conſil. 160. columm. 1. vbi communem dicit, libr. 4. Corn. conſil. 24. column. 1. libr. 2. & conſil. 232. columm. 1. lib. 4. Ioan. de Amic. conſ. 75. numer. 3. Barba. conſil. vltim. numer. 25. vbi communem affirmat libr. 3. Calcan. late conſ. 33. num. 13. cum plur. ſeqq. Alciat. conſ.... n. 14. lib. 2. vbi inquit in practica à Bar. non eſſe recedendum, & in conſ. 77. num. 8. lib. 9. aſſerit Doctores cum Bar. tranſire, idem voluit Cepl. conſ. 309. n. 23. lib. 3. prout eandem communem appellat Dec. in conſ. 314. colum. fin. verſic. ſed in tali ſtatuto, Decia. d. tract. crim. cap. 35. n. 35. vbi de communi, & faciunt late etiam adducta per Lamberteng. in dict. tractat. ſuper ſtatut. in ver. mulierem, gloſſ. 2. num. 33. dum comprobat opinionem tenentium, quod † ſta- 121

tutum

Digitized by Google

tutum quando eſt fauorabile ad bona extra territorium exiſtētia extendatur, ſecus ſi ſit odioſum, & hanc magis communem opinionem retentis terminis Bar. nouiſſime teſtatur Lancill. *d. præfat. 8. nu. 13.* nec ab eo in iudicando, & conſulendo recedendum dicit, & licet contra ſupra dictam ſententiam videantur eſſe omnes alij ab eodem Lancillot. *ibidem n. 7. & aliis ſeqq.* citati, inter quos etiam ſunt, qui teſtantur de communi, & de magis communi, & veriori, nihilominus ſi licet noſtrum inter hos interponere iudiciū, ab opinione Bar. minime recedendum arbitror, concordando tamen, vt infra, eo etiam quia permulti, qui contra eum citantur, aut ſibimet ipſis contrarij ſunt, quorum ideo auctoritas parui pendenda eſt, vt not Neuiz. *conſ. 30. n. 2.* aut in re odioſa, & ſic contra terminos Bar. loquuntur, aut de ſubdito etiam alibi incolatum habente, aut in alijs terminis, q̃. in his, de quibus Bar. determinat, reſponderunt, & conſuluerunt, prout etiam optime animaduertit idem Lancill. *vbi ſupra, n. 13.* & conſideratio illorum, qui negauerunt Bar. in ſupra citato loco determinare, tali caſu ſtatutum trahi etiam ad bona extra territorium, ex lectura ipſiuſmet Bart. apparet non vera, dum ponit quæſtionem generaliter, an ſtatuta porrigant effectum ſuum extra territorium, & dum ad comprobandum, quod ſtatutū ſi continet prohibitionem fauorabilē, & loquitur in perſonam, afficiat etiam ciuē, vbicunq; affert argumentum interdictionis bonorum factæ alicui, quæ concludit de bonis vbicunque ſitis, ſicut & quando adducit aliam deciſionem de prohibitione odioſa, concludit pariter de bonis alibi ſitis, dum ad bona alibi ſita minime porrigi determinat. Non eſt etiam conſiderabilis meo iudicio alia ratio, qua contrarium tenentes inſurgunt contra Bar. dum affirmant illius doctrinā minime ſubſiſtere, eo quia non licet ſtatuentibus de bonis in alieno territorio ſitis diſponere, cum actus ſtatuendi ſit iuriſdictionis, & fieri debeat circa concernentia adminiſtrationem rerum ipſorum ſtatuentium, quia Bar. ipſe hoc idem affirmans verum, & animaduertens ſuum dictum ſegregauit omnino à diſpoſitione circa bona in alieno territorio ſita, & reduxit ad ſtatutum perſonale, diſtinguendo, vt per eum, aut ſtatutum eſt prohibitiuū in perſonam, & in hoc affirmauit ad bona extra territorium in conſequentiam trahi, ſi etiam eſt fauorabile, aut eſt in rem reſpectu rei, & tunc concludit, quod de omnibus rebus eſt iudicandum ſecundum conſuetudinem, & ſtatutum, vbi res ſunt ſituatæ, vt *nu. 42. verſ. mihi videtur*, & ſic cum prædictis Bar. conuenit, quod ſtatuentibus non licet de bonis alibi ſitis diſponere, ſed punctus eſt, quod Bartoli ſupra poſita doctrina, & opinio non dicitur eſſe circa bona alibi ſita, ſed ſolum reſtringitur ad ſuū ſubditum, circa quem poteſtas ſtatuendi territorio non circumſcribitur, *l. fin. ff. de decret. ab ord. facien.* Bal. *in l. 2. C. de Eunuch.* Rolan. à Val. *conſil. 80. numer. 32. libr. 4.* & licet replicatur, quod in conſequentiam venit diſpoſitio de bonis alibi ſitis, ad quæ ſubditus ſtatuti ſit habilis, vel non, ſecundum diſpoſita à ſuo ſtatuto, & quod effectualiter, & virtualiter videtur diſponere de rebus, ſeu de perſonis contemplatione rerum alibi ſitarum, quæ non ſubiacēt ipſi ſtatuto, tamen reſpondetur, quod eſt attendenda principalis ipſius ſtatuti intētio, quæ verſatur circa perſonam ſibi ſubditam, non a. ſunt conſideranda bona, vbicunque ſint, cum de eis diſponere non intellexerint ſtatuentes, & ſi veniunt in conſequentiam virtute ipſorum diſpoſitionis, nō tamen eſt attendendus iſte ſecūdario effectus, poſtq̃ non fuit intentio ſtatuen-

tuentium de eis diſponere, & ſic in hoc præiudicare iuriſdictioni, & auctoritati ſuper dictis bonis competenti illis, in quorum territorio ſunt, ſicut ſupra in ſimili diximus de ſtatuto circa ſolemnitatem diſponente, quod comprehendit forenſem, licet loquatur in perſonam, & perſona non ſit ſubdita ſtatuto, eo quia tali caſu non fuit intentio ſtatuti de perſona ſibi non ſubdita diſponere, ſed perſona tali caſu cõſideratur ſecundario, & venit acceſſoriè ad diſpoſitionem de ſolemnitate loquẽtem, quæ ideo non obſtat, & quemadmodum principaliter actus ſtatuentium verſatur circa rem ſibi ſuppoſitam, prout ſunt ſui ſubdi-
122 ti, quidquid inde † ex accidenti, & acceſſoriè, & ſecundario ſequatur, non debet poſſe dictam diſpoſitionem impedire iuxta tradita à Ruino, *dict. conſ. 201. num. 6. & plur. ſeqq.* & Arct. *dict. conſil. 73. numer. 6.* & facit, quia ſemper de aliquo actu, & diſpoſitione iudicandum eſt, quod eſt per ſe, & principaliter, non autem ſecundum quod eſt per accidens, vel ſecundario, *l. 1. in princ. ff. de auctor. tutor. l. ſi quis, ff. ſi cert. petat.* hinc Bal. inter conſil. Ancharan. *conſ. 11. incip. factum ſuper quo patitur*, conſuluit, quod va-
123 let ſtatutum † laicorum, licet ſit præiudiciale Eccleſiaſticis, quando non ea intentione factũ fuerit, ſed principaliter, vt occurrentibus neceſſitatibus laicorum bona fide prouideretur, & hoc idem late comprobat Signorol. *conſ. 21. nu. 13.* & Calcan. *conſil. 7. nu. 17. & per tot.* & alia, de quibus per nos in concluſ. *quod ſtatuta laicorum non ligant clericos*, præcipue in primæ illationis intelligentia, & hanc partem etiam ſecutus fuit Roman. *dict. conſil. 39. numer. 3.* vbi dixit, quod eſt conſiderandum, quod aliquando ſtatutum ſtatuit principaliter, & directè circa bona ſui ſubditi in alieno territorio exiſtentia, & tunc non valet ratione carentiæ iuriſdictionis, quam in eis noſcitur non habere, cum extra ſuum territorium habeatur loco priuati, *l. 3. ff. de offic. præſid.* facit reg. *in l. extra territorium, ff. de iuriſdict. omn. iudic.* cap. *vt animarum*, §. *ſtatuto, de conſtit. libr. 6.* & l. 1. §. *ſed ſi quid. ff. de offic. præfect. vrb.* l. final. & ſpecialiter inducit l. *iuriſperitos*, §. *cum oriundis.* & l. *illud, ff. de excuſat. tut.* vbi licet iudex † perſonam pu- 124
pilli ſubiectam habeat, attamen ſtatuitio, aut datio tutoris ab eo facta directo, & expreſſa in bonis, quæ pupillus habet in alieno territorio, nulla eſt ipſo iure, aut principaliter, & directo ſtatuit circa perſonam ſibi ſubiectam fauore ipſius, vt eſt in ſtatuto prohibente legari vxori vltra certam quantitatem, & tunc ſtatutum extenditur ad bona alibi ſita, adducẽs pro hoc duo iura, ſcilicet l. *propter litem*, §. *licet, ff. de excuſat. tut.* l. 2. C. *eo. tit.* vbi tutor ſimpliciter † da- 125
tus à ſuo iudice pupillo habẽti bona in diuerſis territorijs cenſetur datus etiam ad bona territorij iudici non ſubiecti, ratio eſt, quia ſententia dirigitur principaliter in perſonam, in cuius conſequentiam veniũt etiam bona alterius territorij, ad hoc *l. ſi fideicommiſſũ.* §. *tractatum, ff. de iud.* cũ † tutor 126
principaliter detur perſonæ, & non rei, *l. quia perſonæ, ff. de teſta. tutel.* §. *certe, Inſtit. eo. titul.* & quod habetur *in l. in copulandis, C. de nupt.* ſecundo pro hoc allegat tex. *in l. magis puto*, §. *illud quæro, ff. de reb. eor.* vbi decretum iudicis † principaliter præſtantis auctori- 127
tatem pupillo diſtrahendi, trahitur etiam ad bona alterius territorij, quæ in conſequentiam veniunt ad ipſius perſonam, & hæc Rom. *ibi* cum alijs per eum.

Poſſet tamen opinio Bart. cum alia cõtraria concordari ex infra ſcriptis, vt ſcilicet illa procedat, quando diſpoſitio † fauo- 128
rabilis, & in perſonam loquens, non importaret tamen præiudicium tertij circa ea, quę tali tertio aliàs competerent, & permitterentur de iure communi, ita colligitur

tur ex eodem Bar. *in dict. l. 1. nu. 39. verſic. interdum vero, & numer. 42. verſicul. mihi videtur, quod verba ſtatuti*, dum concludit, quod ſtatutum permittens primogenitum ſuccedere in omnibus bonis, ſiue dicamus, tale ſtatutum odioſum, quia priuatiuum de filijs ſequentibus, ſiue dicamus, ſtatutum eſſe permiſſiuum, tollendo ſolum obſtaculum, ne ſequentes filij impediant primogenitos, tamen non porrigetur ad bona extra territorium ſita, ſed in illis ſuccedetur, prout de iure communi, quod etiam dignoſcitur ex alijs exemplis adductis ab eodem Bar. *vbi ſupra n. 32.* dum poſuit ſupra dictam eius doctrinam, quia exemplificat, vt quando ſtatutum ſtatueret, ne minores poſſent facere teſtamentum, vel ne viri poſſent legare vxoribus, nec econtra, ex quibus exemplis nullũ infertur præiudicium alicui, quia in caſib. de quibus in eis nemo præiudicatur in bonis, aut minoris, aut mariti, circa aliquod ius, ꝙ ſibi in eis competeret de iure communi, prout hoc etiam animaduertit Nat. *in conſ. 514. nu. 18. verſ. in his autem, quæ ponit Bar. libr. 3.* & Rolan. à Val. *conſil. 80. numer. 37. vol. 4.* & Alexan. *conſ. 128. nu. 4. verſ. vel ibi non tractatur, lib. 1.*

129 Secundo poterit intelligi doctrina Bar. vt procedat, quando diſpoſitio † fauorabilis, & in perſonam loquens eſſet conformis cum diſpoſitis à iure cõmuni, ſeu à ſtatuto bonorum ſitorum, ſecus ſi prædictis contrariaretur, vtputa quia diſpoſitio, ſiue ſtatutum habilitaret aliquem ciuem ad ea, ad quæ aliàs eſſet ex diſpoſitione aut iuris, aut ſtatuti bonorum inhabilis, quia tali caſu ad illa bona extra territoriũ ſita non extenderetur, cũ non ſit in facultate ſtatuentium, immittendo manum in meſſem alienã, operari, quod quis ſuccedat, aut obtineat bona ſita in alieno territorio, etiam contra in eodem territorio diſpoſita, & denegata, aut à ſtatuto, aut ab obſeruantia in eodem loco iuris cõmunis, hęc omnia colliguntur ex intentione eiuſdem Bar. *vbi ſupra n. 39.* dum decidit, quod ſtatuta permiſſiua tollentia obſtaculum qualitatis perſonæ inductum à iure, non operantur extra territorium, vtputa ſi diceret ſtatutũ, quod filiusfamilias poſſet facere teſtamentũ, vel aliqua alia perſona de iure prohibita, vel quod ſpurius poſſet inſtitui, quod eſt prohibitum de iure, quæ ideo non poſſunt exerceri extra iuriſdictionem concedentis, iuxta *l. 2. ff. de offic. Proconſ. & legat.* nec poteſt quis alium habilitare, niſi quantum ad ſeipſum habilitantem pertinet, nec porrigitur extra illius territorium, quia eſſet facere alteri præiudicium, vt ſubiungit idem Bar. *ibidem numer. 41. verſ. ad contraria reſpondeo*, pro quo facit, quod diſpoſitio iuris † communis militans extra territorium impedit ius ex contrario ſtatuto 130
accreſcens, ſecundum not. *in l. mulieri, & Titio, ff. de condit. & demonſt.* prout etiam facit, quod in ſimili dicitur de tutore ſimpliciter dato ab vno iudice pupillo habenti patrimonium in duobus locis, qui intelligetur datus † adminiſtrator bonorum v- 131
triuſque loci, niſi tamen de alio adminiſtratore fuiſſet prouiſum, aut de alio modo adminiſtrandi à ſtatuto illius alterius loci bonorum, quia tunc datus tutor in loco originis non extendetur ad illa bona, ad quę extra territorium per ſtatutum loci ipſorum bonorũ fuiſſet prouiſum de alio adminiſtratore, ita Gozad. *conſ. 49. numer. 18.* & Alexan. *d. conſ. 128. num. 4. verſic. item, & tertio reſpondetur, li. 1.* qui dicit, quod in his terminis procedit tex. *in dict. l. de pupillo*, & not. *in l. ſi tamen, ff. de teſta. tut.* & quod ſtatutum non poſſit habilitare ſubditum, qui aliàs eſſet inhabilis de iure quoad bona extra territorium exiſtentia, ad quæ ex defectu iuriſdictionis ſtatuentes non poſ-

Digitized by Google

ſunt applicare pro habili inhabilem, voluit Rol. à Val. *conſ. 80. num. 29.* de mente Iaſ. *in conſ. 163. vol. 2. in princ.* & Alex. *d. conſ. 128. nu. 4. ibi*, vel ibi non tractatur de habilitando aliquem, qui non eſſet habilis de iure communi, & faciunt not. *in leg. non ſolum, §. qui in teſtamento, ff. de excuſ. tut. & in l. cum vnus. §. is qui, ff. de bon. author. iud. poßid. & in c. per venerabilem, qui fil. ſint legit.* & Anch. *in d. c. 1. 12. q. princip.*

Declara ſupra dicta, retentis tamen ſu-
132 pra dictis concordantijs, quod † ſtatutum
comprehendat bona ſita etiam extra territoriũ, ſi eſt fauorabile, & loquitur in perſonam, vt tunc ſine dubio procedãt, ſi expreſſe hoc cautum eſſet ipſo ſtatuto, ita Alex. *conſ. 128. col. 3. verſ. ſecundo reſp. li. 1.* Ruin. *d. conſ. 39. n. 16. lib. 1. in fin.* Capr. *conſ. 21. num. 5. quod & maxime & n. 7. verſ. & maxime*, Cagnol. *in d. l. fin. nu. 16. in fin. ff. de iuriſdict. omn. iud.* Rol. à Val. *d. conſ. 80. col. pen. verſ. ſecundo reſpondetur, lib. 4.* Cephal. *conſ. 309. n. 36. & ſeq.* licet aliud voluerit ſentire, *in conſ. 414. n. 77.* Hipp. Rimin. *conſ. 72. n. 20.* Gabr. *d. concluſ. 8. n. 6.* vbi id verum putat in vltima voluntate, ſecus in contractibus, & poſt omnes hoc idem ſenſit Lancillot. *d. præfat. 8. n. 15.* quæ tamen, vt ſupra, ego temperarem cum ſupra modo recitatis modificationibus, & concordantijs ad opinionem Bartoli, & aliorum, & non aliter.

Limita declarationem ſupra dictam, & alia ſupra poſita in ampliationibus, & declarationibus ad ampliationem, vt vera
133 non ſint, quando † ſubditus conſtituiſſet
domicilium in alio loco bonorum, nã diſpoſitio ſtatuti originis quomodocunque loquentis illum non cõprehenderet quoad bona in loco domicilij exiſtentia, prout hanc communem, & veriorem ſententiam teſtatur Lancillot. *d. præfat. 8. nu. 16.* de mente Socin. *in dict. conſ. 288. libr. 2.* & de mente Alcia. *conſil. 4. nu. 2. & 3.* vbi etiam de communi, prout eandem communem, & ab ea in practica non recedendum affirmat Bar. *conſ. 17. prope fin. conſ. 74. num. 3. lib. 2.* Cephal. *d. conſil. 309. n. 46. & conſ. 414. numer. 50. 56. & ſequen. libr. 3.* Burſat. *conſil. 189. num. 61. & 63. iuncto num. 4. & ſeq.* Menoch. *de arbitr. iud. libr. 2. caſ. 86.* cum alijs late per D. Lancill. *vbi ſupra numer. 17. & ſequent.* vbi hanc partem etiam tuetur à contrarijs, & ad idem vide eundẽ *loco citato n. 48.* vbi quod de domicilio dictum eſt, intelligit de domicilio perpetuo, & ibidem onera ſuſtinente, & hoc communiter teneri, & de hoc nos alibi.

Tertio intellige, quæ pariter ſupra dicta ſunt in ſecunda ſubampliatione ad 8. ampliat. vt tunc ſcilicet ſubditus non lige-
tur † à ſtatuto ſolemnitates adhiberi man- 134
dante in cõtractu, & actu, ſi contrahat extra territorium, omiſſa, & poſtpoſita fraude, aliàs ſi data opera, vt ſcilicet abſq; ſolemnitatibus à ſtatuto requiſitis contraheret, receſſerit à territorio, & iuriſdictione ſtatuentium, minime contractus tunc ibi factus abſque ſolemnitatibus ſtatuti valeret, ita Aret. *d. conſ. 54. col. 2. verſicul. ex quo eſt concludendum*, & iterum *d. conſ. 73. verſ. fatendum eſt igitur, col. 4.* quẽ ſequitur Lamber. *d. gl. 2. ver. mulierem, q. 17. n. 53.* & ad idem allegat Caccialup. *in d. l. cunctos populos, colum. 51. verſ. quando vero*, Pariſ. *d. conſil. 99. col. final. verſ. præterea eſto, & verſ. quæ etiam confirmã-
tur, lib. 1.* & ex his apparet, quod non † eſt 135
bona cautela, quam tradit Duran. *de art. teſtan. tit. 1. caut. 2. n. 5.* docens mulierem extra territorium proficiſci, ſi nollet ſtatuti ſolemnitatem adhibere in teſtamento, & quod
præcipue arguatur † iſta fraus in contrahẽ- 136
te, ſi ſtatim finito contractu redierit intra territorium, dixit Aretin. *dict. conſ. 73. d. verſic. fatendum eſt igitur*, & illum ſequitur Lamberteng. *vbi ſupra numer. 54.* vbi declarat verum, niſi appareat de aliqua alia cau-

ſa red-

Digitized by Google

ſa reditum properante, *iuribus ibi per eum,*
137 & ſubiungit, quod relinquitur † arbitrio
iudicis, quando contrahens diceretur ſta-
tim rediiſſe ſecundum late etiam tradi-
ta à Tiraqu. *de retract. §.1.tit.1.gl.14. num.36. & 38.*

Tertio ſubamplia octauam ampliatio-
138 nem, vt etiam habeat locum † in ſubditis li-
tigantibus extra territorium, qui nõ ligan-
tur à proprio ſtatuto in his etiam, quæ de-
ciſionem important, iuxta not. *in d. l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. & in c.2. §. ſtatuto, de conſt. in 6.* Bal. *in d. l. cunctos populos, nu.48.* Bertaz. *conſ. crim. 19. num. 4. lib. 1.* qui ideo dixit, quod
139 ſtatutum ſubditi † mandans, quod non
poſſit appellari à duabus ſententijs cõfor-
mibus, non ligat illum extra territorium
litigantem.

Nono amplia concluſionem, vt proce-
140 dat generaliter etiam quoad † ignorantes
ſtatuta, qui ideo illis non ligantur, vt de ci-
ue nouello, qui nuper venerit ad habitan-
dum in ea ciuitate, qui ideo habet iuſtam cauſam ignorantiæ, ſcripſit Bal. *in l. data opera, C. qui accuſ. non poſ.* idem tenuit Rom. *conſ. 51. num. 3. clariſſime dicitur, & in conſil. 228. numer. 8. pro plena diſcuſſione, & in conſil. 49. num. 2. & in ſing. 74. nunquid ciui nouello,* Cur. ſen. *conſ. 27. magnificus, num. 18.* Iaſ. *in l. 1. in 2. lect. poſt num. 70. C. de ſumm. Trinitat.* Felyn. *in c. 2. poſt princip. de except.* Cur. iun. *conſil. 9. viſo, poſt numer. 5.* Marſil. *in leg. qui ignorans, numer. 23. & in l. qui falſam, nu. 83. ff. de falſ.* & ſcientiam, & non ignorantiam volumus obligare, inquit tex. *in l. generali, C. de tab. libr. 10.* probat tex. *in leg. final. C. de decret. ab ord. facien. & in l. 1. circa ſi. C. de falſ. mon.*

Primo ſubamplia, vt ſit vera ampliatio, etiamſi in ſtatuto eſſet appoſita clauſula decreti, vt quia diceretur *decernentes irritũ & inane, ſi quid contra factum fuerit*, quia tunc nihilominus non comprehendet ignorantes contrafaciẽtes, ſed intelligetur de contrafacto per ſcientes, ita Card. *in clemen. 1. in 18. qu. de elect.* ea ratione, quia conſtitutio & ſtatutum habet in ſe tacitam cõditionem, vt ſcilicet liget à tempore ſcientiæ, & ſic vt imponat vinculum ſcientibus, & non ignorantibus, ſed decretum appoſitum diſpoſitioni habenti conditionem ſuſpenditur in euentum ipſius conditionis, *clem. 1. de conceſſ. præben.* igitur non operabitur, niſi verificata conditione ſcientiæ, cuius opinionis fuit etiam Crot. *in d. l. omnes populi, nu. 123. ff. de iuſt. & iur.* & ſuadetur etiam ratione, quia præſuppoſito; prout ſupra diximus, quod ſtatutum non ligat ignorantes, decretum ipſi ſtatuto appoſitum debet ſequi naturam ipſius ſtatuti, vt ſcilicet intelligatur de ſcientibus, ſicut ipſum ſtatutum, arg. *l. 1. §. ſi quis ſub conditione, ff. vt leg. nom. cau. & l. in ſeruitutem, §. ſi quis bonorum, ff. de bon. libertor. iuncta l. poſt legatum, §. qui, ff. de his quibus vt indign.*

Secundo ſubamplia, etiamſi ſtatutum loqueretur per verba generalia, & vniuerſalia, vtputa tale quid faciens quomodocunque, & qualitercunq;, quia cum ſtatutum recipiat interpretationem paſſiuam à iure communi, Bar. & communiter Doct. *in d. l. omnes populi*, & de iure cõmuni ignorans non ligatur ſtatuto, debet tale ſtatutũ vniuerſaliter loquens intelligi quomodocunq;, ſcienter tamen, prout de iure, iuxta trad. in ſimili per Bar. *in repet. d. l. omnes populi, 6. q. prin. n. 55. & in l. non dubium*, vbi etiã Iaſ. *C. de legib.* & per Bertaz. *conſ. 505. n. 10. libr. 2. crimin.* cum alijs ibi per eum, vbi voluerunt, quod licet ſtatutum mandet pœna mortis puniri committentem homicidium, quomodocunque intelligetur, tamen dolo interueniente, prout de iure, non obſtante illa generalitate, & dictione quomodocunque.

Digitized by Google

Subamplia, vt eo magis verificaretur
141 ampliatio, ſi ageremus de ſtatuto† pœnali, quia pœna quis tenetur reſpectu delicti, ſed ignorans non dicitur delinquere, *c. in lectū 23. q. 2. c. ſi vero, de ſen. excom. l. ſi quis ignorans, ff. loc.* Menoch. *de arb. iud. lib. 2. caſ. 185. num. 4.* Zab. *in clem. 2. columm. 1. de hæret.* Felyn. *in c. cognoſcentes, numer. 6.* & ibi Dec. *nu. 3. & 4. de conſtit.*

Verum eſt animaduertendum, quod li-
142 cet regula ſit, † quod præſumatur ignorantia, niſi probetur ſcientia, eo quia ignorãtia eſt actus priuatiuus habens negatiuam annexam, quæ negatiua eſt de iure improbabilis, *l. actor, C. de probat.* & ſcientia ponit, & affirmat, merito probari debet, *l. ei qui dicit, ff. de probat.* Marant. *in repetit. l. is poteſt, nu. 226. verſ. & poteſt eſſe, ff. de acqu. hæredit.* & habetur *in c. præſumitur, de regul. iur.* cum alijs latiſſime adductis per D. Ioſeph. fratrem meum, *de probat. libr. 2. concluſ. 879. in princ.* tamen in ſtatutis talis re-
143 gula non procedit, nam in illis quoad † ciues, vel in loco habitantes potius præſumitur contrarium, & ſic ſcientia, vt per Bald. *in l. leges ſacratiſſimæ, poſt numer. 2. verſicul. at eſt ius municipale, C. de legib.* Bartol. *in l. quod Nerua, col. 5. poſt nmu. 19. verſ. ſecundo caſu, quando quæritur, ff. depoſit. & in leg. omnes populi, circa fin. num. 67. verſic. circa 2. ff. de iuſt. & iur.* Rom. *dict. conſ. 251. nu. 2. clariſſime dicitur,* Pariſ. *conſ. 49. num. 37. verſ. conſiderandum eſt inſuper, col. 1.* D. Ioſeph. frater meus, *d. concl. 879. num. 24.* vnde vt ſupra adducta in ampliatione & ſubampliatione
144 proficiant, aut † ciui, aut qui diu traxit moram in loco, deberet dictam ignorantiam probare, cum contra eum adſit ſupradicta præſumptio ſcientiæ proueniens ex habilitatione, & mora diuturna facta in loco, quæ ignorantiam excludit, & volunt Doctores, quod ignorantia non præſumatur,
145 ſi extaret aliquid, per quod ſcientia † præſumeretur, & ſicut ſcientia eſt probanda quando præſumptio militat pro ignorantia, ita ignorantia eſt purificanda, quando adeſt præſumptio pro ſcientia, vt per not. *in d. l. is poteſt, ff. de acq. hered.* Bal. *in l. 1. numer. 11. in fin. ver. præſumitur, C. de cad. tollen. & in conſil. 295. Petrus Lombardus, numer. 2. volumin. 3.* & in terminis ciuis, aut etiam forenſis poſt aliquam moram contractam in loco, quod in eis præſumatur ſcientia ſtatuti, hoc notarunt Andr. Gail. *pract. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 48. ſub numer. 29.* Gabr. *in ſuis comm. concluſ. libr. 6. concl. 5. numer. 11. de regul. iur.* Bal. *in dict. l. cunctos populos, num. 22. verſicul. circa maleſ. C. de ſumm. Trinitat.* vbi etiam Cyn. *numer. 2.* Roman. *d. conſ. 228. nu. 8. in fin.* Decian. *in d. tract. crim. lib. 2. c. 35. n. 54.* Menoch. *de præſumptio. libr. 2. præſumpt. 3. num. 8.*

Quod amplia, quod de ignorantia non admittenda diximus, vt eo magis ſit verum, ſi ſtatutum † nedum eſſet publicatū, 146
ſed lapſum eſſet tempus, quod ſolet præfigi, vt ligare incipiat, nam tunc ignorantia non admitteretur, ita Dec. *loco ſupra citato, num. 49.* per clem. 1. *in fin.* vbi gloſſ. vltim. *de conceſſ. præb. & l. cauſam, §. verum, de elect. c. 1. §. 1. de for. compet. c. 1. de poſtu. prælat. c. vlt. qui matr. accuſar. poſſ.* Abb. *in c. quoſdam, de præſumpt.* & gloſſ. communiter approbata *in l. ſi furor petitus, C. de pericul. tut.* & nota in propoſito, quod ſi tempus non eſſet præfixum, quo elapſo ſtatuta obligarent, eſſet arbitrarium † iudici ſecundum qualitatem 147
perſonarum, & locorum, intra tamen terminum duorum menſium, nam illis elapſis omnes indiſtincte tenentur, & nemo excuſatur, ita Bal. *in d. l. leges ſacratiſſimæ, nu. 3. C. de legib.*

Subamplia, quod nedum præſumitur nuda † ſcientia legis promulgatæ, ſed etiã 148
cognitio diſpoſitionis eius, ita Menoch. *vbi ſupra, nu. 1.* per tex. *in d. l. leges ſacratiſſimæ,* C. de

Digitized by Google

C.de legib.l.regula,ff.de iuris & facti ignorant.
& in §.1.in auth.de inceſt. nupt. Alciat.*de præ-*
ſumpt.reg 3.præſumpt.31.nu.1. & Dyn.*in cap.*
præſumitur,nu 3.de reg.iur.in 6.
149 Secundo amplia, vt tunc eo † minus
ignorantia admitteretur, ſi ſtatuta eſſent
de his, quæ etiam ex vniuerſali aliorum lo-
corum, & prouinciarum ordinatione ſta-
tui ſolerent, ita Roman. *d. conſil 228.* vbi
hoc communiter à Dd. teneri teſtatur *in d.*
l.cunctos populos,C.de ſumma Trinit.& in l in-
terdum,§.licet,ff.de publican.& faciunt ſupra
adducta in propoſito forenſis in quarta
intelligentia ad quintam ampliationem,&
dic, vt ibi.
Tertio amplia, vt præcipue procedant
150 ſupra dicta,ſi † ageremus de ſtatutis ex lon-
giſſimo vſu obſeruatis,in quibus ideo non
poſſet conſiderari ignorantia niſi ſupina,
quæ non iuuat,Roman.*vbi ſupra,num.9.per*
c 1.de poſtulat. prælat. & c.quod dictis, 16.di-
ſtinct. d. l. regula, & l.nec ſupina, ff. de iuris &
facti ignor. & l.ſi tutor, in gloſſ. C. de per.tut.
Andr.Gail.*d obſeruat.48 num.15.lib.2.* Mar-
ſil.*in d. l. qui ignorans, num. 23. & ſeq. ff. de*
ſicar.
Quarto amplia, vt indubitate proce-
151 dant prædicta,ſi per † ſtatutum prohibere-
tur ignorãtiam illorum allegari poſſe,nam
tale ſtatutum valeret, & eſſet ſeruandum,
Decian.*d.tract.crim.lib.2.cap.35.num.52.* de
mente Bald.*in l.diuus, in princ.ff.de falſ. & in*
l.1.ff.de legib. Abb.*in cap.falſariorum,in princ.*
de crim.falſ.
Limita tamen, vt ampliatio intelligatur
152 de ignorantia † craſſa,& non probabili,ſe-
cus de probabili, quæ allegari poterit, non
obſtante huiuſmodi ſtatuti diſpoſitione,
ita declarat Decian.*in eodem loco*, ex ſenten-
tia Salycet.*in l.ita nobis pudor, C.ad leg Iul.de*
adult. & ex allegatis late per Crot.*in d. l. o-*
mnes populi,num.71.
Quinto amplia, vt potiſſimum reiicia-
tur allegatio † ignorantiæ, quando propo- 153
neretur ignorantia quædam affectata, quia
illa comparatur ſcientiæ, gloſſ.*in cap.eos,in*
verb.affectata,de tempor.ordin.in 6.& in clem.
1.in verb.ſcienter,de conſanguin. & affin. De-
cian. *vbi ſupra, num. 50.* Iaſ.*in l.ſi ſeruus plu-*
rium,§.ſi quis autem, num.7. verſic quarto, de
legat.1. Felyn.*in cap.à nobis, num.1. de except.*
vnde dicebat Andr.Gail.*d.obſer.48.num.18.*
verſic.ſecundo non procedit, lib. 2. quod affe-
ctans † citationis ignorãtiam habetur pro 154
citato, & affectata † ignorantia illa dicetur 155
in propoſito, quando potuit ſcire, & no-
luit diſſimulando, vt tradit gloſſ.*in d. cap.*
eos,in d.verb. affectata, & in cap.vlt.§.tu au-
tem,in verb.ſcienter,de offic deleg.in 6. Marſil.
in d.l.qui ignorans,num.19.ff.de ſicar. Felyn.*in*
cap.2.num.17.de conſtitut. Andr.Gail.*vbi ſu-*
pra,num.18.verſic.dicitur autem ignorantia.
Sexto amplia potiſſimum in eo, † qui 156
aut ex officio, aut ex aliqua cauſa teneba-
tur de ſtatutis inueſtigare, quia ex quo te-
netur ſcire, ſcire præſumitur, ad notata *in*
d.l.leges,C.de legibus, & Alciat. *d.præſumt.31.*
num.1. & Iaſ.*in l.error, num.22.in 1.limitat. de*
iur.& facti ignorant.& in l ſi res obligata, poſt
num 40. & 41.verſic.ſecundo notabiliter limi-
ta,ff.de legat.1. vbi dixit,quod cum quis te-
netur † ratione ſui officii indagare aliquid, 157
tunc præſumitur illud ſcire, nec tolleretur
ignorantia,iuxta notata *in cap.innotuit*, vbi
gloſſ.*ſuper ver.ignorantiam,de elect.*Roman.
conſil.481.num.8.verſic ſuccedit igitur conclu-
ſio, Decian.*loco ſupra citato, nu. 51.* cum aliis
abunde allegatis per Dominum Ioſeph.
fratrem meum *d.concluſ.879.num.7.*
Limita, niſi probaret, ſe † diligentiam 158
de ſcientia feciſſe apud eos, per quos certi-
ficari poterat, ita Roman.*d.conſil.481.nu.8.*
per text.*in d.l.regula,ff.de iur.& fact.ignoran.*
& in cap penult §.fin.de reg.diſtinct.37.
Septimo amplia ſpecialiter de eo, qui
fuiſſet † præſens compilationi ſtatutorum, 159

Digitized by Google

in illo enim ſcientia præſumitur, nec ignorantiæ cauſa probabilis conſiderari poteſt; ita D. Ioſeph. frater meus *de probat. d. concluſ. 879. num. 38.* per gloſſ. *in d. l. ſi tutor, in verb. oſtenderis, C. de peric. tut.*

160 Octauo amplia, maxime ſi tractaret de ſtatuto, de quo extaret publica † vox, & fama, Decian. *vbi ſupra num. 49.* Alexan. *conſil. 79. num 3 lib. 3* Grammat. *deciſ. 36. numer. 16. & ſeq.* Roland. à Valle *conſil 9. num. 44 lib. 3.*

161 Nono amplia, quando alias eueniſſet caſus ſtatuti † cum allegante ignorantiam, argument. not. per Iaſ. *in l. error, col. 6. poſt verſic. limita tribus modis, C. de iuris & facti ignorant.* Andr. Gail. *d. obſeruat. 48. poſt num. 21. verſic. fallit in facto notorio lib. 2.* Socin. *reg. 220. verb. ignorantia, verſic. decimo fallit*, cum aliis adductis per Dominum Ioſeph. fratrem meum *de probat. in d. concluſ. 879 num. 21. vol. 2.*

162 Limita modo ampliationes ſupra allegatas, in quibus ſcientiam præſumi dictum eſt, & ignorantiam non admitti, † vt non procederent in minore viginti quinque annis, per text. apertum *in d. l. regula, ff. de iuris & facti ignor.* ibi, *eo ante præmiſſa, quod minoribus viginti quinq; annis ius ignorare permiſſum eſt*, ideo regula firmatur de minoribus, quod iura ignorare præſumuntur, de qua late per Alciat. *de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 42.* Bart. Roman. Alexand. & Iaſ. *in l. repudianda, ff. de acquir. heredit. & in l. ſi quis patrem, ff. ad Maced.* Ideo minores contra-

163 hentes † debent tanquam ignorantes ante omnia expreſſe certiorari de viribus ad eorum fauorem facientibus, vt renuntiatio

* de eis facta teneat, ita communiter Dd. *in l. ſciendum, ff. de verbor. oblig.* gloſſ. *in l. fin. § fin. ff. ad Velleian. & in l. fin. C. eod. tit.* & late Alciat. *vbi ſupra, num. 2.*

164 Secundo limita in abſentibus, quia † abſens præſumitur ignorare etiam ea, quæ publice fiunt: caſus eſt *in cap. fin. qui matr. accuſ. non poſſ* vbi dicit, quod licet quis præſumatur ſcire denuntiationem publice factam, hoc tamen verum eſt, ſi ſit præſens, ſecus ſi abſens, & in aliena diœceſi, vnde etiam licet lege cautum ſit, quod † con- 165
iunctus præſumitur ſcire facta coniuncti, *l. octaui, C. vnde cognati*, tamen hoc fallit, quando eſt abſens, quia tunc ceſſat dicta præſumptio ſcientiæ, Bart. *in d. l. is poteſt, ff. de acquir. hered.* Ruyn. *conſil. 164. n 19. vol. 5.* limitationem ſequutus eſt Menoch. *de arbitr d. caſu 186. num. 16.* & communiter Ca- *
noniſtæ *in d. c. cognoſcentes, de conſtit.* Rolan. à Valle *d. conſil. 9. nu. 44.* Grammat. *conſil. 25. num. 2. & 3.*

Quod intellige, vt procedat in illo abſente, qui † nunquam, aut modicum à tem- 166
pore conditi ſtatuti fuit in ciuitate, ſecus ſi diu fuiſſet, & modo reperiretur abſens, quia incolatus, & conuerſatio eſt in cauſa præſumptionis ſcientiæ, ideo ex ea quanta fuerit ſcientia, vel ignorantia præſumitur, iuxta not. *in c. quinto, & c. quoſdam, de præſumpt.* hinc diximus, quod etiam in forenſi aliquam moram loco facientem præſumitur ſcientia, & econtra in ciue nouello ex modica habitatione ignorantiæ allegatio admittitur iuxta iura ſuperius allegata, & hoc etiam approbauit Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 3. num. 8.*

Tertio limita, vt procedant prædicta in ſtatutis ordinariis, † ſecus in aliquo ſtatuto 167
extrauagante, & extraordinarie ordinato, quia de eo facile admittitur in quolibet ignorantia, ita Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 31. num. 5.* de mente Bald. *in d. l. leges ſacratiſſimæ*, & habetur *in cap. 1. de conſtitut. in 6.* & idem ſenſit Menoch. *vbi ſupra, nu. 11.* quod intellige, quando tale ſtatutum extrauagans non eſſet publice notum, † nam 168
ſi eſſet publice notum, nullo modo licet illud ignorare, vt per Bald. *vbi ſupra, numer. 4.*

Digitized by Google

mer.4. & illum ſequitur Anchar. *in d. c. canonum ſtatuta, verſic. hic etiam quæri poteſt, de conſtit.*

169 Quarto limita, vt admittatur † probatio ignorantiæ, non obſtantibus ſupra dictis, quia iſta præſumptio ſcientiæ non eſt iuris, & de iure, ita D. Ioſeph. frater meus *d. concluſ.879.num.26.* Zabarell. *in cap vlt. qui matr.*
170 *accuſ poſſunt.* Quando autem † ignorantia probetur, & ex quibus, vide latiſſime per eundem D. Ioſeph. *de probat. lib.2. concl.880.*
171 *& 881.* & quod probata iuſta † ignorantia quis reſtituatur, voluit Decian. *vbi ſupra, c.35.num.55.* & per notata ab Innocent. Anton. de Butr. & aliis *in rubr. de conſuetud.* & per omnes *in d. l. 1. C. de ſumma Trinitat.* & melius per Excellentiſſimum & elegantiſſimum Dominum Sfort. Odd. *in ſuo vtiliſſimo, & doctiſſimo tract. de reſtit. in integrum, part.1. quæſt 8.9.& 10.*

Decimo amplia concluſionem, vt pro-
172 cedat etiam reſpectu † ciuium per priuilegium tamen factorum, nam reſpectu ipſorum præiudicium non operantur ſtatuta, etiamſi ipſi ſint, & dicantur hoc pacto ciues, quia quod eſt inductum ad fauorem, & priuilegium, non debet in odium, & grauamen retorqueri, *l. quod fauore, ff. de legib.* ita Bart. *in l.3.§.ſi emancipatus, ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab.* Bald. *in authent. habita, col.1. C. ne fil. pro patr.* Seuerin. late *in repet. d. L. omnes populi, num. 92. & ſeq ff. de iuſtitia, & iure,* Decian. *d. cap.35. num.46.* vbi ideo in-
173 fert, quod ſi per ſtatutum † ſcholares habeantur pro ciuibus, non tamen ligabuntur ſtatutis de ſoluendis gabellis, & ſoluendis oneribus, & aliis præiudicialibus, allegans etiam ad hoc text. quem dicit optimum *in l. vlt. C. de præpoſ. agen. in rebus, & in l. 1. C. de honora. vehicul. lib.11.* vbi etiam Bartolus.

Vndecimo amplia concluſionem, vt et-
174 iam ſit vera, † quoad Principem ſuperiorem ſtatutorum loci, & qui aut ipſe ſtatuta condidit, aut illa confirmauit; nam nullo caſu ligatur à ſtatutis, vt per nos late *in concluſ. quod ſtatuta generaliter loquentia generaliter debeant intelligi, in 64. limit.* vbi etiam *in limit. ſeq.* idem de ipſa ciuitate ſtatuente probauimus, *iuribus, & auctoritatibus ibi allegatis.*

Primo limita modo concluſionem, vt non procedat, † quando forenſis faceret 175
aliquem actum in loco ſtatuti, nam tunc ligatur forenſis ex eodem actu à ſtatuto ſuper actu diſponente, Roch. de Curte *vbi ſupra, num.2. per c. quæ contra mores, 8. diſtinct. in verb. peregrini, & in c. illa, 12. diſtinct.* Innocent. Butr. Bald. Imol. & communiter Dd. *
in rubr. de conſuetud. vbi Butr. *col. 2.* dicit, quod vinculum ſtatuti generaliter conſideratur ex regula fori, vt vbi quis ſortitur forum contrahendo, vel delinquendo, ibidem & ſtatuto, nam paria † ſunt forum ſor- 176
tiri, & ſtatuto ligari, gloſſ. *in d. cap contra mores, in verb. peregrini,* Alexand. *conſil. 19. num.8. lib.6* Ruyn. *conſil.49. num.6. lib.3.* & facit, quia gerentes actum in loco conſentur † tacite ſe accommodaſſe ad contra- 177
hendum ſecundum ſtatuta illius loci. Et ideo ementes † victualia in ciuitate aliena, 178
ligantur lege illius ciuitatis, *cap. 1.* vbi Anchar. & Imol. *de empt. & vendit.* & in omnibus aliis actibus voluntariæ iuriſdictionis factis per forenſes, vt communiter Dd. *in* *
d. l. cunctos populos, C. de ſumma Trinit. & in d. rubr. de conſuetud & Aretin. *conſil.11. num.5.* vbi tamen ſubiungit, quod licet † forenſis 179
contrahẽs in loco ligetur ſtatuto, ſi tamen ex illo enormiter læditur, & ſtatutum illud probabiliter ignorauit, poteſt petere reſtitutionem aduerſus damnum, quod incurrit, ex clauſula generali, *ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur,* & hoc dictum appellat ſumme rationabile, quod fuit etiam de mente omnium *in d. rubric. de conſuetud.* de quo

tamen

Digitized by Google

tamen dic, vt per D.Odd. *in ſuo tract. de reſt. in integr. part. 1. quaſt. 8. art. 12. num. 96. & ſeq.* & limitationem communiter teneri à Dd. dixit Decian. *in ſuo tract. crimin. lib. 2. cap. 35. num. 26.*

Secundo limita concluſionem, vt non
procedat reſpectu bonorum ſitorum in
loco, & iuriſdictione ſtatuti, in quibus fo-
180 renſes † ligantur, prout ita magis commu-
** niter Dd. tenere, teſtatur ſibi contrarius
Alexand. *conſil. 19. nu. 7. vol. 6.* vbi ſubiungit,
ſiue ſtatutum in rem, ſiue in perſonam lo-
quatur, & limitationem ſequutus eſt Ber-
taz. *conſil. ciuil. 24. num. 27.* qui item *num. 37.*
** dicit hanc magis communem, Dec. *reſponſ.*
* *55. num. 6. & ſeq. lib. 1.* vbi & ipſe commu-
nem affirmat, late Felyn. *in cap. Eccleſia ſan-
cta Maria. de conſtitut verſic. quinto & vltimo,*
eandem opinionem tenuit Federic. de Se-
nis *conſil. 82. ſtatuto Epiſcopi*, Pariſ. *conſil. 99.
num. 56. vol. 1.* Riminald. iun. *conſil. 72. nu. 22.*
Burſat. *conſil 307. num. 58* Bertaz. iun. *ad con-
ſil. patris, conſil. crimin. 519. lit. A. verſic. quod
clarius*, Ruyn. *conſil. 160. nu. 6. lib. 4.* Cephal.
*conſil. 526. num. 2. lib. 4. & conſil. 568. num. 12.
eodem lib.* late Crauet. *conſil. 201. nu. 14. & 15.*
181 & ratio eſt, quia cum illa † bona dicantur
ſubiecta illi ſtatuto ratione ſitus, circa illa
non prohibetur eius diſpoſitio, ita Roch.
de Curte *vbi ſupra, nu. 13.* & etiam quia tunc
182 ſtatutum de bonis † loquens dicitur affi-
cere res ſuæ iuriſdictionis, ſiue poſſidean-
tur à ciue, ſiue ab aduena, Bart. *in d. l. 1. num.
41. verſic. mihi videtur, quod verba ſtatuti, per
l. reſcripto, in fin. ff de muner. & honor. l. an in
totum, ff. de ædific. priuat.* idem tenuit De-
cian. *reſponſ. 71. num. 2. cum ſeq lib. 2.* vbi item
** de communi teſtatur, & *nu. 7.* magis com-
munem affirmat, & Socin. iun. *conſil. 25. in
* fin. volum. 3.* vbi etiam dicit communem,
& communiter reprobari differentiam
Bartoli *vbi ſupra*, de ſtatuto loquente in
rem, vel in perſonam, & idem affirmauit

Alban. *conſil. 50. num. 5.* & hanc tanquam veram, & communem tuetur rationibus, & auctoritatibus Brun. *de ſtatut. fœmin. exclud. artic. 6. quaſt. 1. verſic. in hoc difficili*, & ſecundum eum fuiſſe iudicatum in Senatu Pedemont. aſſerit Theſſaur. *deciſ. 106. nu. 5.* & hanc veriorem eſſe dicit *in deciſ. 124. nu. 3. verſic. ad vltimum*, & ita habetur *in deciſ. Rot. Roman. 295. num. 2. & 304. num 3. part. 1.* vbi pariter Bart. diſtinctionẽ reprobari communiter aſſeritur, & hanc etiam commu- * nem dicit Pariſ. *conſil. 184. num. 42. & 43. vol. 1.* & ita ego quoq; tenerem, ſi ſtatutum loqueretur de perſona reſpectu bonorum ſitorum in ſua iuriſdictione, & ſic diſponeret in perſonam non principaliter, ſed in conſequentiam, & ſecundario, ita quod non eſſet principalis intentio ſtatuti, agere de perſona illam habilitando, vel inhabilitando, ſed de ea faceret mentionem ſolum propter bona, quod tunc ſiue loquatur ſtatutum in rem, ſiue in perſonam, pari modo quoad bona ibi ſita forenſes comprehenderet, & haberent locum ſupra allegata, qa diſpoſitio principalis ſtatuti eſſet circa ſibi ſuppoſita, & circa quæ diſponere poſſet, prout ſunt bona in ſuo territorio exiſtẽtia, & perſona tunc ſecundario in mentem, & diſpoſitionem veniret, de quo ideo quomodocunque loquatur, & diſpoſita ſint verba ſiue in rem, ſiue in perſonam, non deberet fieri caſus, ſicut in ſimili diximus etiam *ſupra*, & præcipue quod ſtatutum, licet loquatur in perſonam, diſponendo de ſolemnitatibus in actu adhibendis, comprehendit tamen forenſes, eo quia ſolemnitas actus, nõ autem perſona agentis eſt principalis in mente, & diſpoſitione ſtatuẽtium. Et ex hoc forſan potuerũt cõcordari contrariæ opiniones, quod ſcilicet ſtatutum comprehendat forenſes, quoad bona in territorio ſita, etiamſi loquatur in perſonam, dummodo illius principalis diſ-

poſitio

Digitized by Google

poſitio ſit de bonis, & eorum intuitu de perſona loquatur, ſi autem ſtatutum principaliter intenderet de perſonis, & circa eas prouideret de habilitatione, vel inhabilitatione, non extenderetur ad forenſes etiam quoad bona in territorio ſita ex defectu etiam tali caſu intentionis ſtatuentium, qui præſumuntur, & præſupponuntur de perſonis voluiſſe diſponere, & non de bonis, & licet bona illarum perſonarum de quibus diſponit ſtatutum in territorio reperiantur, tamen quia tali caſu ſtatutum non dicitur de eis voluiſſe agere, nec de perſonis propter ipſa bona, non erunt habenda in conſideratione, cum ſemper, quod eſt principale in intentione, attendendum ſit, ita in terminis conſiderauit Ruyn. *conſil. 201. nu. 6. lib. 1.* Aretin. *conſil. 73. num. 6.* Signor. *conſil. 21. nu. 13.* Capr. *conſil 7. num 17.* Roman. *conſil 39. num. 9.*

Primo amplia, vt tunc multo magis procederet limitatio, ſi per longum tem-
183 pus fuiſſet obſeruatum, quod † etiam forenſis ob bona ſita in territorio fuiſſet ex diſpoſitione ſtatuti territorii bonorum adſtrictus, ita Crauet. *in conſil. 201. num. 10 verſic. ſed longius*, vbi late concludens, quod forenſis, qui alias non aſtringitur à ſtatuto circa decisoria litis diſponente, aſtringetur, ſi in loco ſtatuti habuerit bona, & ita longo tempore fuerit obſeruatum, *iuribus, & auctoritatibus ibi per eum.*

Secundo amplia, vt tanto magis proce-
184 dat, † ſi forenſis emerit bona in territorio, quæ ex ſtatuto præcedente tenentur ad onera, nam tunc videretur etiam quaſi contrahere cum ciuitate, vt teneatur ad onera impoſita rebus, ex quo diceretur emiſſe illa cum ſua cauſa, & cum ſuo onere, & ideo ex eis aſtringeretur, Dec. *conſil. 694. num. 6.* Decian. *reſponſ 55 num 6. lib. 1.* Iaſ. *conſil. 83. col. 2 lib. 3.* Curt. iun. *conſil. 60. col. 3. & conſil. ſeq col. 2. in fin. & col. 4.* & facit, quod in ſimili, fortiori tamen voluit Angel. *conſil. 103. incip. pro deciſione huius puncti præmitto*, vbi dixit, quod de iure, † & ſalua con- 185
ſcientia poterat quoddam hoſpitale aſtringi ad ſoluendas impoſitiones factas per commune Florentiæ, antequam certa bona peruenirēt ad dictum hoſpitale, & idem voluit Barbat. *conſi. 1. colum. 10. in princip.* vbi late *lib. 3.* Calderin. *conſil. 2. colum. 3. verſic. quædam ſunt munera*, confert, quod voluit Felyn. *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 77. verſic. tertio nota*, vbi docuit, quod ſi per laicos † eſſent iam impoſita aliqua onera 186
ſuper bonis ſubditorum pro certis annis, & antequam eſſet completus terminus dictorum annorum, perueniſſent dicta bona in clericos, vel in Eccleſiam, quod clerici, & Eccleſia tenebitur ad ſolutionem dictorum onerum pro reſiduo tempore, & reddit rationem, quia licet Eccleſiæ, aut clericis non poſſit imponi per laicos grauamen de nouo pro re in eos translata, tamen ſi grauamen fuit impoſitum, antequam ad Eccleſiam bona peruenirent, tranſeunt cum onere ſuo, ſicut ad quamcunque ſucceſſionem, & nos de hoc *in concluſ. quod ſtatuta laicorum non porriguntur ad clericos.*

Tertio amplia, vt tanto magis ſupra dicta procedant, ſi † forenſis fuiſſet factus, 187
vel ciuis, vel incola per domicilii conſtitutionem in illo loco, tunc enim cum ratione ciuilitatis, aut domicilii deſineret eſſe forēſis, & diceretur factus ſubditus ſtatuto loci, vtique etiam ex hoc eo magis quoad bona in eo ſita ſtatutum, quomodocunq; loquatur, operaretur, nec de eis forenſis niſi ad formam ſtatuti diſponere poſſet, & tunc forenſis fingitur duplex homo, vnus ratione originis, & alius ratione incolatus, & adeptæ ciuilitatis, iuxta *l. ciues, cum ibi notatis, C. de incol. lib. 10.* ita Bald. *in d. l. 1. num. 58. verſic. quod ergo erit remedium*, Socin. *d. conſil. 281.*

Digitized by Google

ſil.288 nu.10. verſ. primum probatur, lib.2. Iaſ. *conſ.80. col.2. verſ. confirmo etiam, lib.3.* Gozadin. *conſil.49. num.3. iuncto num.13. & 17. in fin.* Pariſ. *conſil.12. col.2. & conſil.34. col.3. lib.3.* Alciat. *conſil.34. num.3. & 19. verſic. nec obſtat, lib.2.* & dum dixi de ciue, intellexi
188 etiam † de ciue ex priuilegio, cum tunc non minus operetur hæc ciuilitas, quam originaria quoad eius commodum, vt in alia ampliatione diximus, & notatur *in l.1. §.1.* ibi, *niſi forte priuilegio aliquo, ff. ad munic.* Dec. *conſil. 283. num.10.* & hanc communem teſtatur Curt. iunior *conſil. 349. numer. 13.* Pariſ. *conſil. 71. numer. 4. & ſequen. lib.1* Boer. *deciſ. 13 numer. 21.* Ruyn. *conſil.58. num 4. & conſil.59. numer.5. & numer.11. in fin. lib. 3.* ſicut & dum de incolatu diximus, non de ſimplici incolatu, quo quis ſtatutorum diſpoſitione minime comprehenditur, Caſtrenſ. *in l. omnes populi, in fin. num. 114. & ſeq. ff. de iuriſdict. omnium iudic.* Pariſ. *conſil.34. col.3 lib.3.* Cagnol. *in l. exigere dotem, num.16 ff. de iudic.* Roland. à Valle *conſil. 79. num 34. & ſeq. lib.3.* ſed de illo incolatu intelleximus, qui etiam onera agnoſcat, vel ſaltem per decennium ibi habitaſſet, vel etiam minus, conſtito tamen de animo ibi perpetuo habitandi, iuxta tradita per Menoch. *de arbitr. iudic. lib.2. caſ.86.* & Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſin.76. num.11. & ſeq.* & Pariſ. qui teſtatur de communi *d. conſil. 12. num.22* & pro ampliatione facit, quia cum aliquis in ali-
189 quo loco conſtituit domicilium, † dicitur diuerſas patrias hoc modo fuiſſe ſortitus, originis ſcilicet, & incolatus ſiue domicilii, & ex diuerſitate patriæ legum diuerſitas ſeruari debet, quoad bona in vtroque loco ſita, & in quolibet territorio propria lex præualebit, ita Salycet. *in d. l.1. num.11. & 13. verſic. & hoc ſatis puto verum, C. de ſumma Trinitat.* vbi inquit, pridie ſic conſuluiſſe; eiuſque conſilium quamplures illuſtres legum Dd. ſubſcripſiſſe, ſequitur Alex. *conſil. 16. num.1. lib.1. & conſil.41. num.7. lib.5. & conſil.19. nu.8. lib.6. & conſil.155. nu.4. lib.7.* Corn. *conſil.202. col.4. lib.2.* Marſil. *in d. l. fin. nu.142.* vbi etiam Cagnol. *num.16. verſic. & clarius iſta. ff. de iuriſdict. om. iudic.* idem voluit Bald. referens, ſic ſe alias conſuluiſſe *in l. ſi arrogator, col. penult. ff. de adopt.* vbi late Iaſ. *num. 42 & ſeq.* dicens, reprehenſo Romano *conſil 39. col fin.* cum quo alias ſenſit *in allegata l.1. num.26. in 1. lect. & num.61. in 2. lect.* ſic ſemper tenuiſſe, & conſuluiſſe, & hanc opinionem communem, & veriorem dicit Socin. *d. conſil.288. col 1 lib.2. & in conſil.292. col.1 & 2. eod. lib.2.* quicquid Alber. & Roman. contrarium dixerint, prout hanc etiam communem atteſtatur Pech. *de teſtam. coniug. lib.4. cap.12* & communem quoque aſſirmat Alciat. *conſil.4. num.2 & 3. lib.2* & illam ſequitur Crauet. *conſil. 31. col. 1. verſic. ſecundo facit,* Burſat. *conſil.186. num. 61. & 63.* Cephal. *conſil. 414. num. 50. 56. & aliis ſeq. lib. 3.* Menoch. *de arbitr. iudic. lib.2. caſu 86.*

Et licet Lancillot. *ſuper dicta conſuet. Alexantr. d. præfat. 8. num.22.* prædicta ampliauerit, vt concurente in aliquo domicilio originis, & domicilio incolatus, ſtatutum domicilii incolatus operetur etiam quoad alia bona ſita extra dicta loca originis, & incolatus, vt ſcilicet iuxta legem incolatus bona huiuſmodi cenſenda veniant ex
conclusione illa, quod quoties † duplex 190
concurrit domicilium, originis, videlicet
& incolatus, potius domicilium † incola- 191
tus, quam originis eſt ſpectandum, iuxta tradita per Iaſ. poſt Bald. & Salycet. *in l. ſi arrogator, num.48 ff. de adopt.* & Afflict. *deciſ. 384. per tot.* & hanc communem opinionem dicit Pech. *de teſtamen. coniugat. lib.4. cap.12.* tamen haud facile illius opinionem admitterem, quia aliud eſt quærere, quodnam de duobus domiciliis ſit attendendum

Digitized by Google

dum veniente caſu ſuper bonis,& actu geſto ab aliquo originario reſpectu vnius loci, & incola reſpectu alterius, iuxta terminos,de quibus per Bald.Salyc.Iaſ.& alios *in d.l.ſi arrogator,* & in quo facile cadit conſideratio de potentiori & efficaciori domicilio, & aliud eſt decidere, quod ſtatutum domicilii,& incolatus extendatur etiam ad bona incolæ ſita extra locum, & territorium incolatus, in quo ſupra etiam demonſtrauimus tam in forenſe, quam in ſubdito non extendi, ſed de bonis eſſe iudicandum, ſecundum ſtatuta vniuſcuiuſque loci de bonis diſponentia,& ideo cum originarius, & incola extra locum originis,& incolatus ſit, & remaneat purus forenſis, ita de bonis illius extra dicta loca poſitis, ſicut de bonis forenſis ſecundum ſupra poſitas doctrinas, & diſtinctiones iudicarem.

Quarto amplia etiam, quia in talibus
192 bonis poſſent † forenſes grauari per ſtatuta plus quam ciues, & valeret,ita Curt.iun. *conſil.1:9. num.10.* quem ſequitur Decian. *d. reſponſ. 55. numer. 7.* Crauet. *conſil. 201. numer. 14. verſic. imo per ſtatuta*, vbi dixit, quod ita vidit in quampluribus locis obſeruari, & alia ſimilia adducit in propoſito.

Primo ſublimita, vt non procedat limi-
193 tatio, quando ſtatutum † eſſet limitatum ad ciues,vel ad perſonas ciuitatis, vel terræ, in qua eſt ſtatutum, vt in caſu *l.fin. C.de teſtam.* vel conſuetudo teſtandi,de qua ibi, eſt limitata ad ruſticos, nam tunc non comprehenderet alios, *l.conficiuntur, §. 1. ff. de iur. codicill* Bart. *in d. l. 1. C. de ſumma Trinit. col.6.* quem cæteri ſequuntur, facit text. in ſimili *in l.in agris,ff. de acquir. rer. domin.* vbi limitata cauſa limitatum producit effectum,& in terminis hoc nos docuit Roch. de Curte *vbi ſupra, num.13.* Anchar. *d.c.1. de conſtit.verb.quaro vlterius, fol.mihi 41.*

Secundo ſublimita limitationem, vt
non procedat, quando bona † forenſium 194
eſſent apportata in loco ſtatuti contra voluntatẽ eorum,nam tunc non ſubiacerent ſtatuto, Decian. *d. cap 35. num. 24* ponens exemplum in ſtatuto volente rem furtiuam captam à Iudæo non reſtitui domino ſine pecuniis per doctrinam Abb. *in c.quod clericu, col.9. verſic ſic & ex hoc infero, de foro compet.* Cremenſ. *ſingul. 81. pone Iudæ'*, quos refert, & ſequitur Decian. *d. tract. crimin. lib.2 cap.35.num.24.*

Tertio limita principaliter concluſionem, vt non procedat quoad ordinatio-
nem iudicii, in qua ſeruatur ſtatutum † iu- 195
dicii etiam contra forenſes ibi litigantes, licet ſit ſecus in deciſiuis, & quoad deciſionem cauſæ, ita gloſſ. Butr. & communiter Dd. *cap. quod clericus, de foro compet.* & hanc claram,& indubitatam Dd.ſententiam teſtatur Roland.à Valle *conſil.33. num 6. lib.3.* Bartol. *in d. l. cunctos populos, num.14. C. de ſumma Trinitat* Doctores communiter *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitut.* vbi præcipue Dec. *num. 146.* qui hanc communem regulam teſtatur, & Abb. *in repet.*
in fin. dixit, quod in deciſiuis † debet quis 196
iudicari ſecundum leges patriæ ſuæ, licet fiat proceſſus ſecundum ſtatutum loci, in quo iudicium ventilatur, Rochus de Curte *vbi ſupra, num.15.* quibus adde Decian. *reſponſ 109. num. 39. lib. 2.* qui teſtatur ita omnes ſentire *in d. l. cunctos populos, per l.3. in fin. ff. de teſtam.* Marſil. *in l vlt. num.53. de iuriſdict. omnium iudic.* Aretin. *in d. cap quod clericus, col.3.* Dec. *conſil.97. in princ.* Riminald. *conſil.371. num.15. & 16.* Bertazz. *conſil. crim. 469. nu.9. lib.2.* vbi ideo dixit quod ſta-
tutum loquens de † inſtantia tanquam 197
concernens ordinatoria ligat, & comprehendit clericum,& foreſem, ſecus ſi ageretur de deſertione cauſæ, quia eo caſu dicetur reſpicere deciſoria, facit, quod dixit idẽ

Bertaz. *conſil. crimin. 19. num. 2. lib. 1.* vbi voluit, quod forenſis non ligatur ſtatuto prohibente appellari à duabus ſententiis conformibus, quia reſpicit deciſoria, Cephal. *conſil. 263. num. 30. 171. num. 2. lib. 2.* & Alexand. *conſil 138. num. 6. lib. 1.* dixit, quod eſt * communis concluſio, quod ſtatutum diſ-
198 ponens † de effectu probationum, etiam circa deciſoria, nõ comprehendit niſi ſubditos, ibique ex hoc notat, quod ſtatutum
199 conditum † ab vniuerſitate mercatorum, ſi prouidet circa deciſoria, vtputa quod ſcriptura priuata faciat plenam fidem, licet ſeruabitur à quolibet foro, tamen iſtud erit verum, quoad perſonas ſubditas ſtatuentibus, non autem inter alias, quod voluit etiam Cyn. & Bald. *in l. receptitia. C. de conſtit. pec.* & conferunt etiam ea, quæ diximus *in 2. limit. ad concluſ. quod ſtatuta laicorum non porriguntur ad clericos,* vbi illam limitauimus, non procedere in ordinatoriis iudiciorum, *iuribus ibi pariter allegatis.*

Primo amplia limitationem, vt proce-
200 dat, ſiue agatur † de iudicio coram ordinario, ſiue coram delegato, Roch. de Curte *in d. tract. de ſtatut. ſect. 9. 16 quæſt. num. 38. verſic. tertio amplia,* de mente Ioan. Andr. Butr. Imol. & aliorum *in rubr. de conſuet.* late Borgn. *deciſ. 21. num. 15. part. 1.* vbi de communi Roland. à Valle *conſil. 48. nu. 14. lib. 3.* vbi de magis communi Alexand. *conſil. 164. num. 4. lib 6.* Vant. *de nullit. ex defect. proceſſ.*
201 *num. 96.* Quæ autem dicantur † de ordinatoriis, & quæ de deciſoriis iudicii, vide *in concluſ. quod ſtatutum loci contractus attenditur.*

Secundo amplia limitationem, vt pro-
202 cedat, etiamſi ageretur † de contractu, aut alio actu geſto extra locum iudicii, ita Bart. *in d. l. 1. num. 48. C. de ſumma Trinit.* vbi dixit, quod ſtatuta, quæ reſpiciunt proceſſum, ſeu litis ordinationem porriguntur ad omnem litem, quæ in ipſa ciuitate excitatur, poſito, quod ſit de eo, quod extra ciuitatem eſt actum, per *l. 3. §. fin. ff. de teſtam. col. 2. in fin. ff. quando teſtam. aper. l. cum clericis, in fin. C. de Epiſc. & cleric.*

Quarto limita concluſionem reſpectu ſucceſſionis † bonorum, quæ competunt 203
forenſi in bonis alicuius, quia in illis bonis debet ſuccedere, prout ſtatutum loci bonorum diſponit, quia in his tale ſtatutum ſeruatur etiam quoad forenſes, ita Roch. de Curte *vbi ſupra, num. 16.* de mente Anchar. *in d. cap. canonum ſtatuta, verſic. caueatur ſtatuto,* vbi teſtatur de communi Iacob. * Butr. & Bald. *in d. l. 1. C. de ſumma Trinit.* & ibidem Alberic. de Roſat. & Salycet. Ioan. de Anan. *conſil. 4. in 3. dub.* & hanc magis communem opinionem teſtatur Grat. ** *conſil. 21. num. 20 lib. 1.* vbi ideo conſuluit, quod mulier Mantuana remanebit excluſa à legitima bonorum filii Bononienſis teſtantis Bononiæ propter ſtatutum Bononienſe, ita diſponens, idem & ante cum voluit Alexand. *d. conſil 19. num. 7. lib. 6.* vbi pariter conſuluit, quod mater excluditur à ſtatuto loci, & bonorum filii, ita diſponente, licet mater non eſſet ſubdita eidem ſtatuto, & hanc ſententiam ſequutus eſt Decian. *vbi ſupra, num. 28.* & faciunt ſupra allegata, dum probauimus, quod quoad bona in territorio ſita forenſis ſubiacet ſtatuto, in quo dic ſicut ibi.

Primo amplia limitationem, vt ſit vera, 204
etiamſi eſſet † forenſis, & ille, cui ſuccedendum eſſet ex teſtamento, quia nihilominus teſtamentum illius, & per conſequens cauſa, & modus ſuccedendi ab alio forenſi in ſua hereditate quoad bona in loco ſtatuti poſita ex diſpoſitione ſtatuti regularetur, ita Alexand. *d. conſil. 19. num. 7.* vbi hanc magis communem ſententiam dicit.

Secundo amplia, vt tanto magis eſſet

vera

Digitized by Google

vera prædicta, ſi in loco conditi teſtamen-
205 ti forenſis † teſtans contraxiſſet domicilium, quia, vt ſupra in alijs locis dicebamus, ex domicilio fuiſſet factus de foro illius loci, & per conſequens ſtatutis ligaretur, & ſecundum illa ſtatuta teſtamentum à ſe factum deberet moderari, & ſucceſſio in illis bonis, ita Alexan. *vbi ſupra num. 8.* vbi hanc veriſſimam ſententiam teſtatur, quam etiam indubitatam dicit Grat. *conſ. 21. n. 30. lib. 1.* & nos *ſupra in concluſione.*

Intellige limitationem & ampliatione͂, vt procedant, ſiue agatur de præiudicio, ſi-
206 ue de fauore forenſis, † vt cõtrariorum eadem ſit diſciplina, Decian. *d. reſp. 71. num. 13. li. 3. & l. ſi contra, in fi. ff. de vulg. & pupill.* & ita affirmat tenere Iacob. Butr. & Bal. *in dict. l. cunctos populos*, & ſuadetur, quia ſi forenſis damnum ſentit, ex quo in hoc ligatur ſtatutis aliquando odioſis, pari modo debet commodum ſentire, ſi ſtatuta in eodem ſint ei fauorabilia, *vulgata regula, ſecundum naturam, ff. de regul. iur.* & facit, quod in vno quis grauatur, in alio debet ſubleuari, & quod ſicut quoad bona in ſuo territorio ſita ſtatutum poteſt grauare forenſem, ita debet forenſis gaudere commodo ex eiſdem ſtatutis reſultante.

Subintellige, vt procedat, niſi adeſſet
207 ſtatutum, quod † beneficia ſtatutorum forenſibus prohiberet, nam tunc eſſet ſeruandum, nec forenſis in fauorabilibus ſtatutis gauderet, iuxta not. per Roch. de Cur. *in dict. tractat. de ſtatut. ſect. 8. numer. 73. & 85.* Bal. *in repetit. dict. l. 1. verſicul. ſuper quinto, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Felyn. & alij communiter Doct. *in c. Eccleſia ſancta Maria, de conſtit.*

Quinto limita, vt non procedat cõcluſio in tali forenſe, qui licet alibi habeat do-
208 micilium, tamen † oriundus eſt, vel ciuis in loco ſtatuti, quia ſi ibi reperiatur, ligatur dicto ſtatuto, ita Imol. & Maria. *in c. ſane, cl. 1. de for. compet.* vbi dicunt, quod licet ſtatutum † de compromiſſis non liget fo- 209
renſem, quoad bona ibi ſita, tamen id fallit, quando eſt ciuis oriundus loci, in quo dictum ſtatutum viget, quia ligatur, ſi ibi reperiatur, ſecus ſi ſit in loco domicilij ſui, quia ſolus iudex domicilij diſtringit perſonam, quos etiam ſequitur Roch. de Curt. *vbi ſupra*, & hoc comprobat in ſimili Decian. *d. reſp. 71. num. 20. lib. 2. & in d. ſuo tract. crim. lib. 2. c. 35. n. 30.*

Sexto limita concluſionem, vt nõ procedat quoad † Iudæos, nam licet reſpectu 210
diuinarum rerum ſint quoad nos Chriſtianos, nedum forenſes, ſed omnino extranei, cum nobiſcum in illis minime participent, tamen in actibus humanis ſecus, & habitantes in aliquo loco non dicuntur, quoad ſtatuta, & forum illius loci forenſes, ſed potius vti incolæ, & ciues quoad ea reputantur, ideo ſtatuta illos ligabunt, prout late hoc comprobauit Barb. *conſ. 63. licet in medium, volum. 4. & conſ. 15. clementiſſimi, in princ. vol. 1.* Soc. *conſ. 70. & conſ. 62.* & ante eos Bal. *in l. ſpadonem, §. iam autem, ff. de excuſ. tut.* vbi in tantum dixit, quod immunitas conceſſa † incolis alicuius loci porrigitur ad 211
Hebræos ibi habitantes, & quod ita tenuit & conſuluit in contingentia facti, & ſequitur Decian. *d. c. 35. n. 43.*

Et ad materiam ſcito, quod forenſis eſt ille, † qui eſt de alio loco, & ciuitate vtente 212
diuerſis legibus, & ſtatutis, licet ſint de eodem dominio, ita Decian. *reſp. 33. n. 37. lib. 1.* Corn. *conſ. 106. licet, col. 1. in fin. & col. 2. vol. 3.* & dum idem Corn. *in conſ. 147. pro deciſione, circa med. vol. 3.* dixit, quod forenſis non dicitur quis vnius caſtri, qui eſt de alio caſtro, dummodo ambo caſtra ſint ſuppoſita vni dominio, *nam*, inquit, *forenſis eſt, qui de foris eſt*, id eſt, de alieno dominio, intelligendum eſt dictum Corn. quando illa caſtra ſunt ſuppoſita vni ciuitati, & ſunt ambo

de Comitatu eiuſdem, ita vt non habeant leges ſeparatas, ſed viuant eiſdem legibus, vt ita illum intelligit Decian. *vbi ſupra*, & de ſignificatione varia verbi, *forenſis*, vide eundem Corn. *conſ. 149. nu. 6. volum. 4. conſ. 209. n. 2. lib. 1.*

CONCLVSIO VII.

Contractus ſtatuta quando, & in quibus attendantur, & quid in forenſe, & perſona Eccleſiaſtica.

SVMMARIA.

1 *Loci contractus ſtatutum attenditur.*

2 *Contrahentes cenſentur ſe alligare ſtatutis, & conſuetudinibus loci, in quo contrahunt.*

3 *Contractus interpretatur ſecundum ſtatutum, & conſuetudinem loci, in quo fuit celebratus.*

4 *Dotis contractus regulatur ſecundum ſtatutum, & conſuetudinem loci, in quo eſt factus.*

5 *Conſuetudinem laudabilem in matrimonio contrahendo omittens peccat, concurrentibus, de quibus* num. 6.

7 *Gabellæ ſolutio regulatur ſecundum ſtatutum loci contractus.*

8 *Gabella ſoluẽda de contractu ex forma ſtatuti debet ſolui in loco, vbi naſcitur contractus, non vbi res ſita eſt, & quid ſi ſtatutum dicat de ſolutione gabellæ inſtrumenti.*

9 *Inſtrumentum quid differat à contractu.*

10 *Contractus poteſt eſſe verus, & inſtrumentum falſum.*

11 *Conuentione facta inter aliquos non euitãt ſolutionem gabellæ, licet ſe conferant extra territorium ad conficiendum inſtrumentum, ſtante ſtatuto, quod de contractu ſoluatur gabella.*

12 *Forenſes ex quibus comprehendantur à ſtatuto de ſoluenda gabella de contractu.*

13 *Gabellam ſolui mandans ſtatutum de contractu dicitur reſpicere ſolemnitates cõtractus, non autem onus reale, aut perſonale, aut mixtum.*

14 *Loci contractus ſtatutum attenditur etiam in dependentibus à contractu.*

15 *Loci quaſi contractus etiam ſtatutum attenditur.*

16 *Delicti ſtatutum attenditur.*

17 *Mandans fieri delictum punitur ſecundum ſtatutum loci conſummati delicti, non mandati.*

18 *Mandatum non adimpletum, ſed remanens ſimplex mandatum, non obligat mandantem.*

19 *Ratificans delictum punitur ſecundum ſtatutum commiſſi delicti, non loci ratificationis.*

20 *Iudices alij tenentur remittere delinquentem ad iudicẽ loci delicti, ſi fuerit requiſitus, & ſi omnes ſunt ſubditi eiuſdẽ Principis.*

21 *Pœnitentialis fori reſpectu non attenditur locus delicti.*

22 *Sacerdotis proprij intereſt cognoſcere vultus Parrochianorum.*

23 *Verecundia eſt maxima pars pœnitentiæ.*

24 *Excommunicatio lata vigore ſententiæ nõ poteſt niſi à iudice, & eius ſuperiore abſolui, ſecus ſi fuiſſet lata ab aliqua lege, aut ſtatuto.*

25 *Offendens de vno territorio exiſtentem in alio, à quo iudice punitur.*

26 *Menſuratio eſt facienda ſecundum locum contractus, non autem vbi res ſita eſt.*

27 *Teſtamentis in conficiendis attenditur ſtatutum loci, in quo conficiuntur.*

28 *Argumentum de contractu ad teſtamentum valet.*

29 *Teſtandi facultas data intelligitur ſecundum conſuetudinem loci, vbi fit teſtamentum.*

30 *Loci contractus ſtatutum, quod attēdatur, procedit quoad ſolemnitates.*

31 *Solemnitatibus à ſtatuto requiſitis non ſeruatis, contractus nec in illo, nec in alio loco valebit, nec quoad bona alibi ſita.*

32 *Forenſes tenentur ſeruare ſolemnitates ſtatuti loci contractus.*

33 *Contractus forenſis, non ſeruatis ſolemnitatibus ſtatuti, loci contractus, nec etiam in propria patria valebit.*

34 *Forenſis contrahens in aliquo loco tanquā aduena, & in tranſitu, non poterit ibi cōueniri, & quando præſumatur in tranſitu contraxiſſe.*

35 *Forenſis, ſi ob non ſeruatam formam ſtatuti in cōtractu grauiter læderetur, eſſet reſtituendus data probabili ignorantia.*

36 *Reſtitutio ad læſionem ob non ſeruatam formam ſtatuti in contrctu petitur in loco contractus, non autem in loco iudicij, vel deſtinatæ ſolutionis.*

37 *Contractus factus à forenſe in territorio ſtatuti, in loco tamen exempto, tenet, etiam non ſeruata forma ſtatuti.*

38 *Statuentes non habent iuriſdictionem in loco exempto, quamuis intra territorium.*

39 *Subditus ligatur ſolemnitate ſtatuti, etiam in loco exempto, intra tamen territoriū, ſed dic, vt ibi, remiſſiue.*

40 *Clerici ligantur ſtatuto circa ſolemnitates in contractibus adhibendas diſponente.*

41 *Prouiſio ſtatuti eſt potentior prouiſione pacti priuatorum.*

42 *Statutum dicitur pars iuris ciuilis.*

43 *Genus quantum operatur quoad genus, tātum operatur ſpecies quoad ſpeciem.*

44 *Lex Papalis, aut Imperialis ligat ſuos ſubditos vbique.*

45 *Solemnitates in contractibus fuerunt introducta ad euitandas fraudes.*

46 *Eccleſia eſt auctrix, & cultrix honeſtatis, & iuſtitiæ.*

47 *Solemnitas actus tota pertinet ad iuriſdictionem eius, in cuius territorio actus geritur.*

48 *Minoris, ſiue mulieris procurator tenetur in contrahendo obſeruare eandem ſolemnitatem, ad quam principales ipſius tenerentur.*

49 *Princeps, ſiue Dominus loci ſtatuti non aſtringitur ad ſolemnitates à ſtatuto introductas.*

50 *Princeps, ſiue Dominus ſuperior vtens pro ſe aliquo ſtatuto tenetur vti cū ſuis qualitatibus.*

51 *In ordinatoriis iudicij inſpicitur locus iudicij, & non contractus, ſiue agatur coram iudice ordinario, ſiue coram delegato.*

52 *Feriæ iudicantur ſecundum locum iudicij.*

53 *Mercatorum cauſæ in ordinatoriis tractantur ſecundum locum iudicij, & quid in deciſiuis.*

54 *Loci contractus ſtatutum non attenditur, ſi res agitur in loco barbarorum, & non ſubiecto Romano Imperio.*

55 *Loci diſtractus cauſati, non autem loci contractus ſtatutum attēditur in diſtractu.*

56 *Contractus ſtatutum, non locus, in quo euenerunt accidentia poſt contractum, ſeruatur, niſi perſonæ illæ ſint de illo foro.*

57 *In dote vel lucranda, vel reſtituenda attenditur ſtatutum domicilij viri, quod amplia, vt* numer. 61. 62. 63. *& limita, vt* num. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. & 72.

58 *Deſtinatæ ſolutionis, non autem in loco contractus quis conueniendus eſt.*

59 *Matrimonium trahit vxorem ad originem viri.*

73 *Literarum cambij locus contractus dicitur ille, ad quem fuerunt deſtinatæ, & recepte.*

Digitized by Google

pta, non autem in quo fuerunt ſcripta.

74 *Pœnitentiæ locus an & quando ſit in literis cambij.*

75 *In deciſiuis attenditur ſtatutum loci contractus, quod intellige, vt* num. 78. ſeq.

76 *Deciſoria, & ordinatoria quæ dicantur.*

77 *Rota Romanæ* deciſ. 452. n. 6. par. 1. *erratum.*

78 *In executiuis ſeruatur ſtatutũ loci iudicij, etiam quoad forenſes, vt* nu. 79. *quod intellige, vt* num. 80.

81 *Sarzanenſes aduocati habent vnde cognoſcere, an forẽſes gaudent beneficio ſtatuti de inſtrumentorum executione.*

82 *Vſu non receptum ſtatutum nõ attenditur in contractibus.*

83 *Statuto de aliquo caſu non exiſtente quid ſeruandum.*

1 STatutum loci † contractus attenditur, ita communiter Doct. *in l. cunctos populos, C. de ſumm. Trinit.* vbi Bar. *ſub numer. 14. cum duobus ſequentib.* Alberic. *colum. 7. verſic. in gloſſ. quod ſi,* Signorol. *columu. 5. verſicul. ſed contra prædicta,* Bald. *ſub numer 58.* Caſtrenſ. *numer. 11.* Aretin. *columu. 6. verſic. circa primum,* Iaſ. *in 1. lectura, columu. 4. numer. 17. verſicul. capio gloſſam, in 2. lectur. columu. 11. numer. 55. verſicul. circa primum,* qui dicit, omnes alios id ſequi, Purpur. *numer. 98.* qui * hanc communem ſententiam teſtatur, & * hãc etiam communem regulam dicit Bal. *in l. 1. in 5. quæſt. C. ne fil. pro patr.* Caſtrenſ. *in l. à Diuo Pio, §. 1. ff. de re iudic.* Bar. *in repetit. l. de quibus, numer. 27. ff. de legib.* Abb. *conſil. 72. incip. Ramier. in princip. dub. libr. 2.* Alexand. *conſ. 44. videtur prima facie, columu. fin. verſ. poſtremo non obſtat, lib. 5.* Aretin. *conſ. 73. diligenter, colum. 4. verſ. iſta ſententia,* Iaſ. *in conſ. 59. in princ. lib. 3.* Dec. *conſ. 457. in cauſa gabellæ, poſt princip.* Gozad. *conſ. 94. circa primum, columu. 3. verſ. nono conſidero,* Ruin. *conſ. 201. proponitur in facto, col. 3. n. 9. lib. 1.* Grammat. *deciſ. 103. illuſtriſſima Marchioniſſa. numer. 178.* Crau. *conſ. 271. verba ſtatuti, columu. 3. verſic. quinto igitur,* qui alios citat concordantes, *libr. 11.* Sanct. Seuer. *in d. l. cunctos populos, nu. 68.* Felyn. *in c. 1. nu. 23. de ſponſal.* vbi de communi teſtatur, & communiter Canoniſtæ * *in c. licet, de for. competen.* Riminal. *conſ. 533. numer. 10. lib. 3. & conſ. 30. n. 2. lib. 1.* Decian. *reſpon. 109. num. 88. lib. 2.* Montepic. *conſ. 87. n. 1.* & facit, quia contrahentes † videntur ſe al- 2 ligare ſtatutis, & conſuetudinibus loci, in quo contrahunt, *l. circa, C. locati,* not. *in leg. domini prædiorum, C. de agricol. & cenſit. libr. 11.* Bar. *in l. impenſæ, ff. de impenſ. in reb. dotalib. fact.* Alexan. *conſ. 37. nu. 7. libr. 2.* Montepic. *vbi ſupra,* cum alijs ibi per eum allegatis, ex quibus concludit etiam, quod contractus interpretatur † ſecundum ſtatutum & cõ- 3 ſuetudinem loci, in quo fuit celebratus.

Primo amplia, vt etiam procedat in cõtractu † matrimonij, ac dotis promiſſione, 4 in qua attenditur ſtatutum loci cõtractus, & conſuetudo contractus, & quæ cenſentur facta ſecundum conſuetudinem, & ſtatutum loci illius, nam licet dum agitur de reſtituenda & repetenda dote, attenditur ſtatutum domicilij viri, vt infra late, tamen quando agitur aut de tradenda dote, aut de inſtrumentis dotalibus conficiendis, & de pactis, in eis attenditur locus contractus, ita Afflict. *deciſ. 226.* Bal *in l. vnica, §. ſed nec, C. de rei vxor. actio.* vbi dixit, quod interpoſita cõuentio in matrimonio intelligitur ſecundum conſuetudinem patriæ, in qua fit contractum, allegans tex. *in l. ex ea parte, in princip. ff. de verb. oblig.* vnde etiam eſſet ſeruanda, ſi eſt aliqua laudabilis ſolemnitas introducta à ſtatuto, aut à conſuetudine loci contractus matrimonij, vt per Felyn. *in d. c. 1. de ſponſal. num. 17. & 23. verſic. circa ſecundum,* vbi de communi teſtatur, * & ibidem Ancharan. *circa fin.* vbi etiam

Inno-

Digitized by Google

Innocen. Hoſtienſ. Ioan. Andr. & communiter alij ſcribentes, & præcipue Abb. *col. final. verſic. ſed dubitatur circa prædicta*, vbi dicit, hoc procedere, etiamſi ambo contrahentes eſſent forenſes, quia peregrini non debent violare cõſuetudinem patriæ cum ſcandalo aliorum, facit tex. *in cap. qui contra, de reg. iur. in 6*. Por. *vbi ſupra verſ. tertio amplia.* Vnde ſacrum ipſum Concilium Triden. *can. 21. ſeſſ. 24. de reformat. matrimonij*, ſtatuit, quod ſi quæ prouinciæ alijs vltra ibi præſcriptas laudabilibus conſuetudinibus, & ceremonijs in re matrimoniali vterentur, illæ omnino retineantur.

Subamplia ampliationem, dum de lau-
5 dabili † conſuetudine loci circa matrimonia diximus, vt procedat etiã quoad hoc, vt omittentes illam conſuetudinem incurrant peccatum mortale, quia etiam lex laicorum facta ab habente poteſtatem, ſi eſt iuſta, & non repugnat legi diuinæ, vel canonicæ, ligat in foro conſcientiæ, gloſſ. *in c. quæ in Eccleſiarum, in ver. iure poli*, vbi etiam Bal. *de conſt.* D. Thom. *2. 2. quæſt. 96. artic. 4.* refert Ioan. Andr. *in c. 2. de verb. ſignif. in 6.* Anch. late *in repet. reg. poſſeſſor, in 8. columm. cum ſequen. de reg. iur. in 6.* Sot. *de iuſt. & iur. libr. 1. quæſt. 6. art. 4.* Abb. & Felyn. *in cap. 1. de conſtit.* vbi etiam Dec. *num. 8.* Alcia. *in l. quinque pedum, numer. 51. C. fin. regund.* & poſt eos Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 88. num. 80.* Felyn. *in d. c. 1. numer. 18. de ſponſ.* vbi declarat, hoc eſſe verum quoad peccatum
6 tribus † concurrentibus; Primum quod per talem conſuetudinem Eccleſia certificaretur de contractu matrimonij, iuxta *c. aliter, 30. quæſt. 5.* & ſine tali conſuetudine dubitaretur de ſcandalo. Secundo, quod ſolemnitas requiſita à ſtatuto non habeat concurſum pœnæ, vel ſit impeditiua libertas matrimonij. Tertio, quod talis ſolemnitas omittatur ex contemptu, ſecus erit quoad validitatem actus, quia omiſſio talis ſolemnitatis non eſt de tali eſſentia, quod annullet contractum matrimonij, quia de rigore iuris non releuat. Fel. *loco ſupra citato, n. 18. & 23. verſ. ſecundo limita*, vbi etiam communiter ſcribentes.

Secundo amplia, vt etiam quoad ſolutionem † gabellæ attendatur ſtatutum lo- 7
ci contractus, ita Sanct. Seuer. *in d. l. cunctos populos, num. 97.* dicens, quod gabella, quæ debet ſolui communitati ex forma ſtatuti in ciuitatibus de quocunque contractu inito debebit ſolui in illo loco, vbi naſcitur contractus, id eſt, vbi contrahitur, & vbi verba concipiuntur, non autem vbi eſſet res, ſuper qua eſſet factus contractus, quia dicta ſolutio gabellæ pertinet ad firmitatem contractus, vnde ſicuti ad ſolemnitatem debet inſpici locus, vbi fit contractus, ita quoad ſolutionẽ dictę gabellę, & dicit, hoc idem ſenſiſſe Bald. *in l. 1. C. vbi conuen. qui cert. loc. dar. prom. in 4. quæſt.* inquiens, quod gabella eſt onus conuentionis, ſeu obligationis, non onus rei tradendæ, & ideo ſubdit ibi, quod forenſis cõtrahẽs obligatur ad ſolutionem gabellæ, quia eſt onus conſecutiuum contractus, & idẽ Bal. *in l. magis puto, §. illud, ff. de reb. eor. qui ſub tut.* dixit, quod ſi vendo hic rem, quæ ſita eſt in territorio alieno, gabella debet ſolui hic in loco contractus, quia hic peragũtur ſolemnia, & perficitur conuentio, idẽ voluit Aret. *in d. c. licet, col. 2. verſic. ex quo infertur, de for. competen.* vbi dicit iſtam communem opinionem, quam ibidem ſequitur Butr. *colum. 5. verſ. aduerte, quia contractus*, & Abb. *numer. 30.* & Felyn. *num. 18. & ſeq.* qui etiam dicit iſtam partem cõmunem. Angel. *in l. fin. column. fin. verſic. ſequitur etiam ſecundum ea, ff. de iuriſd. omn. iud.* Bertach. *in tractat. de gabell. 6. part. quæſtion. 1.* quidquid dixerit in contrarium ſibi contrarius Bal. *in l. multum, colum. penultim. C. qui alteri, vel ſibi*, cui reſpondet Felyn. *vbi ſupra*, idem

Digitized by Google

tenuit Bertaz. *conſ. crim. 519. num. 2. lib. 2.* Socin. *conſ. 302. incip. videbatur primo aſpectu cõcludendum, verſic. prima concluſio, cum verſ.*
** *ſequent. part. 1.* vbi hanc magis communiter approbatam concluſionem affirmat.

Primo intellige ampliationem, vt intel-
8 ligatur de ſtatuto † loci, in quo facta eſt cõ-
uentio, non loci, in quo factum eſt inſtrumentum, ſtante ſtatuto, quod de contractu ſoluatur gabella, ſecus ſi diceret, quod de inſtrumento ſoluatur gabella, quia tunc locus, in quo conficitur inſtrumentum de partium conuentione inſpicitur, ita Bertach. *de gabell. par. 6. princ. verſ. ſecundo quæro,* per ea, quæ not. *in l. exigere dotem, ff. de iudic.* vbi volunt Doct. quod quis non poteſt conueniri in loco confecti inſtrumenti de contractu alibi celebrato, cum ex ſola inſtrumenti confectione quis non ſortiatur forum, ſicut ratione contractus, quia dif-
9 fert † contractus ab inſtrumento, nam cõ-
tractus eſt partium, ſed inſtrumentum eſt Notarij, id eſt, contractus eſt ipſa conuentio partium, inſtrumentum vero eſt ipſa ſcriptura à Notario confecta continens partium conuentiones, ſecundum Bar. *in l. ſi quis legatum, ff. ad leg. Corn. de falſ.* & ſunt adeo diuerſa, quod falſitas inſtrumenti nõ arguit falſitatem contractus, quia poteſt
10 eſſe inſtrumentum falſum, & † contractus
verus, ſecundum Bald. *in l. alia, num. 2. C. ad Syllanian.* quod facit contra eos, qui vt euitent gabellã de aliquo contractu, poſt conuentionem, & concordiam inter ipſos ſe conferunt extra territorium, in quo eſt gabella, & ibi conficiunt inſtrumẽtum, nam ſtantibus præmiſſis non euitabunt gabel-
11 lam loci, † vbi conuenerunt, prout in his
terminis animaduertit Sanct. Seuer. *in d. l. cunctos populos, num. 98.* imo etiam ratione fraudis commiſſæ contra ſtatutum ab illo ligabuntur, vt docet Rolan. à Val. *conſ. 33. in princip. volum. 3.* Pariſ. *conſ. 99. num. 58. libr. 1.* hanc quoque diſtinctionem ſequitur Imol. *in conſil. 17. ante fin.* Decian. *reſponſ. 29. num. 82. lib. 2.* Ant. de Butr. *in d. c. licet, col. 6.* & ibi Abb. *n. 31. de for. comp.* vbi aliter dicunt, quando nulla facta conuentione vadunt ad contrahendum alibi, quia tunc euitabunt gabellas.

Secundo intellige, vt prædicta ampliatio procedat, quando verba ſtatuti loquẽ-
tis † de gabella reſpicerẽt ipſius contractus 12
firmitatem, puta quod contractus, de quo non fuerit ſoluta gabella, non valeat, vel ex eo ius non reddatur, vel ſimpliciter dicat, quod de quocunque contractu, puta Sarzanæ inito ſoluatur gabella, tunc enim attenditur locus contractus reſpectu conuentionis, quaſi ſit onus cõtractus, & conuentionis, & cõprehenderet etiam forenſes, ſi a. ſtatutum non reſpiceret cõtractus firmitatẽ, ſed grauaret ſimpliciter perſonam contrahentẽ ad ſolutionem gabellæ, tunc nõ attenderetur locus contractus, & conuentionis quoad forenſes, ſed ſolũ quoad ſubditos tali ſtatuto, quia in forma, & validitate inſpicimus locũ contractus, & in onere perſonali inſpicimus ſtatutum loci, cui perſona contrahens eſt ſubiecta ratione originis, vel domicilij, & ideo dicto caſu videretur ſoluenda gabella in loco, vbi ſubeſt ipſe contrahens, ſi ibi vigeret tale ſtatutum, non autem in loco contractus, ita Sanct. Seuer. *vbi ſupra, num. 98.* quem ſequitur Port. *d. concluſ. 31. verſ. limita primo, & verſic. limita ſecundo, lib. 5.* pro quibus facit, quia quando ſtatutum mandat † debe- 13
re ſolui gabellam ex emptionibus, & ex alijs contractibus, non dicitur onus aut reale, aut perſonale, aut mixtum, ſed dicitur potius de ſolemnitate contractus, ad cuius obſeruantiam omnes contrahentes, quicunque ſint, tenentur, ſiue forenſes, ſiue non, ita Ludouic. *d. concluſ. 15. verſ.*

gabel-

gabellæ onus, de mente Bal. *in l. 1. qu. 4. C. de emp.* & Alex. Roman. & Corn. ac aliorum, de quibus etiam per Cephal. *conſ. 58. nu. 33. lib. 1.*

Tertio amplia concluſionem, vt nedũ
24 procedat quoad contractum ipſum † ſolũ, ſed etiam reſpectu omnium ab eo dependentium, in quibus attenditur locus contractus principalis, ita Decian. *reſp. 109. numer. 88. lib. 2.* per not. per Abb. & alios ſcriben. *in c. dilecti, de for. compet.* & per Bar. *in l. qui loco certo, ff. de cond. indeb.* Bald. *in l. in contractibus, §. in omni*, per illum tex. *C. de non numer. pecun.* & tradit Aret. *conſ. 83. incip. quia mutua fuerunt, nu. 1. & duobus ſeqq.* & de hoc etiam infra.

25 Quarto amplia, vt idem ſit in quaſi † contractu, Butr. *in d. c. licet, column. 4. num. 12. de for. competen.* quem ſequitur Iaſ. *in dict. l. qui loco certo, circa fin. verſicul. ex iſtis*, vbi hanc
* dicit communem opinionem, quam etiam approbat Gabr. *concluſ. 2. num. 18. de conſuet.*

26 Quinto amplia, vt idem † ſit in delictis,
* Gabr. *d. concl. 2. nu. 19.* vbi teſtatur de communi, ex mente Anan. *in c. 1. num. 5. de rapt.* Abb. & alij *in dict. c. licet*, Bald. & Bar. & alij communiter Doct. *in l. 1. C. vbi de crimin. agi oport. & in l. ſolent, ff. de cuſt. reor.* gloſſ. *in l. à Diuo Pio, §. ſententiam, ff. de re iud.* Couar. *pract. q. 11. num. 5.* Clar. *pract. crim. §. fin. qu. 38. in princip.*

27 Primo ſubamplia, vt idem ſit † in mandante fieri aliquod delictum, nam erit puniendus, non ſecundum locum, in quo fuit datum mandatum, ſed ſecundum locum conſummati delicti, ita Abb. *in d. c. licet, nu. 27. de for. compet.* Marian. Socin. *in d. c. poſtulaſti, numer. 5. eod. titul. & in c. 1. numer. 15. de rapt.* Dec. *in l. heres abſens, §. apud Labeonem,*
* *ff. de iudic.* & hanc communem opinionem teſtatur Clar. *vbi ſupra, verſ. item quaro nunquid ea ratione*, quia mandatum dum remanet † ſimplex mandatum, non obligat ex 18
ſui ſola parte, & illo non adimpleto, ſed tunc tenetur ex mandato, cum delictum propter mandatum fuerit ſecutum.

Secundo ſubamplia, vt idem ſit in ratificante † delictum, qui erit puniendus non 19
ſecundum locum ratificationis, ſed in loco commiſſi delicti, ita Socin. *in d. c. poſtulaſti, nu. 50. verſ. circa tertiam*, vbi de communi *
teſtatur, & illam ſequitur Clar. *loco ſupra citato, verſ. ſed pone quod aliquis.*

Tertio ſubamplia, vt tantæ ſit potentiæ locus commiſſi delicti, vt de iure communi teneantur alij iudices, † puta originis, 20
vel domicilij ipſum delinquentem remittere ad iudicem loci delicti, ſi fuerint ab eo requiſiti, ad effectum, vt contra eum procedatur, & puniatur, prout hanc commu- *
nem opinionem dicit Cepol. *conſ. crimin. 59. verſ. primum eſt, an de iure*, Curt. iun. *in d. l. heres abſens, §. 1. numer. 5. de iud.* & quod iudex domicilij ſi nondum cœperit cognoſcere, omnino teneatur remittere, ſi remiſſio petatur, dixit communem Socin. *in d.* *
cap. poſtulaſti, poſt num. 14. verſ. ſi vero iudex, de for. compet. ſi vero petita non fuerit remiſſio, non tenetur iudex remittere, prout communis opinio, de qua per Didac. *pract. q. 11. n. 6.* & illam communem omnium, tam *
iuris ciuilis, quam canonici Doctorum fatetur Clar. *d. qu. 38. verſic. hoc tamen*, quando tamen agitur de iudicibus, qui ſunt ſubditi eiuſdem Principis, ſecus ſi inter diuerſa dominia ageretur, quia tunc de generali conſuetudine non ſolet fieri remiſſio, prout hanc ſententiam communi totius orbis *
Chriſtiani vſu, & praxi receptam dixit Didac. *pract. quaſt. d. q. 11. nu. 10.* cum alijs per dictum Clar. *vbi ſupra* late allegatis.

Limita ampliationem, vt non procedat reſpectu fori † pœnitentialis, nam licet 21
etiam in alieno territorio & parrochia peccans, & delinquens incidat in peccatum,

& nedũ ligatur corpus ibi ratione delicti, ſed etiam anima, tamẽ in eo nõ attenditur adeo loc⁹ delicti, vt delinquẽs teneatur, & debeat ab Epiſcopo, ſeu à Parrocho, in cui⁹ Parrochia deliquit, neceſſario abſolui, tãquã à iudice loci delicti, ſed ſat eſt, q̃ abſoluatur à ſuo, vel Epiſcopo, vel Parrocho, ita Roman. *ſingul. 459. incip. ratione delicti*, & ita Abb. *in cap. 1. numer. 40. de rat.* vbi de communi teſtatur, & ibidem ratio differentiæ in hoc inter forum contentioſum, & pœnitentiæ adducitur, videlicet, quia in foro contentioſo imponitur pœna, vt ſatisfaciat reipublicæ læſæ, quam ſcandalizauit delinquens, & ideo pœna eſt imponenda, vbi perpetrauit delictum, ob quẽ reſpectum delinquens ſortitur forum alieni iudicis, ſed in foro pœnitentiali imponitur pœna, vt ſatisfaciat Deo, quem læſit, ideo debet puniri in foro proprij Parrochi, in quo habet proprium ſacerdotem loco Dei, *vt in c. omnes, de pœnit. & remiſſ.* & à quo, & non ab alio ideo debet iudicari, eo etiam quia intereſt proprij ſa-
22 cerdotis † cognoſcere vultus Parrochianorum ſuorum, vt ſic melius poſſit redarguere Parrochianos ſuos, quorum notitiã habet, & ſubiũgit Abb. quod plus mouentur confitentes proprio ſacerdoti, quã extraneo, quia magis verecũdantur, & ve-
23 recundia † eſt maxima pars pœnitentiæ, vt dicit tex. *in c. quem pœnitet, de pœnit. d. ſi.n. 1.* quod nota pro illis, qui vadunt ad fratres ignotos, aut de ſero ad confeſſionem, vt verecundiam euitent, & ad ſupradictum propoſitum facit, quod voluit idem Abb. *in cap. graue, numer. 14. de praben.* vbi dixit, quod ſi quis intrauerit monaſterium aliquod in loco, vbi contra iurantes Epiſcopus per ſtatutum ſuum fulminaſſet excõmunicationem, non erit neceſſe, quod excommunicatus abſoluatur ab illo Epiſcopo, ex cuius ſtatuto fuit excommunicatus, ſed poterit abſolui à proprio Epiſcopo, licet eſſet ſecus, quando excommunicatio eſſet lata vigore ſententiæ, & non ſtatuti, nam à ſentẽtia lata † ab homine, nemo 24
præter iudicem, vel ſuperiorem poteſt abſoluere, *c. paſtoralis, §. præterea, de off. ord.* & hanc limitationem communiter à Doctoribus teneri teſtatur etiam Clar. *d. q. 38. verſ. quæro nunquid*, Couar. *d. q. 11. nu. 4.* Duen. *reg. 378. in 1. limit.*

Declara ad propoſitum loci delicti, de quo ſupra, quod ſi quis exiſtens † in vno 25
territorio emittat ſagittam, vel exoneret archibuſium, cum quo interficiat aliquem exiſtentem in alio territorio, poterit in vtroque territorio, habita tamen ratione præuentionis, per vtriuſque territorij iudices puniri, prout ita communiter Doct. tenere affirmat Abb. *in d. c. licet, num. 25. de for. competen.* & illam etiam communem appellat additio ad Felyn. *in eod. capit. licet, numer. 14. liter. b,* vbi illum cum Bart. *in l. libellorum, ff. de accuſ.* communiter reprobari aſſerit, dum ipſi tenebant, quod imo à ſolo iudice finis delicti erat delinquens puniendus, eo quia cognitione naturæ delicti conſideratur perſona patiens non agens, *per l. eum qui, §. penul. ff. de iniur.* & illam etiam communem fatetur Clar. *d. q. 38. verſ. item pone, quod aliquis,* vbi idem eſſe demõſtrat de eo, qui commiſit delictum in confinibus duorum territoriorum, ita quod neſcitur, ſuper quo territorio poſſit dici commiſſum delictum, in quo pariter vterque iudex poterit procedere, & erit locus præuentionis, prout hanc eſſe communem opinionem ibi fatetur, licet quicquid ſit de iure reſoluit, quod vſus & conſuetudo obtinuit, quod nulla habita ratione præuentionis vterq; iudex procedit, & punit in ſuo territorio, & quod ita communiter ſeruatur ex Iac. Beluiſ. Socin. & Boſ. de quibus ibi per eum.

Sexto

Digitized by Google

26 Sexto amplia, vt etiam menſuratio † fa-
cienda ſit iuxta locum contractus, non au-
tem in loco, vbi res vendita ſita eſt, Bartol.
in l. ſemper in ſtipulationibus, vbi Dec. & Ca-
gnol. qui *ſub num. 50.* hanc dicit commu-
nem opinionem, *ff. de reg. iur.* quicquid di-
xerint alii, de quibus ibi per eum, Brun. *in
tract. de aug. mon. concluſ. fin. verſic. etſi ſit*,
Afflict. *deciſ. 363 num. 5.* Socin. *conſil. 247.
col. 4.* Pariſ. *conſil. 64. num. 71. vol. 1.* quos re-
ferendo, ſequitur Gabr. *d. concluſ. 2. num. 21.
de conſuetud.* & licet non defuerint alii, qui
contrarium tenuerunt, ita vt Alciat. *in con-
ſil. 697. in princ.* atteſtetur hanc contrariam
opinionem eſſe communem, & Oſaſc. *in
deciſ. Pedemont. 114. in fin.* affirmet, ſecun-
dum iſtam fuiſſe tunc iudicatum, tamen
ſupra firmatam eſſe magis communem,
& ſequendam reſpondit Roland. à Valle
conſil. 100. num. 7. lib 3. cum ibi per eum, vbi
eam rationibus, & auctoritatibus etiam
tuetur, & illam veriorem tenendam, &
practicandam, & ita obſeruatam fuiſſe in
caſu occurrenti affirmat Hieronym. Cæ-
uallos *in ſuo perutili, & ingenioſo ſpeculo opi-
nion. commun. contra commun. quæſt. on. 733.
num. 9.*

27 Septimo amplia, vt idem ſit quoad † vl-
timas voluntates, in quib. ad inſtar contra-
ctuum attenditur ſtatutum loci, in quo
conficiuntur, cum de vno ad aliud vali-
28 dum † ſit argumentum, vt per Dd. *in l. ſer-
uum filii, §. eum qui chirographum, ff. de legat. 1.
cum ſimilib.* & hoc approbauit Ioan. Andr.
*ad Speculat. de inſtrumen. edit. §. compendioſe,
col. 7. verſic. quid ſi de conſuetudine, in verb. op-
ponunt.* Afflict. *deciſ. 226. nu. 3.* vbi ideo dixit,
29 quod facultas, † teſtandi alicui data intelli-
gitur ſecundum conſuetudinem loci, vbi
fit teſtamentum, idem voluit Bald. *in l. fin.
C. de fideicommiſſ.* Bart. *in d. l. cunctos populos,
in 7. quæſt. princ. ſub num. 36 & 37.* qui etiam
loquitur quoad bona teſtantis extra terri-
torium ſtatuti ſita, prout etiã hoc *ibid.* vo-
luit Signor. *nu. 5. & 6.* & Bald. *nu. 17.* Iaſ. *in 1.
lect. col. 9. verſic. tertia quæſtio principalis, &
col. fin.* qui hanc communem ſententiam
eſſe affirmat, licet ipſe de ea dubitare vi-
deatur, illam quoque communem teſtatur
Signor. *conſil. 166. per tot.* maxime *col. 1. ver-
ſic. ſed prædictis*, & hanc communiorem di-
cit Alexand. *conſil. 128. conſideratis, col. 2. ver-
ſic. licet aliud eſſet, lib. 1. & in d. conſ. 44. videtur
prima facie, col. fin. verſic. poſtremo non obſtat,
lib. 5.* vbi pariter de communi fidem facit,
prout illam etiã communem appellat, So-
cin. iun. *in conſil. 95. præſens conſultatio, col. 1.
n. 4. lib. 2* & hanc quoq; cõmunẽ dixit Port.
concluſ. 29. verſ. tenendo primam, lib. 5. cum ibi
late per eum, & nos etiam de hoc *in concluſ.
quod ſtatuta non ligant forenſes.*

Primo intellige concluſionem, vt pro-
cedat quoad † ſolemnitatem in contractu 30
adhibendam, quia in ea locus contractus
inſpicitur, ſecus in ſubſtantia, & in onere,
& in aliis de quibus *infra*, ita omnes Dd. ad-
ducti in principio concluſionis, & in hoc
non eſt, qui diſcrepat, vt eſt videre per ſcri-
bentes *in d. l. cunctos populos, C. de ſumma
Trinit. & in d. l. de quibus, ff. de legibus, cum ſi-
milibus.*

Primo amplia intelligentiam, quod ſi
non fuerit ſeruatum † ſtatutum loci con- 31
tractus, quoad ſolemnitatem contractus
nedum in illo loco, ſed nec etiam alibi o-
perabitur, & valebit, ita Sanctus Seue-
rin. *in d. l. cunctos populos, num. 87. verſic. infe-
ras quod ſi ſtatutum*, vbi Iaſ. *in fin. 2. lect.* hanc
opinionem communem teſtatur, ibique
cæteri ſcribentes ſequuntur, prout illam
communẽ quoq; affirmat Decian. *reſp. 71.
n. 16. lib. 2.* quo in loco ideo tenuit, quod ſi a-
ctus, & contractus non erit factus ſecun-
dum diſpoſita in illo loco de ſimilibus con-
tractibus, nõ operabitur etiam quoad bo-
na in alieno territorio ſita, ſicut ſi erit legi-

Digitized by Google

time factus ſecundum ordinationes loci, valebit etiam quoad alia in alia iuriſdictione poſita, idem voluit Port. *in d. reg. 31. verſic. contractus factus*, vbi dixit hoc eſſe verũ, etiamſi in loco bonorũ maior ſolemnitas requireretur, & hoc idem ſenſit Signor. *d. conſil. 166. quæſtio diſputanda, col. 1. & 2.* vbi pariter de communi affirmat, & hanc veriorem opinionem dixit Lamberteng. *in ſuo tract. de contract. gloſſ. 2. in verb mulierum, num. 33.* ibique ad contraria reſpondet.

Secundo amplia intelligentiam, vt etiam in hoc ſtatuto comprehendantur fo-
32 renſes, † qui & ipſi tenentur ſolemnitatem in contractu obſeruare illius ſtatuti, in cuius loco contrahunt, ita Bart. *in d. l. cunctos populos, num 14.* vbi cæteri ſcribentes, & notatur *in l. 2. ff. quemadmod. teſtam. aper.* Alexand. *conſil. 100. num. 15. vol. 3.* Butr. & cæteri *in d. cap. 1. de ſponſ.* Cephal. *conſil. 32. num. 16. vol. 1.* & hanc claram, & indubitatam Dd. ſententiam teſtatur Roland. à Valle *conſil. 33. num. 6. lib. 3.* & illam ſequitur Menoch. *conſil. 80. num. 8.* Nat. *conſil. 643. num. 4. lib. 4.* Alberic. *in d. l. cunctos populos, col. 7. verſic. in gloſſa quod ſi*, & ibi Caſtrenſ. *num. 11.* Iaſ. *in 1. lect. colum 4. verſic. capio gloſſ. in, & in 2. lect. colum. 11. verſic. circa primum*, vbi dicit, ita omnes Dd. tenere, & in eodem loco Purpur. *num. 98.* hanc pariter communem affirmat, prout illam etiam veriorem fatetur Aretin. *conſil. 54. col. 5.*

Subamplia, quod etiam quoad forenſes
33 ſi † actus non fuerit factus ſecundum ſolemnitatem loci ſtatuti contractus, nec etiam valebit in patria illius, aut alibi, vt ſupra dicebamus, ſicut econtra valebit & alibi, ſi in loco contractus rite factus erit iuxta ſuperius allegata, ne bis eadem repetamus in ſecunda ampliatione, & etiam in alia concluſione, *quod ſtatutum ligat forenſes*, in prima ampliatione ad tertiam intelligentiam primæ ampliationis, vbi de communi, & magis communi teſtati fuimus.

Primo limita ſecundam ampliationem,
quod licet forenſis † contrahens teneatur 34
ſeruare ſolemnitates loci contractus, tamen non per hoc poterit ex eo ibi conueniri, ſi nõ contraxiſſet in tranſitu, & vt viator in illo loco, & tanquã aduena, ita Bart. *in conſil. 52. num. 1. lib. 2* per text. *in l. heres abſens, & §. proinde idem*, vbi Bart. ipſe & communiter Dd. *ff. de re iudic.* & *ibidem* declaratur per eundem Bart. & alios, quando quis dicatur, vel præſumatur eſſe in aliquo loco in tranſitu, & tanquam aduena, de quo nos etiam *in concluſ. quod ſtatuta non ligant forenſes*.

Secundo limita, quod licet etiam quoad forenſes ſit ſeruandum ſtatutum loci
contractus, tamen † ſi forenſis ob non ſer- 35
uatam formam ſtatuti graue damnum pateretur, & illud ſtatutũ probabiliter ignorauit, poterit petere reſtitutionem aduerſus damnum, quod incurrit ex clauſula generali, *ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur*, ita Alexand. *conſil 37 num. 23 lib 2.* Aretin. *conſil 11. col. 2. verſic. ſed tamen his non obſtantibus*, Roch. de Curte *de ſtatut. d. quæſt 12. ſect 9. in princ.* de mente Innocent. *in rubr. de conſuet. col. 1. verſ ſed quid extraneus*, & ibi Anton. de Butr. *circa princ.* & Imol. *col 1.* idem Butr. *in cap. 2. num. 22. de conſtit.* vbi exemplificat de probabili ignorantia, vtputa ſi non facit moram in loco, vel non eſt conuicinus ibi conuerſans, & talis conſuetudo eſt peregrina in loco, quia non conſueuit in locis circumuicinis obſeruari, idem voluit Cardin. *in d c. licet, 14. quæſt. de conſuet.* iſta tamen
reſtitutio in integrum † erit petenda in lo- 36
co contractus, non autem in loco iudicii, vel deſtinatæ ſolutionis, Socin. *in cap. dilecti filii, col. fin de foro compet.* Gabriel. *d. concluſ. 2. num. 7. de conſuetud.* in hoc tamen diſtingue, vt per Bart. *in d. l. cunctos populos, num. 28.*

Digitized by Google

num.28. vbi Sanct. Seuerin. *num.132.* & Bald. *num. 94* & nos *in d. concluſ. quod ſtatuta non ligant forenſes*, & etiam *infra.*

Tertio limita, niſi forenſis feciſſet actum, licet intra territorium ſtatuti, in lo-
37 co † tamen in dicto territorio exempto, vtputa in aliquo monaſterio, quia tunc etiamſi non fuerint ſeruatę ſolemnitates ordinatę à ſtatuto, tamen valebit actus, prout conſuluit Natta *conſil. 643. lib. 4. per totum*, qui dicit id fuiſſe etiam de mente Angel. *conſil. 233. incip. eſt quadam Domina Margarita, col. 2.* Iaſ. *in d. l. fin. col. 1. ff. de iuriſdict. omnium iudic.* Felyn. *in cap. graue, col. 3. de offic. ordin.* ea ratione, quia ad hoc, vt quis per viam ſtatuti liget aliquem, requiruntur duo, quod ſcilicet ſtatuens habeat iuriſdictionem in loco, vbi dirigitur virtus ſtatuti, & quod perſona ſit ſibi ſubiecta ſaltem ratione cauſæ, propter quam vult illum ligare, ita Domin. *in cap. vt animarum, col. 4. verſic. quæro, pone quod ſtante, de conſtit. lib. 6.*
38 Sed ſtatuentes † non dicuntur habere iuriſdictionem in loco exempto etiam intra territorium, quia paria ſunt ſimpliciter locum extra territorium eſſe, vel intra fines, & eſſe exemptum, *l. relegatorum, §. ſi quis autem ff. de interd. & releg. cap. 1. de priuileg. lib. 6.* igitur non eſt mirum, ſi non ligant contrahentem in monaſterio, vel loco exempto, ſicut non eſt mirum, quod non liget aliquem extra territorium propter defectum iuriſdictionis, & facit, quod dicit Calderin. *in conſil. 13 incip. contra Canonicum Eccleſiæ. de iudic. & foro compet.* vbi voluit, quod Epiſcopus non poteſt punire Canonicum non ſuum in loco exempto, licet intra ſuam diœceſim delinquentem, quia iſta æquiparantur, videlicet *exiſtens in loco exempto, & exiſtens extra diœceſim.*

Sublimita, vt procedant prædicta in per-
39 ſona † non ſubdita ſtatuentibus, ſecus in ſubdita, ita Federic. de Senis *conſil. 2. per tot.* Domin. *in d. cap. vt animarum, col. 4. verſic. quæro pone, quod ſtante, de conſtit. in 6.* qui dicit hanc opinionem veriorem, Ancharan. *in cap. poſtulaſti, 4. quæſt. de foro compet.* Sed de hoc dic, *vt in concluſione, quod ſtatuta non ligant forenſes.*

Tertio amplia primam intelligentiam, vt idem ſit quoad † clericos, & Eccleſia- 40
ſticas perſonas, nam & ipſi contrahentes cum laicis debent ſeruare ſolemnitates ſtatuti ad validitatem actus introductas, alias vitiabitur actus, Salycet. *in authent. caſſa, in penult. quæſt. verſic. quæro modo de ſtatuto, num. 15. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* vbi nominatim loquens de ſtatuto, requirente pro alienante conſenſum proximorum, dixit, quod huiuſmodi ſolemnitas debet obſeruari, etiamſi fiat contractus cum clerico, quia alienans eſt ſuppoſitus iuriſdictioni ſtatuentium, ergo ſibi prouidere potuerunt, & cum ſuo ſtatuto ligare, & etiam quia ex iſto ſtatuto nullum ius deperit clerico, & dignitas recipiens non tollit legem prouidentem danti propter imbecillitatem conſilii, tam in vltima voluntate, quam inter viuos, vt *in l. generali, C. eodem tit. de ſacroſan. Eccleſ. & in l. ex imperfecto, C. de teſtam. & in l. penult. C. de donat.* & idem quoque voluit in Eccleſia, expreſſe Cardinal. *in cap. perpendimus, in 9 quæſt. de ſentent. excommunic.* motus ea ratione, quia Eccleſia in hoc nullo iure ſpeciali reperitur priuilegiata, ſed fungitur iure communi cum aliis, vt etiam dixit Barbat. *conſil. 65. col. 7. verſic. præterea accedat, vol. 4.* idem tenuit Roman. *conſil. 166 incip. viſa diligenter, in 1. dub.* vbi hanc appellat veritatem ipſam, eo quia poteſt ciuitas ſtatuere certam formam obſeruandam in actu per ſuum ſubditum, celebrando etiam cum Eccleſia, ad idem Nat. *conſil. 280. num. 4.* Alexand. *conſil. 93 num. 4. lib. 2.* per ea, quæ voluit Feder. de Senis *in conſil. 85. incip. ſtatuto ciuitatis Perugſina.*

Digitized by Google

ſina cautur, vbi quęrit, quid ſi ſtatuto cautum eſt, quod nullus Comes, Marchio, vel natus de prole militari ex prole maſculina audeat, vel præſumat per ſe, vel per alium recipere, vel in ſe transferre aliquam actionem perſonalem, vel realem ceſſionem quocunque titulo inter viuos contra aliquem popularem, & ſi contra fecerit, talis ceſſio non valeat, nec teneat, nec ex ea poſſit aliquid peti, & contingat, quod ſyndicus cuiuſdam monaſterii conſtitutus ad actum infra ſcriptum pro ſupplemento legitimæ cuiuſdam monialis dicti monaſterii dedit, ceſſit, mandauit cuidam Peruſino nato ex militari prole, & linea paterna, omnes, & ſingulas actiones eidem monaſterio ex perſona dictæ monialis cōtra heredes patris monialis prędictę, & contra omnes, & ſingulos detentores bonorum patris, & contra omnes, qui in aliquo fuiſſent obligati dicto patri, & poſtea ceſſionarius prædictus vigore dictæ ceſſionis agit cōtra popularem Peruſinum debitorem patris olim dictę monialis petēs executioni mandari dictum inſtrumentum pro rata contingente dictum monaſterium ex perſona dictæ monialis, debitor vero conuentus opponit, quod ceſſio facta per ſyndicum non valuit, quia eſt contra formam dicti ſtatuti laicorum, & concludit Federic. *in d. conſil.* poſt multa, quod dicta ceſſio non valuit contra dictum popularem, nec obſtat ſecundum eum, ſi inter alia dicatur, quod per ſtatutum tale reſtringitur facultas, & libertas Eccleſiaſtica, quæ habet, vt poſſit contrahere cum quolibet, & per conſequens non debet valere, iuxta id, quod habetur *in cap. nouerint, de ſentent. excommun. & in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit. & in cap fin. de reb. Eccleſ. non alienan. & in authen. caſſa, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* quia reſpondet, quod imo valet, nec eſt contra libertatem Eccleſiæ, nam licet Eccleſia poſſit contrahere cum quocunque, debet intelligi quocunq; non prohibito lege cōmuni, vel particulari, allegans ad hoc text. *in l. ſi quando, in princ. C. de inoffic. teſtam.* vnde ſubiungit, nunquid Eccleſia licite poterit contrahere cum excommunicato, vel cum prodigo, cui bonis eſt interdictum, vel cum minore ſine ſolemnitate, vel nunquid poteſt etiam facere, quod iura, & leges non habeāt locum in contractibus, abſit error iſte ſecundū eum, cum igitur huiuſmodi ſtatutū inquit à ſui origine proceſſerit propter bonum publicum, & vt tolleret oppreſſiones, quas patiebantur populares a magnatibus, & ſic cum iſti magnates facti ſint inhabiles ad tales ceſſiones recipiendas, non poteſt Eccleſia dicere, quod hoc ſit factum in ſui iniuriam, tum quia ſtatuentes non habuerunt reſpectum ad perſonam cedentem, vel ius ceſſum, ſed ad perſonam recipientem eiſdem ſubditam, tum etiam quia prohibitio iſta non eſt generalis perſonarum omnium, ſed certarum ſolum, & ſic non vertitur in præiudicium Eccleſiæ, poterit enim cum alia perſona, quæ eſt bona, & non prohibita contrahere, & etiamſi aliquale, vel modicum præiudicium poſſet conſiderari reſpectu Eccleſiæ, tamen non debet obſtare, quia principalis intentio ſtatuti non fuit circa hoc, ſed circa odium magnatum, & fauorem popularem, vt ibi per eum, qui reſpondet ad quædam alia, quæ adduci poſſunt in contrarium, idem voluit Barbat. *conſil. 14. col. 4. num. 17. verſic. & adduco, vol. 2.* vbi dicit, talia ſtatuta valere, quia quilibet poteſt de rebus ſuis diſponere, prout vult, & quilibet habens iuriſdictionem poteſt facere ſtatuta licita in rebus ſuis, *l. fin. C. de pact. inter empt. & vendit. l. fin. C de rebus alien. non alienan. l. ſi ita quis, §. ea, ff. de verbor. obligat.* vbi Dd. & idem Bart. idem replicauit *in d. conſil. 65. col. 11. verſic. præterea accedit, quod refert, lib. 4.*

Dec.

Digitized by Google

Dec. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, col. penult. de conſtitut. ibi. Secundus caſus eſt, quando abſolute in ſtatuto alienari non prohibetur, ſed ſub certo modo,& forma,& iſto caſu valet ſtatutum etiam reſpectu Eccleſiarum, & clericorum, quia licet fauendum ſit Eccleſiis, tamen iuriſdictio laicorum non debet turbari, & minui, cap. nouit, de iudic. hanc eandem ſententiam confirmauit Anton. de Butr. in d.c.1. de ſponſ. & Abb. in repetit. d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, ad fin. num. 43. & 44. & in cap quod clericis, col. fin. verſic. ego vero, de foro compet. vbi voluerunt, quod ſi ſtatutum concernit actus ſolemnitatem adhibendam tempore contractus, tunc ſiue ſtatutum ſit clerici, ſiue laici, non valebit contractus, niſi illa ſolemnitas fuerit obſeruata, quia nō potuit ſubditus contrahere etiam cum non ſubdito ſpreta lege ſui ſuperioris, imo peccaret, cap. 2. de maior. & obedient. & facit text. in l. nemo poteſt, ff. de legat. 1. & cap. requiſiſti, de teſtament. & nulla contracta fuit obligatio, cum lex ſibi reſiſtit, & inhabilitat conſenſum ſuum, vt in l. cum lex, ff. de fideiuſſor. & notatur in cap. cum contingat, de iureiuran. idem voluit Aretin. in d. cap. quod clericis, col fin. vbi etiam Barbat. colum. 2. Felyn. in d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, in 8 quæſt. num. 81. verſic. quartus caſus eſt, Rochus de Curte in cap. fin. in 11. quæſt princip. 4. limitat. de conſuetud. Signorol. conſil. 21. ſtatuto ciuitatis Mediolani, per totum, maxime colum. 6. verſic. eſt enim vna limitatio, Alberic. ſuper ſtatut. part. 2. quæſt. 2. incipien. ex prædictis oritur, in fin. Bald. in d. cap. Eccleſia ſancta Maria, colum. fin verſic ſed nunquid eſt contra eos, & hanc opinionem tanquam veriorem, tam in conſulendo, quam in iudicando ſeruarem, non obſtantibus in contrarium ſentientibus, tum ex auctoritatibus ſupradictis, tum ex infra ſcriptis rationibus.

Et primo, quia, vt iam diximus, ſtatutum poteſt ſtatuere certam formam obſeruandam in actu per ſuum ſubditum celebrando, illumq; inhabilem reddere ad aliter celebrandum, & contrahendum, Roman. d. conſil. 166. in primo dubio, & in repetit. authent. ſimiliter, 16. ſpeciali, quia cauſa inter contractus, C. ad legem Falcid. Alexand. conſil. 93. num. 4. lib. 2. Barbat. d. conſil. 65. col. 7. verſic. præterea accedat, vol. 4. & ſtatuta certa illa forma omitti non poteſt per ſubditum, & ſine illa contrahere etiam cum Eccleſia, quæ in hoc vtitur ſolum iure communi, cum aliis, vt per Abb. Anton. de Butr. Cardin. Felyn. & Barbat. in locis ſupra citatis, vnde ſequitur, quod ſi ſubditus dicta ſolemnitate, & forma omiſſa contraheret, vtique nullus eſſet contractus, tanquam omiſſa forma factus, & contra legem reſiſtentem, d. l. cum lex, C. de fideiuſſor. & notatur in c. ſi diligēti, de foro compet. & in d. c. cum contingat, ideo vt ſit validus, debebit dicta forma, & ſolemnitas obſeruari per Eccleſiam, & per quemcunq; cum dicto ſubdito contrahentem, cum alias data nullitate actus ex parte ſubditi laicorum etiā ex parte Eccleſiæ, & cuiuſcunq; cum eo contrahentis neceſſario reſultabit, quia contractus non poteſt eſſe ex vna parte validus, & ex alia inualidus, & ex vna ſubſiſtere, & ex alia non, quia debet eſſe vltro citroque obligatorius, l. Labeo. ff. de verb ſign. cap. admonet, & c quid in dubiis, de renunt.

Secundo moueor, quia ſi priuatus poteſt cōditionem apponere circa rem ſuam, & tradere formam, qua non ſeruata contractus, qui tenuit, reſcindi poteſt, etiamſi ageretur cum Eccleſia, c. verum, de cond. appoſ. c. cum dilecti, de donat. in clem. 1. decens, facit text. in l ſi quis ita, C. de pact. inter empt. & vendit. multo fortius hoc poterit ſtatutum,
quia † potentior eſt prouiſio ſtatuti, quam 41
ſit prouiſio pacti priuatorum, gloſſ. eſt in rubric. C. de decret. Decurion. lib. 10. & in cap.

penult. de conſuet. lib. 6. Bald. *in l. nec ex prætorio. ff. de reg. iur.*

Tertio facit, quia ſi clericus vult contrahendo ſibi laicum obligare, neceſſe eſt, quod obſeruentur ea, ſine quibus lex, & ſuperior ipſius laici prohibuit illum ſe obligare poſſe, alias, vt dicebamus, nulla contrahetur obligatio ob dictam reſiſtentiam legis, & ordinis ſuperioris laici, ita Abb. *in d. cap. Eccleſia ſancta Maria, num. 44. & in d. cap. quod clericis, col. fin.* Barbat. *d. conſil. 65. col penult.* Dec. *in d. c. Eccleſia ſancta Maria, nu. 260. col penult.*

Quarto moueor, quia ſicuti Eccleſia, & clerici non recuſant non contrahere cum prodigo, cui eſt interdictum bonis, vel cum minore cum debitis ſolemnitatibus à lege communi laicali ordinatis, non eſt, vnde poſſit recuſare, contrahere cum aliis laicis, ſecundũ alias ſolẽnitates à lege, ſiue ſtatuto pariter laicali de ſuis ſubditis ordinatas, tum quia in vtroque caſu æque militat conſideratio poteſtatis legiſlatoris, & ſtatuentis laicalis, tum quia, quod poteſt generalis lex generaliter quoad omnes, poteſt particularis lex, & municipalis quoad ſingulos in loco municipii, Federic. de Senis *d. conſil. 85. num. 1.* allegans textum *in l. ſemper, §. legem, ff. de iur. immunitat.* cum aliis ibi per eum, & facit etiam,
42 quia ſtatutum † dicitur pars iuris ciuilis iuxta notata *in l. ius ciuile, & in l. omnes populi, ff. de iuſtitia, & iur.* Ancharan. *conſil. 303.*
43 *num. 3.* & quantum † operatur genus quoad genus, tantum operatur ſpecies quoad ſpeciem, *l. ſi duo, ff. de adminiſt. tutor. l. omnes, C. de præſcript. triginta annorum*, Bart. & omnes *in l. ſed & ſi, § quæſitum, ff. ſi quis caution.* vnde Roman. *conſil. 39. num. 1. verſic. ter-*
44 *tio*, dixit, quod ſicut † Papalis, aut Imperialis lex ſuos ſubditos ligat, & aſtringit vbique, & *in l. 2. C. de commerc. & mercat. & l. 2. C. de vectigal. l. leges ſacratiſſima, C. de legibus, c. fin. de conſtit.* ſic & ſtatutum ſtatuentis ſubditos.

Quinto, quia vt plurimum ſolemnitates † fuerunt introductæ à ſtatutis ad eui- 45
tandum dolum, & fraudes, quæ ſine illis facile poſſent interuenire, iuxta notata *in l. hac conſultiſſima. C. qui teſtamen. facere poſſ.* &
ſicut Eccleſia † eſt auctrix, & cultrix hone- 46
ſtatis, & iuſtitiæ, vt notatur *in cap. 1. §. vnde poteſt, de alienat. feud. col. 10 & in cap. 1. verſic. & ſi clientulus, de concesſ. feud.* & vbique clamat fraudibus præcipue in Eccleſiaſticis eſſe obuiandum, & quod Eccleſia in actibus ſuis non debet fraudem aliquam adhibere, *cap. per veſtras, de donat. & c. immolans, 14. quæſt. 5 c. clerici. c. miniſtri. cum plur. ſeq. 14. quæſt. 4.* ita non debet recuſare ea, per quæ fraudes euitantur, & boni mores, & iuſtitia in populis conſeruantur, ne ea recuſando videatur econtra fraudibus, & malitiis viam aperire, & in auaritiam, & triſte lucrum inhiare contra diſpoſita *in can. conſtituit, 20. quæſt. 3. & in cap. ex parte, de cenſibus.*

Sexto, quia ſolemnitas actus † tota per- 47
tinet ad iuriſdictionem eius, in cuius territorio actus geretur, Anch. *in repet. c. 1. de cõſtit. q. 12. in princ. verſic. quid dices de obligatione perſonali*, igitur huiuſmodi ſolemnitati à laicis ſuperioribus in eorum iuriſdictionibus introductæ debet Eccleſia, & Eccleſiaſtica perſona acquieſcere, ne aliter videretur, vt ſæpe diximus, iuriſdictiones laicorum ſubuertere, perturbare, & minuere velle contra *d. c. nouit, de iudic.*

Septimo, quia ſicuti forenſes tenentur ſeruare ſolemnitates à ſtatutis introductas in contractibus, & tamen non ſubſunt ſtatuentibus, & quoad ipſos carent ſtatuentes iuriſdictione, vt ſupra etiam diximus, & latius *in concluſione, quod ſtatuta non ligant forenſes*, item idem erit quoad clericos, licet in eos nullam ſtatutum habeat poteſta-

tem,

Digitized by Google

tem, & auctoritatem ſtatuendi, cum in vtroq; caſu militet æque defectus auctoritatis, & iuriſdictionis in ſtatuentibus quoad forenſes ſcilicet, & clericos, & licet aliquando clerici dicantur, quod ſunt magis non ſubditi, quam alii non ſubditi laicorum, vt Signorol. *d. conſil. 21. col. 2* & quod non ſunt ſimiles omnino forenſibus, & quod æquiparatio, quæ fit de clericis ad forenſes, non eſt bona, vt per Felyn. *in d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, nu. 81. col. 40. verſic. quod verbum nota tamen*, vtrumque dictum non obſtat contra caſum noſtrum, qui ſolum vertitur circa exemptionem, quam habent, & clerici, & forenſes à iuriſdictione ſtatuentium laicorum, & alterius territorii, in quo æquiparatio nõ errat, & ſi in aliquo clerici dicuntur magis non ſubditi laicorum, quam alii non ſubditi, iſtud procedit, quia ipſi clerici nõ ſolum non ſunt ſubditi, ſed nec etiam volentes ſe ſubditos facere poſſunt, & in hoc procedant dicta per Signorol. & Felyn. *vbi ſupra*, prout idem Signorol. ſeipſum declarat *ibid* & Felyn. *in eodem loco*, ſaluans eius dicta in hoc, quod clerici reputantur diſſimiles à forenſibus non ratione exemptionis à iuriſdictione, ſed etiam, quia clerici, quamuis clerici dicuntur minus quam forenſes, quia licet non ſupportent onera populi, ſubeunt tamen onera ſpiritualia, & ſic non ſunt ſimiles omnino forenſibus in hoc, quia forenſibus laici nullum habeant ſubſidium.

Octauo me mouet, quia ſicut in bonis Eccleſiaſticis multæ fuerunt adinuentæ, & requiruntur ſolemnitates ad eorum alienationem, ob fraudes, & læſionem Eccleſiarum euitandas, & illas laici obſeruant, ita non debet conqueri Eccleſia, ſi ſtatuta ſuorum ſubditorum indemnitati conſulentia quaſdam ſolemnitates in eorũ contractibus ad euitandas fraudes, læſiones, & dolum obſeruari pariter mandauerunt, ita Dec. *in d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, col. fin. num. 275.* & facit tit. *quod quiſque iuris in alium ſtatuerit ipſe eodem iure vtatur*, in honeſtis, & rationabilibus præcipue, prout de caſu noſtro.

Nec poteſt dici huiuſmodi ſtatutum contra immunitatem, aut libertatem Eccleſiaſticam ſub eo prætextu, quod per viam indirectam videtur prohibere Eccleſiam, & Eccleſiaſticos ab acquirendo, & ab eis, quæ ſibi competunt de iure communi, prout eſt contrahere cum quocunque, vt dicebamus, & quod per conſequens non valeat, iuxta *cap. fin. de immunit. Eccleſ. lib. 6. cum ſimilib.* quia vltra ſuperius allegata reſpondetur, quod aliud eſt prohibere rem ſuam ab aliquo acquiri, niſi certo modo, & certa ſolemnitate ſeruata, & aliud eſt priuare aliquem ab acquiſitis, aut ab acquirendo ſimpliciter, & indiſtincte, nam in iſtis duobus vltimis modis quoad acquiſita ſcilicet, & quoad ſimplicem, & generalem prohibitionem ab acquirendo læderetur quidem libertas, & immunitas Eccleſiaſtica, iuxta determinata *in d. cap. fin.* ibi, *quidquam vendant, aut emant aliquid ab eiſdem*, & diceretur ſtatutum tanquam in derogationem Eccleſiaſticæ libertatis non valere, ſed in primo modo nequaquam diceretur lædi, aut minui libertas, & immunitas Eccleſiaſtica, tum quia in contrahendo Eccleſia, vt diximus, non fungitur aliquo iure ſpeciali, ſed ſolum vtitur eo iure, quo cæteri omnes communiter vtuntur *iuribus ſupra allegatis* tum etiam, quia quando eidem permittitur à iure poſſe cum quocunque contrahere, debet intelligi, vt dicebamus, cum quocunque non prohibito lege generali, vel particulari, prout diximus de prodigo, & de minore, cum quibus etiam Eccleſia ſeruat ſolemnitates, *iuribus pariter ſupra allegatis*, tum etiam tertio, quia huiuſmodi ſo-

Digitized by Google

lemnitates non fuerunt introductæ ad lædendum Eccleſiam, & Eccleſiaſticos, & in odium ipſorum, prout ſic intelligunt dictum cap. fin. *de imunit. Eccleſ. lib. 6.* Cardin. *in d. cap. perpendimus, & conſil. 144. verſic. nec obſtat dictum, cap. fin.* Felyn. *in d. cap. Eccleſia ſancta Mariæ, num. 90.* & Bald. *conſil. 11. num. 4. in fin. inter conſil. Anchar.* & Signorol. *d. conſil. 21. num. 25. verſic. primo caſu,* Barbat. *d. conſil. 14. num. 17.* ſed fuerunt introductæ, vt per eas ſtatutum prouideret ſuis ſubditis, iuxta conſiderata per Salycet. *in d. authent. caſſa, num. 15.* per Barbat. *d. conſil. 65. vol. 9. verſic. & reddit rationem,* & licet etiam ex hoc aliquale incommodum ſentiret Eccleſia, & Eccleſiaſtici, tamen non debet haberi in conſideratione, quia hoc non fuit principale in intentione ſtatuentium, vt eſt per accidens, de quo igitur non debet fieri caſus per ea, quæ in terminis voluit Signorol. *d. conſil. 21. num. 13* & Bald. *d. conſil. 11.* & notatur *in l. 1. in princ. ff. de auctor. tutor. & in l. ſi quis, ff. ſi certum petatur,* & nos in prima illatione ad concluſionem, *quod ſtatuta laicorum non comprehendunt clericos,* & etiam quia quãdo ſtatutum laicorum habet rationabilem cauſam, licet agatur in conſequentiam de aliquali, non tamen graui præiudicio clericorum, & Eccleſiæ, non tamen reprobatur Alexand. *d. conſil. 93. num. 4.* & Dec. *in d. cap. Eccleſia ſancta Mariæ, num. 251.* vltra quod vere nullum præiudicium aut incommodum Eccleſiaſtici ex prædicti ſtatuti diſpoſitione, & prohibitione ſentiunt, quia prohibitio, vt dicebamus, non eſt generalis, quoad omnes, ſed ſolum certarum perſonarum, & poterit cum aliis perſonis non prohibitis æque contrahere, & etiam cum prohibitis, ſeruatis tamen ſolemnitatibus ſtatuti, vt conſiderauit Feder. de Senis *d. conſil. 65.* & Alexand. *d. conſil. 93. num. 4.* & ſi ipſa Eccleſia, & Eccleſiaſtici omiſſis aliis curant, & volunt contrahere cum perſonis prohibitis, ipſis eſt imputãdum quoad prædictas ſolẽnitates, nec eſt tali caſu, ſicut dicitur de viduis, tantum faciendũ Eccleſiæ, & Eccleſiaſticis, quod aliis fiat iniuria, *cap. ex tenore, de foro compet.* Barbat. *d. conſil. 65. num. 22. & d. conſil. 14. num. 19.*

Nec etiam reſpectus defectus poteſtatis, qui ab aliquibus conſideratur in ſupra dicto ſtatuto erga clericos fundatus, *in d. cap. Eccleſia ſancta Mariæ, de conſtitut.* obſtare poteſt, quia ille textus, & ſimiles alii loquuntur ſolum, quando expreſſe, & auctoritatiue ſtatuendo laici diſponerent de Eccleſiis, vt *in eodem cap. Eccleſia ſancta Mariæ,* ibi, *non auctoritas imperandi,* prout ſic reſpondit Cardinal. *in d. cap. perpendimus, de ſentent. excommunic.* & Barbat. *d. conſil. 14. num. 17.* quæ non militant in ſupra dicto caſu, vnde retinendo ſupra firmatam opinionem tanquam veritate plenam, vt aliquo modo tamen contrarium ſentientes quietare poſſis, erit diſtinguendum, quod aut ſtatutum de Eccleſia, vel de Eccleſiaſticis perſonis facit mentionem, ſtatuendo aliquid, aut non facit, primo caſu eo ipſo erit contra libertatem Eccleſiæ, eo quod laici ſtatuerunt de non pertinentibus ad eos, *d. cap. Eccleſia ſancta Mariæ, & d. cap. fin de rebus Eccleſ. non alienand.* Si vero ſtatuta laicorum nullam facerent mentionem de clericis, & Eccleſiaſticis, & tunc aut ſtatutum non ſimpliciter prohibet contractum, ſed certam formam requirit, & ſolemnitatem, aut ſimpliciter prohibet, primo caſu, aut forma eſt obſeruabilis ſine magna difficultate, aut eſt obſeruabilis cum magna difficultate, ſi ſine magna difficultate, aut forma adiicitur actui, qui de ſui natura eſt de foro Eccleſiaſtico, vt ſuper legatis factis ad pias cauſas, aut adiicitur alteri contractui, primo caſu non tenet tanquam ſuper non pertinentibus ad iuriſdictio-

riſdictionem ſtatuentis, cum talium regulatio ad Eccleſiaſticum iudicem pertineat, vt *in c. nos quidem, c. tua, c. ſi heredes, c. cum Iohannes, de teſtam. cum ſimilibus.* Si autem adiicitur actui, qui de ſui natura eſt de foro iudicis ſecularis, vt generaliter ſunt omnes contractus, & diſpoſitiones laicorum, & tunc per hoc non violatur libertas Eccleſiaſtica in aliquo, quamuis enim, vt dicebamus, ſit fauendum Eccleſiæ, & Eccleſiaſticis perſonis, *tot. tit. de immunit. Eccleſia, & C. de ſacroſan. Eccleſ. c. religioſam, 2. qu. 2. c. ſuper prudentium, 14. q. 2. c. fin. de teſtam.* ita tamen omnibus ſumus in iuſtitia debitores, quod alijs iniuſtitiam nõ faciamus, inquit tex. *in d. c. ex tenore, de for. compet.* & ſic fauẽdum erit Eccleſiæ, vt tamen non turbetur iuriſdictio laicorum iniuſte. Si vero forma adiecta nõ eſt obſeruabilis ſine magna difficultate, & tunc idem erit, ſicut quando contractus ſimpliciter prohibetur, quod non valet, per *d. c. fin. cum ſimilibus,* ita diſtinxit Card. *in reper. d. c. perpendimus, in 9. quæſt.* & illum ſequitur Barba. *dict. conſ. 65. colum. 7. & 8. & dict. conſ. 14. colum. 4. num. 18. & 19.* & Dec. *d. c. Eccleſia ſancta Mariæ, colum. penult. num. 250. & 254. cum plurib. ſeqq.* qui etiam *numer. 263.* quod de forma difficili ad obſeruandum diximus, declarat de tali difficultate, quæ impoſſibilis reputaretur, iuxta not. *in l. apud Iulianum. §. conſtat, ff. de leg. 1.* & cum ſupra dictis tenuit etiam Nat. *conſ. 280. nu. 4.* & ex his etiam tollitur, quæ late accumulauit Tiraq. *de legib. connub. gl. 8. q. 18. n. 162.* dum de diſpoſitis, & relictis ad pios vſus conſiderauit in propoſito ſupra dicto.

Quarto amplia, vt idem ſit, & prima in-
48 telligentia procedat † in procuratore generaliter conſtituto, aut minoris, aut mulieris, aut alterius prohibiti contrahere abſque certa ſolemnitate, nam & ipſe poſtea contrahendo arctatur ad obſeruantiã illarum ſolemnitatum ſtatuti loci, ad quas & illius principalis aſtringeretur, & deberet obſeruare vigore dicti ſtatuti, nec ſufficeret, quod ſola procura fuiſſet facta ſecundũ formam ſtatuti procuræ, vtputa cum debitis conſenſibus propinquorum, & ſimilium, quia & adhuc eadem forma ſtatuti ſeruanda eſſet in ipſo contractu celebrando per minoris, ſeu mulieris procuratorem, ſicut ſeruari deberet, quando ipſe minor, ſeu mulier cõtraheret, ita Sanct. Seuer. *in dict. l. cunctos populos, numer. 95.* vbi ita per multos illuſtres Doctores fuiſſe conſultum teſtatur, ibique ſubiungit multos in hoc errare, credentes ſufficere, quod ſolemnitas ſit ſeruata tempore dati mandati, idem voluit Ang. & Cuma. *in l. apud Iulianum, §. contractum, & §. ſi pupillus, ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat.* & ibi Alexan. *in apoſtil. ad Bart. in verſic. dicit ſtatutum, verſ. & adde,* & Socin. *in l. ſi quis nec cauſam, §. quoniam, column. 2. ff. ſi cert. pet. it. & in l. 1. §. fuit quæſitum, column. antepen. verſic. ſecundo loco. ff. ad Trebel.* vbi pariter dicit, ita fuiſſe conſultum per multum ſolemnes Doctores Italiæ, & per eundem Socin. *conſil. 172. column. antepen. & pen. verſ. poſtremo moueor, volum. 2.* vbi ad id multa adducit, & plenius hoc idem voluit *in l. 1. §. item acquirimus. colu. 3. verſic. poſtremo, & colum. 4. verſ. octaua & vltima concluſio, ff. de acquir. poſſeſſ.* & ibi Iaſ. *colum. 2. & 3. verſ. breuiter præmiſſis non obſtantibus,* pleniſſime hoc idem comprobat, & dicit, quod ita conſuleret, & iudicaret, & hanc opinionem veriſſimam, quicquid alij in contrarium dixerint, teſtatur Pariſ. *conſ. 98. num. 46. lib. 1.* & inter alias poteſt eſſe ratio, quia conſanguinei, & iudex, qui debent interuenire ex forma ſtatuti in contractu minoris, & illi conſentire, debent intelligere actum, ſuper quo conſenſus, & decretum venit interponendum, vt per Iaſ. *vbi ſupra, verſ. ſecun-*

cundus caſus, ſub num. 8. quod non ſuccederet, ſi procurator generaliter conſtitutus poſſet ex ſe illum facere, quia generalis cõſenſus præſtitus ſuper conſtitutione huiuſmodi procuratoris non ſufficeret, neque poſſet operari ſuper contractu particulari alicuius rei, de qua neq; iudex, neque conſanguinei aliquam habuerunt, nec habent notitiam, & ad quam per conſequens generalis illorum conſenſus præſtitus in mãdato non alij poteſt dici porrigi, ſecus ſi fuiſſet conſtitutus procurator cum dictis debitis conſenſibus, & ſecundum formã ſtatuti ſuper contractu de certa re iniendo, nam tunc contractus poſtea à procuratore geſtus bene valeret, etiã ſi in eo de nouo non interuenerit ſolemnitas, & cõſenſus à ſtatuto requiſitus, vt ſic diſtinguendo docuit multis rationibus Iaſ. *in d. §. item acquirimus, col. 2. verſ. tu autem, ſub nu. 4. & in verſ. ſecundus eſt caſus, ſub nu. 8.* & hoc pacto poſſe concordari opiniones dixit Borgn. *de tut. n. 130.* & ita etiã tenuit Simoncel. *in ſuo tract. de decret. lib. 2. tit. 5. n. 50. & 52.*

Subintellige primam intelligentiam, vt
49 non procedat in ipſo † Principe, ſiue domino loci ſtatuti, qui nec ipſe adſtringetur ad ſolemnitates à ſtatuto requiſitas in contractibus, ita vt etiamſi fuerint omiſſæ, contractus tamen valebit, ſic cõſuluit Roman. *conſ. 444. numer. 10.* quia tale ſtatutum cenſetur imponere neceſſitatem eius ſolemnitatis obſeruandę ſubditis, non ipſimet domino, tum quia ſibimet ipſi nemo imperare poteſt, *l. penult. ff. de arbitr. l. ille à quo, §. tempeſtiuum, ff. ad Trebell.* tum quia in generali ſermone ſuo ſeipſum quis adſtringere non videtur, & Roman. ſequitur Menoch. *de præſumpt. libr. 3. præſumpt. 44. nu. 19.* & ante eum Rolan. à Val. *de lucr. dot. qu. 84. num. 7.* vbi plura ſimilia cumulat, & idem voluit Lamberteng. *in ſuo tract. de contract. in fin. num. 95. 96. & ſeq.* vbi reſpondet ad ea, quæ in contrarium facere videbantur ex Tiraq. *in tract. de legib. connub. in gloſſ. 8. qu. 19.* & facit dictum Crauet. *in conſ. 5. n. 3.* vbi voluit, quod ſolemnitas à mero iure ciuili introducta non ligat Principem, ex his ego quoq; aliàs conſului ſtatutum retractus nõ habere locum in Principe aut emente, aut vendente, qui non ſubiacet legi, aut ſtatuto, nec de eo lex, aut ſtatutum cogitat, iuxta not. *in l. Princeps, ff. de legibus, & in l. digna vox, C. eod. tit.* prout & huius ſententiæ fuit Tiraq. *de retract. ligna. §. 1. gloſſ. 13. numer. 38.* ex ibi per eum allegatis, & licet ſupra firmata ſubintelligentia ſit poſita in terminis ſtatuti ab ipſomet Principe facti, prout in his terminis loquitur Roman. *vt ſupra* citatus, & illum ſequentes, tamen idem erit in omnibus alijs ſtatutis ab eius ſubditis factis, imo multo magis, tum quia indubitatum eſt ſtatutum ſuperiorem ſtatuentis minime arctare, Card. *conſ. 2. incip. circa ſtatutum,* Felyn. & alij *in cap. 1. column. 10. verſic. quarta declaratio, de conſtit.* Rochus de Cur. *de conſuet. 9. queſt. princip.* vbi late, tum etiam quia Princeps confirmando ſtatuta inferiorum, & ſubditorum dicitur illa facere ſua propria ex regula, quod omnia noſtra facimus, quibus authoritatem noſtram impartimur, *l. 1. §. omni enim merito, C. de veter. iur. enucl.* & Principem non aſtringi à ſtatuto à ſe condito ſupra probatum eſt, & idem voluerunt Bartol. *in l. Lucius Titius, la 2. ff. de fideicommiſ. libert.* Ioann. Andr. *in capit. vt animarum, column. 1. verſic. ſtatuto Epiſcopi,* vbi etiam Gemin. *column. 4. verſic. quæro, an Archiepiſcopus, de conſtit. in 6.* cum alijs adductis à Lamberteng. *vbi ſupra num. 98.* qui etiam de magis communi teſtatur.

Intellige ſublimitationem, ſiue ſubintelligentiam, vt vera non ſit, quando Prin-
ceps † ipſe vellet pro ſe vti aliquo ſtatuto, 50
quod in ab ipſo ordinatis quaſdam ſolemni-

Digitized by Google

mnitates, aut alia ordinaret, cum quibus
ab eo ordinata concedere, & ſtatuere vo-
luit, quia tunc ab illis etiam qualitatibus
ſtatuti contra ſe Princeps aſtringetur, nec
poterit pro ſe ex eodem ſtatuto ordinata
aſſumere, & reliqua contra omittere, ita
Menoch. *de præſump. libr. 2. præſumpt. 5. nu-
mer. 4.* & prius *in conſ. 250. nu. 62. lib. 2.* Brun.
de ſtat. fœm. exclud. art. 6. n. 67. & Bal. *in l. 4.* C.
ad leg. Falc. de quo etiam vide *in concl. quod
ſtatuta generaliter loquentia generaliter debe-
ant intelligi, in 64. limit.*

Secundo intellige principaliter cõclu-
51 ſionem, vt non procedat in his, quæ † per-
tinent ad litis ordinationem, quia tunc in-
ſpicitur locus non contractus, ſed iudicij,
Bar. *in d. l. cunctos populos, nu. 15. per leg. 3. in fi.
ff. de teſtamen.* Alexand. *conſil. 164. numer. 3.
libr. 6.* dicens, quod in ſpectantibus, & con-
cernentibus ordinem iudicij, & modum
procedendi ſemper ſeruantur ſtatuta loci
iudicij, etiamſi diuerſus mos patriæ, vel fo-
ri litigantium eſſet, & ita hanc eſſe com-
* munem gloſ. & Doct. ſententiam teſtatur
per gloſſ. *in l. 1. C. quæ ſit long. conſuetud.* vbi
Iacob. & Cyn. *in 2. quæſtion.* & Bartol. *in l.
2. C. quemadm. teſtamen. aperia. & in l. 2. C.
de iuramen. calum. iunct. l. 1. in princip. ff. de v-
* ſur.* & Canoniſtæ communiter *in cap. quod
clericis, de for. competen. & in cap. 1. de conſtit.*
Roch. de Curt. *de ſtatut. ſect. 9. q. 12. n. 37.* vbi
* hanc communem fatetur Decian. *reſp. 11. n.
186. vol. 1.*

Primo amplia iſtam intelligentiam, vt
procedat, etiamſi iudicium eſſet inter cle-
ricum, & laicum, & litigaretur in foro ſe-
culari, quia clericus teneretur ſeruare le-
gem, & ſtatutum ipſius loci in proceden-
do, & ordinando proceſſum, & litem, ita
Soc. poſt Butr. Abb. & alios *in d. c. Eccleſia
ſanctæ Mariæ, de conſtit. in dict. c. quod clericis,*
vbi præcipue Abb. Roch. de Curt. *in dict.
tractat. de ſtatut. ſect. 10. q. num. 38. quæſtion. 12.*
quod dicit verum, etiamſi lex vel ſtatutum
tale dans formam proceſſui, vel ordinati-
uis iudicij, in ſpecie loqueretur de clericis,
& ratio eſt, quia tunc exprimi diceretur in
ſtatutis id, quod à iure diſponitur, & ineſt,
vnde tunc permittitur, quod aliâs prohi-
betur, *c. ſignificaſti,* & ibi not. *de elect.* ſcri-
ben. poſt gloſſ. *in c. ad audientiam, il. 2. de re-
ſcript.* ibique alias adducit ampliationes &
limitationes.

Secundo amplia, vt idem ſit, ſiue agatur
coram iudice ordinario, ſiue coram dele-
gato, ita Roch. de Cur. *vbi ſupra, d. qu. 12. nu-
mer. 38. in fin.* & ante eum Ioan. Andr. But.
Imol. & Barbat. & alij *in rubr. de conſuet.* vbi
Ant. de Butr. dicit, quod prædictis non
obſtat, quod delegatus fungitur vice de-
legantis, *cap. ſane, il 2. de offic. deleg.* & quod
per conſequens videretur eſſe attenden-
dus locus delegantis, quia verum eſt, in-
quit, quoad poteſtatem pronunciandi,
ſed quoad vincula non fungitur vice de-
legantis, ideo quoad deciſoria inſpice-
re debet locum litigantium, quoad præ-
paratoria autem, locum, vbi agitur iudi-
cium.

Tertio amplia, vt idem ſit, quoad feri-
as, † in quibus attenditur locus, in quo fit 52
proceſſus, ſeu ordinatur iudiciũ, ita Roch.
de Cur. *vbi ſupra, verſ. ſecũdo amplia,* qui hãc
communem Doct. ſententiam teſtatur, & *
eam ſequitur etiam Abb. & communem *
dicit *in c. fin. colum. fin. de fer. & in dict. c. quod
clericis,* & Doct. *in dict. l. cunctos populos, C. de
ſumm. Trinitat.* & hos ſequitur doctiſſimus
& veridicus Dominus meus Marlianus, *de-
ciſ. 17. n. 5.*

Quarto amplia, vt idem procedat, eti-
am quoad † mercatores, inter quos licet 53
adeſſet ſtatutum, quod in eorum cauſis p-
cedi deberet de plano, & ſine figura iudi-
cij, vel ſola facti veritate inſpecta, tamen
illud ſtatutum ſeruaretur quidem in eo-
rum.

rum proprio foro, ſed coram alio iudice in procedendo attendetur ordo iudicii, ſecus in deciſiuis, in quibus ſtatuta mercatorum inter ipſos ſeruantur in quocunque loco, vt ſi inter eos adeſſent ordinationes, quod mercatores poſſent cōueniri ex nudo pacto, vel quod ſcriptura priuata mercatorū faciat plenam fidem, nam ſeruabuntur in quocunque foro, & iudicio etiam coram iudice Eccleſiaſtico, ſi verba ordinationū, & ſtatutorum non dirigerentur in ſolos iudices, & proprios ipſorum mercatorum, puta quod dicerent, quod conſules mercatorum reddant ius ex nudo pacto, & ſimile, ita Sanct. Seuer. *in repet. d. l. omnes populi, num. 16. ff. de iuſt. & iur.* Decian. *d. tract. crim. lib. 2. c. 35. num. 45.* de mente Bal. & Salyc. *in l. 2. C. de conſt. pecu.* vbi etiam Paul. de Caſtr. Socin. *conſ. 288. n. 9. lib. 2.*

Tertio intellige concluſionem, vt pro-
54 cedat, quando † locus, in quo celebratur contractus, eſſet ſubiectus Romano Imperio, ſecus ſi eſſet locus barbarorum, id eſt, hoſtiū, quia tunc nō debebunt ſeruari ſtatuta barbarorum, ſed propriæ patriæ, & ideo contractus ſecundum ſtatutum barbarorum non poterunt defenſari in ſolo non hoſtili, & Romani Imperij, ita Sanct. Seuer. *in d. l. cunctos populos, numer. 92. & 93.* per ea, quæ voluit Barbat. *in l. qui à latronibus, ff. de teſtam.* & in eodem loco hanc opinionem à contrarijs per contrarium ſentientes adductis rationibus, & auctoritatibus tuetur, & ſequitur Ang. *in l. de die, column. fin. verſ. idem intelligo, ff. qui ſatiſd. cog.* Fulgoſ. *in l. 2. C. quemadm. teſtam. aper.* dum remittit ſe ad not. per Bar. *in d. l. qui à latronibus,* Paul. de Caſtr. *in d. l. qui à latronibus, in princip.* vbi etiam Aretin. *in fin.* Caccialup. *in l. omnes populi, column. 2. in fin. & ſequ. ff. de iuſt. & iur.* In qua tamen re haud facile in vno caſu acquieſcerem, quando ſcilicet ageretur de actu, & diſpoſitione captiuorū apud hoſtes exiſtentium, quia vix etiam dum ſumus in patria, memoriam habemus de ſolemnitatibus, ab eodem ſtatuto patriæ ordinatis, & vix illas ſeruamus, quomodo igitur illarum recordabimur mente, & animo perturbati apud hoſtes miſerrime detenti, & non eſſet addenda hæc alia afflictio, illo ſuperque afflicto, vt nec etiam illius voluntatis executio apud nos recipiatur ob defectum, quem forſan ipſe ignorauit, vel etiam volens exequi non potuit, & ſic efficeremur in hoc cooperatores, & ſocij ipſorum hoſtium contra illum detentum, dum illi corpus ipſius retinent, nos autem voluntatem, & diſpoſitionem eiuſdem intra hoſtiles fines pariter ſegregantes, prohiberemus ad nos vſque venire, extendi & operari.

Quarto intellige, vt non procedat, ſi
tractaretur de † reſciſſione contractus, & 55
ſic de diſtractu, nam tunc non attenditur ſimpliciter ſtatutum loci contractus, ſed ſtatuta loci, in quo fuit cauſata cauſa diſtractus, vel reſciſſionis, ideo ſi in loco contractus fuiſſet cauſata læſio, illius loci ſtatutum, vel conſuetudo debet ſeruari circa reſciſſionem illius contractus, ſi vero læſio, vel cauſa reſciſſionis eſſet cauſata alibi, tunc illius loci eſſet ſeruandum ſtatutum, vtputa ſi minor eſſet læſus à principio ex contractu inito Ianuæ, ſeruaretur ſtatutum Ianuæ, circa reſciſſionem illius contractus, ſi vero eſſet ſecuta læſio Sarzanæ à principio, ſed poſt contractum, & ex mora, aut negligentia ipſius minoris, tunc ſeruaretur ſtatutum Sarzanæ, ita Bar. *in dict. l. cunctos populos, num. 20.* quem refert & ſequitur Sanct. Seuer. *in eodem loco, num. 132.* & idem ſentit Bald. *ibidem nu. 94.* & Doct. *in l. 2. ff. de eo quod cert. loc. & in dict. c. licet, de for. compet.*

Subintellige, vt etiam in his, quæ ſucce-
dunt ex † accidenti poſt contractum ſer- 56
uentur

uentur ſtatuta loci, in quo euenerunt, vtputa in quo mora & negligentia commiſſa eſt, ſit verum, ita demum, ſi perſonæ illæ ſint de illo foro, ita Domini de Rota, *deciſ. 404. n.2. part.1.* de quo etiam *infra.*

Quinto intellige, vt cõcluſio non pro-
57 cedat in dote † vel lucranda, vel reſtituenda, in qua non attendimus ſtatutum loci, in quo celebratus eſt contractus dotis, ſed ſemper attenditur ſtatutum loci, in quo maritus habet domicilium, ita Bar. Bald. & Ang. & alij communiter *in l. exigere dotem, ff. de iud. & in d. l. cunctos populos*, vbi in ſpecie Fulgoſ. dicit, hoc ſibi contigiſſe, nam cum eſſet Placentinus, vxorem duxit Papienſem, & quod lucrum dotis caſu poſtea eueniente dicit, quod fuit obſeruatum ſtatutum Placentiæ, & ratio eſt ſecundum Doct. quia quando maritus contrahit matrimonium extra propriam ciuitatem, dicitur quodammodo contrahere tanquam aduena, & confert effectum reſtitutionis dotis ad locum propriæ ciuitatis, ad quam, vt dixit tex. *in d. l. exigere*, mulier eſt reditu-
58 ra, vnde ſicut contrahens, † qui deſtinauit ſolutionem in alio loco, non poteſt conueniri in loco contractus, ſed in loco deſtinatæ ſolutionis, *l. heres abſens, §. fin. ff. de re iud. c.* ita pariter dicẽdum eſt in marito, qui deſtinauit reſtitutionẽ dotis in loco proprij domicilij, vt ſeruari debeat ſtatutum illius loci, in quo eſſet conueniendus, quãdo tractaretur de reſtitutione ipſius dotis, ita Rolan. à Val. *in ſuo tract. de lucr. dot. q. 13.* vbi reſpondet ad oppoſita, & iſtam par-
* tem etiam ſequuti ſunt communiter Canoniſtæ, & præcipue Butr. & Abb. *in cap. 1. de ſponſal.* Archid. *in c. illud, 12. diſtinct.* Iaſ. *in d. l. cunctos populos, num. 60.* qui dicit ita tenendum, quicquid dixerit Alber. *in 2. part. ſtatut. q. 10.* idem ſenſit Rimin. *conſ. 30. nu. 11.* vbi teſtatur hanc communiter teneri *lib. 1.* late Dec. *conſ. 12. in princip.* vbi nedum teſtatur de communi, ſed inquit, quod in hoc tanquam in re clara non eſt laborandum, idem dicit Alexan. *conſ. 129. ſuper primo dubio, num. 13. volum. 7.* Socin. *reg. 468. verſ. primo fallit*, & hanc communem, & magis cõmunem Doctorum ſententiam affirmat ** Sanct. Seuer. *in eadem l. cunctos populos, num. 114. & ſeq. verſ. pendet deciſio*, qui late etiam, & per plura exempla illam comprobat. Rimin. *conſil. 314. num. 33. volum. 2.* Socin. iun. *conſ. 14. per tot: volum. 1.* vbi *in fine* concludit, quod hæreticum eſſet ab iſta communi opinione diſcedere, præſertim in iudicando, pro quo etiam facit optime, quod not Bal. *in l. voluntas, in princip. C. de fideicom-*
miſſ. vbi dixit, quod matrimonium † trahit 59
vxorem ad originem viri, Ruin. *conſ. 58. col. 1. volum. 3.* Crot. *in d. l. omnes populi, colum. 54. verſ. quæritur etiam, ſtatutum eſt in ciuitate,* vbi eam communem fatetur Alex. *conſ. 100. col. 1. vol. 3.* *

Primo amplia intelligentiam, vt procedat, etiãſi cauſa agitaretur alibi, quam in i-
pſo domicilio † viri, vtputa vel in loco o- 60
riginis propriæ, vel paternæ, vel etiam in communi patria, vel in loco originis vxoris, ita Bald. *in conſ. 471. volum. 1.* vbi inquit, quod licet heres mariti, qui habet proprium domicilium Mediolani, poſſit conueniri ad reſtitutionem dotis olim datæ defuncto in ipſa ciuitate quoad intentionem libelli, quæ eſt de ordinatorijs, in quibus ſequitur forum iudicij, tamen ſi quæratur, quantum ſit reſtituendum nomine dotis, quod reſpicit deciſionem cauſæ, erit ſequendum forum mariti, ex cuius etiam perſona in dote forum metimur per *d. l. exigere dotẽ*, idem dixit Cuma. *in conſ. 72. col. 2. cum ſequen.* ea ratione, quia cum mulier propter matrimonium itura ſit in domicilium mariti, & ob hoc magis ſequatur forum mariti quam ſuum, vt habetur *in d. l. penultim. ff. de iuriſdict. om. iud.* ſatis tacite

Digitized by Google

ex contractu matrimonii videtur actum, quod in loco domicilii mariti, & ſecundum leges ipſius loci ſoluto matrimonio dos exigatur, cum ille locus cenſeatur tali caſu locus contractus, ex quo videtur conuentum, quod ibi dos reſtituatur, & ibi idem Cuma. propric ponit caſum, quando mulier erat Veneta, & maritus Patauinus, & lis ſuper dote agitabatur in ciuitate Venetiarum, & tamen concludit, ſtatutum ciuitatis Paduæ, in qua maritus domicilium habebat, eſſe ſeruandum, idem voluit Rimin. *d. conſ. 314. num. 33. vol. 2.* & Cur. iun. *in d. l. exigere dotem, colum. 1.* & Cagn. *ibidem, column. 2. verſic. ſecundo ampliate*, Cur. iun. *conſ. 129. col. 2. in fin.* vbi conſuluit, quod ſi contingat diſputari, quantum maritus ſit lucraturus de dote, debet attendi domicilium viri, ad quod mulier tūc temporis fuit traducta, idem voluit Ruin. *dict. conſ. 58. colum. 3. verſic. alia etiam, & in verſ. ſequen. ac etiam column. 4. volumin. 3.* vbi reſpondit omnibus contrariis fundamentis adductis per Dec. *in conſil. 283.* vbi contrarium conſuluit, & hanc partem ſecutus eſt etiam Rol. à Val. poſt ſupra adductos *q. 15. de lucr. dot.* ibique confutat contraria.

Secundo amplia intelligentiam, vt eti-
61 am vera ſit, quamuis maritus † in inſtrumento dotali promiſiſſet reſtituere dotem in loco vxoris, & vbicunque fuerit petitū, nam per iſta generalia verba cenſetur quidem forte prorogata iuriſdictio, quoad plures iudices, & ſic quod poterit maritus conueniri ex tali inſtrumento, & conuentione in loco vxoris, & vbicunque alibi, in quo aliàs conueniri non potuiſſet, ſed ſi quæratur ad quantum debeat, & poſſit conueniri, non per hoc per talia generalia verba cenſetur receſſum à diſpoſitione iuris, quoad conſuetudinem, & ſtatutum loci domicilii ipſius, ita Iaſ. *in dict. l. cunctos populos, num. 61.* de mente Bal. *in dict. l. exigere dotem, in fin.* Socin. *d. regul. 46. verſ. amplia predictam regulam*, & hoc firmat Sanct. Seuer. *in eadem l. cunctos populos, numer. 115. & ſequen.* & ibi affirmat, quod pro hoc vidit per multos celebres Doctores fuiſſe conſultum, & quod ab hoc non eſt recedendum, quia eſt ipſa veritas, ibique hoc idem dicit, quod erit verum, etiamſi expreſſe fuiſſet dictum in inſtrumento de reſtituendo dotem in aliquo loco ſpeciali, quia dictum de loco ſpeciali poterit operari, vt ſupra, quoad forum ibi ſortiēdum, ſed quoad quantitatē reſtitutionis, & modum lucri, in eo loco ſeruandum erit ſtatutum loci viri, rationibus ibi per eum, & hanc communem mentem Doctorum affirmat *n. 118.* licet male à pleriſque ſit intellecta, & conſuetudinem domicilij viri limitare reſtitutionem dotis, vbicunq; petatur, dixit Bal. *in d. l. exigere dotem, in fin.* & illum ſequitur Alexan. *in additio. ad Bar. ibidem, & conſ. 10. column. 3. volum. 3.* Barbat. *in rubr. de conſuet. column. 14. num. 52.* & Cagn. *in eadem l. exigere dotem, column. 7.* & Ruin. *dict. conſ. 58. column. 3. in fin.* & hanc partem ſecutus eſt etiam Rolan. à Val. *in dict. tract. q. 19.* vbi reſpondit ad contraria, licet contra opinionem Sanct. Seuer. *in ſupra citato loco* teneat, aliud eſſe, vbi partes in contractu expreſſe ad certum locum dotis reſtitutionem reſtrinxiſſent, per ibi per eum allegata, hancq; communem opinionem appellat ex mente Purpur. *in d. l. cunctos populos, num. 129.* & Cagnol. *in dict. l. exigere, col. 7. verſic. ſeptima limitatio*, quam tamen Rolan. & aliorum communem opinionem contra Sanct. Seuer. veram arbitrarer, ſi nedum expreſſe de aliquo loco circa reſtitutionem faciendam fuiſſet conuentum inter partes, ſed etiāſi fuiſſet actum, quod ſecūdum formam ſtatuti illius loci expreſſi dos reſtitui deberet, quia tunc haberet locum limitatio ad *dict. l. exigere dotem*, eo,

quia

Digitized by Google

quia aliud fuiſſet conuentum inter partes, vt dicit idem Rolan. pro eius opinione, & pacta, quæ fauent reſtitutioni dotis, eſſent ſeruanda, prout in hoc caſu loquitur etiam Bal. *in cl. conſil. 31. volumin. 3.* per Rolan. pro ſe citatum ibi ſecundum formam ſtatuti, & ordinis conſuetudinum ciuitatis Aſtenſis, aliâs ſi generaliter ſolo præfixo, & ſpecificato loco reſtitutionis nihil de modo & quantitate reſtituendi fuiſſet dictum, non recederem à prima ſupra dicta opinione contraria, quia præfixio loci particularis ſatis operari dicetur, & verificari in hoc, quod poterit, vt dicebamus, maritus extra proprium domicilium in eo loco deſignato conueniri, in quo aliâs ſine tali promiſſione minime conueniri potuiſſet, non autem ex eo, quod de loco fuit conuentum, de modo etiam, & quantitate reſtitutionis actum etiam dicendum eſt, aliâs idem eſſet in alio ſupra principali dicto, quando fuit actum ſpecialiter de reſtituẽdo dotẽ, tam in loco contractus, quam alibi, nã & in eo caſu ſequeretur, quod maritus etiam ad ſtatuta aut loci contractus, aut alibi, vbi conueniretur, diceretur ſe obligaſſe quoad etiam quantitatem & modum reſtitutionis, cum diuerſa non poſſit allegari ratio, quando indefinite ſe obligauit vbique locorum reſtituere dotem, ac quando in vno præcipuo loco fuit conuentum, dummodo in nullo ex prædictis caſibus de modo, & quantitate reſtitutionis fuiſſet actum, & tamen doctrina eſt Bal. vt ſupra citati *in d. l. exigere dotem*, ac magis communiter à Doctoribus approbata, vt ipſe Rolan. fatetur *d. q. 19. n. 7.* quod conſuetudo domicilii viri limitat quoad quantitatem, reſtitutionem dotis, vbicunque petatur.

Tertio amplia intelligẽtiam, vt procedat,
62 etiamſi maritus † mutaſſet domicilium, in quo poſtmodum diſſolutum fuiſſet matrimonium per mortem vxoris, nam nihilominus attendetur primum ſtatutũ domicilii, quod maritus habebat tempore contractus dotis, ita Iaſ. *in d. l. cunctos populos, nu. 61.* quicquid dixerit Salyc. *ibidem, col. 3. verſic. item quæro ſi in ciuitate*, vbi tenuit contrarium, motus ea ratione, quia, cum maritus lucretur dotem propter mortem vxoris, eaque mors det vim exigendi, ac ipſum contractum reſoluat, merito locus ille debet attendi, quia non prius lucratur maritus, quam eueniat caſus reſtitutionis, in domicilium ergo illud eſt collata reſtitutio, quæ ratio Salyceti non operatur, eo quia attenditur locus obligationis ex contractu deſtinatæ, non locus obligationis purificatæ, & ſic attenditur primum domicilium viri, obligatio enim ad dotem, & dotis reſtitutionem oritur tempore contractus conditionaliter, purificanda per actum mortis, attenditur ergo locus deſtinati contractus, & obligationis tempore contractus, non locus purificatæ obligationis, & cum Iaſ. tenuit Rol. à Val. *vbi ſupra, qu. 21.* affirmans hanc opinionem eſſe iuri conſonam, & magis amicam veritati, ibiq; ad contraria reſpondet, & ſubiungit, quod dato etiam, quod tempore exiſtentis conditionis oriatur obligatio, vinculũ tamen trahitur ad locum contractus deſtinati, & cum prædictis tenuit Socin. *in d. c. dilecti, columm. fin. de for. competen.* vbi dicit, hanc opinionem iuſtiſſimam, quia aliâs de facili maritus poſſet defraudare heredes vxoris, idem voluit But. *in d. c. 1. ad finem*, vbi etiam Abb. *de ſponſal.* quod etiam ſuadetur meo iudicio ex verbis ipſiuſmet l. *exigere dotem, ff. de iudic.* dum enim lex declarat, an mulier debeat exigere dotem in loco inſtrumenti, an vero in loco domicilii, determinat de loco ſub his verbis, vbi maritus domicilium habuit, non vbi inſtrumentum dotale conſcriptum eſt, & quem-

quemadmodum illa verba, *non vbi inſtrumentum dotale conſcriptum eſt*, ſunt temporis præteriti, reſpicientis tempus contracti matrimonij, ſiue contractorum ſponſaliorum, ita pariter illa verba, *vbi maritus domicilium habuit*, quæ ſunt pariter temporis perfecti, debent adaptari ad tempus pariter contracti matrimonij, ſiue ſponſaliorum, vt deciſio ſit de dubio eodem modo qualificato, & idem, ni fallor, ſuadent alia verba eiuſdem legis in fine ibi, in cuius domicilium & ipſa mulier per conditionem matrimonij erat reditura, & certum eſt, quod vxor ex conditione illius matrimonij erat itura ad domicilium, quod tũc maritus habebat, non ad quod non habebat, nec etiam vnquam aliud acquirere forſan putabat, vnde ſuccedit alia ratio, quod ſi contractus regulantur ex mente contrahentium. *l. ita ſtipulatus. ff. de verbor. oblig.* & maritus quando cõtrahit matrimonium, extra propriam ciuitatem dicitur quodãmodo contrahere tanquam aduena, & cõfert effectum reſtitutionis dotis ad locum propriæ ciuitatis, ad quam, vt dicit tex. *in d. l. exigere*, mulier eſt reditura, ad primũ domicilium viri debet accommodari reſtitutio, poſtquam ad illud cenſetur conferta, ex quo de illo, quod habebat, non autem de alio, quod non habebat, nec quod, vt ſupra diximus, etiam vnquam habere forſan cogitauit, eſt præſumendum, contrahentes mentem accommodaſſe, *l. cum proponas, §. 1. ff. de moffic. teſtam.* ſi enim maritus eſt Ianuenſis, & vxor Florentina, non eſt dubitandum, quod, dum contrahunt, cenſentur accommodaſſe animum ad patriam Ianuenſem, cuius maritus ciuis, & habitator eſt, non autem cogitaſſe, vtputa de Inſula Sardiniæ, ad quam poſtea ex aliquo accidenti maritus iuit ad habitãdum, & faciunt etiam, quia illa verba *reditura*, de quibus *in d. l. exigere*, debẽt intelligi de prima vice, vt infinitas tollatur, *l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignif. l. fideicommiſſa, §. ſi quis decem, ff. de leg. 3.* & hanc partem tenuit etiam Alexan. *in d. conſ. 100. column. penult. volum. 3.* Crot. *in d. l. omnes populi, num. 170. ff. de iuſt. & iur.* hac ratione etiam, quia obligatio cenſetur contracta ſecundum conſuetudinem domicilij, quod maritus habebat tempore, quo dos fuit data, & quæ obligatio non potuit variari in præiudicium mulieris, & hanc receptiorem ſententiam teſtatur Cagnol. *in d. l. exigere, columm. 8. verſ. tertio ampliatur*, vbi etiam Curt. iun. *numer. 19.* & Ruin. *d. conſ. 58. colum. 2. in princip. & colum. 5. verſic. 7. volum. 3.* facit etiam regula, quod quando quis habet duo domicilia, vnum originis, aliud, quod poſtea ex accidenti acquiſiuit, nõ attenditur domicilium ſecundum, vt eſt tex. *in l. libertus, §. præſcriptio. verſic. cum ſimul, ff. ad municip.* & hanc partem magis communem fatetur Grat. *reſp. 113. numer. 14. libr. 2.* ibique adducit inconueniens, quod aliter tenendo ſequeretur, quod ſcilicet, vt ſupra conſiderauit etiam Socin. poſſet eſſe, quod in primo loco, vbi maritus morabatur tempore contractus matrimonij ſtatutum nihil lucri ad maritum deferret, & quod ideo maritus poſſet ad talem locum ſe poſtea conferre, in quo aut totam dotem, aut maiorem partem ex ſtatuti diſpoſitione lucraretur, & non eſt dubitandum, quod partes contrahendo de dote aliud conueniſſent, ſi ſtatutum viri nullum lucrũ deferret marito, & aliud, ſi aut totam dotem, aut maiorem partem ei tribueret, & hanc opinionem retinendam omnino arbitror rationibus ſupra adductis, niſi forſan tempore contractus matrimonij probabilis coniectura adfuiſſet, quod maritus in loco, in quo tunc habitabat, non erat permanſurus, vt quia maiorem partem ſuarum fortunarum habebat in alio loco, vel propter

rixas,

Digitized by Google

rixas, & altercationes, vel alia ex cauſa ha-
bebat locum mutare, & videmus quotidie
multos ex variis rationibus, quæ tempo-
re matrimonii de facili animaduerti poſ-
ſunt, & ſpectari, mutare domicilia, prout
& hoc idem conſiderauit Grat. *vbi ſupra,*
num. 16. cum quo potuit conciliari, & con-
cordari opinio contrarium ſententium.

Primo ſublimita intelligentiam, vt ha-
63 beat locum † in marito, & vxore, ſecus in
ſponſis, quia in illis attenditur ſtatutum lo-
ci, in quo ſunt celebrata ſponſalia, non au-
tem ſtatutum domicilii viri, ita Iaſ. *in d. l.*
cunctos populos, num. 62. in 1. lect. verſic. limita
communem concluſionem, & in 2. lect. col. 14.
verſ ego limito communem doctrinam ſequen-
do Bald. quod idem tenuit *in authent. omnes*
peregrini, col. 1. verſic. & ideo, C. *commun. de*
ſucceſſ. quia ſponſa non ſortitur forũ ſpon-
ſi, ſicut vxor mariti, nec per ſponſalia at-
tendimus locum mariti, & ſic ceſſat ratio
d. l. ex gere & idem tenuit Felyn. *in cap. 1. co-*
lum. 14. verſic. limita primo, de ſponſal. ea du-
ctus ratione, quia ſponſa non dicitur effe-
cta de domicilio viri, per *l. ea qua, la 2. ff ad*
** *municip.* & hanc fore receptiorem ſenten-
tiam, teſtatur Cagnol. *in d. l. exigere dotem,*
col 4. prout illam ab omnibus indifferen-
ter approbari teſtatur Roland. à Valle *in d.*
tract. quæſt 18 vbi more ſolito ad contraria
reſpondet, pro qua etiam facit, quia ratio,
qua potuerunt moueri contrahentes ad
accommodandum animum, & intentio-
nem ad lucrum dotale, non eſt dubium,
quod fuit ſub ſpe futuri matrimonii, alias
enim niſi matrimonium certe futurum
ſperaſſent, nequaquam lucrum permiſiſ-
ſent; Vnde ſi contractus regulãtur à mente
contrahentium, vt *in d. l. ita ſtipulatus. ff. de*
verborum oblıgat. in caſu ſponſaliorum ſo-
lum non erit agendum de aliquo lucro,
poſtquam ad eum tantum caſum mens
contrahentium non cenſetur acquieuiſſe,
ſed vlterius de matrimonio vero contra-
cto cogitaſſe.

Secundo ſublimita, vt procedat tunc ſo-
lum, quando maritus duxit † vxorem ad 64
locum domicilii ſui, prout ita proprie lo-
quitur tex. & ratio *d. l. exigere,* ſi autẽ con-
tra vxor duxerit virum ad eius domum,
tunc non attendimus ſtatutum loci mariti
in lucro dotis, ſed ſtatutum loci vxoris, ita
Iaſ. *in d. l. cunctos populos, num. 62.* quod dicit
prius ſenſiſſe Bald. *in fin. col. 2. C ſi à non com-*
pet. Iud. iud fuer. quem etiam refert & ſequi-
tur Socin. *d reg. 468. verſic. quæſito fall t,* Cre-
menſ. *d ſingul. 67. ſtatuto Florentia,* Felyn. *in*
d. cap. 1. col. 14. verſic. tertio lim ita, de ſponſal.
Crot. *in d. l. omnes populi, num 167.* Marſil. *in*
l. fin. num. 67. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & hanc
eſſe communem opinionem dicit Purpu- *
rat. *in d. l. cunctos populos, nu. 120.* prout illam
veriorem, & magis communem arbitratur **
Rolan. à Valle *vbi ſupra, quæſt. 16. nu. 3.* quam
tamen intelligit veram, quando maritus
ſic à principio ductus intenderet in domo
vxoris perpetuo velle habitare, quia tunc
ex iſta deſtinatione perpetuæ habitationis
in domo vxoris, dicitur ibi ſuum domici-
lium elegiſſe, & *d. l. exigere,* de domicilio
mariti loquentem in eo verificari, alias ſi
ibi perpetuo non eſſet manſurus, ſecus
eſſet, per not. per Dd. *in l lex Cornelia, § 1. ff.*
de iniur. & per gloſſ. *in l. 2. C de incol l b. 10.* &
per text. *in l. nihil, ff. de capt.* prout huius etiã
opinionis fuit Fely. *in d. c. 1. in 3. limit. de ſpõ-*
ſal. & Barbat. *in d. rubr. de conſuet. nu. 51.* dum
dicit, niſi vir contrahat matrimonium in
domicilio vxoris, inde non receſſurus,
idem ſenſit Dec. *in l. cum quadam puella, co-*
lum. 2 ff. de iuriſdict. omn. iudic. & late Purpu-
rat. *ſupra citato loco,* vbi inquit, quod ſi ma-
ritus actu non traduxiſſet vxorem ad do-
micilium ſuum, quam tamen ducere in-
tendebat, ſed forte fuit præuenta morte in
propria domo, in qua tunc maritus erat,

Digitized by Google

non animo conſtituendi domicilium ibi, quod non procedit concluſio prædicta, & pro quo facit regula, quod idem iudicamus de deſtinato ad actum, quod de illo, qui eſt in actu, *l. cætera, §. ſi quis parauerit, ff. de legat. 1.* item & quia exiſtentia corporalis viri in domo vxoris non habetur in conſideratione, ex quo animus contrahẽdi domicilium ibi ceſſabat, quo ſcilicet ceſſante, etiam habitatio multorum annorum non induceret domicilii inſtitutionem, vt per Bart. *in l. quæſitum, ff. de leg. 3.* & Alexand. *in l. cum fil. familias. ff. ſi certum pet.* & ideo magis attenditur animus vtriuſque, qui eſt de redeundo, vt lex ipſa præſumit *d. l. exigere dotem*, adeo quod alleganti contrarium incumbit onus probandi, quod ſubdit ipſe Purpurat. fore notandum, quia multoties contigit mulieres mori in domibus earum, antequam per maritum traducãtur ad eorum domicilium, quę omnia etiam approbauit Ruyn. *d. conſ. 58. col. 2. vol. 3.* quem cum aliis refert, & ſequitur Rolan. à Valle *in ſupra citato loco*, concludens, quod ab iſta opinione non eſt recedendum, tam in conſulendo, quam in iudicando, quia eſſet contra ſtimulum calcitrare.

Tertio ſublimita, vt vera non ſit, quan-
65 do bona † immobilia fuiſſent data in dotem, quia tunc non domicilium viri, ſed locus vbi bona ſita ſunt, attendendus eſt, ita Rol. à Val. *in d. tract. de luc. dot q. 20.* de mente Bald. *in d. l. cunctos populos*, & Barbat. *in d. rub. de conſuet. col. 15. verſ. limita etiã.* & Cagn. *in d. l. exigere dotem, col. 8. in princ.* ibiq; *in fin.*
** *d. q.* hanc opinionem veriorem, & magis à Dd. receptam appellat.

Verum de huiuſmodi opinione videtur cogitandum, per ea, quę in contrarium expreſſe voluit idem Bald. *in conſ. 208. vol. 3.* vbi affirmat, Dd. in talibus lucris inſpicere cõſuetudines, & ſtatuta vigentia in domicilio mariti, nam per matrimonium ipſa mulier tranſit in iuriſdictionem, & poteſtatem ſtatuentium, *d. l. cum quædam puella, ff. de iuriſd. om. iud.* nec eſt curãdum, vbi res ſint poſitæ, quæ in dotem datæ ſunt, arg. *l. fin. C. de præſcript. long. temp. l. 1. C. de contrah. empt.* & idẽ tenuit ipſemet Bald. *in repet. d. l. cunctos populos, col. 30 verſ. quinto quæritur*, vbi etiam Iaſ. *col. 7. verſ. vltimo*, & ibi etiam Purpur. *nu. 130.* & cum prædictis tenuit Ruy. *d. conſ. 58. col. 5. verſ. 6. vol. 3. & in conſ. 163. col. 2. vol. 4. verſ. alia etiam præponitur opinio*, & facit, quia diſpoſitio *d. l. exigere dotem*, eſt generalis, & indefinite loquẽs de dote, ideo etiam ad omnem dotem datam, tam in mobilibus, quam in immobilibus referri debet, cũ vtraq; dos æque dici debeat dos, & text. *in d. l. exigere*, ſolum dotem datam indiſtincte conſiderauit, nec ex eo, quod in immobilibus conſiſtat, minus efficitur maritus dominus illius, durante matrimonio, ſicut & illo ſoluto pariter eodem iure debitor cẽſetur, & remanet, ideo eadem exactio, & lucrũ conſiderabitur, nec quod bona ſint immobilia, & ſita alibi, quam in territorio ſtatuentium, poteſt impedire lucrũ, iuxta conſuetudinem domicilii mariti de dotis lucro agẽte, quia ratio, quare maritus lucretur de bonis vxoris, eſt, quia fuerunt ſibi data in dotem, & intuitu dotis lucrũ à ſtatuto permiſſum eſt, vnde quemadmodum, ſiue bona data in dotẽ ſint immobilia, ſiue ſint ſita alibi, quam in domicilio viri, ſemper tamen dotalia dicentur, & ſub nomine dotis datæ venient, ita in illis debet verificari diſpoſitio de lucro dotis loquens, præcipue ex tacita conuentione partium, quæ, vt ſæpe dictum fuit, cẽſentur accõmodaſſe animũ quoad lucrum dotis ad eam quantitatem, quæ ex domicilio viri, prout de iure diſponitur, debetur, & quemadmodum dos erit, vt dicebamus, licet bonorũ pars in dotem datorũ vna ſit Florentiæ, altera Ianuæ, tertia Romæ, ita ad omnia prędicta bona tan-

quam

Digitized by Google

quam dotalia, & tanquam doté partes reſpexiſſe dicentur, & in eis quoad lucrum animũ, & conuentionem accommodaſſe, & ſic ſi quid de virtute ſtatuti deficere in prædictis poſſet dici, reſpectu bonorum extra territorium ſtatuentium ſuppletur ex conſenſu partium, quæ ſicut de lucro dotis cogitaſſe, & conueniſſe cenſentur, & dos ita appellatur, & erit, ſi eſt extra territorium ſtatuti, prout ſi in territorio reperiretur, ita tam ad teſtantem extra territorium, quam intra illud dicũtur conſenſum accommodaſſe, & lucrum cõſtituiſſe, & cum hac opinione tenuit Phanuc. *de lucr. dot. gl. 9. n. 34.* reiecta in contrarium ſententia, contra quam hanc veriorem dicit, & illam comprobat rationibus, & auctoritatibus.

Quarto ſublimita, vt procedat ſolum
66 quoad ipſam † vxorem, ſecus eſſet, quantum ad aliam, puta matré, quæ dediſſet dotem, & conueniſſet de ea reſtituenda, quia tunc in ea lucranda nõ attenderetur ſtatutum loci viri, ſed ſtatutum loci, in quo celebratus eſt contractus dotis, quia mater nõ intendit ire ad habitandum cum genero, ſicut de vxore dicitur, & ſic ceſſat ratio d. l. *exigere dotem*, ita Iaſ. *vbi ſupra in d. l. cunctos populos, n. 63. & in 2. lect. col. 15. verſ. tertio limita*, & idem Purpur. *n. 164.* qui iſtam eſſe cõmunem opinionem affirmat, vt eam ante eos approbauit Bald. *in rub. C. de priuileg. dot. col. 2. in fin. verſ. ſed ſtatim quæro*, & Socin. *d. reg. 468. verſ. quinto fallit*, Crot. *in repet. d. l. omnes populi. n. 168.*

Quinto ſublimita, vt procedat ſolum in
67 contractu † dotis, ſecus autem in omnibus aliis contractibus inter virum, & vxorem, in quibus attenditur locus celebrati contractus, non auté domicilium viri, ita Bald. *in d. rubr. C. de priuil. dot.* quem ſequitur Soc. *d. reg. 468. verſic. ſexto fallit*, & Iaſ. *vbi ſupra, nu. 63. in fin.*

Sexto ſublimita, niſi vxor errauerit, puta † quia ignorabat maritum eſſe forenſem, 68
vel ignorabat in loco mariti eſſe aliud ſtatutum, vnde iuris cõmunis fiducia confiſa ſimpliciter contraxit, nam tunc ſibi nõ obſtaret ſtatutum domicilii viri, quia contractus regulantur ex mente contrahentium, *d. l. ita ſtipulatus, ff. de verb. oblig.* & mens mulieris non potuit dici accommodata ad ſtatutũ, quod ignorabat, quia regulariter diſpoſitio, & conuentio non porrigitur ad ignorata, *d. l. non eſt ferendus ff. de tranſact.* ita Iaſ. *vbi ſupra. n. 64.* & ante eum Bald. *in c. 1. §. fin. de inueſtit. de re alien. fact.* & illos ſequitur Soc. *d. reg. 468. verſ. ſeptimo fallit*, Crot. *in d. l. omnes populi, n. 169.* Barbat. *conſ. 40. col. penult. vol. 2.* Marſil. *in l. fin. nu. 68. ff. de iuriſd. om. iud.* Grat. *d. conſ. 113. n. 13. lib. 2.* Felyn. *d. c. 1. de ſponſ.*

Sed contra prædictam ſentẽtiam Baldi, & ſequacium adeſt cõmunis opinio, de qua * per Rimin. *conſ. 314. n. 45. lib. 2.* vbi ſubiũgit, quod licet mulier ſit forẽſis, & ſic præſumatur ignorare ſtatuta loci mariti, nihilominus ſequetur ſtatutũ loci mariti, & opinio Baldi, & aliorum forte procederet, qñ mulier aliter quã per præſumptionem probaret de ignorãtia ſtatuti, & de errore, vt per Rimi. *ibid.* quem ſequitur Dec. *conſ. 19. n. 11.* dicens, opinioné Baldi eſſe contra cõmunem, niſi vxor probaret ſuã ignorãtiam aliter quam per præſumptionem, quia licet ignorantia præſumatur, *l. verius, ff. de probat. c. ignorãtia, de reg. iur. in 6.* nihilominus contra vxorem viget alia præſumptio, quia contractus huiuſmodi, prout ſunt matrimonii, fiũt cum magna inquiſitione, quæ inquiſitio tollit præſumptioné ignorãtiæ, vt p eundé Dec. *conſ. 283. n. 8.* Et cum hac ſecunda contraria opinione, tenuit etiã Rol. à Val. *vbi ſupra q. 14.* ibidẽ fundamenta hinc inde adducẽdo, & cõtrariis reſpondẽdo; & retinet ſupra dictã diſtinctioné Dec. & Rimin. qñ ſcil. vere pbaretur error & ignorãtia vxoris, ac illius credulitas cauſata ex aliqua iuſta cã, de quo

etiam

Digitized by Google

etiam ibi adducit exempla ex mente etiam Purpurat. *in d. l. cunctos populos, num. 149.* & Curt. iun. *in d. l. penult.* & Cagnol. *in d l. qui cum alio, num. 14. ff. de reg. iur.* & eandem diſtinctionem ſequutus eſt Grat. *d. reſponſ. 113. num. 14.*

Septimo ſublimita, vt procedat in ſta-
69 tuto vigente † tempore nuptiarum, non autem in vigente tempore ſoluti matrimonii, ita Phanuc. *in ſuo tract. de lucro dot. gloſſ. 10. num. 79. verſic. vltimo loco quaro*, vbi late hanc ſententiam comprobat, idem voluit Imol. *in cap fin. col 8. in fin. de conſtit.* vbi etiam Felyn. *col. 2.* & Barbat. *col. 13. in princ.* idem Felyn. *in cap ſtatuimus, col. 2. de maior. & obedient.* & Alexand. *in addit. ad Bart. in d. l. omnes populi, col 9. verſic. ibidem, & in verſic. ecce,* Crot. *in d l. omnes populi, col. 32. verſic. limitatur iſta concluſio*, vbi reprehendit Bart. contrarium tenentem in eadem l. *omnes populi, num. 47. d. verſic. ecce alia dicit ſtatutum*, vbi voluit, ſtatutum nouum de lucro dotis comprehendere veteres, id eſt, conſtitutas tempore ſtatuti veteris, & cum prædictis tenuit etiam Grat. *d. conſil. 113. colum. 3.* & Bald. *conſil. 31. ſtatuto ciuitatis Aſtenſis, lib. 3.* & pro hac opinione optime faciunt ea, quæ ſupra diximus late de obſeruantia ſtatuti domicilii viri tempore contractus matrimonii, non autem alterius domicilii poſtea per maritum mutati, & in quo diſſolutum fuiſſet matrimonium, quæ videntur eſſe eædem, cum iſta ſublimitatione, vnde miror, quomodo Roland. à Valle, qui prima approbauit, hæc poſtmodum improbauerit, vt infra, & conuenit etiam, quoniam ex contractu dotis datæ à die celebrationis ipſius ius ortum eſt partibus circa quantitatem de dote reſtituenda, quod auferre noua lex non potuit, nec intellexit, quoniam legis natura eſt futuris negotiis dare formam, non autem præteritis, *l. leges, C. de legib. l. per diuerſas, §. fin. C. mandati. cap. fin. de conſtit.* quemadmodum & Imperator *in l. vnica, C. de rei vxor. act. in fin.* dixit, ſe facere conſtitutionem ſuper his tantummodo dotibus, quæ poſtea darentur, & facit etiam, quia obligatio cenſetur contracta, ſecundum conſuetudinem domicilii, quod maritus habebat tempore, quo dos fuit data, vt per Crot. *in d. l. omnes populi, num. 170.* & Roland. à Valle *d. quæſt. 21. num. 3.* nec potuit adaptari ad ſtatuta noua tempore ſoluti matrimonii, de quibus partes non potuerunt diuinare, *l. iubemus, §. fin. C. de teſtam.* & ad quæ tanquam ad incerta, & ignota conuentio trahi nõ poteſt, *d l. non eſt ferendus. ff. de tranſact.* & certum eſt, quod alia conuentio inter partes fuiſſet facta circa dotem, & eius lucrum, exiſtente ſtatuto tempore contractus matrimonii, vtputa tertiam partem ſolum marito tribuente, & alia ſi cogitaſſent de ſtatuto loci, in quo poſtea eſt ſolutum matrimonium, & quod forſan totam dotem marito relinqueret. Nec obſtat, quod lucrum prouenit ex morte mulieris, quæ tempore noui ſtatuti contigit, ideo nouum ſtatutum inſpici oportere, quia negatur præſuppoſitum, nam imo prouenit lucrum ex ipſomet contractu dotali à principio, in quo partes conueniſſe, & mentem accommodaſſe cenſentur ad lucrum tunc temporis certum, & determinatum à ſtatuto, non autem ad illud, quod, vt ſupra dicebamus, ignorabant, & non poterant diuinare, & licet effectus executionis talis contractus differatur in tempus mortis vxoris, tamẽ ius fuit ortum à principio ipſius contractus, licet conditionaliter, quod tamen non refert, *§. ex conditionali, Inſtit. de verbor. obligat. l. ſi filiusfamilias, ff. eodem tit. l. cedere diem, ff. de verborum ſignificat.* nec etiam obſtat, quod ideo ſtatutum nouum dicitur comprehẽdere dotes antea datas, quia quouſque durat matrimonium ſuper dote nullum effe-

ctum

Digitized by Google

ctum induxit, quia poterat diſſolui morte
viri, & tunc non fuiſſet locus lucro dotis,
& quod exceptio viro conceſſa contra he-
redes mulieris, cauſatur morte mulieris, &
non ante, & quod ideo ſufficit mortis tem-
pore ſtatutum extare, nam prædicta vera
non ſunt, ſiquidem licet quouſque durát
matrimonium, non poteſt exequi effectus
lucri, tamen non per hoc ſequitur, quod
ante non fuit ortum ius ad illud ex contra-
ctu, in quo quoad dotis reſtitutionem par-
tes cenſentur conueniſſe ſecundum ſtatu-
tum domicilii viri à principio, prout eſt de
iure, & prout dicebamus, licet talis iuris
conſequutio differatur in caſum mortis v-
xoris, quæ dilatio non impedit oriri obli-
gationem, *iuribus ſupra allegatis*, & etiam
quia ſuper contractu dotis reſtituendę diſ-
ponens alterando eius obligationem parit
tunc ius ſub conditione, quæ ideo cum ſit
ex præterito in futurum, non poteſt nega-
ri, quin ante mortem mulieris effectum ad
formam diſpoſitionis, & ſtatuti dicatur
inducere, *d.l.cedere diem, & §.ex conditiona-
li, cum concord.* prout nec etiam obſtat, q ex
quo ſtatutum dicitur diſponere ſuper re-
ſtitutione dotis facienda; & ſic ſuper actu
futuro, q cõtingit ſub ſtatuto nouo, & ideo
comprehendi debere ſub eo, quia reſpon-
detur, quod licet poſſet conſiderari diſpo-
ſitio tanquam ſuper reſtitutione dotis fa-
cienda, & fuiſſet facta ſic ſuper actu futu-
ro, debet tamen ſemper conſiderari ad
formam conuentionis prioris præceden-
tis tempore contractus, iuxta conſuetudi-
nem tunc temporis pariter vigentem, quæ
limitat, vt dicebamus, reſtitutionem dotis,
vbicunque, & qualitercunque contingat,
& ad quam tunc certam, & pręſentem, par-
tes contraxiſſe dicuntur, & mentem ac-
cõmodaſſe, & ſtatutum ſolum ſeruit quo-
ad executionem voluntatis partium eiuſ-
dem ſtatuti diſpoſitioni vſque à principio
accommodatæ circa lucrum, in quo non
poteſt poſtmodum variari per noua ſtatu-
ta, eo quia ipſarum non eſt, vt dicebamus,
partium conuentiones, & pacta, ac iura
tollere, ſecundum ea, quæ animaduertit
Bald. *d.conſil.31. num.3. lib.3.* vbi dicit, quod
alias ſtatuta eſſent iniqua, prout & hoc idē
late proſequitur Phanuc. *d.gloſſ.10. num.79.
cum plur. ſeq.* vbi reiectis contrariæ opinio-
nis fundamentis, rationibus, & auctorita-
tibus ibi per eum, refutat indiuiduo ea,
quæ contrarium ſentiens adduxit Roland.
à Valle *in ſupra citato tract. de lucro dotis, d.
quæſt.93.* in qua nõ video, vt diximus, quo-
modo hæc ibi ſenſerit, cum fere idem con-
trarium affirmauerit *in 21.q.* quæ eſt fere ea-
dem cum *d.93.* & hanc ſententiam arbitror
veriorem, & ſecundum quam ita Mediola-
ni iudicatum fuiſſe teſtatur Borgnin. *in ſuo
repert. vol.1. deciſionum, verb. lucrum dotis, &
in verb. maritus, & eius heres* & reprehendit
Cephal. qui aliter conſuluit *conſ.644. lib.5.
num.15 & plur. ſeq.*

Octauo ſublimita, vt procedant prædi-
cta, quando matrimonium eſſet † ſolutum 70
naturaliter per mortem vxoris, ſine aliquo
facto, vel culpa mariti, quando vero ius
exigendi committeretur ex aliqua culpa
viri, puta quia vergit ad inopiam, vel com-
mitteret adulterium, & ſic eſſet locus reſti-
tutioni dotis, tunc attenderetur ſtatutum
loci, vbi vir eſſet tempore culpæ commiſ-
ſæ, vel vbi vergit ad inopiam, ita Sanct. Se-
uerin. *in d.l. cunctos populos, num.119.* de men-
te Butr. *in d. cap. 1. de ſponſ.* & aliorum *in d.l.
exigere dotem*, ibique hoc dicit notatu di-
gnum.

Nono ſublimita, ſeu potius declara mo-
do, quod ſæpe ſupra diximus de domicilio
viri, vt intelligatur de domicilio † habita- 71
tionis, non autem de domicilio originis,
quia forum domicilii eſt potentius, quam
ſit forum originis, vt notatur per gloſſ. *in*

Digitized by Google

cap.ſtatutum, §.cum vero, de reſcript. in 6. vbi
etiam Dominic. & Franch. hoc affirmauit
Alexand. quicquid ſit in aliis contractibus
in caſu noſtro de dote in d. conſil. 100. num. 9.
lib. 3. per text. in d. l. exigere, cum gloſſ. in verb.
reditura, vbi vult, quod attendatur domi-
cilium viri, ad quod mulier erat itura, &
conſtat, quod mulier non eſt itura ad lo-
cum originis, vbi maritus non habebat
domicilium, ſed ad locum, vbi maritus ha-
bebat domicilium habitandi, ad quod erat
traducturus vxorem, & huius opinionis
affirmat fuiſſe Salycet. in d. l. cunctos populos,
in fin. verſic. item quæro in ciuitate originis mu-
lieris, ibique hanc ſententiam comprobat
rationibus, & auctoritatibus, & eam ſe-
quuti ſunt Bald. in d. conſil. 31. vol. 3. Crot. in
d. l. omnes populi, col. penult. Cremen. in d. ſin-
gul. 67. Iaſ. in l. ſi arrogator, col. 18 ff. de adop &
in d. l. cunctos populos, colum. 6. vbi etiam Pur-
purat. num. 124. Curt. iunior in d. l. exig. re,
num. 18 & Caguol. colum. 8. verſic. noua limi-
* tatio, vbi atteſtatur hanc eſſe communem
opinionem, Marſil. in d. l. fin. num. 63. ff. de iu-
riſdict. omnium iudicum, Ruyn. d. conſil. 58. co-
lum. 2. & 4. verſic. quarto principaliter, & in
verſic. præterea. vol. 3 & poſt illos hoc idem
tenuit Roland. à Valle in d. tract. quæſt. 22.
num. 15. vbi hanc partem de iure veriorem
** affirmat, & illam magis communem ap-
pellat in fin. d. quæſt.

72 Sexto intellige concluſionem † quoad
literas cambii, vt locus contractus dicatur
ille, ad quem fuerunt deſtinatæ, & receptæ,
non autem, in quo fuerunt ſcriptæ, per li-
teras enim acceptatas, dicitur facta quaſi
quædam copulatio conſenſus duorum ſi-
multanei, & ibi factus contractus, vt in-
quit Bald. in l. 2. ff. de pact. & probatur in l.
qui autem, in fin ff. de conſt. pecun. & eſt gloſ. in
l. conſentire, in verſic. conſenſu ff. de act. & ob-
ligat. & in l. 1. ff. de contrahend. empt. in verſic.
& per literas, & firma dicitur promiſſio, vel
mandatum, ſequutum per epiſtolam, quæ
ſemper dicitur loqui, vt in l. 1. §. in initio, ff. de
offic. præſid. l. miles ad ſororem, ff. de leg. 2. Bart.
in l. nuda, col. 2. verſic. non obſtat, ff. de donat. &
perficitur per receptionem ipſius epiſtolæ,
& ad illud tempus, quo recipitur, reduci-
tur, l. qui abſenti, ff. de acquir. poſſeſſ. l. abſenti,
ff. de donat. tunc enim, cum is, ad quem lite-
ræ miſſæ ſunt, recipit illas, & tacet, vel exe-
quitur, dicitur & ipſe conſentire, & ſic mu-
tua tunc oritur obligatio, vt per illum text.
hoc notant Bart. & Bald. in l. Titius, in fin. ff.
de conſtit. pecun. & in l. cum tabernam, §. pe-
nult. ff. de pignor. & Bartol. in l. quo enim, §. 1.
in fin. ff. rem rat. hab. Bald. in rubric. C. de fid.
inſtrument. col. antepenult. verſic. quid de lite-
ris. & in terminis de literis cambii hoc vo-
luit Bald. in conſil. 348. incip. facta fuerunt,
lib. 1. vbi num. 1. dixit, quod inter ſcriben-
tem literas, & cui ſcribuntur, tunc contra-
hitur negotium, cum acceptantur, & con-
ſummatur mandatũ, & ſi interim deficeret
cõditio, de qua in literis, & executio mãda-
ti, quomodocunque etiam per actũ fortui-
tum non contrahitur obligatio inter man-
dantem, & mãdatarium, vt in l. cedere diem,
ff. de verborum ſignificat. ibique ſubiungit,
an ſit locus † pœnitentiæ, & quando in eiſ- 73
dem literis, circa quas vide etiam latius, &
plene per Dominum Ioſephum fratrem
meum de probat. vol. 2. concluſ. 630. & 987. &
hanc intelligentiam ſequitur, & compro-
bat Decian. reſponſ. 109. nu. 15. & ſeq. & num.
88. lib. 2.

Septimo intellige, vt procedat conclu-
ſio † in deciſiuis, id eſt, quod iudex debet 74
in his iudicare ſecundum ſtatuta loci con-
tractus, licet ſit ſecus in ordinatoriis, ſeu
concernentibus proceſſum, vt ſupra dixi-
mus in 2. limitat. Bart. in d. l. cunctos populos,
num. 16. Alexand. conſil. 37. num. 7. lib. 2. per
l. ſi fundus, ff. de euiction. Abb. in d. cap. quod
clericis, colum. 3. Riminald. conſil. 417. num. 7.
lib. 3.

lib 3. Ruyn. *conſil. 69. num. 5. lib. 4.* vbi de communi teſtatur Alexan. *conſil 164. nu. 4.* vbi pariter de communi teſtatur *lib 6.* communem etiam dicit Roland. à Valle *conſil. 100 nu 11. lib 3.* vbi etiam *num 13.* magis communem affirmat, & hoc pro regulari communi dicto ponit Roch. de Curt. *d. tract. de ſtat. ſect. 9. num 42. queſt. 12 verſic. ſecunda regula eſt, in deciſiuis*; Canoniſtæ communiter *in cap quod clericis, de foro compet.* Decian. *reſponſ. 185. num. 39. vol. 1. & d. reſponſ. 109. num. 39. volum. 2.* Dec. & cæteri communiter *in l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de regul. iur.* & etiam vnanimiter ſcribentes *in rubric. de conſuetud.*

Subintellige, vt procedat intelligentia
75 in his, quæ oriuntur † ſecundum naturam contractus, tempore contractus, in quibus circa deciſoria cauſæ, & litis deciſionem inſpiciuntur ſtatuta loci, vbi contractus fuit celebratus quoad effectus cauſatos, vel cauſandos ex ipſo cõtractu ſecundum naturam contractus, nullo facto extrinſeco occurrente, etiam ſi de tali contractu in alio loco diſputetur, & etiam ſiue ſit ſoluenda quantitas alio loco, vel in alium locum fuerit deſtinata ſolutio, ſecus in his, quæ oriuntur poſt contractum perfectum propter negligentiam, vel moram commiſſam, quia in his, vt etiam ſupra in alio propoſito diximus, non attenditur locus contractus, ſed ille locus, in quo negligentia, vel mora eſt commiſſa, ſi tamen perſonæ illæ ſunt de illo foro, Rot. *deciſ. 404. 1. part.* vel ſolutionis adiectio non repugnat, ita Bart. *in d. l. cunctos populos, nu. 19. & 20.* inferens per hoc, quod ſi in ciuitate Peruſii extaret ſtatutum, quod iura petendi debitum præſcribantur decem annis, & quidam Florentinus mutuauerit centum in curia Romana ſub pacto de reddendo in ciuitate Peruſii, certe ſi tacuit per decem annos, erit, inquit Bartolus, ibi locus ſtatuto, quia eſt contracta in illo negligentia, Bartol. ſequuti ſunt Domini de Rot. *deciſ. 602. part. 1.* qui teſtantur etiam de communi, de mente Purpurat. *in d. l. cunctos populos, num. 154. & 161.* idem voluit Salycet. *ibid.* vbi etiam Sanct. Seuer. *num. 111. & 131.* vbi teſtatur hoc à Dd. teneri, ibique quoad primum caput ſub intelligentia infert, quod ſi Senis ſit ſtatutum, vel conſuetudo, quod venditor teneatur præſtare fideiuſſionem emptori de euictione, & Florentinus vendidit mihi Senenſi prædium ſitum in territorio Florentino, & fuerit hic Senis celebratus contractus, ſed nihil fuerit dictum de fideiuſſore, tamen tenebitur Florentinus mihi fideiuſſorem præſtare, ſiue conueniatur hic Senis, ſiue Florentiæ, licet prædium emptum ſit in territorio Florentino, quia iſta conſuetudo, ſiue ſtatutum de fideiuſſore præſtando, reſpicit deciſionem cauſæ, & eſt effectus cauſatus ab ipſo contractu tempore ipſius contractus ob ſtatutum loci nullo extrinſeco interueniente, ſed ſecundum naturam ipſius contractus, ſicut ſi hic eſſet cõſuetudo, vel ſtatutũ, quod ex pacto nudo poſſet agi, & Bononienſis promiſerit mihi per pactum nudum, certe poterit hic conueniri, & Bononiæ vigore ſtatuti arctantis cum vigore contractus hic initi, prout etiam ſi in loco executionis nulla poſſet opponi exceptio etiã peremptoria contra inſtrumentũ guarantigiæ, ſi tale inſtrumentum eſſet factum extra territorium, poſſet opponi exceptio, attento iure communi, & poterit fieri probatio, quia hoc pertinet ad deciſionem cauſæ, ideo inſpicimus locum, vbi contractus eſt celebratus, in quo viget ius commune, ſi aliud nõ apparet, tanquam de effectu proueniente, & cauſato ex ipſo contractu nullo facto extrinſeco occurrẽte, & in eodem loco alia ſimilia adducit, & comprobat, idẽ tenuit Roch. de Curt. *vbi ſupra,*

Digitized by Google

num. 49. Abb. *in d. cap. licet, num. 3. de foro compet.* Soc. *conſil. 99. incip. in cauſa eximis Doctoris, lib.*

76 Quæ autem dicantur † deciſoria, & non
ordinatoria, vide Franch. *in cap. ſi duobus,*
§. denique, num. 4. de appellat. & in cap. vt de-
bitus, quæſt 7. & 14. eod tit. vbi voluit, quod
ſtatuta prohibentia appellationem à diffi-
nitiua, dicantur reſpicere deciſoria, ſecus ſi
de appellatione ab interloquutoria ſolum
tractarent, quia tunc dicerentur eſſe de or-
dinatoriis, prout etiam quando determi-
nant infra quantum tempus debeat appel-
lari, & quantum duret appellatio, & quo
ſeruato, vel non ſeruato appelletur, vel
procedatur in appellatione, & ex hoc ap-
paret fuiſſe erratum ex imperitia, vt opi-
77 nor tranſcribentis illam, in † Rot. *deciſ. 452.*
num. 6. part. 1. dum annumerat ſtatutum
tollens aut minuens appellationem inter
ordinatoria, & non deciſoria, allegans ad
hoc Franch. *vbi ſupra*, qui contrarium te-
net, prout quod ſtatutum prohibens ap-
pellationem à duabus ſententiis confor-
mibus, & ſic minuens appellationes, quæ
de iure communi duæ conceduntur, vt C.
ne lic tert. appell in rubr. & in nigro, ſit de de-
ciſoriis, non autem de ordinatoriis, proba-
uit etiam Bertaz. *conſil. crim. 19. num. 3. lib. 1.*
cum ibi per eum, & erunt etiam reſpicien-
tia deciſoria ſtatuta loquentia de iuribus
probationum, vtputa circa ſcripturæ, vel
ſolutionis probationem, & ſi ageretur de
deſertione cauſæ, tunc etiam diceretur agi
de deciſoriis, ſecus ſi de ſola inſtantia vel de
fori declinatione, vel de forma citationis,
& citandi, quæ etiam de ordinatoriis dici-
tur, Bertaz. *conſil. crim 469. nu. 9. lib. 2.* Are-
tin. *conſil. 33. nu. 1.* Sanct. Seuer. *in l. 1. num. 137.*
C. de ſumma Trinit. Cephal. *conſil. 263. num.*
30. lib. 2.

Octauo intellige concluſionem, vt non
78 procedat, quoad † executionem, in qua eſt
ſeruandum ſtatutum loci iudicii, in quo fit
executio, ita Roch. de Curte, *vbi ſupra, nu-*
mer. 55. de mente Bald. *in l. 1. quæſt. 4. C. ne fil.*
pro patr. motus ea ratione, quia quantum
ad ordinem iudicii, vt ſupra dicebamus,
ſeruandum, inſpicimus locum iudicii, ſiue
loquamur de ordine proceſſus, ſiue de or-
dine executionis, quæ executio dicitur
concernere ordinem, & non deciſionem,
& Bald. ad hoc allegat text. *in d. l. 2. ff. quem-*
adm. teſtam. aper & in l. miſſi opinatores, C. de
exact. tribut. lib. 10. & not. per Bart. *in l. à Diuo*
Pio, §. ſententiam, vbi cæteri, *ff. de re iud.* idem
Bald. *in conſil. 285. incip. caſus, vol. 2.* Ancha-
ran. *quæſt. 3. num. 3. lib. 2* Decian. *d. reſpon. 109.*
num. 40 vol. 2. Bart. *in d. l. cunctos populos, nu-*
mer. 30. vbi pariter dixit, quod petitio exe-
cutionis dicitur reſpicere proceſſum, &
ordinatoria iudicii, limitationem ſequu-
tus eſt etiam Borgnin. *deciſ. 10. num 31. part. 1.*
de mente Lancill. Conrad. *de offic. prætor.*
lib. 1. rubr. de execut. ſentent. ſub num. 13. Pro-
ſper Carauit. *in rit. magnæ cur. rit. 28. num. 7.*
Iaſ. *in d. l à Diuo Pio, § ſententiam, col. 3. verſic.*
limita quando ſententia, num. 16. & Bald. *in d.*
l. cunctos populos, num. 53.

Amplia, vt procedat etiam quoad † fo- 79
renſes, ſiue pro, ſiue contra eos agatur, Ro-
chus de Curte *d. quæſt. 12. num. 9.* de mente
Bald. *in d. conſil. 285. incip. caſus, ad fin. vol. 2.*
per text. quem dicit notabilem *in d. l. miſſi*
opinatores. C. de exact. tribut. lib. 10. idem vo-
luit Anchar. *d quæſt. 3 num 3. & ſeq.* allegans
ad idem Ruyn. *conſil. 127. num. 7. vol. 1.* vo-
lentem, quod in facienda executione at-
tendantur conſuetudines, & ſtatuta loci,
vbi executio poſtulatur, & loquitur in fo-
renſibus rationibus, de quibus per Bald. *in*
d l 1. C. ne fil. pro patr. num. 9. quæſt. 4. videli-
cet, quod non ſeruare ordinem in talibus
executionibus inſtrumẽtorum, ſit quidam
ordo irregularis, ſuccedit, quod executio
dicatur de ordinatoriis, in quibus inſpici-
mus

Digitized by Google

mus locum iudicij, ſiue loquamur de ordine proceſſus, ſiue de ordine executionis, & idem affirmauit Rom. *conſ. 243. ad prædictorum, num. 2.* vbi pariter dixit, quod in fienda executione attenduntur ſtatuta loci, vbi executio petitur per ea, quæ not. etiã Bal. *in l. vnica, C. de confeſſ. & in l. 3. C. de execut. rei iud.* idem tenuit Marſil. *in repet. d. l. fin. num. 59. & 60. ff. de iuriſdict. omn. iud.* Decian. *reſp. 109. num. 40. volum. 2.* Alexan. *in l. à Diuo Pio, §. ſententiam, column. penultim. verſ. vlt. ff. de re iud.* idemque Decian. *ibidem* teſtatur, hoc communiter à Doctoribus teneri, *in dict. l. cunctos populos, C. de ſumm. Trinitat.* & præſuppoſito, prout affirmãt ſupra citati Doctores, quod ſtatutum dans executionem inſtrumentis ſit de ordinatorijs, non eſt dubium, quod forenſis poteſt eo gaudere, imo velit nolit, ad illius obſeruantiam adſtringitur, prout communiter Doctores *in c. quod clericis, de for. compet. & in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ,* vbi præcipue Dec. *numer. 146.* qui hanc communem regulam teſtatur *de conſtit.* cum alijs, de quibus per nos *in concluſion. quod ſtatuta non ligant forenſes, in 3. ampliat.*

80 Declara ſupra dictam ampliationem, vt ſit vera in his ſtatutis, † quæ de executione inſtrumentorum diſponẽtia firmarent pedem in mero modo procedendi, vt ſi diſponerent ſimpliciter, quod in caſu inſtrumenti procedatur tali modo, vel etiam ſimpliciter, quod inſtrumẽta habeant executionem paratam, nam tunc verificaretur doctrina Baldi, & ſequacium, *vbi ſupra in d. l. 1. C. ne fil. pro patr. q. 4.* quod ſcilicet, ex quo iſtud eſſet procedere ordine prætermiſſo, cum de iure communi inſtrumẽta non habeant executionem paratam, *l. minor 25. annis, ff. de minor.* quẽ ad hoc meliorem tex. de iure appellat Ruin. *conſ. 144. num. 7. vol. 4.* Angel. *in l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore, ff. ſolut. matrimon. & in l. ait Prætor, §. 1. de re iud.* & iſtud non ſeruare in hoc ordinem, eſſet, vt dicebat Bal. quidem ordo irregularis, & ſic eſſemus circa ordinatoria, ita omnes in illo loci iudicio litigantes, ſiue ciues ſint, ſiue forenſes, eo ſtatuto ligabuntur, & fruentur, prout ligantur, & fruuntur alijs ordinatorijs iudicij. Si autẽ ſtatuta executionem inſtrumentis concedentia non ſtarent in puris terminis procedendi, ſed procederent vlterius tangendo merita cauſæ, vtputa impediendo oppoſitionem exceptionum etiam peremptoriarum, & tractando de probationibus circa cauſam, tunc ſicut dicerentur cõcernere, & reſpicere deciſoria, & merita cauſæ, ita non attenderetur ſtatutum loci illius iudicij quoad litigantes, niſi & in eo loco eſſet factus contractus ille, cum in deciſiuis attendatur ſtatutum non iudicij, ſed loci contractus, vt ſupra late oſtendimus, & prout hoc idem in terminis ſtatuti executionis inſtrumentorum voluit ipſemet Bald. hoc pacto diſtinguendo *in d. l. 1. q. 5.* ibi, *quinto quæro, quid ſi in loco executionis nulla poteſt opponi exceptio quantumcunque peremptoria, nunquid ſi inſtrumentum eſt factum extra territorium poterit opponi exceptio, attento iure communi, & poterit fieri probatio, reſpondeo ſic, quia hoc pertinet ad deciſionem cauſæ, & ideo inſpicimus locum, in quo fit contractus, vbi viget ius commune, ſi aliud non appareat,* idem tenuit Roch. de Cur. *in dict. q. 12. num. 45.* ibi, *tertio per præmiſſam concluſionem in quantum diximus, quod ſi agatur ratione contractus, conſideratur ius, ſiue conſuetudo loci contractus in deciſiuis, infertur, quod ſi contractus ſit celebratus in loco, vbi ex forma ſtatuti contra inſtrumentum nulla poſſit opponi exceptio, iudex debebit ſeruare illud ſtatutum, quamuis inſtrumentum ibi factum producatur coram eo in loco, vbi non vigeat ſtatutum prædictum,* ibique ſubiungit, *quod ſi aliquando Paul. de Caſtr. contrarium dixit, male dixit.*

Digitized by Google

Eiuſdem ſententiæ fuit Marſil. *in d. l. fin. n. 60. & 61.* ibi, *& ex iſto dicto Bartoli infert Iaſon, quod ſi in hac ciuitate Bononiæ eſſet ſtatutum, quod inſtrumenta habeant executionem paratam, modo pone, quod inſtrumentum eſt factum in alia ciuitate, in qua non eſt iſtud ſtatutum, ego produco contra te tale inſtrumentũ in hac ciuitate, an habebit executionem paratam, & decidit, quod ſic, per doctrinam Bartoli,* in dict. l. cunctos populos, *quia in his, quæ reſpiciunt ordinem iudiciorum, inſpicimus ſtatutum loci, in quo iudicium agitur etiam quoad forenſes*, & ſubiungit, *& ſi diceretur, quod imo videtur, quod dictum ſtatutum reſpiciat executionem, non autem ordinem, reſpondeo, quod ſi ſtatutum diſponeret, quod inſtrumenta habeant executionem paratam ſine aliquo libello, & quod nulla poſſet opponi exceptio etiam peremptoria, tunc iſtud ſtatutum reſpiceret executionem. & conſequenter aliud eſſet, ſecus autem quando diſponit ſimpliciter, vt ſupra*, & ſequitur idem Marſil. ibidem, *quod ſtante ſtatuto, quod contra inſtrumentum nulla poſſit opponi exceptio peremptoria, tunc quia iſtud ſtatutum reſpicit condemnationem, & executionem, & non ordinem iudicij, ſi eſſet confectum in alio loco inſtrumentum, & produceretur in iſta ciuitate, non attenderetur ſtatutum huius ciuitatis, quia iſtud ſtatutum reſpicit executionem, & condemnationem*, cum prædictis tenuit etiam Ancharan. *q. 63. numer. 5.* ibi, *cum itaque illud ſtatutum ſit executiuum, & deciſorium, non competit forenſibus*, idem Decian. *reſpon. 11. numer. 188. libr. 1.* ibi, *non obſtat, quod cum inter hos litigantes tractetur de executione ſententiarum, quod attendenda ſint leges, ſtatuta, & conſuetudines loci, in quo fit executio, quia reſpondetur verum id eſſe quoad ordinem ipſius executionis, non autem quoad probationes concernentes meritum cauſæ, & ſi diceretur, imo prælatio creditorum concernit ordinem executionis, dico, id verum non eſſe, quia imo tractatur de viribus, & fide inſtrumentorum, & quoad hoc an habeat priuata ſcriptura vim publicæ ſcripturæ, attendenda eſt conſuetudo loci, in quo facta eſt, quia excedimus terminos executionis in hoc, quia volumus cognoſcere de validitate, & viribus, ac fide ipſius, quæ omnia regulari debent ſecundum leges, & conſuetudines loci, in quo fuit in eſſe producta ipſa ſcriptura*, & cum prædictis ſic diſtinguendo tranſeunt alij plerique 81
Doctores, ex quo poterũt † magnifici Aduocati mei conciues poſthac cognoſcere, quid tandem tenendum ſit in illa ſæpius agitata, & diuerſimode iudicata quæſtione, *an forenſes poſſint gaudere beneficio noſtri ſtatuti de inſtrumentorum executione loquentis*, quod poſtquam non ſtat in puris terminis procedendi, non erit extendendum ad fauorem forenſium, prout & idem iudicandum erit in caſu ſtatuti Ianuæ, *de cauſis executiuis, lib. 2. c. 3.* cum & ipſum deciſoria reſpicere dicatur, ex traditis per ſupra citatos Doctores.

Nono intellige, vt non ſit vera concluſio reſpectu ſtatuti † vſu non recepti, nam 82
tale ſtatutum, nedum non tradet regulam circa contractus in loco factos, ſed nec etiam poterit allegari, tanquam nullius effectus, ita Menoch. *conſ. 75. numer. 91. libr.* Plot. *in l. ſi quando. §. 6. nu. 5. C. vnde vi*, Ruin. *conſil. 153. num. 24. libr. 5.* Bertazz. *conſ. crimin. 319. numer. 1. libr. 2.* Iaſ. *conſil. 112. numer. 4. volumin. 4.* & Rol. à Val. *conſ. 99. num. 5. & 39. libr. 2.* glo. & Doct. *in l. rem non nouam*, vbi Iaſ. *num. 5. C. de iudic.* & quod qui ſtatutum vſu non receptum non obſeruat, non dicatur illi contrauenire, & quod in eo nullum ſit faciendum fundamentum, dixit Pariſ. *conſ. 53. numer. 98. libr. 3.* Ruin. *conſ. 13. n. 23. lib. 2.* Nat. *conſ. 19. n. 8.* vbi dixit, quod tale ſtatutum non dicitur ſtatutum, & de hoc nos etiam *in concluſione, quod ſtatuta non ligant forenſes, & quod de duobus ſtatutis vltimum eſt attendendum.*

Deci-

Digitized by Google

Decimo intellige, quod ſi de aliquo ſta-
83 tuto † non conſtaret, eſſet ſeruandum in terris, ſubiectis Eccleſiæ Romanæ, ius Canonicum, in ſubiectis vero Romano Imperio ius ciuile, ſi autem eſſemus in locis prætendentibus libertatem ab vtraque ſuperioritate, ſi de aliqua particulari conſuetudine, & ſtatuto loci non appareret, eſſet ſeruandum ius gentium commune omnibus, quod ibi vigere præſumitur, ita Sanct. Seuer. *in d.l.cunctos populos, numer.93.in fin. C.de ſumm.Trinitat.* de mente Bal. *in dict.l.2. C. quemad. teſtam. aper. & in l.ius ciuile. ff. de iuſt. & iur.*

CONCLVSIO VIII.

Duobus ſtatutis contrarium ad inuicem diſponẽtibus, quodnam, & in quibus, & quomodo ſit attendendum.

SVMMARIA.

1 *Contrariis duobus ſtatutis exiſtentibus vltimum eſt attendendum.*
2 *Intellectus* l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur.
3 *Vltima derogant prioribus.*
4 *Per conſtitutionem ſecundæ legis videtur receſſum à prima.*
5 *Tempus compoſitionis, non autem confirmationis attenditur in prælatione ſtatutorum.*
6 *Codex fuit totus cõfirmatus eodẽ tempore.*
7 *Vltimo capitulo ſtatur inter multa cõtraria in eodem ſtatuto.*
8 *Vltimum ſtatutũ ſpecialius præfertur primo etiam plenius diſponenti.*
9 *Vltima conſuetudo attenditur.*
10 *Alimenta relicta à teſtatore, prout in vita præſtabat alicui, regulantur ſecundum vltimam teſtatoris conſuetudinem.*
11 *Conſuetudo & ſtatutum æquiparantur, & quod dicitur de vno, dicitur de alio.*
12 *Conſuetudo vltima tunc attenditur, ſi eſt introducta à maiori parte populi.*
13 *Statutum ſicut ſe habet ad ſtatutum, ita conſuetudo ad conſuetudinem.*
14 *Poſterius ſtatutum non præualet primo, ſi eſt iuſtius.*
15 *Statutum permittens probationem etiam per teſtes dicitur iuſtius altero, ſolum per inſtrumenta fieri poſſe concedenti.*
16 *Fœminarum ſtatutum excluſiuum, donec exiſtunt maſculi, eſt iuſtius eo, quod excludit perpetuo.*
17 *Prioritatem aut poſterioritatem non debet attendere iudex, vbi apparet de maiori æquitate.*
18 *Vltimum ſtatutum tunc attenditur, ſi eſt vltimum in compilatione, non autem ſolum in ordine ſtatutorum.*
19 *Specialius ſtatutum attenditur, poſtpoſita prioritate, vel poſterioritate.*
20 *Speciale ſtatutum facit ceſſare generale.*
21 *Specialius ſtatutum præualet generali, etiam poſteriori, habẽti clauſulam generalem derogatiuam* non obſtante, *&c.*
22 *Clauſula* non obſtante *quid importet.*
23 *Speciale ſtatutum poſtponitur generali ſequenti, quando generale aliàs nihil operaretur.*
24 *Specialia inter duo ſtatuta attenditur ſpecialim.*
25 *Specialius ſtatutum quomodo cognoſcatur, & quod dicatur.*
26 *Primum ſtatutum minus derogans iuri cõmuni præfertur etiam poſteriori.*
27 *Vltimum ſtatutum non præfertur primo, quando non fuit vſu receptum.*
28 *Conditionem hanc tacitam habent ſtatuta, videlicet ſi moribus vtentium recipiantur.*
29 *Vſu non receptum ſtatutum non obſeruans, non peccat.*

30 Vſu

30 *Vſu non receptum ſtatutum non habetur in conſideratione.*

31 *Vſu non receptum vt dicatur ſtatutum, ſufficiunt decem anni à die conditi ſtatuti.*

32 *Reformatio non tollit ſtatuta praecedentia, ſi non fuit vſu recepta.*

33 *Vſu receptum an praeſumatur ſtatutum, remiſſiue.*

34 *Deſuetudine vt dicatur ſublatum ſtatutum, requiritur, quod euenerit caſus ſtatuti.*

35 *Inobſeruantia vbi non repugnat directa legi contrariae, vt quia non euenit caſus legis, non tollit legem.*

36 *Priuilegium nunquam tollitur per non vſum, niſi euenerit caſus priuilegij.*

37 *Statutum nunquam tollitur per non vſum, ſed per contrarium vſum ſic.*

38 *Vſus contrarius vt operetur, debet eſſe de maiori numero caſuum.*

39 *Vſus, ſiue conſuetudo contraria ſtatutis non poteſt induci per populum, non habentem facultatem legis condendae.*

40 *Sarzanenſes non poſſunt inducere conſuetudinem contra ſtatuta.*

41 *Statutum in eſſe deductum ſemper praeſumitur in dubio durare, & eſſe in viridi obſeruantia.*

42 *Statutum non publicatum, licet poſterius, non praeualet primo.*

43 *Ad eſſe ſtatuti tria requiruntur.*

44 *Publicatio perficit legem.*

45 *Scientia ſtatuti non ſufficit, niſi & publicatio interueniat.*

46 *Renouatum ſtatutum non cenſetur nouum.*

47 *Vltimum ſtatutum non tollit prius, quod tranſiuit in contractum.*

48 *Princeps nō poteſt etiam de plenitudine poteſtatis rumpere commiſsiones, & contractus cum ſuis ſubditis.*

49 *Princeps, reſpublica, & quicunque alius ſuperior obligatur ex contractu, ſicut quilibet alius priuatus.*

50 *Princeps non praeſumitur per generalem derogationem tollere ſtatuta in priuilegium conceſſa, maxime quando non haberent cauſam ſucceſſiuam, vt* numer. 51.

52 *Conſuetudine ad fauorem aliquorum acquiſita, aut inducta non poſſunt tolli per nouum ſtatutum, maxime in non ſubditis, vt* nu. 53. *& quid de ſubditis,* num. 54.

55 *Princeps faciendo ſtatutum priuilegiatum erga non ſubditum, dicitur cum eo contractum, & conuentionem inire.*

56 *Principis cōtractus habet vim legis, & quomodo.*

57 *Non ſubditus fit ſubditus reſpectu rei in territorio exiſtentis.*

58 *Vtilitate publica ſuadente ſtatutum etiam in vim contractus poteſt tolli.*

59 *Ciuitas poteſt facere ſtatutum abdicatiuū bonorum in praeiudicium patronorum, iuſta cauſa ſuadente, ſi vicem Principis obtinet, vt* num. 64.

60 *Princeps à contractu recedens debet tamen reſtaurare laeſum.*

61 *Princeps multa poteſt vtilitatis publicae fauore.*

62 *Publicus fauor praefertur vtilitati priuatae.*

63 *Princeps non praeſumitur in dubio vti plenitudine poteſtatis, & quando ſecus.*

64 *Ciuitas tunc poteſt tollere ſtatutum, quod tranſiuit in contractum, ſi ſuperiorem non recognoſcit.*

65 *Concordia quouſq; poteſt conſiderari inter ſtatuta, non debet induci derogatio, aut correctio, etiāſi in vno adeſſent dictiones taxatiua, & etiamſi alternatiua deberet reſolui in copulatiuā, & etiamſi vltimum ſtatutum haberet clauſulam derogatoriam generalem, niſi in contrarium appare-*

pareret de mente ſtatuentium, vt n.66. 67.68.& 69.

70 Vltimum ſtatutum non præualet primo, ſi primum eſſet derogatorium cõtraria diſpoſitionis alterius ſtatuti.

71 Reſcriptum contra legem non valet, niſi legi fuerit derogatum.

72 Secundum ſtatutum non reuocat primum, niſi de eo faciat expreſſam mentionem, quod declara, vt num.73.75.76.

74 Conſuetudo contraria non derogat ſtatuto præcedenti, prohibenti tamen conſuetudinem poſſe induci, niſi cum expreſſa ſcientia populi, vel Principis induceretur.

77 Derogatoria ſpecialis, ſeu expreſſa quæ, & quæ generalis dicatur.

78 Secundum ſtatutum non tollit primum iuratum, quod tamen dic, vt infra late.

79 Reuocantes ſtatuta iurata an, & quando efficiantur periuri.

80 Secundum ſtatutum non tollit primum cõfirmatum à ſuperiore.

81 Inferior non poteſt reuocare ſtatutum confirmatum à ſuperiore, maxime quando ſtatutum confirmatum aliâs erat nullũ, & quando in confirmatione adeſſet clauſula derogatoria, & quãdo inferiores recepiſſent auctoritatem condendi ſtatuta à ſuperiore confirmante, vt num.82.83. & 84.

85 Inferiores, qui non poſſunt ex ſe legem condere, non poterunt conditam auctoritate ſuperioris ſoli interpretari.

86 Antianorum Sarzanæ auctoritas circa declarationem ſtatutorum quid operetur.

87 Inferiores poſſunt reuocare ſtatuta concernentia res, & adminiſtrationem negotiorum ſuorum communium ſine ſuperioris auctoritate.

88 Conſtitutio tunc dicitur confirmantis, quãdo confirmatio eſt neceſſaria, ſecus ſi per ſe ſtare poteſt.

89 Regula, quod eadem ſolemnitas requiritur in deſtruendo, quæ in conſtruendo, quomodo procedat.

90 Sarzanenſis capitulatio cum sereniſſima republica Genuenſe circa auctoritatem condendi ſtatuta declaratur.

91 Reuocari quando etiam poſſit ſtatutum ſine ſuperioris auctoritate, & num.92.93.& 94.

95 Secundum ſtatutum tunc tollit primum, ſi eſt validum & legitimum.

96 Fauorabilius ſtatutum, quamuis prius, præfertur poſteriori minus fauorabili.

97 Prohibitiue, & negatiue loquens ſtatutum præfertur affirmatiue loquenti, nullo conſiderato ordine in volumine ſtatutorum.

98 Compromiſſum faciens dicitur alienare.

99 Secundum ſtatutum tollit primum ſolum in eis, quæ ſunt priori contraria.

100 Reſcriptum cum clauſula non obſtante, reſtringitur ſolum ad eum actum, contra quem loquitur reſcriptum.

101 Secundum ſtatutum non inſertum in volumine ſtatutorum non tollit primum, imo non valet, quod declara, vt numer. 102.

103 Vltimum ſtatutum quando deroget etiam factis in executionem primi ſtatuti tunc vigentis.

104 Reuocatis ſtatutis intelliguntur etiam reuocatæ reformationes circa illa.

105 Electio ſola ciuium ad condenda noua ſtatuta non facit vetera ceſſare.

106 Ciuitate libera facta ſubdita, quando ſtatuta ipſius reuocata cenſeantur.

De duobus ſtatutis contrariis † vltimũ 1 eſt attendendum, ita Doct. *in l.omnes populi, ff. de inſtit. & iur.* vbi præcipue Ruin. *num.78.* & Caccialup. *num.118. cum plur. ſeqq.* & ante eos Bar. *in 4. quæſt.3. princip. num.28.*

Io. Ant. Rub. *in l. Gallus*, §. *quidam recte. ff. de liber. & poſthum. numer. 212.* Bart. *in l. ſi certarum*, §. *fin. de teſtam. milit.* & poſt gl. *in leg. eum propouas, C. de codicill. & in l. non dubito, ff. de iur. fiſc. & in d. l. Gallus*, §. *quidam recte, in fine*, Alexan. *conſil. 41. numer. 4. libr. 2. & conſ. 58. numer. 7. lib. 4.* Bal. *in cap. de cauſis, de offic. deleg.* Cyn. *in l. 1. in fin. C. de legib.* Ang. *in l. ſi miles, ff. ad leg. Falc. & in l. omnium. C. de teſtamen. & in l. inciuile, ff. de legib.* reprehendens quoſdam, qui maluerunt, quod ſtante dicta contrarietate in dictis ſtatutis neutrū valeret, per *l. vbi repugnātia, ff. de reg.*
2 *iur.* quia reſpondet, quod † l. *vbi repugnantia*, procedit in ſcripturis, vel teſtibus, in quibus eſt ſuſpicio falſitatis, vt *in l. falſa, vel varia, ff. de teſt. in authent. de hered. & Falc.* §. *inordinatum, & in l. neque, C. de cano. largit. libr. 10.* Bal. *in cap. cum olim, de conſuet. & in l. diximus*, §. *ſi duas, ff. de excuſ. tut. & in capit. 1.* vbi etiam Abb. *de reſcript.* Bal. *in dict. l. omnes populi, column. 21. de iuſtit. & iur.* Iaſ. *in l. pacta nouiſſima, column. 2. verſicul. decima habet locum in ſtatutis, C. de pact.* Dec. *conſil. 3. num. 2. & conſ. 44. num. 7.* Geminian. *in cap. 1. column. 2. de iureiur. in 6.* Specul. *in tit. de inſtrumen. editio.* §. *nunc aliqua, verſ. ſed pone producto*, Anch. *in c. canonum ſtatuta, 14. q. de conſtit.* Marſil. *in l. 1.* §. *ſi ſerui quaſi, numer. 15. ff. de quæſt.* Cephal. *conſ. 601. num. 1. vol. 4.* & ratio
3 generalis eſt, quia vltima derogant † prioribus in omnibus diſpoſitionibus, vt tradit Marſil. *libr. vbi ſupra*, Decian. *reſp. 32. nu. 20. volumin. 2.* Cephal. *conſil. 644. num. 12.* vbi de communi teſtatur, *libr. 5.* not. *in l. tutor datus*, §. *fin.* ibi, *nouiſſimam ſcripturam eſſe ſpectandam, ff. de teſt. tut. & in l. 2. C. eo. tit. & in l. ſi mihi, & tibi*, §. *in legatis*, ibi, *nouiſſima ſcriptura valens, ff. de leg. 1.* Dec. *in conſil. 445. numer. 10. & conſil. 95. num. 2. & 3.* & facit tex. apertus *in* §. *ſed naturalia*, §. *ea vero, Inſtitut. de iure nat. gen. & ciuil.* ibi, *ea vero, quæ ipſa ſibi quæque ciuitas conſtituit, ſæpe mutari ſolent, vel tacito conſenſu populi, vel alia poſtea lege lata.* Bar. *in l. 1. ff. de legib.* Pariſ. *conſ. 44. num. 13.* vbi de communi teſtatur, *lib. 1.* tex. & Doct. *in l. Diui*, §. *licet, ff. de iur. codicill.* & per conſti-
tutionem † ſecundæ legis videtur receſſum 4
à prima, *l. ſi ita ſcriptum, ff. de hered. inſtitu. l. hac conſultiſſima*, §. *1. C. de teſtam.* & facit reg. de qua *in d. l. pacta nouiſſima, C. de pact.* Ang. *in d. l. inciuile, ff. de legib.*

Primo amplia, vt idem ſit, ſi eodem tēpore fuerint confirmata, nam illud, quod
eſt † poſterius in ordine, nihilominus pręualebit, quia attenditur tempus compoſitionis ſtatuti, non tempus confirmationis, *l. conficiuntur*, §. *ſi miles, ff. de iur. codicill.* Bartol. Caccialup. & Ruin. *vbi ſupra, in d. l. omnes populi*, vbi Bar. *numer. 35.* allegat in ſimili, quod euenit in codice, † qui totus 6
fuit confirmatus eodem tempore, & in eo ſunt quædam leges contrariæ, & vltimę derogant primis, & Cyn. *in d. l. 2. C. de teſt. tut.* facit tex. *in d. l. tutor datus*, vbi Cyn. *& in dict. l. ſi certarum*, §. *fin. ff. de teſtam. milit.* Angel. *in d. l. inciuile*, per ibi not. per gloſſ. bene facit, quod not. Bal. *in l. impuberem, ff. de ſal.* Angel. & Imol. *in dict. l. ſi miles, ff. ad leg. Falc.* Alexan. *conſil. 117. num. 2. libr. 6. & d. conſ. 41. num. 4.*

Secundo amplia, vt idem ſit, ſi vnum ſtatutum habeat plura capitula contraria, nam tunc in eodem met ſtatuto ſtatur † vl- 7
timo capitulo, Marſil. *in d. l. 1. in d.* §. *ſi ſerui quaſi, num. 6. ff. de quæſt.* & Alex. *d. conſ. 41. n. 3. in fin.*

Tertio amplia, etiamſi primum † plęni- 8
us, generaliter tamen prouideret, nam doctrina Bal. *in d. l. ſi ita ſcriptum, ff. de hered. inſtit.* dum voluit, quod quando ſunt duo ſtatuta diuerſimode loquentia, attenditur eo caſu illud, quod plenius prouidet, intelligitur, niſi aliud ſit ſpecialius, & poſterius, Oſaſc. *deciſ. 167. n. 16.* Dec. *d. conſ. 44. nu. 7. & conſ. 147. n. 5.*

Digitized by Google

Quarto amplia, vt idem ſit, quoad con-
9 ſuetudinem, † quia vltima attenditur, A-
lexan. *conſ.5.num.7.in fin.& numer.23.libr.5.*
vbi dicit hoc verum eſſe, quando vltima
eſſet legitima, & præſcripta iuxta trad. *in l.*
2.C.quæ ſit long. conſuet. & ibi etiam tradit,
quæ ſit differentia inter conſuetudinem,
& ſolitum, & facit tex. *in l. Mela*, §. *1. ff. de a-*
limen. lega. vbi ſi teſtator reliquit Titio ali-
10 menta, † quæ ei teſtator in vita præſtabat,
debet attendi, prout teſtator tempore
mortis, & ſic vltimo modo præſtabat, &
ſolitus erat, & vltimam inſpici conſuetu-
dinem dixit Dec. *in l. ſemper in ſtipulationi-*
bus, 2. nu. ff. de regul. iur. idem voluit Ant.
Gab. *in ſuis commun.concl.tit.de conſuet.con-*
11 *cluſ.1.numer.74.* & facit, quia ſtatutum † &
conſuetudo æquiparantur, & quod dici-
tur de ſtatuto, dicitur & de conſuetudine,
l. de quibus. in fin. ff. de legibus, & quod de cō-
ſuetudine diximus, intellige, dummodo ſit
cum conſenſu maioris partis populi, ſecus
ſi minoris, quia tali caſu ſecunda non con-
ſideratur, nam nō poſſet dici conſuetudo,
cum ad conſuetudinem inducendam at-
12 tendatur † maior pars populi, non minor,
* iuxta trad. *in c.fin.de conſuet.* vbi communi-
ter Doct. *& in leg. quod maior, ff. ad munic ip.*
Cur. Sen. *conſil.9.numer.23.* Felyn. *in procem.*
decret.column.7.num.16. in fin. Abb. *in cap. ex*
parte, num. 6. & in fine, de cenſib. Bero. *conſ.*
87.num.21.libr.3. Socin. *conſil. 7. verſic. circa*
ſecundam principalem quæſtionem, cum verſic.
ſequen.part.1. Marſil. *conſil. 64. numer.32.* &
13 facit, quia ſicut ſe habet ſtatutum † ad ſta-
tutum, ita ſe habet conſuetudo ad conſue-
tudinem, Alexan. *conſil.123.numer. 15. lib.4.*

Primo limita concluſionem, vt non
procedat, quando in eodem volumine ſta-
tutorum eſſent duo ſtatuta contraria, & v-
14 num eſſet † iuſtius, & æquius altero, quia
tale ſtatutum eſſet attendendum, licet non
eſſet vltimum in ordine ſtatutorum, ita
Alexan. *conſil. 58. numer. 5. libr. 4.* loquens
de ſtatuto, quod diſponit probationes fie-
ri poſſe per teſtes, & illud appellat æqui-
us, † & iuſtius altero, quo cauetur proba- 15
tiones fieri tantum poſſe per inſtrumenta
publica, & limitationem eſt etiam ſecutus
Bal. *in cap. cum olim, poſt princip. de conſuet.*
& idem ſentit Ioan. Ant. Rub. *in dict. l. Gal-*
lus, §. quidam recte, nu. 212. ff. de liber. & poſt-
hum. & ibidem Iaſ. *numer. 52.* Iaſ. & Dec. *in d.*
l. ſi Ruffinus, C. qui teſtament. fac. poſſ. Cephal.
conſil. 404. numer. 29. libr. 3. vbi dicit, ſtatu-
tum excludens fœminas à ſucceſſione, do-
nec † exiſtant maſculi, eſſe iuſtius eo, quod 16
excludit perpetuo, ideo conſuluit, ſi repe-
riantur in hoc duo ſtatuta contraria, at-
tendendum eſſe illud, quod excludit extā-
tibus maſculis tantum, limitationem ſe-
cutus eſt etiam Marſil. *in d. l. 1. §. ſi ſerui, num.*
29. ff. de quæſt. vbi dixit, quod iudex non de-
bet attendere † prioritatem, aut poſterio- 17
ritatem in ſtatutis, vbi æquius, & iuſtius in-
ter illa apparet, iuribus ibi per eum, & Paul.
de Caſtr. *in d. l. hac conſultiſſima, §. at cum, C.*
qui teſtam. fac. poſſ.

Secundo limita, vt procedat in † ſta- 18
tuto vltimo quoad compilationem, non
autem quoad ordinem in volumine ſta-
tutorum, nam quamuis ſtatutum ſit vl-
timum in volumine, ſi tamen fuit primo
compilatum, non debet attendi, quia, vt
ſupra diximus, reſpicitur tempus compo-
ſitionis, ita Alexan. *in dict. conſil. 58. numer.*
4. per doctrinam Bar. *in dict. l. ſi certarum,*
in fin. ff. de milit. teſtamen. idem Alexand. *in*
conſil. 117. numer. 2. libr. 6. & conſil. 141. num.
4. per dict. l. conſiciuntur, §. ſi miles, ff. de iur.
codicill. & not. *in dict. l. tutor datus, ff. de teſta-*
ment. tut. & in dict. l. 1. C. eod. titul. Angel. *in d.*
l. incivile, ff. de legib. Cyn. *in d. l. 2. C. de teſtam.*
tut. Bar. & communiter Doct. *in d. l. omnes* *
populi.

Tertio limita, vt non procedat, quādo

primum ſtatutum eſſet ſpeciale, alterum
19 vero generale, quia non attento † ordine
ſeruabitur ſpeciale ſtatutum, per quod a-
liud limitatur, & declaratur per regulam
generi, de reg. iur. in 6. l. ſanctio legum. ff. de pœn. l. pediculis, §. argẽto, ff. de aur. & arg. lega. Marſ.
in d. l. 1. §. ſi ſerui quaſi, nu. 25. ff. de quæſt. Doct.
in dict. l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. Philipp.
Franc. *in cap. 1. col. 8.* vbi late *de reſcript.* Paul.
de Caſtr. *in d. l. non eſt dubium, C. de legib.* Bar.
in l. quæſitum, §. illud. ff. de fun. inſtruct. & in l. doli clauſula. ff. de verbor. oblig. Alexan. *in dict. conſil. 58. num. 6. & conſ. 89. numer. 10. libr. 6.* &
Ioan. Ant. Rub. *in d. §. quidam recte, num. 212.*
Aret. *conſil. 143. num. 2. verſ. ſed his non obſtantibus,* Bertazz. *conſ. ciuil. 95. num. 19.* & Simon
de Præt. *conſ. 59. num. 2.* idem Bertazz. *conſil. 99. num. 3.* Rimin. *conſ. 677. num. 16.* & quod
20 ſtante ſtatuto ſpeciali † ceſſet generale,
quod ſpeciali non cenſetur derogare, ſcri-
pſit Bar. & alij *in dict. l. ſed & poſteriores, ff. de legib.* Corn. *conſ. 89. litera N. volum. 1.* Gozad.
conſ. 72. num. 10. Socin. iun. *conſ. 41. num. 4. & ſeq. lib. 1.* Cephal. *d. conſ. 404. num. 28. lib. 3. conſil. 55. num. 19. lib. 1.* Oſaſc. *deciſ. 67. nu. 15.* Dec.
conſ. 3. nu. 5. verſ. quia in duobus, Bar. *in extrauag. ad reprimendum, in verb. non obſtantibus, verſ. ſed ſi ſtatutum præcedens,* quem refert &
ſequitur Viu. *in ſuis commun. opin. in ver. ſtatutum vltimum, in fin.* Cuman. *conſ. 245. col. pen.* plures cumulat more ſuo Tiraqu. *de retract. § 15. gloſſ. 3. num. 21.* Pariſ. *conſ. 54. n. 10. volum. 2.* Io. Crot. *conſ. 50. num. 19.* Borgnin. *deciſ. 6. n. 4.* vbi dicit, quod vtrunque ſtatutũ
debet ſeruari in caſu ſuo, nã ſtatutum ge-
nerale debet ſeruari in omnibus alijs caſi-
bus, in quibus non loquitur ſtatutum ſpe-
ciale, & ſtatutum ſpeciale in caſu tantum
ſuæ ſpecialitatis, & pro hoc facit, quod di-
xit Lap. *alleg. 88. incip. commune Florentiæ, num. 6. verſ. & quando in eadem lege,* vbi vo-
luit, quod quando in eadem lege ſunt ver-
ba ſpecialia, & generalia, tunc ſpecies dero-
gat generi, ſi autem ſunt diuerſæ leges, &
præcedit lex ſpecialis, & ſequitur lex gene-
ralis, & tunc aut diſpoſitio ſpecificata, &
generalis compatiuntur ſe in origine, & ef-
fectu, & tunc concurrunt quoad vtrunq;,
aut in origine, & non in effectu, tunc con-
currunt quoad originem, non quoad effe-
ctum, aut non compatiuntur ſe, & tunc
aut eſt dubium de mente legis, & tunc ſpe-
cies derogat generi, aut eſt certum, quia
verba ſunt ita præciſa, quod non recipiunt
auctionem, vel generis, vel ſpeciei, & eſt ea-
dem ratio, & conditio, ita quod ſpeciei non
eſt ſpecialis ratio fauoris, tunc vltimæ legi
ſtãdũ eſt, quia videtur eſſe receſſum à pri-
mo propoſito legis, iuxta not. *in leg. cum in plures, §. locator heri, ff. locati.*

Amplia limitationem, vt procedat, eti-
amſi ſequens ſtatutum generale haberet
clauſulam † generalem derogatiuam, *non* 21
obſtante, &c. quia nihilominus poſterius
generaliter loquens determinatur per pri-
us particulariter diſponens, quia clauſula
illa, *non obſtante,* intelligitur, † non obſtan- 22
te ſcilicet aliqua lege contraria, quæ non
poſſet cum iſta ſuſtineri, vt *in authen. de ſucceſſ. ab inteſt. & ibi not. in gloſſ. in ver. vacantibus,* & ita ſcripſit Caccialup. *in d. l. omnes populi. num. 110. verſ. tertia eſt interpretatio correctiua,* idem tenuit Bar. *in l. ſciendum, num. 2.* vbi etiam Iaſ. *num. 4.* & idem Bar. *in extrauag. ad reprimendum, in verb. non obſtantibus,*
Roman. *conſ. 4. numer. 5.* Alexan. *conſ. 80. nu. 4. lib. 1.* idem Rom. *conſ. 57. n. 1. & conſ. 322. n. 2. & conſ. 399. n. 10.* Dec. *in l. in toto iure, poſt n. 7. ff. de reg. iur.* Tiraq. *de vtroq; retract. tit. 1. § 15. gl. 2. in fin.*

Sublimita, vt non procedat, quando
ſtatutum generale † ſequens non poſſet 23
quicquam operari, niſi interpretaretur,
quod derogaret primo ſpeciali, ita Aretin.
in conſil. 104. num. 9. in fin. per ea, quæ tradũ-
tur *in l. ſi quando, ff. de leg. 1.* & per Bar. *in l. 4.*

§. præ-

Digitized by Google

§. prætor ait, ff. de damn. inf. ct. & in l. ſed etſi
quis, §. quæſitum, ff. ſi quis cautio. & faciunt
notata per Felyn. *in cap. inſinuatum, num. 4.*
de ſimon & per Dd. *in l. 2. C. de noxal. & in l. 1.*
§. in computatione, C. de iur. delib.

Quarto limita, quãdo ambo eſſent ſpe-
cialia, ſed vnum eſſet ſpecialius altero, nam
24 ſpecialius † attenditur, ita Bald. *in l. exe. u*
tionem, num. 24. verſic. pone duo ſunt ſtatuta,
C. de execut. rei iudic. ponens exemplum de
duobus ſtatutis, quorum alterum mandat,
quod ſentẽtiæ pupillorum mandeatur ex-
ecutioni per priores artium tantum, aliud
eſt, quod ſententiæ à centum libris ſupra
mandentur executioni tantum per pote-
ſtatem. Modo lata fuit ſententia pro pupil-
lo, & quærebatur, quis ex iſtis debeat exe-
qui, & reſpondit ſpecialior iudex, ſubiun-
gendo, ſed quomodo cognoſcitur, quis ſit
ſpecialior, & reſpondit per hanc doctri-
25 nam, quod ſcilicet illa qualitas, † quæ po-
teſt pluribus ineſſe, illa generalior eſt, & il-
la, quæ vni ſoli poteſt conuenire, ſpecialior
eſt, vt notatur *in l. iuris gentium, §. ſed ſi ſi au*
dandi ff. de pact. idem ſenſit Rub. *vbi ſupra, d.*
num. 212. Ancharan. *in d. cap. canonum ſtatu*
ta verſic. ſed pone duo ſunt ſtatuta, de conſtit.
Dec. *d. conſil. 44. num 7. verſic. ſecundo quia*
ſtatutum, & in conſil 18. num. 1. verſic. ſimiliter
non obſtat. Bald. *in l. 1. §. vbi autem, col. 3. C. de*
caduc. tollen. & in d. l. Gallus, § ille caſus, col pe-
nult. ff. de liber. & poſthum. Alexand. *conſil. 29.*
num. 1. lib. 1 Crot. *d. conſil. 50 num. 20.* vbi ideo
dixit, quod ſi eſſet vnum ſtatutum prius in
ordine temporis, quod diſponeret, quod
in caſu mutui, vel depoſiti, de quibus ex-
tant publica inſtrumenta procedatur qua-
dam via executiua, aliud ſtatutum poſte-
rius, dicens, quod lites vertentes inter con-
iunctos debeant compromitti, & contin-
gat, quod cauſa mutui, dę quo extat inſtru-
mentũ, agitatur inter coniunctos, an com-
promiſſum fieri deberet virtute ſecundi
ſtatuti, vel procedendum erit ad executio-
nẽ virtute primi ſtatuti, & concludit, quod
non habebit locum ſtatutum de compro-
miſſo, & ſic ſecundum ſtatutum à primo
reſtringetur, quia primum dicitur ſpecia-
lius ſecundo, eo quia loquitur, in indiui-
duo de cauſa mutui, de qua quæritur, aliud
autem loquitur licet de cauſis inter con-
iunctos, tamen generaliter, quod prius fuit
etiam de mente Bald. *conſil. 223. lib. 1.* vbi et-
iam dixit, quod ſtatutum ſpecialius dicitur
illud, quod prouidet fiſco, *iurib. ibi per eum,*
& facit, quod notat idem Bald. *in l. 1. in 3.*
quæſt. ff. de offic. conſul. vbi dicit, illud, quod
eſt ſpecialiori ratione fundatum, derogare
ei, in quo inuenitur minor ſpecialitatis ra-
tio, ſecundum Bart. *in d. extrauag. ad repri-*
mendum, in gloſſ. ſuper verb. non obſtantibus,
& limitationem ſequutus eſt Alexand. *con-*
ſil. 65. num. 7. lib. 7. Dec. *conſil. 382. num. 4.* vbi
dixit, quod quando duæ legeę ſunt ſpecia-
les, illa, quæ ſpecialior eſt, attenditur, quia
indiuidua derogant ſpeciei, vt notat Bald.
in d. l. hac conſult. §. ma, C. qui teſtamen. facere
poſſ. idem ſenſit Bertaz. *d. conſil. 99. num. 3. 4.*
& 5. vbi ſubiungit, quod illa diſpoſitio, quę
eſt magis fauorabilis, & vtilis, in dubio di-
citur magis ſpecialis, & derogat alteri, alleg.
Iaſ. *in l. 1. §. 1. col. penult. verſic. ſed pulchrum du-*
bium, ff. de noui oper. nunciat. Dec. *in d. l. in to-*
to, num 4. & num. 51. ff. de reg. iur. & conſil. 3.
num. 1. & 6 vbi dixit, quod maior ſpecialitas
iudicatur reſpectu perſonæ, & ſic quando
de perſonis ſtatutum loquitur, quam re-
ſpectu cauſæ, id eſt, quando de cauſis tra-
ctatur, & idem Alexand. *conſil. 65. nu. 7. lib. 7.*
vbi dixit, illud ſtatutum magis ſpeciale ha-
beri, quod maiorem affert vtilitatem, & il-
lud, per quod magis prouidetur, quod cau-
ſæ cito expediantur, ne lites fiant immor-
tales, & etiam illud, per quod fauetur pu-
blicæ vtilitati *iuribus ibi per eum.*

Quinto limita, vt non procedat, quan-

26 do primum † minus derogat iuri commu-
muni, quia tunc debet attendi primum, non autem ſecundum, ita Rub. *d. §. quidam recte, d. num. 212.* de mente Aret. *in conſil. 33.* Dec. *conſil. 3. num. 5. verſic. ſecundo ſpecialiter,* Cephal. *conſil 601. num. 36. lib. 4* Oſaſc. *d. deciſ. 167. num 16.* Crot. *conſil. 50 num. 21.* Bald. *d. conſil. 223. num. 4. lib. 1.*

Sexto limita, vt non procedat, quando
27 nouum ſtatutum, † & vltimo loco compoſitum nō fuit vſu receptum, ſed antiquum, & primum fuit obſeruatum, quia tunc attenditur primum. Nam tunc per obſeruantiam primi, & non obſeruantiam ſecundi videtur receſſum ab ipſo nouo, & ſecundo loco compoſito, ita Ioan. Andr. *in cap. ad audientiam, de cler. non reſid. & in c. 1. de his quæ fiunt à maior. part. Cap.* Abb. *in cap. cum acceſſiſſent, de conſtit.* Bald. *in authent. omnes peregrini, C. commun. de ſucceſſion.* qui dicit, ideo eſſe, quia non dicitur interruptum alias, quod ſemper viguit, *cap. fin.* vbi Archidiac. *4. diſtinct.* idem voluit Anchar. *in d. cap. canonum ſtatuta, verſic. quæro vlterius, facta fuit, de conſtit* ſtatuta enim ſemper
28 videntur habere † hanc conditionem tacitam, ſi moribus vtentium recipiantur, vt declarat Dominic. *in c. leges, 4. diſtinct.* inferens ex hoc notabili, quod contrauenien-
29 tes † ſtatuto vſu non recepto, non peccant, ſequitur Decian. qui hanc noſtram limitationem comprobat *in conſil 52. num.*
30 *44. vol. 2.* & ſtatutum † vſu non obſeruatum haberi pro nullo, ſcribit Pariſ. *conſil. 53. num. 98 lib 3.* & ideo in nulla conſideratione eſt habendum, vt per eundem Pariſ. *in conſ. 104. n. 69 lib. 1.* & ſtatutum nunquam obſeruatum perinde eſſe, ac ſi nunquam factum eſſet, dixit Decian. *reſp. 23. num. 56. lib. 1.* Alexand. *conſil 6. num. 2. vol. 1.* per gloſſ. reputatam ſingularem *in cap. 1. de treug. & pac.* vbi communiter Dd. & ibidem Ale-
31 xand. ſubiungit, quod ſufficiunt † decem anni à die conditi ſtatuti, quibus non fuerit obſeruatum, vt poſſit dici vſu non receptum, per not. per Dyn. *in d. cap. fin. de conſuetud. in 6.* facit, quod notat Bart. *in l. fin. §. ſed cum antiquitas, C. de cura furioſ. & in conſil. 144 incip iudex communis* & Bald. *in d. authent. omnes peregrini, col. fin. C. commun. de ſucceſſion.* dixit, quod ſi facta fuiſſet aliqua reformatio contraria ſtatuto, & quod tamen ſtatutum ante, & poſt fuerit obſeruatum, † reformatio hoc pacto dicetur vſu, 32
& more vtentium non recepta, ideo ſtatutum adhuc valebit, quoniam, vt dicebamus, non dicitur interruptum, quod ſemper viguit, per not. per Archidiac. & Dyn. *in d. c. fin. de reg. iur. in 6.* Ruyn. *conſil. 143. num. 24. lib. 5.* Abb. & Felyn. *in cap. cognoſcentes,* vbi etiam alii *de conſtit.* Pariſ. *conſil. 47. num. 33 & ſeq. vol. 3.* Cepol. *conſil. 13. nu. 10.* & multo magis ſi per tantum tempus non fuiſſet obſeruatum, cuius in contrarium memoria non extaret, tunc enim, nec neceſſaria eſſent, quæ ad deſuetudinem inducendam requiruntur, Roman. *conſil. 512. quoad primum, num 14. & 15* Dec. *in l. fi. § receptum, in princ. ff de iuriſdict. om. iud.* præſertim ſi tractetur de pœna euitanda, vt per Cepol. *conſil crim. 13. num. 6.* Decian. *reſp 46. num. 124. vol. 2.* qui etiam omnia hæc comprobat *in conſil. 55. num. 36 eod. vol.* Alexand. *conſil. 132. num. 1. lib. 1.* an autem † ſtatutum 33
dicatur, & præſumatur vſu receptum, an non, vide *in concluſ. quod ſtatuta non ligant forenſes.*

Primo intellige tamen, quod ſupra dictum eſt, quod licet per deſuetudinem ſtatutum † tollatur, ita vt etiam ſi ſit ſecundo 34
loco factum, non deroget primo ſtatuto, tamen iſtud habet locum, quando euenit caſus ſecundi ſtatuti, & contrarium, & ſic primum fuit obſeruatum, ſecus ſi nunquā caſus eueniſſet, ita Carpan. *ad ſtatut Mediol. in prælud. num. 95. & 96.* de mente Curt. iun. *conſil.*

Digitized by Google

conſil.129 n.12. vbi de communi teſtatur Fe-
lyn. *in c.1.n.10 verſ. quarta declaratio, de treug.*
35 *& pac.* vbi dicit, quod quando † inobſer-
uantia non repugnat directe legi contra-
riæ, vt quia homines non ſunt vſi lege,
non tamen fecerunt actum contrarium,
tunc iſta inobſeruantia non tollit vllo tem-
pore legem, quia non habet vim actus
contrarii, prout ita concludit Ioannes
Andreas *in cap. Ioannes, ad finem, de clericis coniugat.* & infert ad exempla, quod
ſi à mille annis citra non accidit, quod
naſceretur aliquis hermaphroditus, cer-
te per iſtum non vſum non tollitur lex,
dicens, quod debeat iudicari in eo ſexu, in
quo magis incaleſcit, *l. quæritur, ff de ſtat. homin.* & idem Felyn. *in c. cum acceſſiſſent, col. 6. verſic. limita primo, dummodo priuilegiatus, de conſt.* notauit, quod iura, quæ dicunt, quod
36 per nõ vſum perditur priuilegium, † intel-
ligitur, quando euenit caſus, in quo quis
potuit vti priuilegio; & nõ fuit vſus, prout
idem in ſimili voluit Calderin. *conſil. 19 ad fin. de præbend.* & Bart. *in proœm. ff. §. & antea,* dixit, quod deſuetudine, quæ deuiat à
lege, ſeu diuertit à vero intellectu, tollitur
lex, ſed ex eo, quod nullus vtatur lege, ab-
ſit à ſeculo, vt dicatur tolli lege illa, idem
Cyn. & Bart. voluerunt *in l. fin. C. de iur. do.*
37 *impe.* vbi dixerunt, quod † lex, vel ſtatutum
nunquam tollitur per non vſum, ſed per
contrarium vſum ſic, hinc dicebat Felyn.
in d. cap. 1 de treug. & pac. quod ſi mille an-
nis ſemper fuerit appellatum ad Papam, &
non ad Patriarcham, ad quem alias appel-
lari poſſet, non per hoc foret ſublata pote-
ſtas appellandi ad Patriarcham, nam con-
ſuetudo non inducitur ex mero non vſu,
ſed oportet, quod habeat implicitum v-
ſum contrarium, & quod hoc modo poſ-
ſunt intelligi verba Alberici *in prima parte ſtatutorum, quæſtione 143. in fine,* dum
dixit, ſe putare, quod ſtatutum non tol-
litur per deſuetudinem, ſicut neque lex
communis.

Secundo intellige, vt † talis deſuetudo, 38
ſiue potius contrarius vſus ad effectum, vt
operetur, debet eſſe de maiori numero ca-
ſuum, Aretin. *conſil 11. num. 5.* Dec. *conſil. 48. col. penult.* Carpan. *vbi ſupra, num. 98.* & facit,
quod dixit Pariſ. *conſil. 104. nu. 9. lib. 4.* quem
refert, & ſequitur Ludouic. *concluſ. 54. verſic. ampliatur primo,* quod ſcilicet, vt ſtatu-
tum poſſit dici vſu non receptum, requiri-
tur, quod iſta inobſeruãtia procedat à ma-
iori parte populi, cum minor non ſufficeret, & faciunt etiam, quæ ſupra diximus de
conſuetudine, *ampliat. 4.*

Tertio intellige, quod † talis conſuetu- 39
do, ſiue contrarius vſus, per quem tollun-
tur ſtatuta, non poteſt induci à populo, qui
non habet facultatem legis condendæ ſine
ſuperioris approbatione, quia eius eſt tol-
lere ſtatutum, cuius eſt condere, & eadem
auctoritas, & ſolemnitas requiritur in re-
uocando, quæ requiritur in condendo,
Ruyn. *conſil. 144. num. 6 verſic. 4. vol. 1.* Tira-
quell. *de legib. connub. gloſſ. 5. verb. contracter, nu. 15.* Borgn. *de tut. n. 45 & ſeq.* & quod, qui
non poteſt condere ſtatutum ſine ſuperio-
ris auctoritate, non poteſt etiam conſue-
tudinem introducere, dixit Nat. *conſil. 534. num. 32 & 33. volum. 3* Borgnin *deciſ. 11. num. 49.* Galliaul. *in conſuetud. Alexandr. in præfat. 4. nu. 19.* igitur ſicut ſine conſenſu, & li-
centia ſuperioris non poteſt ciuitas ex-
preſſe ſtatuere, ita non poterit tacite ſo-
la ſtatuta reuocare per contrarium vſum,
quod nota † pro nobis Sarzanenſibus, qui- 40
bus eſt permiſſum condere ſtatuta, dum-
modo à ſereniſſimo Senatu approbentur,
qui ideo ex nobis non poterimus facere,
quod ſtatuta noſtra non habeant locum
per deſuetudinem contrariam, niſi & cir-
ca eam appareat de ſcientia, & conſenſu ſe-
reniſſimi Senatus, maxime ſtante ſtatuto,

quod

Digitized by Google

quod non poſſit allegari conſuetudo contraria ſtatutis, vt bene animaduertit in propoſito Borgn. *de tut. num. 48.* allegando Socin. *conſil. 7. num. 8. & ſequen. volum. 1.* Ruyn. *conſil. 41. num. 50 vol. 1. conſil. 13. num. 30. vol 2.* & hoc in terminis voluit Crauct. *conſil. 251. col. 2. verſic. caſtrum tamen*, vbi dixit, quod caſtrum ſubditum ciuitati non poteſt inducere conſuetudinem ſine licentia eorum de ciuitate, ſine quorum conſenſu caſtrum ſtatuere non poſſet, per notata *in d. cap. fin. de conſuet.* & per Corn. *conſil. 293 col. penult. lib. 3.*

Scito tamen, quod dato ſtatuto in eſſe
41 deducto, † in dubio ſemper præſumitur durare, & eſſe in viridi obſeruantia, quia natura & qualitas legis eſt, vt perpetua ſit, & ſemper vigeat, *l. Ariani, in fin. C. de haret. c. erit autem lex, diſtinct 4.* Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 2. in fin. & præſumpt. 16. num. 15. eodem lib.* Gozadin. *conſil. 16. num. 16.* Socin. *in l. ſi mihi, & tibi, §. in legatis col. 2. ff. de legat. 1.* Bart. *in l. certa forma, num. 11. C. de iur. fiſc. lib. 10.*

Septimo limita, vt non procedat pari modo concluſio, ſi ſtatutum ſecundum
42 non † eſſet publicatum, quia ſtatuta non publicata non ligant, vt notant omnes *in cap. cognoſcentes, de conſtit. & in d. l. omnes populi, ff de iuſtit & iur.* Decian. *reſpon 8. nu. 84. vol. 1.* Dd. *in proœm. clem.* vbi notatur, quod
43 tria requiruntur ad eſſe † legis, & ſtatuti, primum, quod conſtituatur, ſecundum, quod promulgetur, tertium, quod moribus vtentium approbetur, & ſi quid horum deficit, non poteſt eſſe, nec dici conſtitutio, prout hoc idem firmauit Felyn. *in cap. 1. col penult. de treug. & pac. verſic. non obſtant not. in d. cap fin.* ibiq; ſubiungit, quod
44 publicatio † perficit legem, ſecundum gl. *in d. proœm. in verſic. & quod legauerit, & per l. humanum, C. de legib.* & eſt adeo neceſſaria publicatio, quod etiamſi de ſtatutis haberetur ſcientia, tamen illa non ſufficeret, niſi † & publicatio interueniſſet, ita Decian. 45
in ſuo tract. crim lib. 2. cap. 38 num. 1. per doct. Bald. *in l. vnica, §. vlt. C. de caduc. tollend.* cum concordantiis, de quibus per Dec. *in d. c. cognoſcentes, num. 15.*

Octauo limita, vt non procedat in ſtatuto renouato, quia † ſtatutum renouatum 46
nullo addito non cenſetur nouum, ſed antiquum, ita Bertaz. *in conſil. ciuil. 24. num. 7.* per ea, quæ tradit Bald. *in l. imperialem. § inſuper, in fin de prohib. feud. alien* per Federic. & Alexand. *in l. ſi mihi, & Titio, num. 17. ff. de verbor. oblig* & tradunt Dd. *in l. ius ciuile*, per illum text. *ff de iuſtit. & iur.* vbi Bart. *in fin.* notat, quod iſtud eſt verum, etiamſi addatur aliquid, vel detrahatur, non tamen ſubſtantiale, faciunt late in ſimili tradita per Felyn. *in cap. cum acceſſiſſent, num 33. de conſtit.*

Nono limita, vt procedat in † ſtatuto, 47
quod ſtat ſimpliciter in terminis ſtatuti, ſecus in illo, quod tranſiuit in contractum, vel quaſi, quia tunc etiamſi populus vellet per ſecundum ſtatutum, non poteſt primum reuocari in præiudicium illorum, quibus iam fuit ius aliquod quæſitum ex illo primo ſtatuto, verbi gratia, ſtatuto cauetur, quod, qui venit ad habitandum Sarzanæ, habeat immunitatem perpetuo, quidam venerunt, nunc ciuitas vult reuocare ſtatutum, & vult, ne illi gaudeant immunitate, certe in præiudicium illorum, qui iam venerunt, non poteſt reuocari, ſecus in his, qui nondum venerunt, nam dictum ſtatutum tranſiuit in contractum, vel quaſi contractum *do, vt facias*, & *facio, vt facias*, id eſt, concedo tibi immunitatem, vt venias, & ſi aliqui venerunt, ex vtraque parte perfectus eſt contractus, & ideo non eſt locus pœnitentiæ, ita loquutus eſt Bart. *in d. l. omnes populi, 4. quæſt. 3 quæſt pr. nc. nu. 29. & 30.* per text. *in l. item eorum, §. ex iiſdem, ff quod*

Digitized by Google

ff. quod cuiuſque vniuerſit. no. & l. ſi pecuniam, ff. de cond. cauſ dat. & ſic dicit intelligere textum in cap. quod ſemel, & quod ibi not. gloſſ. & Dyn. de regulis iuris, & eſt per hoc textus in l. 2. ff. de iure immunitat. idem tenuit Caccialup. in d. l. omnes populi, num. 107. alleg. cap. primum, de probationib. & gloſſ. in authentic. de defenſ. ciuitat. in princip. dum loquitur de pace Conſtantiæ, quam Imperator fecit cũ omnibus communitatibus Lombardiæ, ſibi ſubditis, vt talia capitula ſint obſeruanda per ſucceſſores illius, & non violanda, quod dicit not. Paul. de Caſtro in l. digna vox, num. 6. C. de legib. pro terris ſubditis Eccleſiæ Romanæ, vt eſt Bononia, quia Papa faciendo pacem cum ea, ſi faciat aliquas promiſſiones, tenebitur ipſe, & eius ſucceſſor illa obſeruare, nec poſſet eas rumpere
48 etiam de † plenitudine poteſtatis, quando autem non per viam contractus, ſed per viam gratiæ, & conceſſionis, vel priuilegii, aliquid concederet ſubditis, licet de ordinaria auctoritate non deberet illa auferre ſine iuſta cauſa, de plenitudine tamen, & ſuprema poteſtate poteſt eis illa auferre, licet ſit in eis ius quæſitum, vt in cap. veniens, de præſcriptionib. & idem voluit in l. fin. C. de tranſact. poſt Bald. limitationem comprobauit Roman. in conſil. 116. viſis neceſſariis, num. 1. & in conſil. 352. quæritur primo, nu. 16.
49 ea ratione, quia † Princeps, reſpublica, & communitas ex contractu obligantur, ſicut quilibet alius priuatus, & ſucceſſor, vt dicebamus, tenetur ea obſeruare, quia afficit ipſam dignitatem, cuius ipſe adminiſtrator eſt, vt per Paul. de Caſtro in d. l. digna vox, num. 5. vbi cæteri ſcribentes, & per Felyn. & alios in cap. 1. de probat. & per eundem Roman. in conſil. 52. in quæſtione, num. 3. & conſil. 109 in propoſito cum aliis pleriſque adductis à Mandoſ. in addition. ad dictum conſil. 352. litera N. & facit, quod dixit Brun. conſil. 1. num. 4. & Iaſ. conſil. 1. in 2. dub. lib. 1. qui noluerunt, quod Comites non poſſint facere proclamata, vt non obſtante aliquo ſtatuto, alienatio de aliqua re, vel aliquid aliud, non valeat, ſi de tali ſtatuto alienationis, vel alterius rei fuerit conuentum cum Comitibus antiquioribus, quia eo caſu ſucceſſor in iuriſdictione, & comitatu tenetur obſeruare conuentiones ſuorum prædeceſſorũ, de quo etiam per Claudium Bertaz. in addit. ad conſil. patr. 185. lib. 2. crim. in lit. C. verſic. amplio, facit etiam, quod dixit Bald. in cap. venientes, de iureiur. nempe quod ſtatutum accedente pacto firmius ligat, quem ſequitur Decian. reſponſ. 92. num. 4. vol. 3. reſponſ. 1. num. 73. volum. 2. & limitationem ſequutus eſt Crot. in d. l. omnes populi, num. 98. vbi late, & cæteri ſcribentes Alexand. conſil. 101. volum. 1. & conſil. 54. volum. 4. Dec. in cap. nouit. de iudic. Et dum diximus, quod Princeps poteſt de plenitudine derogare ſtatutis, & in priuilegium conceſſis, & poteſt illa auferre, eſt tamen tenendum, quod niſi † expreſſe hoc dixerit, 50
non præſumitur illa reuocare per quamcunque generalem derogationem, quia de de iure non cenſetur derogatum priuilegiis, niſi de eis fuerit facta ſpecialis mentio, text. & gloſſ. in l. 3. C. de ſilen lib. 12. quem dicit ſingularem Decian. in d. tract. crimin. lib. 2. cap. 35. num. 47. de mente Bald. in cap. 1. in fin. quo tempor. milit. & in l. non plures, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. vlt. C. ſi contra ius, vel vtilit. public. Pariſ. conſil. 25. num. 38. lib. 1. Alexand. d. conſil. 101. col. 2. verſic. fortificantur prædicta.

Primo amplia limitationem, vt tanto magis procedat, quando † contractus ſeu 51
priuilegium inductum à ſtatuto non haberet cauſam ſucceſſiuam, vt quod non teneatur ſoluere collectam, ſed actum momentaneum, vt ſi per ſtatutum iam fuiſſet data vna res, nam tunc tanto minus per ſecundum ſtatutum tolleretur, cum illa res

Digitized by Google

ſam tranſiuerit in acquiſitionem, quæ dici-
tur de iure gentium, quod non poteſt tolli
acquirenti, ita Innocent. *in cap. in noſtra, de
iniur.* Abb. *in cap. nouit, num. 26. de iudic.* niſi
ſubſit cauſa, propter quam etiam ea, quæ
ſunt, & competunt de iure gentium, poſ-
ſunt reuocari, per notata ab Innocent. *in
c. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.* & per Legiſtas
in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilit. public.

52 Secundo amplia, vt idem ſit de † con-
ſuetudine, propter quam ſi fuerunt indu-
ctæ aliquæ immunitates in fauorem ali-
quorum, non poteſt ciuitas ſtatuere con-
tra talem conſuetudinem, & præiudicium
illorum, quibus ex ea fuit ius quæſitum, vt-
puta in Sarzana longiſſimo tempore fuit
ſeruata conſuetudo, quod de alieno diſtri-
ctu veniens, ad habitandum in ea, liber, &
immunis ſit ab omnibus oneribus, & exa-
ctionibus cuiuſcunque ſpeciei, quidam
venerunt ad habitandum, & hoc priui-
legio fruebantur, fecit ciuitas ſtatutum,
quod omnes habitatores debeãt conferre
ad quoddam laborerium, quod ibi fit per
commune, non obſtante aliquo priuile-
gio, quæritur, an illis per conſuetudinem
iam priuilegiatis præiudicet hoc ſtatutum,
& dicendum eſt, quod non, quia illis per
conſuetudinem fuit ius quæſitum, quod
eis inuitis auferri non poteſt, *l. id quod no-
ſtrum ff. de regul. iuris.* prout hanc quæſtio-
nem in terminis referendo, ſequitur Cac-
cialup. *in d. l. omnes populi, num. 106. in fin.*
Ioan. Andr. *in tit. de cenſib. § nunc dicendum,
verſ. quid ſi vniuerſitas, per l. ſi poſt mortem, §.
fin. ff. de contr. tab. & l. fin. ff. de p. ct. & l. nemo
poteſt, ff. de regul. iur. cap. mutare, eodem tit.
lib. 6.*

Primo ſublimita limitationem, vt pro-
53 cedat † in non ſubditis, in quorum præiu-
dicium non poteſt reuocari ſtatutũ, quod
tranſiuit in priuilegium, vel contractum
eorum, ſecus ſi ſtatutum tranſiuiſſet in pri-
uilegium, & contractum ſubditi. Nam po-
terit reuocari, & ſecundum præfertur pri-
mo contrarium diſponenti, ita Anton. *in d.
cap. nouit, de iudic.* quem ibi referendo ſe-
quitur Imol. *num. 21.* declarando, vt hoc vl-
timum de ſubditis ſit tantum verum, cauſa
ſubſiſtente, alias ſine † cauſa non videtur 54
poſſe tolli ius quæſitum etiam ſubditis, per
id, quod notat Innocent. *in d. cap. quæ in Ec-
cleſiarum,* & videtur text. *in l. quod ſemel, ff. de
decret. ab ordin. facien.* idem ſequitur Abb.
in d. cap. nouit, num. 25. & Felyn. *in cap. 1.
de probationib. num. 2.* & ratio eſt, quia Prin-
ceps, † vel ciuitas faciendo ſtatutum priui- 55
legiatum in non ſubditum, dicitur facere
contractum, & conuentionem cum eo, &
ideo ſicuti non poteſt reuocari contractus
in præiudicium contrahentis, ita nec ſta-
tutum huiuſmodi factum cum non ſubdi-
to, & in ſubdito ſecus eſt, quia tale ſtatu-
tum non habet vim contractus, ſed legis,
& ſtatuti, quod reuocari poteſt, vt notat
gloſſ. *in fin. in reg. decet, de reg. iur. in 6.* & Spe-
culat. *de instrum. edit. §. nunc dicendum, in fin.*
Ancharan. *conſil. 2. num. 4.* Felyn. *vbi ſupra,*
late, qui reſpondet, quod licet contractus
Principis † habeat vim legis, vt *in l. penult.* 56
C. de donat. inter virum & vxor. Bald. *in rubr.
C. de contrahend. empt. in 3. quæſt.* & quod ex
hoc induceretur, quod etiam ipſe poſſet re-
uocari ad libitum ad inſtar legis, tamen
quod contractus habeat vim legis in Prin-
cipe, eſt ſolum ad neceſſitatem obſeruandi
illum, vt notat Anton. de Butr. *in d. cap. 1. de
probat.* non autem cum libertate illum re-
uocandi, aut eidem contrariandi, idem vo-
luit Crot. *in d. l. omnes populi, nu. 100.* Et quod
dictum eſt de non ſubdito, non eſt intelli-
gendum de illo, qui licet ſit non ſubditus,
habet tamen rem, de qua Princeps diſpo-
nere vult in eius territorio, nam ex quo
quoad illam rem idem iudicatur de illo, ac
de aliis ſubditis, poterit Princeps † de ea- 57
dem.

dem re ſicut de aliis ſuorum ſubditorum diſponere, ita Dec. *in cap. quæ in Eccleſiarum, colum 9. poſt med. verſic ſed quantum ad propoſitum, de conſtitut.* quem refert, & ſequitur Crauet. *conſil. 201. num. 15.* cui conuenit Geminian. *in conſil. 8. colum. 1.* vbi voluit, quod forenſis cenſetur ſubditus in concernentibus rem ſubiectam ſtatuentibus, & ſitam in eorum territorio, de quo etiam vide *in concluſ. quod ſtatutum ligat forenſes, in 3 ampliat.*

58 Secundo ſublimita, vt non † procedat contrarium ſuadente aliqua cauſa publicæ vtilitatis, propter quam tale ſtatutum, quod tranſiuit in contractum, ſicut poteſt, ita cenſetur reuocatum per ſecūdum, ita Iaſ. *in l Barbarius, num. 34. verſic. 12. ff. de offic. prætor. per d. l. quod ſemel, ff. de decret. ab ordin. facien.* & per ea, quæ conſuluit Cardinal. *in conſil. 86.* dum reſpondit, quod vniuerſitas poteſt venire contra proprium contractum, & reuocare ſtatutum, quod tranſiuit in contractum, quando facit ex cauſa pacis, vel alia cauſa publica, pro quo facit, quod voluit Bart. *in l. fin. in princ. ff. de ſenatorib.* dum voluit, Principem ex cauſa poſſe ius priuato quæſitum etiam ex contractu celebrato cum ipſo Principe auferre, per *l. qui fundes, C. de commun. agr. deſer. lib. 11.* & firmat Bald. *in l. penult. C. de donat. inter virum & vxor.* & quod ciuitas etiam in præiudicium ſingularium perſonarū poſ-

59 ſit facere ſtatutum † abdicatiuum bonorum, donec iuſta cauſa ſtatuti ſubſiſtat, dixit Angel. *conſil. 357. D. Gregorius Pagnotii, num. 9.* & idem voluit Paul. de Caſtro *in d. l. digna vox, num. 6. C. de legib.* vbi tamen dicit,

60 quod † tali caſu Princeps, licet poſſit à contractu recedere, debet tamen reſtaurare læſum, idem tenuit Felyn. *in d. cap 1. de probat. num. 6. verſic. quinto declarat, & in cap. cum omnes, num. 2. verſic. ſecundo limita, dummodo ciuitas reficiat damnum, de conſtitut. & in cap. quæ in Eccleſiarum. in 3. concluſ. num. 27. verſic. cauſa autem, & num. 28.* & faciunt, quæ nos late diximus de cauſa publicæ vtilitatis *in concluſ. quod ſtatuta ſunt ſtricte interpretanda, & alibi*, & quod communiter notatur *in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilit. public. & in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcript. & in l. quoties, C. de precibus Imperat. offer.* vbi Iaſ. *nu. 3. & in d. l. Barbarius*, vbi præcipue idem Iaſ. *num. 24 cum multis ſeq. ff de offic. prætor.* Dec. *conſ. 287. n. 4.* Roman. *conſ. 310. nu. 2.* latiſſime Port. *lib 5 commun. opinion concluſ. 16. per tot.* in quibus locis habetur, quod nedum Princeps † poteſt contra contractum 61 de re alterius diſponere, ſuadente id fauore publicæ vtilitatis, ſed etiam quod poteſt libere res priuatorum auferre, & quodcunque ius alteri quæſitum tollere, & in hoc communiter Dd. conuenire teſtatur * Andr. Gail. *pract. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 56.* inferens ex hoc, quod Princeps publica vtilitate ſuadente poterit domum ſubditi ſui demoliri, aut eius fundum vrbi, vel ciuitati propinquum pro dilatandis foſſis ciuitatis, vel extruendo propugnaculo, aut alia neceſſitate publica occupare, item ſuburbia deſtruere, vel incendio conſumere, ne hoſtis eo ſe recipiat, per *l. ſi quando, & l. ædificia, C de oper. public. l. item ſi verberatum, §. 1. verſic item ſi, ff. de rei vendic.* & notat *in d. l. Barbarius*, vbi præcipue Iaſ. *num. 32.* Dec. *in l. id quod noſtrum, num. 3. ff. de regul. iur* & conuenit, quod dicitur, quod fauor publicus † priuatæ vtilitati eſt præ- 62 ferendus, textus eſt *in l. Imperialis, in princ. de prohib. feud. alien. per Lothar. & in l. ſi quis graue, §. vtrum, ff. ad Syllanianum*, Bartol. *in l. quemadmodum, numer. 4. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* præclare Iaſ. *in l. cæteræ, §. & ſi quis, num. 2. ff. de legat. 1.* & publicæ vtilitatis gratia à regulis iuris communis receditur, multaque permittuntur, quę alias ſunt interdicta, & prohibita, text.

eſt in l ita vulneratus, verſic. multa, ff. ad legem Aquil. in cap. Abbate, §. fin. verſic. præſertim, de re iudic. in 6. Marſil. in pract. crim. num. 61. cum plur. ſeq. idem tamen Andr. Gail. vbi ſupra, num. 8. declarat, vt ſupra dicebamus, quod ſuperior auferẽs rem priuati, etiam ex cauſa publicæ vtilitatis, & neceſſitatis, tenetur ad ſolutionem iuſti pretii, & quod hoc eſt æquitati, rationi, & iuſtitię conſentaneum, ne ſubditus abſque ſua culpa inuitus re, & pretio careret, per text. in l. venditor, §. ſi conſtat, ff. commun præd. & in l. 2. C. in qu b. cauſ. ſeru. pro præm. lib. accip. idem voluit Roman. conſil. 310. num. 4. Iaſ. in d. l. Barbarius, num. 36. cum ſeq. & in l. fin. num. 2. C. ſi contra ius, gloſſ. in l. ſi locus, in verb. præſtare, ff. quemadmodum ſeru. amit. Felyn. in cap. inter quatuor, num. 6. de maior. & obedient. Vaſq. illuſtr. controuerſ. lib. 1. cap. 5. num 9. Decian. d. tract. crim. lib. 2. cap. 34. num. 40. Alexan. conſil. 289. vol. 2. cum aliis per dictum Decian. allegatis. Quod tamen, dum de Principe diximus, quoad ſo-
63 lutionem iuſti pretii, non procedit, † ſi velit vti abſoluta poteſtate, qua tamen in dubio minime vti præſumitur, ſed potius ordinaria, ita Andr. Gail. d. obſeruat. 56 num 13. & ſeq. vbi etiam docet caſus, in quibus plenitudine poteſtatis Princeps vti præſumatur, & dicatur, & in quibus per conſequens damna ſubditorum refundere non teneatur, de quo etiam vide Dec. in d. cap. quæ in Eccleſiarum, poſt num. 19. verſic. & iſta concluſio, de conſtitut. Et quod ſupra de ciuitate in præiudicium alterius ſtatuente, & contra ſtatutum, quod tranſiuit in contractum,
64. diſponente diximus, intellige de † ciuitate vicem Principis obtinente, & ſuperiorem non recognoſcente, ita Roman. in d. conſil. 310 nu. 5. quia tunc vtitur per omnia omnibus prærogatiuis, quibus & ſummus Princeps, idem Roman. conſil 59. num. 8. & notat Bart. in l. decima, C. de bon. vacant. lib. 10. & in l. ex quibuſdam, in prin. de iur. fiſc. Alexand. conſil. 1. num. 30. lib. 5. Socin. conſil. 158. prope fin. lib 2. Dec. conſil 403. num. 7. Mandoſ. late ad Roman. d. conſil. 59. in verb. non recognoſcunt.

Decimo limita concluſionem, niſi per quãdam diſtinctionem ſtatuta reduci poſ-
ſent † ambo ad concordiam, & poſſent 65
ambo aliquid operari, & ſeruari, quia tunc non eſt admittenda derogatio, & correctio, ſed debet vtrumque ſaluari, ita Bart. in d l. omnes populi, num. 35. per text. in prim. conſtit. Codic §. quib. ir, ibi, ſi alias iuris diuiſione adiuuentur, Marſil. in d. §. ſi ſerui quaſi, num. 27. Alexand. conſil 4 num. 7. lib. 4. Dec. in conſil 195. num. 3 col. 3. Alexand. conſil. 141. vbi plura lib. 2. & conſil 123. num. 14. lib. 4. facit l. vnica, C. de inoffic. donat. & idem Bart. in l. ſed & poſteriores, ff. de legib. & in l ſciendum, in princ. ff. qui ſatiſd. cogunt. & in l. 1 C. de inoffic. donat. Caccialup. in d. l. omnes populi, num. 118. & ratio eſt, quia in dubio non videtur vnum ſtatutum corrigere alterum, licet vnum ſit poſterius altero, ſecundum Cyn. Bart. Bald. in d. l ſed & poſteriores, idem ſenſit Bart. in d. extrauag. ad reprimendum, verſic. non obſtantibus, vbi dixit, quod quando ſtatuta poſſunt per aliquam diſtinctionem, aut limitationem iuuari, non ſunt dicenda contraria, nec tollentur, quia correctio eſt euitanda, quantum fieri poteſt, l. ſancimus, C de teſtam. & quod quotieſcunq; ſtatuti diſpoſitio diuerſa ad concordiam reduci poteſt, debemus euitare correctionem, dixit Roman. conſil 105. num. 2. Bertaz. conſ. crim. 174. nu. 2 lib. 1. & Viu. com. opin. 280. Borgn. deciſ 6 nu. 5. lib. 1. alleg. Roman. conſ. 40. nu. 5. & conſ. 322. Alexand. conſil. 42 nu. 2. & ſeq. & conſil. 48. nu. 6. vol. 3. & quod quantum fieri poteſt debent ſtatuta concordari, dixit idem Alexand. conſil. 123. nu. 10. & plur. ſeq. lib. 4. Socin. iun. conſil. 11. nu. 10. lib. 1. Anchar. conſil. 6. n. 5. Decian. reſp. 32. nu. 35. lib. 2. Roman. conſil. 399. num. 7.

Primo

Google

Primo amplia, vt prædicta procedant,
etiamſi in aliquo ipſorum ſtatutorum ad-
66 eſſent dictiones † taxatiuæ, vtputa *tantum,*
duntaxat, & ſimiles, quia ſi aliquo modo
poſſent concordari, & correctio inter di-
cta ſtatuta euitari, dictiones prædictæ non
obſtabunt, cum dictio taxatiua non ope-
retur inter caſus cõcordes, aut concorda-
biles, ita Roman. *d. conſ. 322. numer. 2.* gl. *in l.*
non tantum, in verſic. nec vlla exceptio, ff. de pe-
tit. hered. & in l. 1. §. denique, in verſ. nulla iuſta,
ff. quod vi, aut clam, & in l. ob æs, C. de præd. mi-
nor. Eucrar. *in ſua cent. in loco à natura dictio*
taxatiua, num. 3. cum ibi per eum alleg.

Secundo amplia, vt ſi contrarietas re-
67 ſultaret in ſtatutis † ex vi, & vigore alicuiꝰ
alternatiuæ, illa potius deberet reſolui in
copulatiuam, vt contrarietas euitetur, ita
Pariſ. *d. conſ. 44. n. 10. & ſeq. lib. 1.* per tex. cum
ibi not. *in l. ſæpe, ff. de verb. ſignif. & in l. vtrum,*
§. fin. ff. de reb. dub. & in l. Lucius, la. ff. de hered.
inſtit. & in l. generaliter, in princ. C. de inſtit. &
ſubſtit.

Tertio amplia, etiamſi vltimum ſtatu-
68 tum haberet † clauſulam derogatoriã ge-
neralem, non obſtante aliquo alio ſtatuto,
ita Bar. *in l. ſciendum, num. 2.* vbi etiam Iaſ. *nu.*
4. ff. qui ſatiſd. cog. per gl. *in authent. de hered.*
quæ ab inteſt. deſer. in princ. in ver. vacantibus,
Rom. *conſ. 57. n. 1.* Alexan. *conſil. 80. nu. 4. lib. 1.*
& ratio eſt, quia clauſula illa reuocatoria
alterius ſtatuti eatenus ſtatutum reuocare
videtur, quatenus in ipſo ſtatuto reuocan-
te repugnantiam habet, & concordari non
poteſt, & non plus, igitur ſi erit locus con-
cordantiæ per aliquam diſtinctionem, aut
alio modo, clauſula illa non operabitur,
neq; obſtabit, ita Paul. de Caſtr. *in d. l. ſcien-*
dum, num. 5. Rom. *d. conſ. 322. nu. 2. & d. conſil.*
399. nu. 10. Dec. *in d. l. in toto iure, poſt num. 7.*
ff. de reg. iur. Tiraq. *de vtroque retract. tit. 1. gl.*
2. §. 15. in fin.

Limita, & intellige, vt prædicta proce-
dant in dubio, † ſecus ſi eſſemus certi de 69
mente ſtatuti poſterioris, quod voluerit
derogare, & reuocare primum, quia tunc
omnino ſecundo ſtandum eſſet, Iaſ. *in dict.*
l. ſciendum, num. 4. Gozad. *conſ. 37. numer. 14.*
verſ. non obſtat vltimum, & cõmuniter. Doct.
in d. l. ſed & poſteriores, ff. de legib. Decian. *d.*
tract. crim. volum. 1. lib. 2. c. 39. n. 15. vbi loqui-
tur, etiamſi primum eſſet iuratum, de quo
infra.

XI. Limita concluſionem, niſi præce-
dens ſtatutum eſſet derogatorium † ſecun- 70
di, vt quia prohibeat aliquid fieri, vel dicat,
quod non poſſit contrarium ſtatui, nam
non per ſimplex ſtatutum tolletur iſtud
præcedens, imo ſecundum non valeret
propter derogationem præcedentis, niſi
in ſtatuto iſto ſecundo fiat expreſſa reuo-
catio primi, ita Cyn. quem ſequitur Bar.
in d. l. omnes populi, num. 31. in fine, per tex. *in*
d. l. ſi mihi, & tibi, §. in legatis, ff. de leg. 1. & in l.
ſi quis in principio teſtamẽti, ff. de leg. 3. & quia
proteſtatio præcedens & clauſula deroga-
toria in primo ſtatuto declarat animum in
futurum deeſſe, *l. & ſi quis, §. pleriq; ff. de re-*
ligioſ. l. qui in aliena, §. fin. ff. de acquiren. hered.
ſi ergo in ſecundo ſtatuto deficit animus,
& voluntas, ergo non eſt ſtatutum, & non
poſſunt ſtatuentes dici voluiſſe contrari-
um primo diſponere, niſi, vt dicebamus,
expreſſe hoc dixiſſent, prout idem in ſimi-
li dicitur de reſcripto impetrato contra le-
gem, quod non valet, niſi dicatur † in re- 71
ſcripto, non obſtante tali lege, *l. fin. C. ſi con-*
tra ius, vel vtilit. public. authen. hoc inter libe-
ros, C. de teſtam. l. nec damnoſa, C. de precib. Im-
per. offer. idem Bar. *in d. extrauag. ad reprimẽ-*
dum, ſuper ver. non obſtantibus, vbi quærit per
hæc verba: *Quid dices in ſtatuto, præcedit a-*
liud ſtatutum habens clauſulam derogatoriam,
an ſit neceſſe, quod fiat ſpecialis mentio de pri-
mo, & reſpondit dicens, *puto, quod ſic,* ſub-
dens, *& pro hoc facit, quia quicquid ſit in Prin-*

cipe,alia ratio eſt in populo, nam ſicut priuatus præmittit illam clauſulam derogatoriam, timens,ne inſtigatus,vel deceptione aliquando inducatur ad aliud, ita populus, vel vniuerſitas, quæ æquiparatur priuato, iure timet, ideo neceſſaria eſt derogatio.

Primo amplia limitationem, vt idem
72 ſit, etiamſi primum ſtatutũ † non eſſet derogatorium alterius ſecundi, ſed ſimpliciter loqueretur, nam non per hoc reuocaretur,& cenſeretur reuocatum à ſecundo, niſi in ſecundo fuiſſet facta ſpecialis expreſſa mentio de primo, nec generalis ſufficeret,ita Marſil. *in d.l.1.§.ſi ſerui quaſi,num. 26.* per gloſſ. quam dicit ſingularem *in clemen.dudum,circa fin.in ver. pacta, de ſepultur.* Roman. *in d.l.ſi vero, §. de viro, 24.fallen. ff. ſolut. matrimon.* Archid. *in c. .de conſtit.in 6.* & facit tex. *in dict.l.fin. C.de indi.vidui.tollen. in verſic.ne tamen quædam ambiguitas ſimplices animos moueat, etiam expreſſim ſancimus legem muſcellam,&c.* Abb. *in conſ.51. videtur primo ſtandum,col.2. verſic. adduco Theoricam Bartoli*, idem Marſil. *conſ.64.nu.31.* & facit, quod voluit Dec. *in conſ.195. n.3.* dum voluit,quod per ſecundam conuentionem nũquam primæ derogatum videtur, niſi expreſſe ſit dictum, prout hoc idem voluit Bar. *in conſ.72.*

Intellige ampliationem, vt vera ſit,ſi a-
73 liquo modo primum,& ſecundum † inter ſe compatiuntur, & poſſent ſtare, quia tũc vt contrarietas remoueatur, & correctio, debent quoquo modo ſimul concordari, & vniri, non autem tolli, vt per Dec. *d.conſil.195.num.3.* & faciunt, quæ ſupra diximus *in limitatione decima*,& per Marſil. *in dict. §. ſi ſerui quaſi,num.27.* & Alexan. *d. conſ.40.n. 7.libr. 4.* ſecus autem ſi primum & ſecundum eſſet omnino contrarium, quia tunc per vltimum contrarium primo cenſeretur primum ſublatum ex mente ſtatuentium,qui poſtquam in ſecundo ſtatuto contra diſpoſita in primo ſtatuerunt, cenſentur abſque alia mentione de primo,& re ipſa per iſtud ſecundum primo derogare voluiſſe,iuxta tex. *in l.ſed & poſteriores, C. de legib.* vbi poſteriores leges ad priores pertinent,niſi contrariæ ſint, & *in d.l.1. §.ſi ſerui quaſi,ff.de quæſt.* ibi, *ſed ab hoc reſcripto receſſum conſtitutiones poſteriores oſtendunt*. & faciunt ſupra adducta in principio concluſionis,& in ſublimitatione ad decimam limitationem, quæ de expreſſa contraria mente ſtatuentium loquitur.

Secundo amplia iſtam limitationem,vt
idem ſit, quando ſtatutum tolleret † con- 74
ſuetudinem in cõtrarium, quia tunc conſuetudo in cõtrarium poſtmodum introducta nihil operabitur, niſi tamen talis conſuetudo de nouo induceretur cum expreſſa ſcientia populi,vel Principis, ita Gemin. & alij *in c.vltim.de conſuet.* idem Gem. *in ſumma,11. diſtinct.* & Felyn *in c. cum ex officij,num.8.de præſcript.* vbi etiam additio, & *in c. cum accedentes, num.6. colum.5.eod.titul.* vbi ampliat, hoc etiam procedere in conſuetudine, cuius initij memoria non extat, nam & illa reſiſtente ſtatuto præcedente nulla erit, alleg. Butr. *in dict. capit. cum ex officij, columrn.3.* per illum tex. *in verb.aliquo modo*, vbi etiam Abb. *in 3. notab.* per illum tex. *in ver.non meminerint*,idem Abb. poſt Ioann. Andr. *in capit. cum inſtantia, in 3. notab.* per illum tex. *de cenſibus*, & facit expreſſe gloſſ. 3. *in capit. 1. de cler. ægro. litr. 6.* dicens, quod vbi expreſſe ius improbat conſuetudinem,non poteſt aliqua introduci, Decian. *reſponſ.32,numer.50. volum.2.*

Primo ſublimita prædictam vndecimã limitationem, niſi in ſtatuto nouo dice-
retur,† non obſtante lege, vel ſtatuto ali- 75
quo, quod generaliter, vel ſpecialiter loqueretur in cõtrarium, nam tunc per hoc ſecundum dicitur ceſſare primum etiam dero-

dero-

Digitized by Google

derogatorium, ita Bar. *in d. extrauag. ad re-*
primendum, loco citato, quem referendo ſe-
quitur Caccialup. *in dict. l. omnes populi, nu-*
mer. 110. in fin. verſic. ſubdit etiam Bart. per
dict. l. ſed & poſteriores, ff. de legib. & ibi dicit,
hoc eſſe perpetuo menti tenendum, idem
tenuit Paul. de Caſtr. *in d. l. ſciendum, ff. qui*
ſatiſd. cog.

Secundo ſublimita, vt non procedat,
quando conſtat ſecundum ſtatutum ema-
76 naſſe † ab aliqua iuſta cauſa, & rationabili
mouente ſtatuentes ad iudicandum primũ
ſtatutum inutile. Nam tunc per ſecundum
etiam cum ſola clauſula generali, *non ob-*
ſtante, videretur derogatum primo, quan-
tumcunque derogatorio, & cauſa deroga-
tionis ſuperueniens habet in ſe abſque alio
vim reuocationis, iſta ſunt verba Caccia-
lupi, *in d. l. omnes populi, numer. 111.* quæ dicit
fuiſſe de mente Bal. ibi per eum, & per not.
in l. ſi cum Cornelius, ff. de ſolution. & l. ſi ab
homine, ff. mand. & idem Caccialup. opti-
me examinat, quando, & quæ dicatur de-
rogatoria ſpecialis, ſeu expreſſa, & quæ
generalis, quem eueniente caſu vide, & i-
dem ſenſit Crot. ibidem *num. 101.* vbi etiam
77 ipſe docet, quænam ſit † ſpecialis mentio,
ſingularis, indiuidua, & ſimilia, & poſt eos
hoc idem tenuit Decian. *d. cap. 39. numer. 19.*
vbi etiam de clauſula generali, ſpeciali, in-
diuidua, & alijs ſimilibus docens, quod
clauſula generalis in propoſito illa dice-
tur, puta, ſi in ſtatuto haberetur hoc pa-
cto, *non obſtante quacunque lege, vel ſtatu-*
to. Specialis autem illa erit, *non obſtante*
aliqua lege in contrarium faciente, vel *non*
obſtante aliquo ſtatuto derogatorio, quod hoc
fieri prohiberet. Indiuidua autem erit, ſi
dicetur, *non obſtante lege, vel ſtatuto poſi-*
to ſub tali titulo, vel rubrica, ſubiungit-
que, quod vbicumque requireretur ſpe-
cialis derogatio ſtatutorum, ſi dicant
ſtatuentes, quod tenor ipſorum habea-
tur pro expreſſo, ſufficiet, *iuribus ibi per*
eum.

XII. Limita, vt non procedat conclu-
ſio in caſu, quando primum ſtatutum eſſet
iuratum, † & ſecundum non poſſet quic- 78
quam operari, niſi interueniente auctori-
tate ſuperioris, nam tũc primum non tol-
letur in dubio ab iſto ſecundo, etiam cum
interuentu auctoritatis ſuperioris, quia il-
le, qui habet interponere auctoritatem ad
effectum, vt ſecundum valeat, non vide-
tur in dubio velle eſſe authorem periurij,
& cogitaſſe de ſtatutis iuratis, ſecus ſi ad va-
liditatem iſtius ſecundi non requiratur ſu-
perioris auctoritas, quia tunc per ſecun-
dum cenſetur reuocatum, † licet reuocan- 79
tes ſint periuri, ita Bar. *in d. l. omnes populi,*
numer. 32. vbi etiam Caccialup. *numer. 113.*
per ea, quæ not. *in authen. ſacramenta pube-*
rum, C. ſi aduerſ. vend. & in c. cum contingat,
de iureiur. & c. licet, eod. tit. in 6. c. 1. de ſponſ.
duor. capit. 1. de vot. libr. 6. Ant. de Butr. Ab.
& Imol. *in cap. 1. de his, quæ fiunt à maior. par.*
Capitul. & in ſimili not. *in leg. 1. C. ſi aduerſ.*
vend. l. aſſiduis, C. qui potior. in pign. hab. &
ibidem Bar. & Caccialup. tractant, quan-
do requiratur ſuperioris auctoritas in au-
ctorizando ſtatuta, de quo tamen vide
Abb. *in c. dilecto, de præben.* & limitationem
ſecuti ſunt Felyn. & Dec. *in c. cum acceſſiſ-*
ſent, de conſtit. vnus, *num. 11. & 12.* & alius, *nu.*
31. vbi tradunt, quod contraueniendo
ſimpliciter abſque expreſſa reuocatione
ſtatuti iurati cẽſentur prius tacite reuocaſ-
ſe ipſum ſtatutum, ne ſint periuri, per tr. ad.
à Card. *in clem. 1. de regular. in 3. quæſt. in fine,*
pro qua opinione Fel. & Dec. faciunt dicta
per Ioan. Andr. Butr. & Imol. *in d. cap. 1.* vbi
voluerunt, quod ſingulares de vniuerſita-
te, qui iurarunt ſeruare ſtatuta, intelligun-
tur iuraſſe, quamdiu ſint ſtatuta, vnde po-
terunt per eos reuocari abſque metu con-
trauentionis iuramẽti, cum aliud ſit *iurare*
ſeruare

Digitized by Google

ſeruare ſtatuta,& aliud *iurare illa non reuocare*,& pro his facit tex. *in c. in his.11. diſtinct.* vbi Io. dixit, quod licet ſtatutum ſit iuratũ, ſi tamen Capitulum illud tollitur communi conſenſu, illo ſublato, poterit contra illud venire, ſine periurio, & in ſimili dicitur de iuramento præſtito, de obediendo Prælato, quod non obligat, illo Prælato remoto, *c. venerabilem*, vbi vlt. gloſſ. *de elect.* Amplia, quod diximus, ſtatuentes poſſe reuocare ſtatuta etiam iurata, vt tunc eo magis ſit verum, ſi ſubeſſet aliqua iuſta cauſa mutandi, & veniendi contra ſtatuta iurata, gl. *in d. c. in his, 11. diſtinct.* Io. Andr. *in d. c. 1. de his, quæ fiunt à maior. par. Cap.* vbi etiam Butr. & Imol. Capr. *d. reg. 9. n. 36.*

Secundo amplia, vt tunc prædicta procedant, præcipue, quando ſtatutum contineret ſolam vtilitatem vniuerſitatis priuatam, non autem concerneret vtilitatem principaliter alterius, quia tali caſu eo ipſo quod vniuerſitas in his, quæ ad illam ſpectant, deliberauit venire contra ſtatuta, videtur remittere iuramẽtum ſuper illis præſtitum, quod facere poteſt, ſecundum But. *in d. c. 1. n. 12. verſic. ſi autem iuramentum contineret*, per not. *in capit. præterea. de ſponſ.* & per Specul. *in titul. de iureiur. §. 1. verſ. quid ſi aliquis*, vbi voluit, quod iuramentum factũ in fauorem hominis, poſſit ab eodem reſolui, & remitti.

Tertio amplia, vt tanto magis euitaretur periurium, ſi loquendo de aliquo Collegio, vel Capitulo contrauenirent ſtatuto hi, qui eſſent ſubrogati in locum illorum, qui iam iurarunt, quia cum iuramentum ſit perſonale quoad pœnam periurij, *c. veritatis, de iureiur.* non obligat ſucceſſorem, Butr. *in d. c. 1. n. 12. verſ. intellige tamen*, vbi etiam Imol. *num. 9. verſ. & intellige ſane.* Vnde ex ſupra dictis temperarem ea, quæ dixit Bar. *in d. l. omnes populi, n. 32.* & alij illum ſequentes, dum voluerunt ſtatuentes incidere in periurium, reuocantes ſtatuta iurata, vt procederent, quando fuiſſet iuratum non reuocare ſtatuta, ſecus ſi ſolum fuiſſet iuratum ſtatuta obſeruare, quia tũc licet illis non reuocatis, contrauenicns efficiatur periurus, tamen reuocari nõ prohibentur, cum iuramentum de illa obſeruando, intelligitur quamdiu ſint ſtatuta, & non quod reuocari, & mutari non poſſint, iuxta trad. per Ioan. And. But. & Imol. *in d. c. 1. de his, quæ fiunt à maior. par. Cap.* cum alijs, de quibus *ſupra*, & de hoc etiam *infra*.

Primo intellige tamen, quod diximus, quod ſtatutum primum etiam iuratum reuocatur per ſecundum, vt procedat, ſi in eo ſit appoſita clauſula, *non obſtante*, & facta mentio de iuramento, aliàs ſi primum eſſet iuratum, ſecundum vero ſimplex, id eſt, ſine clauſula derogatoria, & mentione iuramenti, primum non diceretur reuocatum, quia tale iuramentum in primo appoſitum, habet vim clauſulæ derogatoriæ, & in dubio non cenſetur reuocatum iuramentum, ita Crot. *in d. l. omnes populi, n. 105. & 106.* de mente Io. And. *in d. c. quod ſemel, de reg. iur. in 6.* & Bar. *in l. ſi quis in principio, in fi. princip. ff. de leg. 3.* Alex. *in d. l. ſancimus, C. de teſtam.* vbi etiam Iaſ. & Salyc. *q. 8.* cum alijs late adductis per Seraph. *in ſuo pulchro tract. de priuileg. iuram. priuil. 75. num. 6.* idem voluit Felyn. vbi etiam alij communiter * Doct. *in c. conſtitutus, num. 3. de reſcript.* per illum tex. & hoc firmauit gl. *in cap. cum non deceat, de elect. in 6. ad fin. & in clem. dudum, in ver. pacta, de ſepultur.* Roman. *ſing. 8.* & facit dictum Ancharan. *in conſil. 308. incip. niſi legibus, & canonibus*, quod conceſſio Papæ abſolués aliquẽ à promiſſione, quam fecerat per pactum iuratum, nõ valet, niſi ſit facta expreſſa mentio de iuramento, & ibi plura alia inducit Ant. de But. Imol. & Abb. *in d. c. 1. de his, quæ fiunt à maior. par. Cap.*

Secun-

Secundo intellige, vt per ſecundum ſtatutum ob clauſulam generalem reuocatoriam reuocetur primum, etiam iuratam, niſi primum, vltra iuramentum, haberet etiam clauſulam derogatoriam, quia derogatio generalis ſecundi non operatur tunc contra primum, ex quo in eo reperiuntur duo obſtacula, & impedimenta, Crot. *in d. l. omnes populi, n. 106.* de mente Bal. *in l. 1. col. 5. C. de furt.* Decia. *d. tract. crim. vol. 1. lib. 2. c. 39. num. 15.*

Tertio intellige, vt per ſecundum etiam cum clauſula, *non obſtante*, non cenſeatur reuocatum primum ſtatutum iuratū, in dubio, ſecus ſi ſecundum factum eſſet, vt expreſſe reuocaretur illud primum per viam ſtatuti reuocantes expreſſe: nam tūc per clauſulam *non obſtante*, etiam generaliter, & ſimpliciter prolatam, nulla facta mētione de iuramento, dicerētur ſtatuta etiam iurata reuocata, ita Decian. *d. tract. crim. vol. 1. lib. 2. c. 39. nu. 15.* de mente Crot. *in d. l. omnes populi, n. 58.*

Quarto intellige, vt per ſecundum ſtatutum non cenſeatur reuocatum primum iuratum, quando nedum fuiſſet iuratum dictum ſtatutum obſeruare, ſed etiam non reuocare, imo tunc reuocando efficerentur periuri, ſecundum ea, quæ allegauit Seraphi. *de priuil. iuram. d. priuil. 75. numer. 15.* de mente etiam Butr. *in d. c. 1.* & Archid. *in cap. vnico, de cler. non reſid. li. 6.* Niſi tamen, vt ſupra nos diximus, ſtatutum concerneret ſolam vtilitatem vniuerſitatis & iurantium, quia tunc poſſent ſibi ipſis iuramentum remittere, & per conſequens ſtatutum reuocare, *iuribus ſupra allegatis.*

Quinto intellige, vt per contrauentionem nō dicatur incurri periurium, quando per Collegium, ſcilicet, vel per Capitulum, & per vniuerſitatem in communi, & capitulariter, ſeu collegialiter veniretur contra ſtatutum, ſecus ſi ſingulares de vniuerſitate de Collegio, vel Capitulo venirent, quia tunc inciderent in periurium, cū ab eorum poteſtate ſingulari non pendeat tollere ſtatutum veniendo contra illud, & iuramentum remittere, ita Ant. de Butr. *in d. c. 1. n. 12. verſ. quandoque*, de mente Paul. *in clem. 1. de reg.*

Sexto intellige, quo ad effectum, vt euitetur periurium per vniuerſitatem, Collegium, & Capitulum, contra ſtatutum iuratum veniendo, non eſt neceſſe, quod ante omnia per vniuerſitatem expreſſe tollatur ſtatutum, & poſtmodum contrafaciant diſpoſitis in eo, ſed ſufficiet, ſi omnes de communi cōſenſu contrauenirent ſtatuto tacite, hoc pacto illud reuocando, prout hanc veriorem opinionem dicit, & tuetur Imol. *in d. c. 1. num. 23. de his, quæ fiunt à maior. par. Cap.* contra Butr. *ibidem* contrarium ſentientem, & concordat Felyn. *in c. cum acceſſiſſent, de conſtit. numer. 11.* vbi etiam Dec. *num. 12.* qui voluerunt, quod vniuerſitas contraueniendo ſimpliciter ſtatuto, cenſetur hoc pacto illud tacite reuocaſſe.

Septimo intellige, vt reuocato ſtatuto, vt ſupra, non incurratur periurium per contrauenientes, niſi vltra iuramentum ſuper ſtatuto præſtitum fuiſſet etiam iuratum particulariter circa factum contentum, & diſpoſitum in ſtatuto, vt puta ſi fuiſſet cautum, non recipi debere in ciuem damnatum ex furto, & iurantes nedum iuraſſent generaliter obſeruantiam ſtatutorum, ſed etiam ſpecialiter non recipere in ciuem aliquem damnatum de furto, quia tali caſu ſi iurantes reciperent, efficerentur periuri, etiamſi fuiſſet ſtatutum ſublatum, quia licet ceſſet, vt ſupra diximus, iuramentum quoad ſtatutum, ſublato ſtatuto, non tamen ceſſat, quoad factum, ſuper quo fuit particulariter iuratum, quod iuramentum operatur, quod non dicimur

Digitized by Google

eſſe in puris terminis obſeruantiæ ſtatuti,
prout ſtatuti, ſed quod tranſeatur eti-
am in obſeruantiam facti illius particu-
laris, prout eſt facti, ita Io. Andr. *in dict. c. 1.*
nu. 7. verſ. hi vero, qui volunt fortius iuramento
ligari, de his, quæ fiunt à maior. par. Cap. vbi di-
cit, quod hic eſt vnus modus perpetuandi
ſtatutum, & illum ſequitur ibidem Ant. de
But. *nu. 12. verſ. quandoque iurant, ſtatutum,*
& factum contentum in ſtatuto, vbi etiam I-
mol. *nu. 25.* qui teſtatur hanc communem
opinionem, in quo tamẽ diſtingue, vt per
eundem Butr. *ibidem nu. 13. verſ. hoc puto ve-*
rum.

Octauo intellige, vt per ſecundum ſta-
tutum dicatur reuocatum primum, etiam
iuratum ſine metu periurij, quando iura-
mentum fuit ſingulariter per ſingulares de
Collegio, vel corpore præſtitum ſuper ob-
ſeruantiam ſtatutorum, quia tunc non im-
pedit, quominus illa collegialiter per eos,
ad quos pertinet, tolli poſſint, cum ſolum
arctet iuramentum tali caſu ſingulares iu-
rantes ad illa ſeruãda, quamdiu ſunt ſtatu-
ta, & exemplum poni poteſt in ſtudenti-
bus, qui ſingulariter iurant ſeruare ſtatuta
vniuerſitatis, vel etiam in Notarijs, dum
matriculantur, & ſimilibus, ita Io. Andr. *in*
d. c. 1. n. 7. vbi affirmat, quod ſic ſeruat totus
orbis. Nota tamen, quod non obſtanti-
bus ſupra poſitis tutius erit petere abſolu-
tionem à ſuperiore, prout ita ſæpe ſerua-
re DD. Collegij teſtatur Imol. *in d. c. 1. n. 27.*
& hanc communem practicam dixit Flo-
rian. *in d. c. dilecto, de præben.*

XIII. Limita concluſionem, vt non
procedat, quando primum ſtatutum infe-
80 rioris eſſet confirmatum † à ſuperiore, ſe-
cũdum autem minime; Nam iſto caſu per
ſecundum non diceretur reuocatum pri-
mũ à ſuperiore confirmatum, vt trad. Bar.
in l. quoties, in fi. ff. de opt. leg. quem refert Ce-
phal. *in conſil. 371. num. 68. libr. 4. & in conſ. 38.*
libr. 1. Bart. *in d. l. omnes populi, qu. 3. princip.*
verſic. iuxta prædicta, vbi dicit; quod info-
rior † non poteſt reuocare ſtatutum con- 81
firmatum à ſuperiore, quia requiritur ea-
dem ſolemnitas in deſtruendo, quæ in cõ-
ſtruendo, Rom. *conſil. 37. viſo puncto, & conſ.*
116. viſis neceſſariis, num. 1. cum ibi alleg. per
Mandoſ. *in addit. litera B.* Felyn. *in d. c. cum*
acceſſiſſent, num. 9. de conſtit. & ratio eſt, quia
ſtatutum à ſuperiore confirmatum ob cõ-
firmationem cenſetur effectum ſuperio-
ris ipſius, *l. 1. §. omnia, C. de veter. iur. enucleã.*
Abb. *in d. c. cum acceſſiſſent, 4. notab. de con-*
ſtit. Alexan. *conſ. 123. num. 17. volum. 4.* Marſ.
ſingul. 567. Hinc eſt, quod ſtatuta confir-
mata à Papa dicuntur Papalia, Bald. *in l. ex*
placito, num. 6. & 7. C. de rer. permut. Barba.
conſil. 14. num. 24. volum. 2. Crot. *conſ. 35. num.*
47. Rip. *in c. 1. numer. 7. de iud.* Corn. *conſ. 190.*
column. 4. libr. 2. quos in propoſito adducit,
& ſequitur Cephal. *conſ. 601. num. 32. vol. 4.*
& conſ. 463. nu. 34. eod. lib. 4. idcirco inferior
legi, ſeu ſtatuto ſuperioris præiudicare non
poteſt, *c. cum inferior, de maior. & obed.* Dec.
conſil. 17. num. 2. & in rubr. de appellat. num. 2.
Abb. & Felyn. *in d. c. cum acceſſiſſent*, Bald. &
Alex. *in l. debitorum, 1. not. C. de pact.* Bar. Bal.
& alij *in d. l. omnes populi, q. 1.* Ruin. *conſ. 130. n.*
7. & 8. lib. 5. Bertaz. *conſ. ciuil. 2. n. 2.* Pariſ. *conſ.*
81. n. 28. lib. 3.

Amplia limitationem, vt maxime pro-
cedat, quando ſtatutum confirmatum ali-
as † erat nullum, & inualidum, vt quando 82
ſtatutum tolleret ſolemnitates teſtamen-
torum, nam tali caſu ſtatutum confirma-
tum non valeret vt ſtatutum, ſed vt priui-
legium, *l. ſi non ſpeciali, C. de teſtam.* vnde de-
rogato omnibus ſtatutis, non intelligetur
derogatum tali ſtatuto ſic confirmato,
quod, vt dicebamus, non ſtatutum, ſed pri-
uilegium appellari deberet, ita Decian. *in d.*
tract. crim. li. 2. c. 37. n. 7. per tex. *in l. decurio-*
nibus, C. de Silen. libr. 12. Bal. *in l. ſancimus, in*
fine.

Digitized by Google

*fine, quę temp. mil. inueſt. l. non plures, C. de ſa-
croſan. Eccl. & in §. ſi quæro per illum tex. C. de
nou. Cod. confirman.*

Secundo amplia, vt maxime procedat
limitatio, quando in confirmatione eſſet
83 clauſula, † *quod ſi ſecus actum ſit, irritum ſit,
& inane*, tunc enim non poſſunt aliqua ſta-
tuta ab inferiore reuocari ſine ſuperioris
expreſſa auctoritate, ita Felyn. *in dict. c. cum
acceſſiſſent, num. 7. per c. dilecto, ad fin. verſicul.
niſi forte, de præben.* & *ibidem*. Imol. Butr. &
Abb. quod eſt verum, etiamſi ſtatutum eſ-
ſet in fauorem merum inferioris, adhuc e-
nim non poſſet ab ipſo reuocari, quia ſu-
perior addendo illam clauſulam habet pro
illicito, quicquid fit in contrarium, Abb.
in d. c. dilecto, & latius Felyn. *vbi ſupra.*

Tertio ampliatur iſta limitatio, vt mul-
to magis procedat, quando inferiores eſ-
84 ſent ex his, † qui recepiſſent auctoritatem
condendi ſtatuta à ſuperiore confirman-
te, tunc enim inferiores nullo modo poſ-
ſunt aliquid ſtatuere contra legem ipſius
ſuperioris, & ſic contra ſtatutum ab eo cō-
firmatum, quod dicitur eſſe lex ipſius, ita
Cephal. *conſil. 601. num. 30. volumin. 4.* Dec. *in
conſ. 403. num. 4. & 5. per l. formam*, *C. de of-
fic. præfect. Prat.* vbi poteſtas condendi le-
gem data alicui, intelligitur, vt contra ius
commune, & contra ſtatutum ſuperioris
ſtatuere non poſſit, & quod inferior non
poſſit tollere legem ſuperioris, eſt clarum
in iure, & probatur etiam *in clem. ne Roma-
ni, de elect.* & facit tex. *in d. c. cum inferior, de
maior. & obedien. & in c. inferior, 21. diſtinct.*
Bar. *in d. l. omnes populi, in 4. q. 3. princip. verſ.
iuxta prædicta quæro, nu. 33.* vbi Sanct. Seuer.
num. 71.

Subamplia, vt nec etiam poterunt hu-
85 iuſmodi † inferiores talia ſtatuta confir-
mata interpretari, quia, qui nō poteſt tol-
lere, non poteſt etiam interpretari abſque
eadem auctoritate ſuperioris cōfirmantis,
Borgn. *deciſ. 11. nu. 49. libr. 1.* & ante cum A-
lexan. *conſ. 173. ſub num. 8. volum. 6.* not. Ang.
Bal. & Imol. *in l. ex facto, in princip. ff. de vulg.
& pupill.* vbi etiam Alexand. plura adducit
concord. Andr. Sicul. *conſ. 27. in 2. volumin.*
Dec. *in dict. c. cum acceſſiſſent, in 3. notab. de
conſtit.* & not. *in l. vltim. C. de leg. & in l. 2. §.
ſi quid vero, C. de veter. iur. enucle.* ex quo vi-
deant magnifici Domini mei Antiani Sar-
zanæ, quid operetur † authoritas eiſdem 86
attributa circa decernenda dubia in no-
ſtris ſtatutis, de qua *lib. 3. c. 47.*

Sublimita iſtam limitationem, vt ſolum
procedat in his, de quibus inferiores ſta-
tuere non poſſunt, niſi ſuperioris † aucto- 87
ritate accedente, vt ſunt ea, quæ pertinent
ad iuriſdictionem, & ad reſeruata Principi,
ſecus autem in his, de quibus ſine ſuperio-
re poſſunt per ſe ſtatuere, vt ſunt ea, quæ
pertinent ad rerum, & negotiorum ſuorū
adminiſtrationem, vt de expendenda pe-
cunia communi, & ſimilium. Nam huiuſ-
modi ſtatuta poterunt multo magis reuo-
cari ſine ſuperioris auctoritate, poſtquam
& fieri poſſunt, cum facilius reuocetur,
quam de nouo fiat ſtatutum, Doct. com- *
muniter *in l. omnium, C. de teſtam.* Bar. *in d. l.
omnes populi, q. 1. n. 4. verſ. ſi vero quæris*, & *ibi-
dem* Iaſ. *in 2. euid. & in quæſt. 1.* Felyn. *in cap.
cum omnes, ſub num. 13. verſic. fallit primo, de
conſtit.* Cephal. *in conſil. 38. nu. 15.* vbi de ma-
gis communi teſtatur, *volumin. 1. & in dict.* **
conſil. 571. numer. 74. libr. 4. & ratio eſt, quia
diſpoſitio tunc dicitur confirmantis, quā-
do † confirmatio eſt neceſſaria, ſecus in his, 88
in quibus nulla cōfirmatione eſt opus, Fel.
in dict. cap. cum acceſſiſſent, numer. 5. & 6. Sa-
lycet. *in l. fin. C. de iur. omn. iudic.* & ex hoc
dicebat Bald. *in leg. ex placito, C. de rer. per-
mutat.* quod vbi Papa confirmat ſtatuta
valida, non dicuntur, nec efficiuntur
Papalia, ſecus ſi inualida, quia in primo ca-
ſu confirmatio non erat neceſſaria, in ſe-

Digitized by Google

cundo ſic. Ceph. *d. conſ. 38. num. 26. & d. conſ. 371. in fin.* faciunt tradita per Bar. *in d. l. omnium, C. de teſtamen.* nempe quod teſtamentum factum coram Principe poteſt ſine eius conſenſu reuocari, eo quia præſentia huiuſmodi tanquam minus neceſſaria nõ operatur quoad impediendam reuocationem aliàs permiſſam de teſtamento, & Bar. ibi ſequuntur Salyc. Fulgoſ. Caſtrenſ. nam illa regula, quam Bal. in contrarium allegabat, quod eadem ſolemnitas requiritur in
89 deſtruendo, † quæ in conſtruendo, vendicat ſibi locum in ſolemnitate, quæ de neceſſitate debet interuenire in actu, ſecus in ea, quæ non neceſſario requiritur, ſed in ſtatutis non pertinentibus ad iuriſdictionem ſuperioris, ſicuti & in teſtamentis nõ requiritur eius auctoritas in conſtruendo de neceſſitate, vt per Bar. *in d. l. omnes populi, quæſt. 1.* ergo nec in deſtruendo, & ſecundum iſtam ſublimitationem debet intelligi dictum Abb. *in d. c. dilecto, column. 2. nu. 10. verſic. ex quo infero, de præben.* vbi dicit, quod ſtatuta Collegij per ſuperiorem confirmata poſſunt reuocari non obſtante confirmatione, debet enim intelligi in his, quæ Collegium ſtatuere poteſt abſque ſuperioris auctoritate, vt per Felyn. *in d. c. cum acceſſiſſent, nu. 5. verſ. & ſecundum hanc declarationem*, quod notant Domini mei conci-
90 ues Sarzanenſes ad intelligentiam † capitulationis 41. cum sereniſſima republica, dum eiſdem permittitur poſſe facere alia ſtatuta, & renouare, dummodo ſint confirmata, & comprobata per ſereniſſimum Senatum, vt non procedat, quod dictum eſt de comprobatione in his, quæ res tantum proprias, & communes noſtras tangunt, nam in his valebunt ſtatuta, ex quo de iure hoc communitas facere poteſt, & reſeruatio facta à ſereniſſimo Senatu ad dictam capitulationem 41. ibi, *quod concedunt facere ſtatuta, cum conditione tamen, quod non valeant, niſi fuerint per ipſos Dominos comprobata*, recipiet interpretationem à iure, vt ſcilicet procedat quoad ea ſtatuta, quæ à communitate de iure fieri non poſſunt abſque ſuperioris licentia, & confirmatione, non autem quoad ea, quæ de iure abſque aliqua Principis ſcientia condi poſſunt, nam reſcriptum, ſiue decretũ Principis, ſicut & ſtatutum recipit interpretationem, & declaratur à iure communi, ſecundum ea, quæ ab ipſo iure reperiuntur diſpoſita, vt communiter Doctor. *in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.* vbi præcipue Bar. *& in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit.* & pro prædictis facit in terminis Dec. *conſ. 197. column. 2.* Crauet. *conſ. 238. numer. 1.* Iaſ. *in d. l. omnes populi, num. 2. & 21. ff. de iuſt. & iur.* & quod valeat communitas facere ſtatuta circa res ſuas, non obſtante, quod non haberet iuriſdictionem, ac ſuperiorem recognoſcere, probat Decia. *d. tractat. crim. c. 33. n. 2. & 5.*

Vel ſublimitando ſecundo diſtingue, quod aut ſtatutum confirmatum † cõcernit principaliter fauorem ſtatuentium, & 91
tali caſu poterit reuocari, & per ſecundum diceretur reuocatum primum etiam confirmatum, nam tunc confirmatio habet vim cuiuſdam priuilegij, cui poſſunt ſtatuentes renunciare, vt *in c. pro illorum, de præben.* ſi vero ſtatutum concernit fauorem aliorum, & intereſſe, vel bonum publicũ, non autem mere ipſos ſtatuentes, tunc nequaquam per ſecundum cenſetur, aut diceretur reuocatum primum confirmatum rationibus, de quibus in limitatione, ita Abb. *in d. c. cum acceſſiſſent*, vbi etiam Felyn. *nu. 4.* & Dec. *in 3. not.* & illos ſequitur Sanct. Seuer. *in repet. d. l. omnes populi, num. 114.* cum alijs ibi per eum.

Sublimitatur tertio, vt non procedat limitatio, quando ſtatutum confirmatum à ſuperiore non penitus † tolleretur, ſed 92
modi-

Digitized by Google

modificaretur ſuadente aliqua ratione publicæ vtilitatis, veluti ſi ſtatutum prohiberet, quod ligna non incidantur in tali nemore, poterit modificari tale ſtatutum, vt non procedat; quando ligna inciduntur pro vſu militum, qui cuſtodiunt ciuitatem, ita reſpondit Cephal. *d. conſ. 38. nu. 9. & ſeq & nu 17. cum ſeq lib. 1.* pro quo facit, quia limitatio, & modificatio nō eſt odioſa, ſicuti omnimoda correctio, vnde licet ſtatutū corrigens ius commune nō extendatur etiam ex identitate rationis, niſi ſit expreſſa, vel ſit vnica tantū ratio, tamē id non habet locum, quando ſolum limitatur, & modificatur ius commune, vt per Iaſ. *conſ. 112. col. 3. lib. 1.* & multa poſſunt fieri pro parte, quæ non poſſunt in totum, Afflict. *tit. de natur. ſucceſſ feud in princip. num. 119.* & facit etiam, quod Papa, & Princeps laicus non poſſunt in totum tollere ius diuinum, nec ei derogare, ſecus tamen limitare, decernere, & diſtinguere, vt per Felyn. *c. quæ in Eccleſiarum, num. 2. verſic. concluſio prima*, vbi etiam alii communiter ſcribentes *de conſtit.* & alia per nos late adducta *in concluſ quod ſtatuta laicorum non ligant clericos.*

Quarto ſublimita, vt non procedat,
93 quando ſtatuentes † vellent redire ad ius commune, quia tunc poſſunt reuocare ſtatutum etiam ſine ſuperioris auctoritate, ita tradit Abb. & Dec. & late Felyn. *in d. c. cum acceſſiſſent, num. 5. verſic hanc declarationem, de conſtit.* per illum text. per quem probari dixit hanc notabilem, & quotidianam doctrinam, quod ſcilicet ad hoc, vt res reuertatur ad ius commune, à quo per viam ſpecialem exierat, poteſt inferior venire contra diſpoſitionem ſuperioris, quod alias non poſſet, pro quo facit c *ab exordio, 35. diſtinct.* & l. *ſi vnus, §. pactus ne peteret*, ibi, *in priſtinam naturam redit, ff. de pact.* & quod notat idem Felyn. *in c. cum omnes, de conſtit.* vbi notauit, quod in his, in quibus alias requiritur conſenſus ſuperioris, illud fallit, vbi agitur de redeundo ad ſtatum antiquum, & Bald. *in l. ſi quis ad declinandum, in lect. 2. in fin. C. de Epiſcop & cler.* voluit, quod in caſibus, quibus videtur alias neceſſaria clauſula, *non obſtante*, talis clauſula non erit neceſſaria, quando per id, quod diſponitur, reditur ad ius commune, & alia permulta ſimilia, tradit idem Felyn. *ibid.* quem ſequitur Cephal. *in d. conſil 38. num. 21. & conſil. 601. nu. 39 vol. 4.* & idem voluit Bart. *in d. l. omnes populi, nu. 33. in 3 quæſt. pr. nc. verſic. iuxta prædicta quæro*, vbi etiam Crot. *nu. 62* Pariſ. *conſil. 92. num. 55. & ſeq. vol. 4.*

Quinto ſublimita, niſi ſtatutum à ſuperiore confirmatum, † etiam cum clauſula 94
annullatiua haberet conditionem reſolutiuam, vel expreſſam, vel tacite ſubintellectam, nam eueniente tali conditione valebit reuocatio ſtatuti, & ei contrauenire poterit etiam ſine aliqua alia ſuperioris auctoritate, ita Decian. *in ſuo tract. crim. vol. 1. lib. 2. cap. 39. num. 6.* de mente Abb. & Anch. *in d. cap cum acceſſiſſent, de conſtit.* & Crot. *in d. l. omnes populi, num. 73 verſic. ſeptima concluſio* & notat Ioan. Andr. *in cap. dilecto, de præbend.*

XIV. Limitatur concluſio, vt non procedat, quando ſecundum ſtatutum † eſſet 95
inualidum, quia tunc attenditur primum, cum ſecundum inualidum non ſit habendum in conſideratione, ſed pro nihilo reputatur, vtputa quia eſſet de pertinentibus ad Principem, de quibus ciuitas non poſſet ſtatuere, niſi accedēte auctoritate Principis, ita Marſil. *in d. l. 1. §. ſi ſerui quaſi, nu. 21. ff. de quæſt.* Cephal. *in conſil. 601. num. 15. lib. 4.* per regulam generalem, quod poſteriores diſpoſitiones ita demum derogant prioribus, quæ ſunt validæ, & legitimæ, *l. ſancimus*, vbi Dd. & præcipue Caſtrenſ. *in fin. C. de teſtam.* Salycet. *in l. quoties, ff. qui ſatiſdar. cogant.* & notatur *in l. ſcire oportet, §. ſufficit,*

Digitized by Google

ff. de excuſat. tutor. gloſſ. *in l. ſi pater, C. de ſtat. defunct.*

XV. Limita concluſionem, vt non pro-
96 cedat, quando prius ſtatutum † eſſet fauorabilius ſecundo, tunc enim præfertur poſteriori, ita Iaſ. *in l. Gallus, §. quidam recte, num. 15 ff de liber. & poſthum.* vbi dicit, quod quando ſunt duo contraria ſtatuta, & vtrumque ſpeciale, attenditur illud, quod eſt magis fauorabile, & in quo eſt maior, & euidens vtilitas, Bartol. *in d. extrauag. ad reprimendum, verſic. non obſtantibus, colum. penult. in princip.* Bald. *in l. 1. in 3. quæſt. ff. de offic. conſul.* Bald. Angel. & Aretin. *in l. Titia textores, in princip. ff. de legat. 1.* Caſtrenſ. *in l. non eſt nouum, de legib.* cum aliis adductis ibi per eum, *& in l. ſi Ruffinus, colum. 1. verſic. ego autem vltra alios, C. de militar. teſtament.* Cephal. *in conſil. 602. num. 35. lib. 4.* Roman. *in l. ſi vero, §. de viro, 24. fallent. ff. ſoluto matrimon.* Dec. *in d. conſil 44. num. 7. verſic. quarto quia,* Bald. *in l. hac conſultiſſima, C. qui teſtam. fac poſſ col. 1.*

XVI. Limita, niſi vnum ſtatutum lo-
97 queretur † prohibitiue, & negatiue, & aliud affirmatiue, vt quia vnum prohiberet aliquid generaliter fieri, & aliud mandaret generaliter etiam aliquid eſſe faciendum, nam circumſcripto ordine in volumine ſtatutorũ prohibita magis obſeruarentur, & attẽderetur, ac præualeret ſtatutũ, quod loqueretur prohibitiue, quam illud, quod diſponeret affirmatiue, vt ſi extaret ſtatutum, quod bona communis non poſſent alienari, & extaret aliud ſtatutum, quod mandaret de cauſis fieri compromiſſum, certe non poterit fieri compromiſſum de cauſis bona communis reſpiciẽtibus, quia
98 faciens † compromiſſum dicitur alienare, Dd. & gloſſ. *in cap. cum tempore, de arbitr.* Roman. *conſil. 175. col. 1. & conſil. 369. col. 4.* Lap. *alleg. 102. incip. non poteſt clericus,* Cardinal. *conſil. 95. incip. ad primum, col. penult.* Dec. *conſil. 44. nu. 2.* quæ alienatio fuit prohibita per aliud ſtatutum, quod debet potius obſeruari in ſuis prohibitis, & in illis præualere, quam ſtatutum contrarium in ſuis permiſſis, quia de duabus regulis, quarum vna eſt prohibitiua, & altera permiſſiua, attẽditur illa, quæ prohibet, Dec. *d. conſil. 44. num. 7.* de mente Bart. per illum text. *in l. 2. §. liberti, ff. de ſuſpect. tut.* Paul. de Caſtr. *in d. l. non dubium, C. de legib.* Dec. *d. conſil. 47. num. 5. verſic. quia priuilegium.*

XVII. Limita, quia in caſibus, in quib. vltimum ſtatutum † tollit primum, intelligitur ſolum, quod tollat in eis, quæ ſunt priori contraria, in reliquis enim, quod prius eſt, ſeruandum erit, Bald. *in l. vnic. verſic. quantum in ea parte, C. de lat. libert. tollen.* Marſil. *vbi ſupra, num. 28.* vbi dixit, quod de duobus ſtatutis contrariis vltimum tollit primum ſolum in ea parte, vbi reperitur contrarium vltimo, ſed in aliis ſuis partibus, in quibus non reperitur eſſe contra vltimum, non intelligitur eſſe ſublatum, nec ei præiudicare in aliquo, ſed remanet firmum, & validum, per text. *in l. ſancimus, in verſic. reliquam vero quantitatem, quæ intra legis terminos conſtituta eſt, in ſuo robore perdurare, C. de donat.* Barbat. *in cap. 1. in fin. de teſtament.* & facit textus *in clement. dudum, §. nos enim,* ibi, *in quantum præmiſſis, vel præmiſſorum alicui contraria, de ſepultur.* & doctrina Bald. *in l. ſed & milites, in §. quæſitum, ff. de excuſation. tutorum,* vbi dixit, quod reſcripta Summi Pontificis, † quæ dicunt, 100
non obſtante tali priuilegio, intelliguntur infringere priuilegium ſolum in eo actu, contra quem loquitur, in reliquis autem partibus ipſum priuilegium remanet firmum, & faciunt late adducta in ſimili per Franch. *in cap. nonnulli, verſic. decimoſexto, de reſcript. & in cap. 1. colum. 5. de conſtitut.* limitationem quoque ſequutus eſt Decian. *d. tract. crimin. lib. 2. cap. 36. num. 5.* vbi

ideo

Digitized by Google

ideo dixit, quod ſi reformatio corrigit in aliquo ſtatutum antiquum, in illo tantum expreſſo intelligetur correctum, in aliis autem omiſſis à reformatione ſtabitur ſtatuto antiquo, non autem recurrendum erit ad ius commune, quia potius in non correctis dicitur confirmatum prius ſtatutum, iuxta *l. ſancimus, cum ibi notat. C. de teſtamen.* & ita tenet Paul. de Caſtro *in 2. conſtitut. Cod. col. 1. & in l. 1. C. de nouo Cod. confirmand.* aſſerens ſe ita conſuluiſſe, & idem ſenſit Pariſ. *conſil. 56. num. 23. cum plur. ſeq. lib. 1.*

XVIII. Limita, vt non habeat locum, quando allegaretur ſtatutum ſecundum,
101 quod † non eſſet inſertum in volumine
ſtatutorum aliorum, nam tantum abeſt, vt deroget primo, & illud tollat, quod potius non valet, Pariſ. *conſil. 47 num. 37. vol. 3.* allegans Bart. *in l. 1. C. de exact. tribut. lib. 10.* & Dd. *in cap. ſtatutum, de reſcript. in 6.* Carpan. *vbi ſupra, in prælud. num. 118.* Rot. *deciſ. 127. part. 2.* vbi amplius concludit, quod quando ſtatuta fuerunt reformata, & renouata, & variata, ſi quis vigore alicuius ſtatuti vult aliquid obtinere contra aliquem ſub prætextu, quod fuerit contrauentum illi ſtatuto, debet probare, quod tempore, quo dicitur fuiſſe contrauentum ſtatuto, illud ſtatutum eſſet inter volumẽ ſtatutorum, & quidem neceſſario, concludẽter, & non per poſſibile, nec poteſt inferri, *modo reperitur, ergo & eo tempore reperiebatur,* quia poſſet eſſe, quod vere non adeſſet, & qui vult obtinere, debet eius præſuppoſitum concludenter, & neceſſario facere apparere, vt ibi, & per Decian. *reſponſ. 24. numer. 61. lib. 1.*

Sed ego hoc intelligerem in caſu, quan-
102 do non eſſet certum ſtatutum, † de quo agitur, eſſe ſtatutum, nec tanquam ſtatutum præſupponeretur, quia tunc bene eſſet verum, ſi de hoc dubitaretur, quod ſtaretur volumini ſtatutorum, inter quæ, ſi non reperiretur, nõ poſſet reputari ſtatutum, ſecus ſi fateremur illud quidem eſſe ſtatutum, & ſolum inniteremur contra illud, eo quia nõ eſt inſertum in volumine aliorũ ſtatutorum, quia non per hoc deficeret illius virtus, & validitas, prout hoc voluit etiam Corn. *conſil. 114. num. 5. volum. 4.* vbi appellat hanc exceptionem vanam allegationem, quia non eſt de eſſe ſtatuti, quod ſcribatur in volumine aliorum ſtatutorum, nam id non reperitur in iure cautum, vt videmus in ſimili in extrauagantibus, quæ licet non ſunt redactæ in corpus iuris, tamen ſunt obſeruandæ, & obſeruantur, & hoc idem ſenſit gloſſ. *in Summa, diſtinct. 19.* vbi dixit, quod tunc ſolum eſt curandum de volumine, quando eſt dubium, an ſit decretalis, nam tunc recurrendum eſt ad regiſtrum, & volumen iuxta diſpoſita *in cap. vt veterum, 9. diſtinct.*

Et ad propoſitum ſupra dictorum ſcito, quod dato caſu, quod de duobus ſtatu-
tis vltimum deroget primo, † talis deroga- 103
tio non trahetur retro, vt ſcilicet comprehendat præterita facta in executionem ſtatuti tunc vigentis, niſi in derogatione, ſiue reuocatione fuerit dictum, quod ſtatutum antiquum haberetur pro nunquam facto, ita Decian. *d. tract. crimin. vol. 1. lib. 2. cap. 39. num. 26.* per ea, quæ notat Ioan. And. *in nouell. in cap. vlt. de elect. in 6.* & per Bald. *in l. ius ciuile, num. 3 ff. de iuſtit. & iur.* de quo tamen vide in concluſ. *quod ſtatutum abrogatum non poteſt allegari* in limitationibus, & earum intelligentiis, vbi diſtinximus quoad ordinatoria, & quoad deciſoria iudicii.

Erit etiam animaduertendum, quod reuocatis ſtatutis, & derogatis, intelligentur
etiam † reuocatæ, & derogatæ omnes re- 104
formationes factæ circa eadem ſtatuta, vt docet Bald. per illum text. *in l. 1. in princip.*

C. de

Digitized by Google

C. de lat. libert. tollend. & late per addentes ad Abb. *in cap 1. de conſtit. num. 3. in lit. F. in princ. & in fin.* Andr. Sicul. *in eod. cap. 1. nu. 27.*

105 Tertio erit notandum, quod non ſtatim creatis per ciuitatem ciuibus † contra ſtatuta antiqua, noua inducere, & compilare debentibus, erunt antiqua ſuſpenſa, vt exequi interim nō debeant, quia cum noua, & vltima ſtatuta non ſint hactenus publicata, non poterunt operari, ita Bald. *in cap. 1. de conſtit. nu. 19.* vbi etiam Andr. Sicul. *num. 186.* Bart. *in l. Iulianus, ff. de condict. indeb.* Decian. *vbi ſupra, nu. 27. & in d. cap. 36. nu. 13.* qui & *cap. 37. nu. 12.* aſſerit, quod ſtatuta facta de nouo ab electis debent confirmari à populo, vt teneant, & valeant, ſi tantummodo factum ipſum fuiſſet eis demandatum, ſecus ſi mandaretur iuriſdictio ipſa, vel factum ipſum cum clauſula, *quod talia ſtatuta pro legibus haberentur*, per doctrinam Bald. *in l. 2. § exactis, col. 1. de orig. iur.*

106 Quarto erit etiam ſciendum, quod ſi ciuitas, † quæ non recognoſcebat ſuperiorem, ſubiicietur alteri ciuitati, niſi aliter fuerit per ſuperiores expreſſum, ſtatuta tamen, quibus dicta ciuitas modo ſuppoſita regebatur primo, & antequam ſubiiceretur, non cenſentur reuocata, & annullata, ſed potius adhuc erunt ſeruanda, ita Decian. *d. ſuo tract. crimin. lib. 2. cap. 33 num. 7.* de mente Bart. *in tract. Tiberiad. ſub rubr. de inſula.* & Caccialup. *in repetit. d. l. omnes populi, num. 10. ff. de iuſtit. & iur.*

CONCLVSIO IX.

Actus factus contra diſpoſitionem ſtatuti, an, & quando dicatur nullus.

SVMMARIA.

1 *Actus factus contra formam ſtatuti, etiam non procedentis vltra annullando, eſt nullus, de quo nu. 53. 54. 66. 67. 72. 76. 78. 79. 80. 81.*

2 *Statutum diſponens conditionaliter in aliquo actu, dicitur dare formam, & actus in contrarium factus non valet.*

3 *Conditio in ſtatutis eſt pro forma, non autem pro ſolemnitate.*

4 *Actus factus non ſeruato ordine, de quo in* l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. *eſt nullus.*

5 *Si, dictio in ſtatutis importat formam.*

6 *Ablatiuus abſolutus in ſtatuto importat formam.*

7 Dummodo, *dictio in ſtatuto importat conditionem, & formam.*

8 *Actus factus poſterius, qui debebat fieri ante ex ſtatuti diſpoſitione, dicitur nullus, tanquam factus contra formam ſtatuti.*

9 *Statutum diſponens, quod aliter actus fieri non poſſit, dicitur dare formam.*

10 *Tempus appoſitum, vel præfixum à ſtatuto, dicitur continere formam, declara tamen, vt* num. 11. & 12.

13 *Statutum prouidens ſuper actu faciendo aliter, quam fuerit prouiſum de iure communi, quando dicatur dare formam.*

14 *Nullitas actus facti contra ſtatuti diſpoſitionem, incurritur ipſo iure.*

15 *Renuntiare, an, & quando poſſint partes ſtatuto danti formam in aliquo actu,* & num. 19. 21. 22. 28. & 31. & 60.

16 *Prohibitiua diſpoſitio neceſſitatem inducit.*

17 *Actus humani, & poteſtate, & voluntate regulantur.*

18 *Omnes regulæ negatiuæ neceſſitatem inducunt.*

20 *Statuto quod in contractu mulieris adſit conſenſus propinquorum, & quod aliter contractus non valeat, non poteſt renunciari.*

23 *Inſtitutio, vel exheredatio filii eſt de forma in teſtamento.*

24 *Statuto continenti etiam ſecundario fauorem*

Digitized by Google

uorem publicum poteſt renunciari, & num.25.26.& 27.

30 *Non entium nulla ſunt qualitates.*

32 *Factum contra prohibitionem ſtatuti non poteſt tractu temporis confirmari, & quando verum,* num.33.

34 *Nedum actus factus contra prohibitionem ſtatuti eſt nullus, ſed & quicquid ex eo ſequitur.*

35 *Actus factus contra ſtatutum non permiſſiue loquens, non autem prohibitiue, non eſt nullus.*

36 *Idem ſi loqueretur diſpoſitiue tantum, quod declara, vt* num.37.

38 *Statutum aliquid diſponens, & pœnam contrafacienti imponens, non importat actus inualiditatem, quod declara, vt* nu. 41.42.43.& 44.

39 *Conſilium etiam extra terminum à ſtatuto præfixum redditum, valet, licet pœna ſtatuti poſſit exequi contra conſultorem in tempore non reſpondentem.*

40 *Statutū præfigens tempus inſtātia, facit, q́ ſententia poſt illud tempus lata nō valet.*

45 *Quod requiritur à ſtatuto poſt actum tam factum non dicitur de forma, de quo tamen* num.47.48.& 49.

46 *De forma non eſt, quod poteſt interuenire poſt actum.*

50 *Honeſtatis cauſa prohibitum à ſtatuto, non irritat actum in contrarium factum.*

51 *Clericus poteſt eſſe procurator laici, & tenet iudicium, licet ab hoc deberet clericus abſtinere.*

52 *Matrimonii fauore factum contra ſtatuti diſpoſitionem, non redditur nullum.*

53 *Actus factus contra diſpoſitionem ſtatuti ab eo, qui aliàs etiam talem actum facere poterat, etiam ſine ſtatuto, non annullatur, & quando* num.54.

55 *Statutum quando dicatur prohibitorium ad effectum, vt actus in contrarium factus ſit nullus.*

56 *Actus factus etiam præter, vel circa formam, dicitur nullus.*

57 *Formæ tranſgreſſio etiam pro faciliori actus expeditione, vitiat.*

58 *In delegatione veniunt ea, ſine quibus cauſa expediri non poſſet, non autem ea, per quæ commodius expediretur.*

59 *Citatio ſi trina requiratur à ſtatuto, non ſufficit vna pro omnibus.*

61 *Formæ etiam leuis omiſſio vitiat.*

62 *Forma data à ſtatuto, an per æquipollens poſſit ſatisfieri.*

63 *In appellatione ab interloquutoria requiritur pro forma expreſſio grauaminis, nec ſatisfit per relationem ad acta.*

64 *Formæ omiſſio etiam in fauorabilibus vitiat.*

65 *Vidua, pupilli, ruſtici, & alia perſonæ huiuſmodi, non excuſantur in omiſſione formæ.*

66 *Actus factus contra ſtatuti diſpoſitionem ab illo, qui habet auctoritatem ſupra ſtatutum, non vitiatur.*

67 *Scandali euitandi cauſa, actus, factus contra ſtatuti diſpoſitionem, tenet, declara, vt* num. 69.

68 *Reſcripti forma præciſe eſt ſeruanda.*

70 *Forma neceſſaria conſtituens eſſe, nunquam poteſt omitti.*

71 *Iuramentum ſuper actu carente forma, non validat illum.*

72 *Formæ omiſſio non vitiat, vbi adeſt de eodem confeſſio partis, declara, vt* numero 75.

73 *Iudicii tela non indigemus, vbi viget confeſſio partis.*

74 *De nullitate proceſſus non poteſt opponi, vbi reus fuit ſponte confeſſus crimen.*

76 *Menti ſtatuentium ſi eſt ſatisfactum, non curatur de omiſſione formæ, niſi vt numero 77.*

78 *Omiſſio formæ excuſatur aliqua neceſſitate interueniente.*

Google

80 Dotis fauore, an, & quando excuſatur omiſſio forma.
82 Forma quando dicatur requiri ex ſtatuto.

1 STatutum, prohibens fieri † actum, vel
contractum, licet non procedat vltra
annullando, tamen actus, & contractus eſt
nullus, ſi factus erit, tanquam factus con-
tra legem, per text. quem meliorem de iu-
re appellant Doctores *in l. non dubium, C. de
legibus*, ibi, *quod fieri non vult, tantum prohi-
buiſſe ſufficiat*, vbi præcipue hoc notat Iaſ.
num. 17. Bartol. *in 2. notab.* & Bald. *in 4. notab.*
& Fulgoſ. Paul. de Caſtro & alii communi-
ter, idem voluit Bartol. *in l. fin. in princip. ff.
de diuort.* & notatur *in cap. quæ contra ius, de
regul. iur. in 6* gloſſ. & Doctores *in cap. 2. de
teſtibus, & in l. prætor, ff. de noui operis nun-
ciat.* Alexand. *in l. 1. colum. 2. ff. de liber. &
poſthum.* gloſſ. *in clement. 1. in verb. inhibentes,
de iure patronatus.*

Primo amplia, vt idem ſit, quando ſta-
tutum loqueretur, & diſponeret in aliquo
2 actu conditionaliter, † nam ex quo tunc
diceretur dare formam, Bald. *in authentic.
matri, & auiæ, C. quando mu. tut. offi. fun.
poſſ. verſic. quidam tamen dicunt*, illa condi-
tione non ſeruata actus erit nullus, Felyn.
*in cap. cum dilecta, num 6. verſic. ſecundum Si-
gnunen. de reſcript.* vbi dixit, quod condi-
tio, quæ apponitur à ſtatuto, nunquam di-
3 citur † continere ſolemnitatem, ſed quod
imo oportet, quod exiſtat, argumen. *l. præ-
tor. in princ. ff. de collat. bonor.* & per hoc ſub-
iungit vidiſſe inferri, quod ſi ordo datus
in l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic.
4 non ſeruatur, † actus erit nullus, etiam ſi
non appellatur, quia textus ibi loquitur
conditionaliter, quod deueniatur ad no-
mina debitorum, ſi immobilia non exti-
terint, & quod ſtatutum loquens condi-
tionaliter importet formam, dixit Brun.
*in tract. de form. tit. quando aliquid cenſ. trad.
pro form. colum. 17. verſic. vndecima concluſio*,
Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 21. nu. 13.*
Cephal. *conſil. 305. num. 56. & conſil. 419. nu-
mer. 60.* vt † ſi ſtatutum vteretur dictione, 5
ſi, quæ importat conditionem, Bart. *in l. 1.
num. 9. & ſequen.* vbi alii, *ff. de condit. & de-
monſtrat.* vel ſi vtatur ablatiuo abſoluto, vt
præmiſſa citatione, quia † ablatiuus abſolu- 6
tus importat conditionem, *l. euictis agris ff.
de euiction. l. à teſtatore, ff. de condit. & demon-
ſtrat.* Dec. *in rubric. ff. ſoluto matrimon.* & de
ſtatuto loquente per dictionem, † *dummo* 7
do, Cornaza. *Luc. deciſ. 166. in fin* & quod ſta-
tutum per ablatiuum abſolutum loquens
importet conditionem, dixit Afin. *in ſua
pract. §. 3. cap. 36. num. 2.* vbi etiam quod ſta-
tutum conditionaliter diſponens denotet
formam, idem pariter voluit Bero. *quæſt. 24.
num. 1.*

Secundo amplia, vt etiam † actus ſit nul- 8
lus, quando fuit in eo factum poſterius,
quod ſtatutum, aut tacite, aut expreſſe re-
quirit antefaciendum, Bald. *in l. 1, C. ne li-
ceat tertio prouocar.* vbi ponit exemplum,
ſi ſtatutum obligaret iudicem ad facien-
dam ſententiam de conſilio ſapientis, &
quia ſtatutum videtur procedere vlte-
rius, id eſt, quod conſilium, quod debet
procedere conſiliatum, prius habeatur, ſi
illo omiſſo ſententiabitur, ſententia erit
ipſo iure nulla, tanquam omiſſa forma à
ſtatuto, quæ dicitur induci, quotieſcunque
in ſtatuto diſponitur de aliquo per prius, &
de alio per poſterius: idem tenuit Felyn. *in
d. c. cum dilecta, verſic. ſextum ſignum, de re-
ſcript.* & faciunt notata per Abb. & alios *in
cap. 2. ad fin. de teſtib.* & Bald. *in l. 1. verſic. extra
quæritur, C. qui admit.* & poteſt etiam poni
exemplum, ſi ſtatutum dicat, *præmiſſa cita-
tione, banniat*, nam formam induceret, quia
præmittere eſt antemittere, *cap. cupientes, §.
quod ſi, & §. denique, de elect.* Rebuf. *in l. dimi-
ſerit, verſic. prætermittere, ff. de verborum ſi-
gnificat.*

Digitized by Google

gnificat. & quod ſtatutum tradens ordinem, prius & poſterius in aliquo actu gerendo, det formam, dixit Aſin. *in ſua pract. §. 3. d. c. 36. num. 5.*

Tertio amplia, vt eo magis ſit vera con-
9 cluſio, † ſi ſtatutum de actu diſponens dixiſſet, quod aliter fieri non poſſet, vel ita demum fieri poſſet, &c. quia tunc diceretur à ſtatuto tradi forma taliter quod nec ei per partes renunciari poſſet, ita Felyn. *in d. cap. cum dilecta, num. 6. verſic. ſeptimum ſignum, de reſcript.* de mente Bart. *in l. fin. in fin.* ibi, *quaero an ciuitas, C. de ven. re. ciui. lib. 11. & in l. de his. ff. de tranſact.* Roman. *conſil. 402. in propoſita conſultatione*, & facit, quod dixit Bald. & Paul. de Caſtro *in l. ſi manum, C. de legib.* quod quando in lege aliquid ordinatur, & dicitur, quod aliter non fiat, videtur tacite dictum, quod ſi contra fiat, non valeat: ampliationem ſequutus eſt Dec. *conſil. 518. num 11.*

10 Quarto amplia, vt idem ſit, ſi † ſtatutum apponeret, vel præfigeret tempus ad aliquid: nam ſicut per huiuſmodi temporis appoſitionem diceretur ſtatutum appoſuiſſe pariter formam in illo actu, ita illo non ſeruato, actus erit nullus, ita Bald. *in authent. quae ſupplicatio, in fin. C. de precibus Imper. offer* per text. *in l. ſcire oportet, §. conſequens,* ibi, *non aliter audiri, ſi nō fuerit conſeruatum conſtitutum tempus, ff. de excuſat. tutor.* idem probat Lepid. *deciſ. Lucae 11. verſic. & quod ſit de forma,* Aſin. *in ſua pract. §. 3. cap. 36. num. 4.* Riminald. *conſil. 9. num. 18. vol. 1.* & idem voluit Bald. *in l. omnes populi, verſic. vnde ſi ſtatutum requirit tempus, ff. de iuſtitia & iure,* & facit Bartol. *in l. non ſolum, §. ſed vt probari. ff. de noui operis nuntiatione,* & ſequitur Felyn. *vbi ſupra, verſicul. octauum ſignum.*

Intellige ampliationem, vt non proce-
11 dat, † quando ageretur de materia tali, in qua re integra liceret purgare moram, quia ſi ſtatutum vlterius diſponendo de tempore non progrederetur contrarium ſtatuendo, valebit etiam actus factus re integra, licet extra tempus, Abb. latiſſime *in conſi. 94. ſtatuto ciuitatis Groſſetanae,* quem refert, & ſequitur Felyn. *d. cap. cum dilecta, verſic. limita ſecundo,* cum aliis ibi per eum.

Secundo intellige ampliationem, vt nō
ſit vera; † quando ſtatutū præfigendo tem- 12
pus, daret tamen arbitrium iudici in procedendo, quia tunc tale tempus non diceretur appoſitum pro forma, ſecus tamen ſi arbitrium conceſſum iudici à ſtatuto, concerneret deciſoria cauſæ, non autem modum procedendi, quia tunc tempus diceretur appoſitum pro forma, & aliter procedendo iudex faceret actū nullum, quidquid poſſet arbitrari in reliquis quoad merita, ita Felyn. *vbi ſupra, verſic. primo limita,* de mente Bar. *in l. ſi in lege, ff. locat.* late Paul. de Caſtro *in l. qui Romae, §. Callimachus, ff. de verb. obligat.* vbi etiam latius Alexand. *ad fin. verſic. vltra praedicta.*

Quinto amplia concluſionem, quando
ſtatutum † prouideret de actu aliter quam 13
fuiſſet prouiſum de iure communi ſuper illius confectione, dando iuriſdictionem modificatam circa illum, nam & tunc diceretur tradita forma, ſine qua actus non valeret, Dec. *d. conſil. 528. nu. 11.* ita Felyn. *vbi ſupra, verſic. nonum ſignum,* de mente Ancharan. *conſil. 6. & conſil. 31. viſa quadam petitione.*

Sexto amplia concluſionem, † vt talis 14
actus factus contra ſtatuti diſpoſitionem dicatur nullus ipſo iure, ita Bart. *in d. l. non dubium, num. 21.* Borgnin. *in deciſ. 10. num. 9. lib. 1.* per notata *in d. l. non dubium, & in d. c. 2. de teſtib.* idem Borgn. *in ſuo tract. de vſufruct. num. 128. chart. 314.*

Septimo amplia, vt nec partes poſſint
tali diſpoſitioni † renunciare, Dec. *in d. c. 2.* 15
num. 15. verſic. ſed iſta, & not. per gloſſ. *in*

l.1 C.de fideiuſſor & mandat. vbi etiam Bart.
& idem Bart. *in l.de his, num. 3. ff.de tranſact.*
& ratio eſt, quia legibus prohibitiuis non
poteſt renuntiari, vt Bar. *ibid. & in l.Meuius,
§.duobus, num.20. ff.de legat.2.* vbi rationem
16 allegat, † quia prohibitiua diſpoſitio ne-
ceſſitatem inducit. Vnde ſi ei renunciari
poſſet, in voluntate conſiſteret, quod eſt
neceſſitatis, Bald. *in authentic. generaliter,
num.5. C.de Epiſcop. & cleric.* Roman. *conſil.
402. num 3.* Alexand. *conſil.41. col.fin. lib.5.*
Barbat. *conſil 6. col. fin. lib. 4.* Vbi etiam ra-
tionem ſubdit, quam dicit inconuincibi-
17 lem, † quia actus humani à poteſtate, & vo-
luntate regulantur, *cap.cum ſuper, de offic.de-
legat.* Vnde ſi denegata eſt poteſtas aliter
diſponendi, voluntas non ſufficiet, & ſic
pars nullo modo contrariũ diſponere po-
terit, idem Barbat. *conſil 43 nu 13. lib.1.* & fa-
cit, quod dixit Bald. *in cap. cum contingat,
num. 6. de iureiur.* quod ſcilicet eſt neceſſa-
rium, non voluntarium in actibus huma-
nis, quod diſponit ius, *l.nemo poteſt, ff. de le-
18 gat.1.* & † omnes regulæ negatiuæ neceſſi-
tatem inducunt, gloſſ. *in c. 1. de iureiur. in 6.*
& de communi teſtatur Rip. *in d.l.nemo po-
teſt, num.57.*

Subamplia, vt iſtud tanto magis eſſet
19 verum, ſi in † ſtatuto adeſſet clauſula an-
nullatiua expreſſe, ita gl. *in c.ſtatutũ, ad fin.
prin. in ver. cõmittatur, de reſcrip. li.6. & in c.1.
gl.1. & in c.diſpendia, in verb. proceſſus, eod.tit.*
Gemin. poſt Aretin. *in c.cum de beneficio, de
præben. in 6.* Bald. *in l.ſi quis in contribuendo,
C.de Epiſc.& cler.* gloſſ. *in l. à Diuo Pio gl.2. in
verb. actionem, ff.de rit.nupt.* facit text. & ibi
Canoniſtæ hoc notant *in c. dilecto, circa fin.
verſic. niſi forte, de præben.* & poteſt eſſe ratio,
quia vbi apponitur clauſula annullatiua,
tunc illud videtur datũ pro forma, ita Bald.
Angel. & Dd. *in l.1. ff.de lib. & poſthum.* An-
charan. *in c.Canonum ſtatuta, in verſic. quæ-
ro ſi ſtatuto caueatur, quod Notarii, de conſtit.*
Felyn. *in d.c.cum dilecta, n.9. verſ quintum ſi-
gnum, de reſcript.* Bero. *q.24. nu.1.* ſed vbi eſt
ſtatutũ aliquid pro forma, non poteſt con-
ſenſu partium tolli, vt ſupra dicebamus, ſe-
cundum Bart. *in l.de his ff. qui teſtam.* Bald. *in
auth. iubemus, C.de iud. & in l.fi. §. & hæc quidẽ
C.de iur.delib.* & ita not. Iaſ. *in d.l.non dubium,
nu.17.* & ampliationem ſequutus eſt Borgn.
deciſ.21. n.66 Roman. *conſ.403. n.23. cum ſeq.*
Signor. *conſ.21. in proceſſu facto contra Petto-
lum,* pro quo facit dictum Bald. *in l. 1. C.qui
admit.* vbi dixit, quod ſi ſtatuto caueatur, q
in † contractu mulieris debeat interuenire 20
conſenſus propinquorum, alias cõtractus
non valeat, & non teneat, partes non pote-
runt velle, quod contractus ſine illa ſole-
mnitate valeat, & ſic renũtiare tali ſtatuto,
& quod ſtatuto danti formam nõ poſſit re-
nuntiari, dixit idem Bald. *in c.1. in tit. qui ſuc-
tene.* & facit, quia vbi actus eſt ipſo iure nul-
lus, renuntiatio non operatur, *l. conuenire,
ff.de pact. dot.* vbi Cyn. & quod vbi apponi-
tur clauſula decreti annullatiua, non poſ-
ſit per partes renuntiari, teſtatur commu-
nem opinionem gloſſ. & Dd. præcipue *in c.
dilecto, de præbend.* Barbat. *in conſil 12.num.5.
lib. 2.*

Sed idem tamen ſecundum Dec. *infra,*
eſſet, etiamſi non adeſſet clauſula annulla-
tiua, ſed ſtatutum ſimpliciter prohiberet,
quia † nec tunc conſenſus, aut renuntiatio 21
partium operaretur, & licet Iaſ. *in d. l. non
dubium, num 17. verſic. ſed aduerte,* videatur
facere differentiam inter iſtos duos caſus
videlicet inter ſtatutum vlterius proce-
dens annullando, & inter illud, quod ſim-
pliciter prohibet, vt in primo caſu non o-
peretur conſenſus partium, & renuntia-
tio tanquam datum pro forma, ſecundum
gloſſ. *in d. cap. diſpendia, & in d. cap. dilecto,*
cum aliis de quibus ibi per eum, tamen ta-
lis differentia reprobatur à Dec. *in d. cap.
2. de teſtib. num.15.* quia etiam, quando lex
ſimpli-

ſimpliciter prohibet ; non poteſt renun-
tiari, per gloſſ. *in l.1. C. de fideiuſſ. vel mandat.*
dot. vbi Bar. & caſu, quo poſſet renunciari,
vt quia ageretur ſimpliciter de fauore par-
tium, poſſet etiam tali caſu renunciari, ſi
fuiſſet appoſita clauſula annullatiua, vt in-
fra proxime, & idem Dec. *ibidem, & in cap.*
cum acceſſiſſent, column.3. de conſtit. ſoluit cō-
traria. Sed tamen non eſſet recedendum à
* prima communi opinione, per ea etiam,
quæ notauit Felyn. *in d.c. cum dilecta, col.17.*
de mente Bal. & Caſtrenſ. *in l. humanum, C.*
de legib.

Intellige ampliationem, & ſubamplia-
22 tionem, † vt procedat in renunciatione, &
conſenſu ſimplici, & ſuper ſtatuto princi-
paliter concernente vtilitatem publicam,
ſecus in ſtatuto reſpiciente priuatam vtili-
tatem, & in renunciatione, & conſenſu iu-
rato. Ita Crauet. *in conſ.216. num.1. libr.2.* de
mente Alexan. *in l. ſi conſtante, §. quoties, ff.*
ſolut. matrim. & in l. qui Romæ, §. duo fratres,
ff. de verb. obligat. & in conſil.11. num.14. libr.2.
Rip. *conſ.14. num.71.* Ant. Petr. *in tract. de iur.*
tract.29. Dec. *conſ.345.* Tiraq. *in l. ſi vnquam,*
in princip. numer.140. C. de reuoc. don. & idem
Dec. *in d.c.2. de teſtibus, nu.6.* per tex. *in princ.*
23 *Inſtit.* † *de exher. liber.* vbi requiritur, quod
filius inſtituatur, vel exheredetur, & ſi hoc
non fiat, annullatur teſtamētum, & ſic pro
forma requiritur inſtitutio, aut exheredа-
tio filij, & tamen renunciari poteſt, quia
reſpicit priuatum fauorem, *l. filio præterito,*
& ibi Bar. *ff. de iniuſt. rupt. & irrit. teſtament.*
vbi inquit, quod forma poteſt renunciari,
quando reſpicit fauorem priuatum, & hoc
idem not. Abb. per illum tex. *in cap. fin. §. his*
autem, in 2. notab. de offic. deleg. idem tenuit
Barba. *dict. conſ.12. num.6. libr.1.* allegans Ro-
man. *conſ.151. incip. præfati conſultores*, vbi i-
dem voluit, etiamſi forte conſtitutio, ſiue
24 ſtatutum † contineret, ſecundario tamen,
25 fauorem reipublicæ, inferens, † quod per
hoc poteſt per mulierem renunciari bene-
ficio Velleiani in fauorem ſui principaliter
inducto, licet ſecundario reipublicæ, *l.1. §.*
vltim. ff. ad Velleia. & eiuſdem opinionis fu-
it Barba. *in d. conſ.12. num.4. libr.1.* & ratio-
ne, quia regula iuris antiqui eſt, quod o-
mnes leges dicentes, † quem poſſe iuri pro 26
ſe inducto renunciare, de quibus habetur
in l. paciſci, & in l. pactum, ff. de pact. & in l. pen.
C. eod. titul. dicuntur eſſe conditæ ex cauſa
publicæ vtilitatis, vt aperte probatur *in*
proœmio, Inſtit. in princip. & in l.1. in princip.
C. de nou. Iuſt. Cod. compon. tamen quia leges
illæ, ſcilicet l. *paciſci*, & l. penult. & ſimiles
reſpiciunt principaliter priuatam vtilita-
tem priuatorum pacto illis renunciari po-
teſt, & ibidem Barbat. ideo reprobat Bart.
contrarium ſentientem *in d.l. penult. & in l.*
ius publicum, ff. de pact. & pro hoc confirmā-
do adducit exemplum de ferijs, de quibus
in l.1. ff. de fer. quæ fuerunt introductæ † ex 27
cauſa publicæ vtilitatis, vt ibi dicitur, & ta-
men quia principaliter reſpicit illa lex vti-
litatem priuatam, poteſt tali legi pacto
priuatorum renunciari, vt ibi eſt caſus for-
malis, & *in l. ſi feriatis, ff. eod. titul.* & aliud ex-
emplum de mulieribus, de quo etiam pro-
xime, nam licet propter publicam vtilita-
tem inuentum eſt, ne mulieres pro alijs fi-
deiubentes obligentur, *vt l.1. & 2. ff. ad Vel-*
leian. quia reipublicæ intereſt, ne quis re
ſua male vtatur, §. *expedit enim, Inſtit. de his,*
qui ſunt ſui vel alien. iur. §. *cogitatio, authen. vt*
iud. ſine quoquo ſuffrag. tamen quia princi-
paliter reſpicit vtilitatem priuatam mulie-
rum, quia earum fauore Velleianum eſt in-
troductum, vt *in l. qui exceptionem, ff. de con-*
dict. indeb. ideo poteſt pacto priuatorū mu-
tari, vt *in d.l. fin. §. penult. ff. ad Velleian.* & eſt
communis opinio, vt ibi, & quod poſſit re- *
nunciari diſpoſitioni prohibitoriæ factæ
ad fauorem priuatum, dixit Bal. *in auth. ge-*
neraliter, n.5. C. de Epiſc. & cler.

Digitized by Google

Sublimita intelligentiam, vt non pro-
28 cedat,† quando eſſemus in aliquo ſtatuto,
quod denegaret potẽtiam reſiſtẽdo actui,
& daret formam actui ipſo, vt ſi ſtatutum
diceret, quod mulier non poſſit adire, niſi
29 interueniat † conſenſus propinquorum,
aliâs actus non valeat, nec teneat, vt ſupra.
Nam tunc ex quo non oritur validitas a-
ctus à principio, propter reſiſtentiam, quã
facit ſtatutum, diſponẽdo, quod non poſ-
ſit, vt *in l. ſtipulatio iſta, §. alteri, ff. de verb. obl.*
& apponit formam actui gerendo, non
poteſt cõſenſus, ſiue renunciatio partium
operari, quod tunc actus valeat, non ob-
ſtante ſtatuto, & non obſtante omiſſa for-
ma in tali actu requiſita, etiamſi reſpiceret
priuatam vtilitatẽ, quia ex quo mulier im-
peditur talem actum facere, ſine illa ſole-
mnitate, non dicitur feciſſe illa omiſſa, & ſi
non fecit, non poteſt partiũ conſenſu cõ-
30 ualidari, † quia nõ entium nullæ ſunt qua-
litates, *l. ſi ſeruum, §. ſi modus, ff. de act. empt. l.
eius qui, verſ. quod ſi. ff. ſi cert. pet.* & ita firmat
Barba. *d. conſ. 12. nu. 17.* de mente Bal. *in l. 1. C.
qui admitti.*

31 Secundo ſublimita, vt non † procedat,
quando concurreret publica, & priuata
vtilitas æque principaliter, vt ſi ſtatutum
æquipararet in aliquo caſum priuatum pu-
blicę vtilitati, nam tunc tali ſtatuto renun-
ciari nõ poſſet, nec pacto priuatorum tol-
li, ita Barba. *d. conſ. 12. nu. 8. lib. 2.* ea ratione,
quia quando publica, & priuata vtilitas in
eodem ſubiecto concurrunt, attenditur
publica, & ſecundũ eam regulatur diſpoſi-
tio *l. fin. in fin. C. de caduc. tollen. authent. res
quæ, C. communia, de lega.* & hoc voluiſſe af-
firmat Bar. *in l. 1. in 4. oppoſ. ff. ſolut. matri-
mon.*

Octauo amplia, vt quod factum eſt cõ-
32 tra † prohibitionem ſtatuti, non poſſit tra-
ctu temporis confirmari, ita ſuadente tex.
*in c. non firmatur, de reg. iur. in 6. & in l. quod ab
initio, ff. eod. l. ſicut. C. de falſ.* facit tex. *in c. 1. de
deſponſat. impub. li. 6. c. ſi eo tempore, de reſcrip.
libr. 6. l. ſi expreſſum, ff. de appellat. l. ſi filius, &
l. eius, ff. de teſt. & l. 1. §. 1. ff. de leg. 3. cum ſimi-
libus.*

Limita ampliationem, vt † procedat in 33
ſolo tractu temporis, qui non eſt ſufficiẽs
ad conualidandum, quod ex ſtatuto ab in-
itio non ſubſiſtit, ſed ſecus erit, ſi vltra tra-
ctum temporis ſuperueniant adminicula
aliqua ad validitatem actus concurrentia,
nam tunc illis concurrentibus, quod non
valuit ab initio, ex poſt facto confirmatur,
ita limitant omnia ſupradicta iura, & illis
ſimilia communiter Doct. prout de com-
muni teſtatur Dyn. *in d. c. non firmatur,* qui
tamen reprobando talem communem in-
telligentiam diſtinguendo dicit, quod aut
durat cauſa impediens, & prohibens, aut
ceſſat, & nulla tamen ſuperuenit confir-
mãs, aut ceſſauit, & ſuperuenit confirmãs.
Primo caſu vera eſt ampliatio, quod ſcili-
cet quæ ab initio non valuerunt, ſtatuto
prohibente, tractu temporis non firman-
tur. Secundo caſu, id eſt, quando ſolum
ceſſat cauſa prohibens, & impediens, & nõ
ſuperuenit cauſa confirmans idem, quia
quod non tenuit, non confirmatur ex tra-
ctu temporis, vt *in l. inter ſtipulantem, §. ſa-
cram. ff. de verb. obligat. & in dict. l. eius, & l. ſi
filius, ff. de teſtam. & l. cætera, §. 1. ff. de leg. 1. &
l. ſeruus, C. de legibus, & dict. c. ſi eo tempore, de
reſcript.* In tertio autem caſu, quando ceſ-
ſauit impediens, & ſuperuenit confirmans,
tunc ceſſat ampliatio, quia confirmatio,
quæ fit contra legem de nouo, non eſt cõ-
tra legem, ideo habet iuris effectum, &
Dyn. opinionem ſequitur Bar. *in d. l. non du-
bium, n. 17.* & comprobatur ex allegatis per
ipſum Dyn. *ibidem.*

Nono amplia, vt † nedum ſit nullus a- 34
ctus factus contra prohibitionem ſtatuti,
ſed etiam quidquid ex eo ſequitur, vel ob
id ex

Digitized by Google

id ex eo, ita loquitur expreſſe tex. *in d.l. non dubium*, ibi, *ſed & ſi quid fuerit ſubſequutum ex eo, vel ob id, quod interdicente lege, factum eſt, illud quoque caſſum atque inutile eſſe præcipimus*, vbi Bar. & cæteri ſcribentes.

Primo limita concluſionem, vt procedat, † quando ſtatutum loqueretur prohibitiue, prout habetur *in d.l. non dubium*, & per Bar. *ibi in 2. notab.* ſecus ſi ſtatutum loqueretur non permiſſiue, nam tunc non intelligeretur annullare actum, ſi non expreſſe diceret, ita Iaſ. *in d.l. non dubium, n. 18. per l. fin. ad fin. iuncta l. præcedenti*, vbi Salyc. *C. de ſenten. ex breuic. recit.* & idem Iaſ. *in l. 1. numer. 38. C. de ſumm. Trinitat.* Bero. *qu. 24. num. 1.* Alex. *conſ. 24. lib. 4.* & exemplum poteſt poni, vt ſi in primo caſu ſtatutum diceret, quod non poſſit fieri in ſecundo, nõ concedimus, ita colligitur ex allegatis à Iaſ. *in d.l. num. 36. verſ. ad hoc nouiter reſpondeo*, Alban. ad Bart. *in d.l. non dubium, num. 2.* Chaſſan. *conſ. 39. n. 36.* Dec. *in d. c. 2. de teſtib. num. 8.* vbi ait aliud eſſe, quando lex aliquid prohibet, & quando lex aliquid non permittit.

35

Amplia limitationem, vt idem ſit, ſi nõ prohibitiue, † vel non permiſſiue, ſed tantum diſpoſitiue ſtatutum loqueretur, mãdans actum certo modo fieri, nam tunc nec actus aliter factus redditur nullus, niſi ſtatutum procederet vlterius annullando, Nat. *conſ. 287. num. 6.* de mente Salyc. *in l. ſtatutis, C. de ſent. ex breuis. recit.* & Iaſ. *in l. 1. ff. de lib. & poſthum.* Alexan. *conſil. 24. inſpecto proceſſu, column. 2. lib. 3.* vbi dicit, quod hoc caſu ſtatutum inducit monitionem, niſi habeat clauſulam annullatiuam, idem ſenſit Felyn. *in c. cum dilecta, colum. 17. de reſcript.*

36

Limita ampliationem, vt non ſit vera, quando † ſtatutum loqueretur ſuper actu, cui iam fuiſſet data forma à iure cõmuni, vel cum clauſula annullatiua, vel cum verbis prohibitiuis, nam tunc licet ſimpliciter de eadem forma loquatur, non annullando per verba prohibitiua, ſed pure diſponendo, tamen actus factus ſine illa forma erit nullus, tanquam omiſſa forma illi à iure communi tradita, cum à ſtatuto diſpoſita etiam ſimpliciter trahantur ad diſpoſita à iure communi, & ſecundum illa intelliguntur, & regulantur, Bero. *d. q. 24. nu. 3.* ex trad. per Bar. *in ſ. 1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falcid.* & nos late de hoc *in concluſione, quod ſtatuta recipiunt interpretationem à iure communi.*

37

Secundo limita concluſionem, quando ſtatutum aliquid † ſimpliciter diſponeret, & vlterius pœnam imponeret contrafacienti, nam tunc non diceretur annullare actum, ſed per illam pœnã ſpecialem impoſitam contrafacienti eius diſpoſitioni videtur ſublata pœna generalis, per quam actus annullabatur, iuxta tex. *in l. ſanctio legum, ff. de pœn.* & videtur actus valere, ita Iacob. de Aret. & Bal. *in dict. l. non dubium*, Cuman. *in d.l. Prætor ait, ff. de nou. oper. nunciat.* Alexan. *conſil. 37. num. 2. verſicul. nec etiam obſtat, libr. 3.* Card. *in cap. fin. de poſtulat. Prælat. & in clem. 1. in 3. oppoſ. de reſcript.* & Bald. *in dict. l. non dubium*, dat exemplum, quando ſtatutũ dicit, quod nullus cõtrahat, quin ſoluat gabellam de cõtractu, & ſi non ſoluerit gabellam, ſoluat centum nomine pœnæ, nam iſto caſu contractus valebit, quia lex & ſtatutum vltra proceſſit imponendo diuerſam pœnam à pœna nullitatis actus, ideo pœna ſpecialis impedit generalem. Idem tenuit Borgn. *deciſ. 10. num. 4. libr. 1.* ponens exemplum in ſtatuto prohibente appellationem ſub pœna librarũ 25. quo caſu videtur velle, quod pœna ſoluta appellatio valeat, allegando Bar. *in d. l. Prætor ait*, & ibi Paul. de Caſtr. Alexan. & de communi teſtatur Paul. de Caſtr. *conſil. 63. in 2. part.* pro quo etiam facit Abb *conſ.* 38

conſ.93. ſub num.3. libr.1. & Bal. *conſ.298. num. 1. lib.1.* & ita indubitanter tenuit Alexand. *in conſil. 24. lib.6.* vbi conſuluit ſuper ſtatu-
39 to † imponenti pœnam conſultori non reddenti conſilium intra terminum præfixum à ſtatuto, nam licet conſultor poſſit puniri, conſilium tamen etiam poſt terminum valebit, & faciunt, quæ not. Io. Andr. *in addit. ad Specul. it. tit. de iud. deleg. §. reſtat, in addit. incip. Oldr.* & Iacob. de Aret. & Cyn. *in l. properandum, in princip. in ſecunda oppoſ. C. de iud.* & Bal. *in l. fin. C. vt intra cert. temp. cauſa termin.* Io. de Imol. *in c. de cauſis, de offic. deleg.* vbi in effectu voluerunt, quod ſi ſtatutum dicat, quod iudex expedire debet cauſam intra duos menſes, & ſi non fecerit, imponit pœnam, certe non per hoc intelligetur inualidata ſentẽtia iudicis, lata poſt illos duos menſes, ſed valebit, licet iudex pœnam incurrat, & mouentur per legem primam, *C. vt om. tam ciui. quam crim.* fatentur tamen aliud eſſe, ſi præfixum fuiſſet
40 tempus inſtantiæ, vt quia diceret † ſtatutum, quod inſtãtia cauſæ duret ſpatio duorum menſium, vel ſimpliciter, quod cauſæ debeant finiri intra duos mẽſes, quia tunc ſententia lata poſt illos duos menſes non valebit, iuxta not. communiter per gloſſ. & Doct. *in dict. l. properandum, in princi. C. de iud. & l. ſcire oportet, §. conſequens, ff. de excuſ. tut.*

Sublimita, vt iſtud ſit verum, quando
41 annullatio actus † non tenderet ad præiudicium illius, cui pœna imponitur, ſed ad præiudicium alterius, & tangeret ius tertij, ita Alexan. *dict. conſ.24.* ponens exemplum in duobus caſibus ſupra adductis de conſultore, & de iudice iudicante extra terminum præfixum, & diſpoſitum à ſtatuto, quia ſi nulla eſſet redditio conſilij poſt terminum, nõ afferet preiudicium conſultori, ſed parti, ſicut ſi ſentẽtia eſſet nulla, poſt terminum non afferet damnum iudici, ſed parti, & prædicta probantur *in l. filius, §. fin. ff. ad leg. Corn. de falſ.* & not. *in gloſſ. in l. nullus videtur dolo facere, ff. de re iud.* & per gloſſ. *in clem. 1. de iur. patr.* & per prædicta iura ita cõmuniter Doct. tenere *in d. l. Prætor*, teſtatur * Alexan. *d. conſ. 24. num. 1.* Idem voluit Iacob. Butr. *in d. l. non dubium*, Io. de Imol. *in d. cap. cum contingat, in 8. membr. & in l. cum lex, ff. de fideiuſſor.* Borgn. *in d. deciſ. 10. num. 23.* vbi pariter communem dicit, & facit, quia alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri, *l. tranſactio manens, C. de tranſactio. l. cohæredibus, C. famil. erciſc. l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pact.* ſecus ſi annullatio præiudicaret contrafacienti, quia tunc ex quo poteſt concurrere annullatio actus, & pœna cõtra illum, qui contrafecit ſtatuti diſpoſitioni, non debet à tali præiudicio annullationis ſubleuari, ne inducta in odium retorqueantur in fauorem, *l. quod fauore, C. de legib. l. legata inutiliter, ff. de leg. 1.* & ita ſequitur, & declarat Borgn. *in d. deciſ. 10. num. 23.* de mente Dec. *in d. c. 2 de teſtibus, num. 10. verſ. ſecundus caſus eſt*, qui ait, quod in hoc Bar. *in d. l. Prætor, ff. de nou. oper. nunc.* vbi hoc affirmat, communiter approbatur, & idem ibidem Alexan. & Caſtren. Iaſ. *in l. tranſigere, column. 5. verſicul. contra communem, C. de tranſact.*

Secundo ſublimita, niſi lex ſiue † ſtatu- 42
tum pœnale eſſet ſeparatum à ſtatuto ſimpliciter prohibente, quia tunc induceretur nullitas actus, reſpectu ſtatuti ſimpliciter prohibẽtis, & haberet locum pœna, reſpectu ſtatuti pœnalis, ita Felyn. *in d. c. 21. n. 1. verſic. ſecundo reſtringe, de teſtib.* vbi ideo dicit, quod quando lex punit actum aliàs prohibitum à iure communi, pœna non firmat actum contra prohibitionẽ, & nullitatem, quod dicit fuiſſe de mente Iacob. Butr. *in d. l. non dubium*, vbi etiam Bald. & Abb. *in eod. c. 2. de teſtib.*

Amplia ſublimitationem, vt † non ſo- 43
lum

lum procedat in ſtatutis ſeparatis, ſed etiã in eodemmet ſtatuto, in quo facta fuiſſet ſimpliciter prohibitio, deinde pœna fuiſſet ſtatuta, vtputa ſtatuto cauetur; quod quis non faciat talem actum, & ſi aliquis contrafaceret, ſoluat centum, nam cum primo faciat prohibitionem ſimpliciter, actus in cõtrarium factus dicitur nullus, vt *in d.l. non dubium*, & pœna ſpecialis, quæ poſtea imponitur, videtur augere prohibitionem, in præiudicium eius, qui prohibetur, & contrafacit, ita not. Dec. *in d.c. in nomine Domini, ſiue c.2. de teſtib. num. 11. verſic. ſecundus eſt caſus*, quem etiam ſequitur Borgnin. *dict. deciſ. 10. num. 23.* ſecus eſſet, ſi ſtatutum immediate prohibendo imponeret pœnam, puta dicendo, ne quis contrahat in tali caſu, ſub tali pœna, nam tunc, ex quo videtur facta prohibitio, non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, videlicet reſpectu pœnæ, ſoluta pœna prohibitioni erit ſatisfactum, argumento *l. ſi præſes, ff. de pecul.* & ita procedit limitatio noſtra, ſecundum Dec. *vbi ſupra*, pro quo facit optime tex. *in c. quia propter, de electio.*

Tertio ſublimita, vt non procedat, quã-
44 do † annullatio actus non eſſet pœna, vt quia ſolum ſtatutum detraheret poteſtati dantis, vel adminiſtrantis, vel præſumeret delictum, non autem in ſua diſpoſitione priuaret aliquem iure quæſito, vel inchoato quæri, quia iam ceſſat ratio, de qua ſupra in limitatione, *quod pœna ſpecialis appoſita in ſtatuto tollat generalem nullitatem actus*, cum, vt diximus, in iſto caſu nullitas, & annullatio ſtatuti non diceretur pœna, ex quo non inducit diminutionem patrimonij, ſeu iuris quæſiti, vel inchoati quæri, ſed ſolum, vel annullatur ius quærendum, vel tollit aliquam adminiſtrationem & poteſtatem, ita Abb. *in d.c.2. num. 5. de teſtib.* vbi etiam Felyn. *n. 1. verſ. ſed aduerte ſubtiliter*, vbi ait, quod communiter tenetur tunc annullationem actus non eſſe pœnã proprie, quando non eſt diminutio patrimonij, vel iuris quæſiti, aut inchoati quæri, de quo tamen vide Ioan. Andr. *in c. odia, de reg. iur. in 6.* cum alijs allegatis, *vbi ſupra*, ab eodem Felyn. qui docent, quando annullatio actus ſit pœna, quod eſt valde notandum pro ſtatutis, ſublimitationem ante prædictos nos docuit etiam Bald. *in d.l. non dubium, num. 28.* quem vide in contingentia ſtatuti prohibitorij, qui perbelle diſtinguit.

Tertio principaliter limita concluſionem, vt non procedat, † quando ſtatutum 45
exigeret aliquam ſolemnitatem, poſtquã iã actus eſſet perfectus, vt ſi diceret, quod de omni contractu ſoluatur gabella, aliàs non valeat, nam cum hoc caſu ſtatutum præſupponat iam actum factum, & ſic cõtractum celebratum, non impedit illius validitatem, & valide fieri poſſe, & ſic non reſiſtit validitati ipſius ipſo iure, ſed bene gabella non ſoluta de illo annullari poterit talis contractus, ita Felyn. *in dict. c. 2. verſ. tertio notabiliter, de teſtib.* per gloſſ. *in l. vniuerſa, C. de precib. imper. offer.* & quod omiſſio ſolemnitatis, debentis ſequi poſtactum, non vitiet à principio, ſiue ipſo iure, voluit idem Bart. *in l. ſi ita quis, §. ea lege, verſ. quæro vtrum prohibitio, ff. de verb. obligat.* vbi dixit, quod quando lex diſponit ſuper actu iam facto, tunc non annullatur ipſo iure, ſed per ſententiam iudicis annullari debet, *& in l. his, cum ſeq. §. 1. ff. famil. erciſc. & in l. filio præterito, §. ſi ff. de iniuſt. irrit. teſta.* Bald. *in d. rubric. C. de reſcind. vendit. poſt med.* Abb. *in cap. quoniam frequenter, in principio, vt lit. non conteſt.* Bald. *in l. ei qui ad ciuilia. in vltim. columm. C. de appellat.* cum alijs allegatis per Felyn. *vbi ſupra*, vbi dixit, quod illa verba, *non valeat*, interpretantur in effectu, quia poteſt irritari, de mente Bartol. *in dict. l. vniuerſa, C. de precib. Imp. of-*

ſer. Idem cenſuit Roman. *conſil. 236. vt præmiſſa conſultatio, column. fin.* Imol. *conſil. 44. in caſu præmiſſo, column. 1.* Aretin. *conſil. 77. & ratio ſcribendi, colum. fin.* Alexan. *conſ. 125. omiſſis ſuperfluis, column. fin. libr. 1.* Abb. *in d. c. 2. num 5. in fin. de teſtib.* & Felyn. *in c. cum dilecta, num. 6. verſic. Quartum ſignum, de reſcrip.*
46 ponit pro regula, quod illud, † quod poteſt interuenire poſt actum, nunquam poteſt dici datum pro forma, ſed poteſt appellari ſolemnitas effectualis, quæ tribuit robur actui iam firmato, & ponit exemplum de inſinuatione donationis, & de cautione teſtamenti in caſu cap. *quanquam, de vſur. in 6.* & ad idem eſt Angel. *conſ. 36. pro deciſione quæſitarum,* vbi late & Tiraqu. *in dict. l. ſi vnquam, in verb. reuertatur, numer. 69.* Bar. *in l. 1. colum. vlt. in princ. ff. de teſta. & in l. ſi ita quis, §. ea lege, col. 1. verſ. quæro vtrum prohibitio, ff. de verb. oblig.* late Bertach. *in tract. gabell. in 3. par. 8. par. princip. quæſt. 24.* Cepol. *cauſ. ciui. conſ. 35. col. 1.* Dec. *in d. c. 2. verſ. ſucceſſiue,* cum ibi alleg. *de teſtib.* Fabia. à Monte, *in tract. de inſinuat. q. 27.*

Sed in hoc dicit Dec. *in d. c. 2. num. 13.* o-
47 mniũs † allegationibus, quod eſt animaduertendum diligenter, quia licet verum ſit, quod quando ſolemnitas requiritur poſt actum, actus à principio valet, quia nõ impeditur à ſolemnitate, quę ſolum requiritur poſt actum, quando tamẽ illud, quod requiritur poſt actum, non ſequitur, videtur quod actus factus, qui erat validus, reſoluatur, & annulletur ipſo iure, ſic mandante ſtatuto, quod ex tunc dicit, *non valeat contractus non ſoluta gabella,* & ſic fruſtra videtur requiri ſententia iudicis, vbi habemus ſententiam legis, & ſtatuti, per illud verbum, *non valeat,* & ideo conſtito, quod de contractu non fuit ſoluta gabella, certum eſt, contractum non valere, & quidem ipſo iure, per verbum *non valeat,* quod importat ipſo iure, *capit. quia propter, de elect. clemen. 1. de reſcript.* & ſi ſatis eſt, legiſlatorem prohibuiſſe ad hoc, vt facta pro infectis habeantur, *vt in d. l. non dubium,* multo magis iſtud habebit locũ, ſi ſpecialiter dixerit, inutile eſſe debere, quod factum erit, ideo cogita, quia, ni fallor, iſta conſideratio Decii valde ſtringit, ſtantibus verbis ſtatuti, *non valeat,* & diſpoſitione d. l. *non dubium,* cum ibi not.

Primo ſublimita, niſi † ſtatutum dicee- 48
ret, *ſit ipſo iure nullum,* vel *non valeat ipſo iure,* quia etiam in ſupradicto caſu non valeret, & cẽſeretur inducta nullitas ipſo iure, etiam quod ageretur de ſolemnitate requiſita poſt actum iam factum, ita Felyn. *vbi ſupra,* de mente Bar. *in d. l. vniuerſa,* per gloſ. *in c. in pœnis, de reg. iur. in 6.* Bar. *in d. l. ita quis, §. ea lege, verſ. quæro vtrum, ff. de verb. oblig.* Abb. *in d. c. 2. de teſtib.* vbi etiam Dec. *nu. 13.* cum ibi alleg.

Secundo ſublimita, niſi ſolemnitas re-
quireretur in ipſomet † actu, & tempore 49
ipſius, quia tunc actus factus ea omiſſa eſſet nullus ipſo iure, Felyn. *vbi ſupra,* per tex. *in capit. ſine exceptione, 11. quæſt. 2. & c. hoc ius, 10. quæſtion. 2.* cum aliis not. per Abb. *ibidem numer. 5.* facit tex. *in cap. auditis,* cum ibi not. *de elect. l. hac conſultiſſima, circa princip. C. de teſtament.* Bero. *d. q. 24. num. 6.* & Aretin. *in l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum, ff. de acqu. hered.* & faciunt ſupra adducta in prima ampliatione.

Quarto limita, vt non procedat conclu-
ſio, quando † perſona prohiberetur à 50
ſtatuto aliquid facere, ſolum ratione honeſtatis, vt poteſt poni exemplum in clerico, qui prohibetur eſſe procurator laici, & in iudicio laicali comparere propter honeſtatem, *l. placet, C. de Epiſcop. & cler.* non enim decet clericos ſe immiſcere negotiis ſecularibus, *cap. ex literis, vbi gloſſ. de vit. & honeſtat. cleric.* nam tunc ſi facit actum prohibitum propter honeſtatem ſolum, vale-

Digitized by Google

valebit, non obſtante prohibitione legis, ſi non opponatur, ita Felyn. *in capit 2. numer. 2. & 3. de iudic. & in cap. fin. columm. 13. de conſtit.* Alban. ad Bar. *in dict. l. non dubium, numer. 2.* per ea, quæ conſuluit Feder. de Sen. *in conſil. 293. incip. factum tale eſt*, & per not. per Ioan. Andr. *in capit. ſicut, ne cleric.*
51 *vel Monach.* vbi dixit, quod † clericus poteſt eſſe procurator in vna cauſa laici, & tenet iudicium, quamuis non deberet clericus acceptare propter honeſtatem, & idem tenuit Felyn. *in cap. fin. ſub numer. 10. colum. 16. verſicul. eſt bene notandum, de conſtit.* vbi ait, quod actus factus per perſonam, quam lex inhabilitat ſolum propter honeſtatem, valet, ſi non opponatur, & dicit perpetuo notandum ad materiam dict. l. *non dubium*, cum concord.

Quinto limita concluſionem, vt non
52 procedat, fauore † matrimonii, cuius ſpeciale eſt, quod non reddatur nullũ ex ſimplici prohibitione legis, Dom. de Rot. *deciſ. 750. numer. 3. part.* 1. de mente Dec. *in d. c. 2. num. 7. verſic. ſed conſiderandum eſt, de teſtib.* per tex. *in cap. 2. de matr. contr. interd. Eccleſ.*

Sexto limita, vt non ſit vera concluſio, quotieſcunque habenti aliâs poteſtatem
53 faciendi actum, † ſtatutum mandat ſimpliciter ſine clauſula annullatiua illum actum ſub certa forma fieri, nam tunc quãuis contrafaciens ſit puniendus, tamen actus valet, & tenet, ita Domini de Rot. *d. deciſ. 750. n. 4.* per gloſſ. quam dicunt communiter approbatam *in clement. 1. in verb. Inhibentes, de iur. patronat.* vbi omnes ſcribentes, Abb. *in conſil. 9. nu. 6. ante med. verſ. ad prædicta induco, libr. 1.* Imol. *in c. ex parte, numer. 3. ad fin.* & ibi Abb. *numer. 5.* Felyn. *numer. 1. prope fin. verſic. ſecunda limitatio*, vbi alios adducit Dec. *num. 6. de conſtit.* Bellam. *deciſ. 696. circa fin.* Brun. *in tract. de form. fol. 33. col. 2. limit. 2.* vbi de cõmuni teſtatur.

Sublimita, vt non ſit vera limitatio, † ſi 54
ſtatutum haberet decretum irritans, Fel. *in dict. c. cum dilecta, num. 12. verſic. & conſidera.*

Ad cognoſcendum autem, quando ſtatutum † dicatur prohibitorium ad effe- 55
ctum, vt prædicta in concluſione habeant locum, & adaptari poſſint, ſcito, quod conſideranda eſt ratio ſtatuti, nam aut ratio ſtatuti conſiſtit in iure prohibendi, ſiue in cauſa prohibendi, & tunc dicitur ſtatutum, edictum, & lex prohibitoria, quia lex ſemper loquitur, *l. Ariani, C. de heretic.* aut non conſiſtit in cauſa prohibitionis, ſed ſtatutum, aut lex actui aſſiſtit, & tunc non erit prohibitorium, & ſecus factum non erit contra ſtatutum, ſed præter ſtatutum, ita Bald. *in dict. l. non dubium, numer. 29. C. de legib.* vel ſecundum Bartol. infra eſt conſiderandum, quod aut ſtatuti verba ſunt concepta in futurum, & tunc eſt, & dicitur prohibitorium, aut ſunt concepta in præſenti, puta quia ſtatutum dicat, *nemo poteſt alteri ſtipulari*, & iſta non eſt prohibita, ſed eſt iuris præexiſtentis declaratio, vnde ſi ſecus fit, non erit contra, ſed præter legem, vt Bar. *in l. cum lex, ff. de fideiuſſ.* quem vide.

Et quia ſupra pluries fuit dictum de inualiditate actus, ob non ſeruatam formam traditam à ſtatuto in illo actu, hoc idem firmatur à Bald. *in l. 2. C. quomod. & quando iud. & in dict. l. omnes populi, verſic. item nota, quod à forma ſtatuti, ff. de iuſt. & iur. & in l. non ſunt liberi, ff. de ſtat. homin.* Nell. *in 3. par. temp. in ſuo tract. bannit. quæſt. 9.* Felyn. *in d. c. cum dilecta, num. 9. verſ. amplia nono*, Cagn. *in l. ſi nihil, num. 2. ff. de reg. iur.* Vant. *de nullit. titul. quot & quibus mod. num. 53.* Brun. *in tract. de conſtit. decret. in verb. forma, in vltim. verſ.* laſ. Aſin. *in ſua pract. §. 3. c. 36.* & vt etiã de hoc apertius intelligentia habeatur, eſt ſciendũ, ꝙ præſuppoſito ſtatuto † tradẽ- 56
te for-

Digitized by Google

te formam in aliquo caſu, actus nedum
erit nullus, ſi fiat de directo contra formã,
ſed etiamſi præter, vel circa, quia formę ni-
hil addi, aut detrahi poteſt, Bal. *in l. fin. C. de*
ſuis, & legit. Bar. *in l. Gallus, §. 1. ff. de liber. &*
poſthum. Ioan. Andr. *in cap. prudentiam, ſuper*
verb. Citra, de offic. deleg. & in c. cum Marthæ,
ſuper gl. 2. de celeb. miſſ. Abb. *in c. cauſam, de*
re iud. & in c. Piſanis, de reſtit. ſpoliat. Card.
in clemen. 1. in princip. in 6. quæſt. 3. col. ibi, ſe-
cunda poteſtas, de ſupplen. neglig. prælat. & Fe-
lyn. *in d. c. cum dilecta, col. 12. verſ. amplia pri-*
mo, cum alijs ibi per eum, *de reſcript.* ſequi-
tur Aſin. *in ſua pract. §. 3. c. 36. n. 5.*

Primo intellige, vt prædicta etiam vera
57 ſint, ſi † tranſgreſſio formæ traditæ à ſtatu-
to eſſet pro faciliori expeditione actus, ita
idem Felyn. *vbi ſupra, column. 13. verſ. amplia*
quarto, per gl. 2. in cap. ſolet, de ſent. excom. in 6.
vbi delegatus non poteſt abſoluere ad cau-
telam, excedendo commiſſionem, licet fa-
cilius poſſet ex ea ſequi expeditio cauſæ, &
ibi colligit Domin. *in princip.* quod licet
58 veniant in commiſſione ea, ſine † quibus
cauſa expediri non poſſit, non tamen ea,
per quæ commodius expediretur, & facit
ratio generalis aliâs allegata ſupra, quia
formæ nihil addi, vel detrahi poteſt, &
quod bonum videtur, ſi fiat addendo, for-
mam etiam alterat, inquit Felin. *vbi ſupra,*
verſ. & dicit Ambroſius, in libr. de Paradiſo, &
facit etiam, quod dixit Bal. *in l. 2. C. quomo-*
do, & quando iud. vbi voluit, quod ſi ſtatu-
59 tum requirat † trinam citationem, non
ſufficiat vna pro omnibus, etiãſi hoc poſ-
ſet fieri pro faciliori, & expeditiori exitu
cauſæ, ſicut ſi ſtatutum exigeret duas cita-
tiones ante bannum, ſi iudex in prima ci-
tatione miſerit peremptorium, non vale-
ret, Bal. pariter *in l. non ſunt liberi, ff. de ſtat.*
hom.

60 Secundo intellige, vt nec etiam † partes
poſſint renunciare formæ datæ à ſtatuto,
quia omnis ſolemnitas, & ſubſtantialis for-
ma eſt iuris publici, *l. 3. ff. de teſtam. l. nemo po-*
teſt, ff. de leg. 1. & ideo non poteſt lædi pacto
priuatorum, Imol. *in l. quicquid aſtringendi,*
ff. de verb. oblig. per illum tex. Crot. *in d. l. ne-*
mo poteſt, nu. 51. vbi de communi Signorol.
conſ. 21. in proceſſu facto contra Petrolum, Abb.
in c. ſuper quæſtionum, §. verum, de offic. deleg. &
Doct. *in c. prudentiam, eod. tit.*

An autem id ſit verum, & quãdo in diſ-
poſitione reſpiciente tantum fauorẽ par-
tium, & non publicam vtilitatem, & an in
renunciatione ſimplici, an in iurata, ſupra
fuit aliquid dictum, ad quæ etiam vide Fe-
lyn. *in d. c. cum dilecta, col. 14. verſ. amplia quin-*
to, vbi late, & Lancill. Galli. *in conſuet. Ale-*
xandriæ, in ver. non poſſit, q. 1. per tot. & Lam-
berteng. *de ſtat. ſuper contract. in fi. q. 1. & ſeq.*
& latius per Felyn. *in c. ſi diligẽti, de for. com-*
peten. ad quem ſemper recurre in materia
renunciationis, aut legum, aut priuilegio-
rum, quia magiſtraliter, & diſtincte loqui-
tur, vide etiam Gomez. *in c. 1. de reſcript. nu.*
59. in 6. vbi diſtinguit & Gabr. *in tit. de clau-*
ſul. concl. 3. n. 37.

Tertio intellige, vt etiam omiſſio leuis
formæ † vitiaret actum, Bar. *in l. 1. ff. de lib. &* 61
poſthum. & ratio eſt, quia forma debet ſer-
uari ad vnguem, & nihil addi, aut detrahi
poteſt à diſpoſitione ſtatuti, dantis formã,
vt ſupra alias diximus, & licet agatur de le-
uis ſolemnitatis omiſſione, tamen quia il-
la licet leuis ſolemnitas præſupponit data
pro forma à ſtatuto, iuri omnino ſatisfaci-
endũ eſt, vt dixit gl. *in clem. 1. in ver. reuocari,*
quaſi in medio, ibi, *ſed ſatis eſt, quod ſatisfiat iu-*
ri, de ſupplen. negl. prælat. facit, quod not.
Abb. poſt Innoc. *in c. veniens, 2. ante verſ. ve-*
nio nunc, ibi, *etiam per hoc ſatisfit iuri, de te-*
ſtib. & intelligentiam ſequutus eſt Fel. *in d.*
c. cũ dilecta, col. 17. vbi dixit, ꝙ per hoc reddi-
tur dubia deciſio Ang. *in l. hac conſultiſſima,*
C. qui teſtam. fac. poſ. dum dixit, quod ſi ſta-
tutum

Digitized by Google

tutum requireret pro forma conſilium ſapientis, non oportet ipſum habere, ſi caſus eſſet clarus in iure, & quamlibet leuem formam importare nullitatem, ſi fuerit omiſſa, dixit Aſin. *d. § 3. cap. 36. num. 5.* Felyn. *in cap. quoniam contra, col. 5. verſic. ſi tum ſtatutum, vt lit. non conteſt.* Dec. *conſil. 10. col. 1.* Ancharan. *in cap. ea qua, col. 12. verſic. hoc verum, de regul. iur.* Dec. *in cap. prudentiam in quarto, de offic. delegat.* Tiraquell. *in tract. de iudic. in rebus exiguis facien. verſic. ſecundo eſt textus, & in tract. de vtroque retract. tit. de retract. lignag. §. 36. gloſſ. 2. num. 26.* Guid. Pap. *conſil. 24. col. 2. verſic. quia forma,* Alexan. *conſil. 50. nu. 5. lib. 5.*

Quarto intellige, vt nec per æquipol-
62 lens poſſit ſatisfieri † ſtatuto requirenti aliquid expreſſe pro forma, quia etiam ſi aliquid legitime fiat, tamen omiſſio formæ vitiat, gloſſ. *in d. cap. cum dilecta, in verb. tranſponentes, in fin. de reſcript.* facit dictum Alber. *ſuper ſtatut. part. 1. quæſt. 111. incip. adhuc idem Dynus,* vbi ſi ſtatutum requirat, quod in inſtrumento apponatur nomen proprium diei, non ſufficit apponere diem per numerum, vtpote *15. die menſis talis,* ſed requirit, quod dicatur, *die Lunæ, die Martis,* prout facit etiam limitatio tradita à Socin. *in cap. 2. de lib. mat.* vbi voluit, quod licet mandante ſtatuto, quod vulnus exprimatur in libello, ſufficiat regulariter, ſi fuerit dictum *percuſſit eum gladio cum ſanguinis effuſione,* non adiecto, *quod fecerit vulnus,* niſi percuſſio fuerit facta in loco, ex quo ſine vulnere poſſit exire ſanguis, vt in naſo, & hoc quia quod natura ipſa manifeſtum eſt ſatis, videtur expreſſum, vt per Bald. *in l. edita, in repetit. Padua. verſic circa ſextum ſtatutum, C. de eden.* tamen hoc non procederet, quando ſtatutum exigeret expreſſionem vulneris pro forma ſubſtantiali, per ea, quæ habentur *in cap. 1. de Baptiſmo,* confert etiam, quia licet regulariter, quando requiritur aliquid exprimi per ſe, ſatis ſit, etiamſi exprimatur per relationem ad aliud certum, *l. ait prætor, § 1. & l. in ſumma, in princip. ff. de re iudic. l. penult. C. de ſentent. quæ ſin. cert. quantit.* tamen vbi eſt data forma, non ſufficit eam adimpleri per relationem ad aliud, ſecundũ Angel. *in l. vbi autem, § qui aliud, ff. de verb. oblig.* dũ dixit, quod cũ data
ſit forma expreſſioni grauaminis in † ap- 63
pellatione ab interlocutoria, ſcilicet quod fiat nominatim, *clemen. appellanti, de appellat.* non ſufficit, ſi fiat per relationem ad acta, & ita etiam tenuerunt Domini de Rota *deciſ. 246. num. 10. part. 1.* concludentes, quod quando expreſſio requiritur pro forma, non eſt locus adimplemento per æquipollens, idem habetur per Neuizan. *conſil. 77. num. 2.* Dec. *conſil. 429. nu. 5.* Boer. *deciſ. 1. num. 44. verſic. quia certum eſt,* Abb. & Butr. *in cap. ex tua, de cler. non reſid.*

Quinto intellige, quod nec etiam in fa-
uorabilibus † omiſſio formæ excuſat, ſed 64
& in illis vitiat actum, Tiraquell. *in l. ſi vnquam, in verb. reuertatur, num. 67. C. de reuoc. donat.* quem refert, & ſequitur Aſin. *in ſua pract. §. 3. cap. 36. num. 13* & Bald. *in l. vlt.* poſt Oldrad. *C. ſi mancip. ita fuer. alien. ne manum. & in l. teſtamentum, in 2. notab. C. de teſtam.* & ratio eſt, quia, vt alias dicebamus, actus ſine forma eſſe non poteſt in quacunq; diſpoſitione, & facto, *l. Iulianus, §. ſi quis reus, ff. ad exhib. ben.*

Sexto intellige, vt nec etiam † viduæ, 65
pupilli, ruſtici, & aliæ huiuſmodi perſonæ excuſentur in omiſſione formæ, ſed etiam actus ab illis factus erit nullus forma omiſſa, ita Aſin. *d. §. 3. cap. 48.* & Bald. *in l. initis, C. qui admit. ad bon. poſſ.* per not. *in l. fin. & in l. ambiguitatis, in gloſſ. quæ incip. hodie, de teſtam.* & facit, quia in his, quæ ad rigorem pertinent, & formam iudiciorum, ſexus, & ruſticitatis ratio non habetur, vt *in l. properandum, in fin. C. de iudic. & in §. pupillus, in*

Digitized by Google

authent. de hered. & Falcid. Bald. *in d. l. iuris,*
C. qui admit.

Primo ſubintellige, omnia, quæ de nul-
66 litate † actus ob omiſſam formam datam à
ſtatuto, diximus, vt non procedant, quan-
do actus fieret per habentem authorita-
tem, & ſuperioritatem derogandi tali ſta-
tuto, & illud tollendi, quia tunc faciendo,
non ſeruata forma, videtur ſibi ipſi in eo
diſpenſaſſe, contra ſtatutum illi tacite hoc
pacto derogando, ita Bald. *in l. 1. verſ ſolutio*
ſi conſilium, ff. de legib. Bart. *in l. vniuerſis. C. de*
precib. Imp. offer. & in l. obſeruare, C. de decu-
rionib. lib 10 Paul. de Caſtro *in d. l. vniuerſis,*
num... Bald. *in l. Barbarius, ff. de offic. prætor.*
Felyn. *in d. cap. cum dilecta, col. 21. verſic. limi-*
ta, vbi tamen concordando quædam con-
traria diſtinguit inter ſtatutum habens
clauſulam derogatoriam, vel decretum, ir-
ritans, & non habens, de mente Alexand.
in l. 1. ff ad leg Falcid. in princ. & Roman. *con-*
ſil 402. Aſin. *d. §. 3. cap. 46.*

67 Secundo ſublimita, vt tunc † actus fa-
ctus non ſeruata forma ſtatuti, ſed tantum
per æquipollens factus, teneat, quando
hoc eueniret ratione ſcandali euitandi, vel
imminentis periculi, ita Felyn. *in d. cap. cum*
dilecta, verſic amplia vndecimo, in fin. amplia-
tionis, & in verſic. limita ſeptimo, Dn. de Rot.
deciſ 25 num. 6. part. 1. Iaſ. *in l. 1. in 1. notab. ver-*
ſic. limita tamen, C. de teſtamen. Rip. *in tract.*
de priuileg. contra cau. pe. num. 170. Caſſador.
deciſ. 1. de dolo & contumac. Iaſ. poſt Alexand.
in l. 1. ſub num. 13. ff. de liber. & poſthum. Pariſ.
conſil 33. num. 28. cum ſequen. lib. 2. facit ad
hoc textus *in cap. ſtatuimus, de offic. delegat.*
68 *in 6.* vbi licet † forma reſcripti præciſe ſer-
uanda ſit, *d. cap. cum dilecta, de reſcript. cap.*
cui non, de præbend. in 6. tamen ſi in eo loco,
qui iudici delegato pro ſuo tribunali aſſi-
gnatus fuit, cognoſci, & procedi non po-
terit ob iuſtum metum impeditiuum, po-
terit delegatus omiſſa, quoad hoc, forma
reſcripti alium locum eligere idoneum, &
ſecurum, confert etiam text. *in cap. vbi pe-*
riculum, §. porro, de elect. in 6. vbi quamuis
pro forma daturum ſit eo in loco Roma-
ni Pontificis electionem fieri debere, ex
quo prædeceſſor obiit, tamen ſi is locus ex
iuſta cauſa ad hoc non idoneus, vel inha-
bilis erit, fieri poterit in alio loco vicino
idoneo, facit etiam text. *in clement. 1. de foro*
competen. vbi dicitur, quod quamuis pro
forma ſtatutum ſit, vt iudicans locum tri-
bunalis eligere debeat in proprio territo-
rio, adeo vt nec ſedere poſſit in alieno, *can.*
Epiſcop & duob ſeq 9. quæſt. 2. can luminoſo, 18.
quæſt. 2. Dd. *in cap. nouit, de offic. delegat.* ta-
men ſi adeſt iuſta cauſa, quare ibi ius co-
gnoſcendi exerceri non poſſit, poterit tri-
bunal eligi in loco idoneo territorii alieni,
faciunt etiam, quæ late diximus ratione
ſcandali euitandi, & periculi imminentis,
in concluſ. an ſtatuta laicorum comprehendant
clericos, & ſublimitationem ſequitur Aſin.
d. §. 3. cap. 36. Pariſ. *conſil. 33. num. 29. lib. 2.*
Corn. *conſil. 53. num. 1. & conſil. 131. num. 2.*
volum. 1.

Sublimita ſublimitationem, † vt proce- 69
dat reſpectu formæ extraneæ, ſecus reſpe-
ctu formæ proximæ, ita Domini de Rot.
d. deciſ. 25. num. 6. part. 1. Brun. *de forma, fol. 63.*
col. 2. verſic. & non procedit, & facit, quia a-
ctus non eſſet ſine ſua forma proxima, &
ſubſtantiali, *cap. in quadam, de celebrat miſſ.*
clement. 1. de ſumma Trinitat. & facit Neui-
zan. *conſil 70 num. 34.* vbi dixit, quod † for- 70
ma neceſſaria, & quæ conſtituit eſſe, nun-
quam poteſt omitti, quidquid ſit de forma
cauſatiua, *iuribus ibi per eum,* quod pote-
rit etiam inſeruire pro generali declaratio-
ne eorum, quæ in hac concluſione dicta
ſunt de forma ſeruanda, vel omittenda, ad-
aptando tamen congruenter ſingula ſin-
gulis, & adeo eſt vera iſta ſubintelligentia,
quod etiamſi adhibitum fuerit † iuramen- 71
tum

Digitized by Google

tum ſuper actu carente ſua forma ſubſtantiali, non tamen valebit, ſaltem in forma, in qua agitur, licet valebit alio modo, ſi valere poſſet, vt in ſtipulatione, quæ ſi peccaret in ſua forma, non vtique valeret, ſi tamen accederet iuramentum, nec etiam valeret vti ſtipulatio, ſed propter iuramentum ſuſtinebitur in vim pacti, & ratio eſt, quia cum forma deſit, actus non poteſt habere ſuam ſubſtantiam, ſine qua non datur
** eſſe rei, ita communiter Dd. tenere teſtatur Alciat. *d cap. cum contingat, num 259.* vbi ſubiungit, quod ſi in aliquibus caſibus adductis per tenentes contrariam partem videatur de contrario, tamen re vera nõ impugnant hanc doctrinam, ſed in illis æquiuocatur inter formam ſubſtãtialem, & inter ſolemnitatem, & ſolemnitas ſicut eſt quid extrinſecum, per quod actus fit ſolemnis, non eſt mirum, quod etiam illa deficiente, actus tamen remaneat, prout præſupponebatur etiam ineſſe, ſine illa ſolemnitate, licet non ſolemnis, quod eſt ſecus in forma, quæ eſt quid intrinſecum, à quo actus ſumit eſſentiam, & ſine qua eſſe per conſequens non daretur, vt etiam latius idem Alciat. explicauit *in rubr. ff. de verbor. oblig. in 7. col. & in l. 1 in princ. in 1. notab. ff. eod. tit.* vbi etiam alii.

Tertio ſublimita, vt non procedãt iam
72 dicta, ſi ageretur de † omiſſione formæ ſtatuti circa pacta, aut proceſſum, aut decretum ſuper aliqua re, de qua tamen appareret expreſſa confeſſio partis, talem rem & negotium totale concernens, nam tunc fruſtra de omiſſione, aut obſeruantia formæ proceſſus, & decreti quæreretur, vbi cõfeſſio partis omnia dirimeret, & rẽ circa quam, & proceſſus, & decretum elaborabat pro illius veritate inuenienda aperte a-
73 periret, & manifeſtaret: † tela enim iudicii non indigemus, vbi confeſſio partis emanat, inquit Innocent. *in cap. qualiter, il 2. de accuſat.* at diſceptatio fori ceſſat, vbi viget confeſſio partis, Bald. *in rubr. de iuriſdict. om. iudic.* per text. *in cap. Piſanis,* vbi etiam Abb. *verſic. vlt. de reſtit. ſpol.* hinc dicebat Bald. *in l. vt debitum, C. de hered. act.* & Salycet. *in l. 2. in fin C de cuſtod. reor.* quod non poteſt opponi † de nullitate proceſſus, quando reus 74
fuit ſponte confeſſus crimen, & hanc partem tenuit etiam Felyn. *vbi ſupra, verſic. limita octauo,* vbi reſpondet contrariis, & declarat, quod dictum eſt de nullitate proceſſus, aut decreti, & aliorum, vt procedat, quando nullitas cauſatur ſolum ex defectu † formæ non ſeruatæ, ſecus ſi ex defe- 75
ctu iuriſdictionis, quia tunc ſicut confeſſio non poſſet dici iudicialis, ita non poſſet operari, quæ ſupra dicta ſunt, ponens exemplum in proceſſu facto die feriato, vel ab incompetẽti iudice, quod dicit etiam fuiſſe de mente Abb. *in d. cap. Piſanis, in vlt.* & faciunt notata *in cap. at ſi clerici,* per illum tex. *in princ. de iudic.* & late adducta per Vant. *de nullit. tit quibus mod ſent. null defen. num. 126.* vbi de effectu confeſſionis partis, circa illud, de quo agitur, non obſtante nullitate proceſſus, & ſententiæ, & Pariſ. *conſil. 99. nu. 15. vol. 3.* vbi dixit, quod ſi ſtatutum exigat in aliquo caſu probationes per inſtrumenta, ſi ibi accedet confeſſio ipſius partis, non erit curandum de forma prædicta à ſtatuto, circa probationem per inſtrumenta.

Quarto ſubintellige, vt non eſſet curandum de † omiſſione formæ, ſi tamen ex 76
aliis fuerit, & remanet ſatisfactum menti, & intentioni ſtatuentium, quia menti potius quam verbis diſponẽtium ſatiſfieri debet, *l. mulier, ff. ad Trebellian l. fin. C. de his quæ ſub modo, l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit.* & mentem legiſlatoris cortici verborum præferendam eſſe, habetur *in l. ſcire oportet, §. aliud, ibi.* Sed etſi maxime verba legis hunc habent intellectum, tamen mens legiſlatoris.

Digitized by Google

giſlatoris aliud vult, facit text. *in l.nominis, & rei, §.verbum, & legibus, ff.de verbor. ſignificat. l.cum mulier, ff.ſolut.matrimon.* & facit, quia ſi ea fuit mens ſtatuentium in tradenda illa forma, vt actus reduceretur ad illud eſſe,& ad illum finem, ad quod,& ad quem fuit redactus, ad quid quærere de verbis, quæ ſolum fuerunt poſita, vt ſeruirent menti ſtatuentium, quæ modo præſupponitur adimpleta, ita etiam conſuluit Dominic. *conſil. 433. num. 2. & 3.* & idem tenuit Caſſador. *deciſ. 2. de iudic.* Mant. *conſil. 143. num. 65.* quos referendo ſequitur etiam Mend. ad Roman. *loco citato, in lit. A.* idem tenuit Bald. *in l. ſi duo patroni, §. ſi quis iurauerit, col. 2. ff. de iureiur.* Brun. *d. tract. de form. col. 1. verſic. prædicta regula fallit*, Cagnol. *in l. ſi quis maior, num. 153. C. de tranſact.* vbi tamen Cagnol. inquit, quod licet prædicta ſubſiſtant, tamen re integra ſemper conſilium daret ſuo clienti, quod formam ſeruaret ad vnguem, & ſubintelligentiam communiter teneri, teſtatur Aſin. *d. §. 3. cap. 40.* & Dd. *in l Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum.* & conueniunt etiam illa, quæ idem Aſin. adducit, *vbi ſupra, c. 41.* vbi tenuit, quod ſi actus factus habeat eandem vim, quam forma, valere debet, licet forma ad vnguem ſeruata non ſit, & Bart. *in l. obſeruare, poſt med. C. de decur. lib. 10.* & ideo Pariſ. *conſil. 99. num. 15. vol. 3.* dicit, quod ſi ſtatutum exigeret in aliquo caſu probationes per inſtrumenta, vel per teſtes idoneos, ſi accedat in illo caſu confeſſio ipſius partis, non curatur forma ſtatuti, circa genus probationis, & facit Grat. *conſil. 16. numer. 14. vol 1.* & Bart. & communiter Dd. *in l. iubemus, C. de teſtamen.* vbi licet expreſſio nominis heredis ſit pro forma, tamen ſi aliũde certitudinarie de herede teſtator demonſtrauerit, ſatis erit, Neuizan. *conſil. 70. num. 19. & conſil 73 num. 14.* Quod tamen
77 temperarem, niſi appareret de † expreſſa mente ſtatuentium, quod voluerint omnino formam ab ipſis poſitam ſeruari, nam tunc ſicut non diceretur ſatisfactum menti ipſorum, ita ceſſarent omnia ſupra adducta de adimplemento mentis, & intentionis legiſlatoris, & ſuccederent tradita ſupra in quarta intelligentia, quod nec per æquipollens poſſit ſatisfieri ſtatuto, quando appareret de expreſſa mente ſtatuentium, circa aliquam formam ab eis expreſſam ſeruandam, iuribus, & rationibus, de quibus ibi, & late ex alleg. per Aſin. *d. §. 1. cap. 47.*

Quinto ſublimita, vt non vitiet † omiſ- 78
ſio formæ, ſi actus fuerit factus ſine ea, aliquo impedimento de neceſſitate ita impediente,& operante, ita Aſin. *d. §. 3 cap. 38.* de mente Pariſ. *conſil. 33. num. 29. cum ſeq. vol 2.* & Angel. *in l. ſi vacantia, C. de bonis vacant. lib. 10.* vbi dicit, quod ſi ſtatuto caueretur inſtrumenta, niſi per matriculatos Notarios confici non poſſe, tempore peſtis factum teſtamentum ſine iſta ſolemnitate,& forma, valebit, prout & de inſtrumento ſine conſenſu conſanguineorum requiſito à ſtatuto, tempore tamẽ peſtilentiæ confecto, quod nihilominus valeat, dixit Corn. *conſil. 131. num. 1. vol. 1.* Brun. *de form. verſic. ſecundo caſu.*

Sexto ſubintellige, ſiue ſublimita, vt formæ omiſſio non vitiet † actum, quando 79
ſubauditur, vt ſi ſtatutũ diſponeret, quod quis poſſit banniri, debet citari, vt ipſe, vel alius pro eo compareat; Iudex enim formæ ſatisfeciſſe dicetur, licet ſimpliciter, vt compareat, citauerit, ob id quid tacite, vt ipſe, vel alius pro eo compareat, incluſiſſe videatur, ſecundum Bald. *in l. fin. C. de procurator.* hinc etiam dicebat Socin. *conſil. 10. num. 6. vol. 4.* quod licet in citatione certa forma requiratur à ſtatuto, ſatis erit, ſi illa tacite in citatione includatur, & facit Grat. *conſil. 121. num. 9. vol. 1.* & Paul. de Caſtro *in l. 1. C.*

Digitized by Google

l.1.C.vt quæ deſ.aduoc. quos referendo ſequitur etiam Aſin.*d. §.3.cap.42.*

80 Septimo ſublimita, vt non † procedat fauore dotis, & in actis dotis fauorem reſpicientibus, Salyc et. *in l.fin.& in princ. C.de iur.dot.* vbi dixit, quod ſtante ſtatuto, quod inſtrumenta ſententiæ non probent, niſi reperiantur regiſtrata in archiuio publico, tale ſtatutum non habebit locum in inſtrumento dotis, & illam deciſionem ſequitur Iaſ. *in authent. res quæ, C. commun. de legat. col.7.& in l.1. col.3. in 3.notab. ff.ſol.matrim.* & ſequitur Balb. *de præſcript. in 2. part. 5.part.princ.col penult.verſic.vndecimo limita,* Brun. *in tractat. ſtantibus maſculis, artic. 9. quæſt. 3.* Bald.Nouell. *in tract.de dot.* vt eum refert Dec. *conſil. 301.in cauſa quæ Ferraria, num.3.* Lup. *in rubric. de donat inter virum & vxor.col.23.* Paul.de Citad. *in tract.de iure patron.verſic.24.*

Sed in contrarium tenuit Dec. *in c.ſedes, col.5.de reſcrip.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum Florentiæ, & late *in conſil.301.per tot.* vbi reſpondet contrariis, & ita etiam iudicatum fuiſſe per conſilium Neapolitanum teſtatur Afflict. *in conſtitut.incip.Hoſtici exceptionem, ad fin.* & ita vidiſſe iudicatum in conſilio audientiarum Taurin. aſſirmat Neuizan. *conſil.77. num.16.*

Poterunt concordari opiniones, vt opi-
81 nio Salyc. & ſequentium illum † procedat in ſolemnitate difficilis obſeruationis & dicta, contraria autem in facili, & fauorabili, ita Neuizan. *loco citato*, iuribus, & auctoritate ibi per eum.

82 Octauo ſublimita, quando † forma ex tali iuſta cauſa omitteretur, quam nec ſtatutum, nec alius illam veriſimiliter negaſſet, ſi requiſitus fuiſſet, Burſat. *d. conſil. 4. num.58.verſic.6.& vlt.* & ante eum Pariſ. *conſil.33.n.33.vol.2* auctoritate Bald. *in authent. hodie,30. C.de iudic.* vbi Paul. de Caſtr. Iaſ. & alii adducti à Brun. *in tract.de forma, verſic. 2.& etiam col.fin.verſic.35.* & hanc magis receptam ſententiam teſtatur illam ſequendo Aſin. *d. §.3. cap.39.* quidquid dixerit in contrarium Dec. *conſil.466. n.14.* cum aliis ibi alleg.

Generaliter autem ad dicta in concluſione nota, quod etiam vltra ſupra allegata, & adducta in diſcurſu, ſtatutū dicetur inducere formam, quotieſcunque addat neceſſitatem aliquid faciendi, vt etiam in alio loco ſupra diximus, & hoc probat Abb. *in d.cap.cum dilecta, num.12. de reſcript.* Brun. *d. tract.de form. tit.quando aliquid cert. trad.pro forma, col 16.verſic.nona concluſio,* hinc dicebat Tiraquell. *de retract.lignag. §.36. gloſſ.2. num. 25.* quod ſtatutum vtens verbo, *teneatur*, dicitur inducere formam, idem Bero. *quæſt.24. num.4.* prout formam inducere dicetur ſtatutum ex ſola illius rubrica concepta ſub his verbis, *de modo procedendi in ciuilibus*, quia idem eſt dicere *de modo*, ac ſi de forma dictum fuiſſet, Aſin. *in pract.§.3. cap.36. num.1.* & latius *in cap. 1. ſuper rubr. in princ.* dicetur & ſtatutum formam inducere, quotieſcunque ea, quæ obſeruari debent, ab ipſo ſtatuto referuntur, vt per eundem Aſin *in d.cap.36.num.3.* quod multo magis dicendum eſſet, ſi in eodem ſtatuto ab eo relata pro forma ſeruari diſpoſitum fuiſſet, Grat. *conſil. 16. num. 14. vol. 1.* Gozadin. *conſil.73. num. 13.* quos ſequitur Aſin. *loco citato.*

CONCLVSIO X.

Fictus caſus, an, & quando habeat locum in ſtatuto.

SVMMARIA.

1 *Statutum loquens in caſu vero, non habet locum in caſu ficto.*

2 *Pro ciuibus aliquos haberi mandans ſtatutum, intelligitur de ciuibus originariis.*

Digitized by Google

3 Per lis prohibitis non intelligitur de fictis.
4 Perſonam puniens ſtatutum non comprehendit vniuerſitatem.
5 Conſuetudine generali Italiæ pœna non habet effectum, niſi ſequatur effectus.
6 Conſenſus requiſitus à ſtatuto intelligitur de vero, non autem de conſenſu per taciturnitatem.
7 Immunitatem ſtatutum ciuibus concedens, intelligitur de veris ciuibus.
8 De confeſſo ſtatutum loquens, intelligitur de vere confeſſo.
9 Deficiens in purgatione canonica, non dicitur conuictus vigore ſtatuti.
10 Venditionis appellatione non venit præſumpta in ſtatuto.
11 Executionem dans ſtatutum inſtrumentis puris, non vendicat ſibi locum in inſtrumentis conditionalibus, etiam verificata conditione.
12 Filiorum appellatione non veniunt adoptiui in ſtatuto.
13 Maſculi excludentes fœminas vigore ſtatuti, non intelligitur de legitimatis.
14 Legitimatio eſt ſimilis alchimiæ.
15 Fictus caſus præcipue non habet locum in ſtatuto, ſi ceſſaret ratio, de qua in caſu vero ſtatuti.
16 Fictio non habet locum in ſtatuto, quando ſtatuta deberent intelligi ad literam.
17 In exorbitantibus non habet locum fictio in ſtatuto.
18 Pœna non debet tranſgredi ſuos auctores.
19 Pater non tenetur pro filio, nec econtra.
20 Fictio non habet locum in ſtatuto, quando ſtatutum ſuperueniens diſpoſuit ſolum ſuper caſu vero
21 Taxatiua dictio in ſtatuto excludit caſum fictum.
22 Taxatiua verba implicitam in ſe negatiuam habent.
23 Fictio in exorbitantibus, & correctoriis non habet locum in ſtatuto.
24 Fictio non habet locum in odioſis, idem in pœnalibus, vt num.25.
26 Fictio non habet locum in ſtatuto, data etiam ſimilitudine inter caſum verum, & fictum.
27 Fictio non extenditur ad caſum verum in ſtatuto, quando ſtatutum loquitur diſcretiue.
28 Fictio non admittitur in ſtatuto limitate diſponente.
29 Fictus caſus habet locum in ſtatuto loquente in materia iuris, ſi de iure verus, & fictus haberentur pro vno, & eodem caſu, idem in ſtatuto diſponente præter ius, vt num.30.
31 In materia iuris in ſtatuto caſus exceptus extenditur ad conſimilem caſum exceptum de iure.
32 Fictio habet locum in ſtatuto in per omnia æquiparatis, etiamſi eſſent de caſu contra ius, vt num.33. quod intellige, vt num. 34.
35 Fictio habet locum in ſtatuto, quando alias eſſet eluſorium.
36 Fictio habet locum in ſtatuto, quando alias induceretur abſurdum.
37 Fictio verificatur in caſu vero ſtatuti, quando in omnibus eſſet eadem ratio, nec poſſet reddi aliqua cauſa differentia, & multo magis, ſi ratio eſſet magis in ficto quam in vero, vt num.38.
39 Sarzanæ ſtatutum de pœna furti declaratur.
40 Fictio habet locum in ſtatuto in materia fauorabili, & etiam in materia partim fauorabili, & partim odioſa, & etiam in mere odioſa, quando ratio eſt expreſſa in ſtatuto, in caſu vero, vt num.41.& 42.
43 Fictio habet locum in ſtatuto tribuenti eandem virtutem caſui ficto.
44 Fictio extenditur in diſpoſitione ſtatuti ad caſum

Digitized by Google

caſum verum, quando per hoc rediretur ad ius commune.

45 *Fictio habet locum in ſtatuto in eadem perſona.*

46 *Fictio habet locum in caſu, de quo per Menoch.* de præſumpt. lib.3. præſum.66. num.12.

47 *Fictio habet locum in caſibus ſubrogatis loco caſus veri.*

48 *Fictio habet locum in his, quæ non ſunt de forma.*

49 *Fictio habet locum in ſtatuto, quando ita apparet de mente ſtatuentium.*

50 *De ſolutione ſtatutum loquens verificatur in confeſſione de ſolutione, & de recepto.*

51 *Fictio habet locum in ſtatuto, quando fictio ſuperuenit, poſtquam ſtatutum diſpoſuit de caſu illo tanquam de caſu vero.*

52 *Fictio habet locum in ſtatuto fauore publicæ vtilitatis.*

53 *Verus caſus ſtatuti habet locum in præſumpto.*

54 *Fictio quando, & ex quibus verbis dicatur induci.*

STatutum loquens in caſu vero, non
1 habet locum in caſu † ficto, *l.3.§.hac verba ff.de negot geſt.* vbi & additio ad Bart. *ibidem*, Bart. *in l omnes populi ff.de iuſtitia, & iur. num.62.* Imol. & Alexand. *in l. illa. ff. de verborum obligation.* Afflict. *deciſ 21. num.10.* Ioan Crot. *in l.2 ff.ſolut.matrim.* Alciat. *conſil.45. tom.1. lib.2.* Diaz. *reg.700. ſtatutum loquens*, Barbat. *in l.cum acutiſſimi, num. 276. C. de fideicommiſſ.* Bero. *conſil.44. num.1. volum 2.* Grammat. *deciſ.74.nu.6.* Soarez. *commun. opin verb. ſtatuta & à populo, verſic. non tamen id genus*, Bonac. *quæſt. crim. in verb ſtatutum, verſ. ſtatutum intelligitur*, Galli. *tract. de verb.ſign.lib.3.c.19.n 10* Pariſ. *conſil.82.nu.5. vol 3.* Bertaz. *conſil.crim.274. nu 9 lib 2. conſil.547 num 14 eod.lib.2.* Caſtrenſ. *conſil.164. col.1 num.2.lib.1.* Corn. *conſil.69 per tot.lib.3.* Ruyn. *conſil.114. num.9. lib.5.* Zabarel. *conſil.60.in fin.* Cephal. *conſil.329.num.2.vol.3.* & ideo Bald. *tract. de ſtatut. in verb. fingere fictio, num.7.* dixit, quod ſi † ſtatutum Peruſii diſ- 2
ponat, quod ſcholares habeantur pro ciuibus, quod verba ſtatuti verificantur in originariis ciuibus, & non in inductis per fictionem: facit, quod notat Bart. *in l.1. ff.de font.* vbi dixit, quod ſtatutum prohibens
mulieres portare † perlas, nõ habet locum 3
in perlis fictis, & contrafactis, & quod notat Anchar. *in c.nouit, de his, quæ fiunt à Prælat.* vbi dixit, quod ſtatutum puniens † per- 4
ſonam non ligat vniuerſitatẽ, quæ eſt perſona ficta, & Abb. *in cap.1.col.6.num.13. de eo qui mit.in poſſ* dixit, quod ſi ſtatutum dicat, *ſi quis occiderit, occidatur*, non debet hanc pœnam pati ille, qui habuit voluntatem occidendi, & peruenit ad actum propinquum, quia verba ſtatuti exigunt actum perfectum, & ſtatutum imponit pœnam pro delicto perfecto, & ideo non poteſt intelligi in eo, qui non perfecit, licet habeat voluntatem perficiendi, nam ficte dicitur perfeciſſe propter volũtatem, & affectum, Abb. ſequitur Felyn. *in c. inſinuatum, de ſimon num.1.* dicens, quod ſtatutum puniens
delinquentem, † non ligat conatum, vnde 5
etiam dicit Grammat. *conſil 25. nu.5.* quod ex generali conſuetudine Italiæ hodie pœna non habet effectum, niſi ſequatur effectus, etiamſi pœna eſſet impoſita per ſtatuta, & ita ſenſit ante eum Speculat. *de accuſat. §.1. verſic. quid ſi nemo*, & Cyn. *in l.15. qui cum telo, C. ad legem Cornel. de ficar.* & Cardinal. *in cap. iis qui fidem, de ſponſal.* dixit, quod ſtatutum puniens matrimonium certo die, non ligat cognoſcentem ſponſam de facto tali die, & Bald. *in l.2.§.voluntatem.ff.ſolut.matrimon.* voluit, quod ſtatu-
tum requirens † conſenſum, intelligitur 6
de vero, nõ autem de ficto, ideo conſenſus per taciturnitatem elicitus non habebit lo-

fer. Idem cenſuit Roman. *conſil. 236. vt præmiſſa conſultatio, column. fin.* Imol. *conſil. 44. in caſu præmiſſo, column. 1.* Aretin. *conſil. 77. & ratio ſcribendi, colum. fin.* Alexan. *conſ. 125. omiſsis ſuperfluis, column. fin. libr. 1.* Abb. *in d. c. 2. num 5. in fin. de teſtib.* & Felyn. *in c. cum dilecta, num. 6. verſic. Quartum ſignum, de reſcrip.*
46 ponit pro regula, quod illud, † quod poteſt interuenire poſt actum, nunquam poteſt dici datum pro forma, ſed poteſt appellari ſolemnitas effectualis, quæ tribuit robur actui iam firmato, & ponit exemplum de inſinuatione donationis, & de cautione teſtamenti in caſu cap. *quanquam, de vſur. in 6.* & ad idem eſt Angel. *conſ. 36. pro deciſione quæſitarum,* vbi late & Tiraqu. *in dict. l. ſi vnquam, in verb. reuertatur, numer. 69.* Bar. *in l. 1. colum. vlt. in princ. ff. de teſta. & in l. ſi ita quis, §. ea lege, col. 1. verſ. quæro vtrum prohibitio, ff. de verb. oblig.* late Bertach. *in tract. gabell. in 3. par. 8. par. princip. quæſt. 24.* Cepol. *cauſ. ciui. conſ. 35. col. 1.* Dec. *in d. c. 2. verſ. ſucceſsiue,* cum ibi alleg. *de teſtib.* Fabia. à Monte, *in tract. de inſinuat. q. 27.*

Sed in hoc dicit Dec. *in d. c. 2. num. 13.* o-
47 mnibus † allegationibus, quod eſt animaduertendum diligenter, quia licet verum ſit, quod quando ſolemnitas requiritur poſt actum, actus à principio valet, quia nõ impeditur à ſolemnitate, quę ſolum requiritur poſt actum, quando tamẽ illud, quod requiritur poſt actum, non ſequitur, videtur quod actus factus, qui erat validus, reſoluatur, & annulletur ipſo iure, ſic mandante ſtatuto, quod ex tunc dicit, *non valeat contractus non ſoluta gabella,* & ſic fruſtra videtur requiri ſententia iudicis, vbi habemus ſententiam legis, & ſtatuti, per illud verbum, *non valeat,* & ideo conſtituto, quod de contractu non fuit ſoluta gabella, certum eſt, contractum non valere, & quidem ipſo iure, per verbum *non valeat,* quod importat ipſo iure, *capit. quia propter, de elect. clemen. 1. de reſcript.* & ſi ſatis eſt, legiſlatorem prohibuiſſe ad hoc, vt facta pro infectis habeantur, *vt in d. l. non dubium,* multo magis iſtud habebit locũ, ſi ſpecialiter dixerit, inutile eſſe debere, quod factum erit, ideo cogita, quia, ni fallor, iſta conſideratio Decii valde ſtringit, ſtantibus verbis ſtatuti, *non valeat,* & diſpoſitione d. l. *non dubium,* cum ibi not.

Primo ſublimita, niſi † ſtatutum diceret, *ſit ipſo iure nullum,* vel *non valeat ipſo iure,* quia etiam in ſupradicto caſu non valeret, & cẽſeretur inducta nullitas ipſo iure, etiam quod ageretur de ſolemnitate requiſita poſt actum iam factum, ita Felyn. *vbi ſupra,* de mente Bar. *in d. l. vniuerſa,* per gloſ. *in c. in pœnis, de reg. iur. in 6.* Bar. *in d. l. ita quis, §. ea lege, verſ. quæro vtrum, ff. de verb. oblig.* Abb. *in d. c. 2. de teſtib.* vbi etiam Dec. *nu. 13.* cum ibi alleg. 48

Secundo ſublimita, niſi ſolemnitas requireretur in ipſomet † actu, & tempore ipſius, quia tunc actus factus ea omiſſa eſſet nullus ipſo iure, Felyn. *vbi ſupra,* per tex. *in capit. ſiue exceptione, 11. quæſt. 2. & c. hoc ius, 10. quæſtion. 2.* cum aliis not. per Abb. *ibidem numer. 5.* facit tex. *in cap. auditis,* cum ibi not. *de elect. l. hac conſultiſsima, circa princip. C. de teſtament.* Bero. *d. q. 24. num. 6.* & Aretin. *in l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum, ff. de acqu. hered.* & faciunt ſupra adducta in prima ampliatione. 49

Quarto limita, vt non procedat concluſio, quando † perſona prohiberetur à ſtatuto aliquid facere, ſolum ratione honeſtatis, vt poteſt poni exemplum in clerico, qui prohibetur eſſe procurator laici, & in iudicio laicali comparere propter honeſtatem, *l. placet, C. de Epiſcop. & cler.* non enim decet clericos ſe immiſcere negotiis ſecularibus, *cap. ex literis, vbi gloſſ. de vit. & honeſtat. cleric.* nam tunc ſi facit actum prohibitum propter honeſtatem ſolum, 50

vale-

Digitized by Google

valebit, non obſtante prohibitione legis,
ſi non opponatur, ita Felyn. *in capit 2. numer. 2. & 3. de iudic. & in cap. fin. columm. 13. de conſtit.* Alban. ad Bar. *in dict. l. non dubium, numer. 2.* per ea, quæ conſuluit Feder. de
Sen. *in conſil. 293. incip. factum tale eſt*, & per
not. per Ioan. Andr. *in capit. ſicut, ne cleric.*
51 *vel Monach.* vbi dixit, quod † clericus po-
teſt eſſe procurator in vna cauſa laici, & te-
net iudicium, quamuis non deberet cleri-
cus acceptare propter honeſtatem, & idem
tenuit Felyn. *in cap. fin. ſub numer. 10. colum. 16. verſicul. eſt bene notandum, de conſtit.* vbi
ait, quod actus factus per perſonam, quam
lex inhabilitat ſolum propter honeſtatem,
valet, ſi non opponatur, & dicit perpetuo
notandum ad materiam dict. l. *non dubium*,
cum concord.

Quinto limita concluſionem, vt non
52 procedat, fauore † matrimonii, cuius ſpe-
ciale eſt, quod non reddatur nullũ ex ſim-
plici prohibitione legis, Dom. de Rot. *deciſ. 750. numer. 3. part. 1.* de mente Dec. *in d. c. 2. num. 7. verſic. ſed conſiderandum eſt, de teſtib.* per tex. *in cap. 2. de matr. contr. interd. Eccleſ.*

Sexto limita, vt non ſit vera concluſio,
quotieſcunque habenti aliâs poteſtatem
53 faciendi actum, † ſtatutum mandat ſim-
pliciter ſine clauſula annullatiua illum a-
ctum ſub certa forma fieri, nam tunc quã-
uis contrafaciens ſit puniendus, tamen a-
ctus valet, & tenet, ita Domini de Rot. *d. deciſ. 750. n. 4.* per gloſſ. quam dicunt com-
muniter approbatam *in element. 1. in verb. Inhibentes, de iur. patronat.* vbi omnes ſcri-
bentes, Abb. *in conſil. 9. nu. 6. ante med. verſ. ad prædicta induco, libr. 1.* Imol. *in c. ex parte, numer. 3. ad fin.* & ibi Abb. *numer. 5.* Felyn.
numer. 1. prope fin. verſic. ſecunda limitatio, v-
bi alios adducit Dec. *num. 6. de conſtit.* Bel-
lam. *deciſ. 696. circa fin.* Brun. *in tract. de form. fol. 33. col. 2. limit. 2.* vbi de cõmuni teſtatur.

Sublimita, vt non ſit vera limitatio, † ſi 54
ſtatutum haberet decretum irritans, Fel.
in dict. c. cum dilecta, num. 12. verſic. & conſidera.

Ad cognoſcendum autem, quando ſta-
tutum † dicatur prohibitorium ad effe- 55
ctum, vt prædicta in concluſione habe-
ant locum, & adaptari poſſint, ſcito, quod
conſideranda eſt ratio ſtatuti, nam aut ra-
tio ſtatuti conſiſtit in iure prohibendi, ſi-
ue in cauſa prohibendi, & tunc dicitur ſta-
tutum, edictum, & lex prohibitoria, quia
lex ſemper loquitur, *l. Ariani, C. de hæretic.*
aut non conſiſtit in cauſa prohibitionis,
ſed ſtatutum, aut lex actui aſſiſtit, & tunc
non erit prohibitorium, & ſecus factum
non erit contra ſtatutum, ſed præter ſta-
tutum, ita Bald. *in dict. l. non dubium, numer. 29. C. de legib.* vel ſecundum Bartol. infra
eſt conſiderandum, quod aut ſtatuti verba
ſunt concepta in futurum, & tunc eſt, &
dicitur prohibitorium, aut ſunt concepta
in præſenti, puta quia ſtatutum dicat, *nemo poteſt alteri ſtipulari*, & iſta non eſt pro-
hibita, ſed eſt iuris præexiſtentis declara-
tio, vnde ſi ſecus fit, non erit contra, ſed
præter legem, vt Bar. *in l. cum lex, ff. de fideiuſſ.* quem vide.

Et quia ſupra pluries fuit dictum de in-
ualiditate actus, ob non ſeruatam formam
traditam à ſtatuto in illo actu, hoc idem
firmatur à Bald. *in l. 2. C. quomod. & quando ind. & in dict. l. omnes populi, verſic. item nota, quod à forma ſtatuti, ff. de iuſt. & iur. & in l. non ſunt liberi, ff. de ſtat. homin.* Nell. *in 3. par. temp. in ſuo tract. bannit. quæſt. 9.* Felyn. *in d. c. cum dilecta, num. 9. verſ. amplia nono*, Cagn.
in l. ſi nihil, num. 2. ff. de reg. iur. Vant. *de nullit. titul. quot & quibus mod. num. 53.* Brun. *in tract. de conſtit. decret. in verb. forma, in vltim. verſ.* latiſ. Aſin. *in ſua pract. §. 3. c. 36.* & vt e-
tiã de hoc apertius intelligentia habeatur,
eſt ſciendũ, ꝙ præſuppoſito ſtatuto † tradẽ- 56

te formam in aliquo caſu, actus nedum
erit nullus, ſi fiat de directo contra formã,
ſed etiamſi præter, vel circa, quia formę ni-
hil addi, aut detrahi poteſt, Bal. *in l. fin. C. de
ſuu, & legit.* Bar. *in l. Gallus, §. 1. ff. de liber. &
poſthum.* Ioan. Andr. *in cap. prudentiam ſuper
verb. Citra, de offic. deleg. & in c. cum Martha,
ſuper gl. 2. de celeb. miſſ.* Abb. *in c. cauſam, de
re iud. & in c. Piſanis, de reſtit. ſpoliat.* Card.
*in clemen. 1. in princip. in 6. quæſt. 3. col. ibi, ſe-
cunda poteſtas, de ſupplen. neglig. prælat.* & Fe-
lyn. *in d. c. cum dilecta, col. 12. verſ. amplia pri-
mo,* cum alijs ibi per eum, *de reſcript.* ſequi-
tur Aſin. *in ſua pract. §. 3. c. 36. n. 5.*

Primo intellige, vt prædicta etiam vera
57 ſint, ſi † transgreſſio formæ traditæ à ſtatu-
to eſſet pro faciliori expeditione actus, ita
idem Felyn. *vbi ſupra, columm. 13. verſ. amplia
quarto, per gl. 2. in cap. ſolet, de ſent. excom. in 6.*
vbi delegatus non poteſt abſoluere ad cau-
telam, excedendo commiſſionem, licet fa-
cilius poſſet ex ea ſequi expeditio cauſæ, &
ibi colligit Domin. *in princip.* quod licet
58 veniant in commiſſione ea, ſine † quibus
cauſa expediri non poſſit, non tamen ea,
per quæ commodius expediretur, & facit
ratio generalis aliâs allegata ſupra, quia
formæ nihil addi, vel detrahi poteſt, &
quod bonum videtur, ſi fiat addendo, for-
mam etiam alterat, inquit Felin. *vbi ſupra,
verſ. & dicit Ambroſius, in libr. de Paradiſo,* &
facit etiam, quod dixit Bal. *in l. 2. C. quomo-
do, & quando iud.* vbi voluit, quod ſi ſtatu-
59 tum requirat † trinam citationem, non
ſufficiat vna pro omnibus, etiãſi hoc poſ-
ſet fieri pro faciliori, & expeditiori exitu
cauſæ, ſicut ſi ſtatutum exigeret duas cita-
tiones ante bannum, ſi iudex in prima ci-
tatione inſerit peremptorium, non vale-
ret, Bal. pariter *in l. non ſunt liberi, ff. de ſtat.
hom.*

60 Secundo intellige, vt nec etiam † partes
poſſint renunciare formæ datæ à ſtatuto,
quia omnis ſolemnitas, & ſubſtantialis for-
ma eſt iuris publici, *l. 3. ff. de teſtam. l. nemo po-
teſt, ff. de leg. 1.* & ideo non poteſt lædi pacto
priuatorum, Imol. *in l. quicquid aſtringendæ,
ff. de verb. oblig.* per illum tex. Crot. *in d. l. ne-
mo poteſt, nu. 51.* vbi de communi Signorol.
conſ. 21. in proceſſu facto contra Petrolum, Abb.
in c. ſuper quæſtionum, §. verum, de offic. deleg. &
Doct. *in c. prudentiam, eod. tit.*

An autem id ſit verum, & quãdo in diſ-
poſitione reſpiciente tantum fauorẽ par-
tium, & non publicam vtilitatem, & an in
renunciatione ſimplici, an in iurata, ſupra
fuit aliquid dictum, ad quæ etiam vide Fe-
lyn. *in d. c. cum dilecta, col. 14. verſ. amplia quin-
to,* vbi late, & Lancill. Galli. *in conſuet. Ale-
xandriæ, in ver. non poſſit, q. 1. per tot.* & Lam-
berteng. *de ſtat. ſuper contract. in ſi. q. 1. & ſeq.*
& latius per Felyn. *in c. ſi diligẽti, de for. com-
peten.* ad quem ſemper recurre in materia
renunciationis, aut legum, aut priuilegio-
rum, quia magiſtraliter, & diſtincte loqui-
tur, vide etiam Gomez. *in c. 1. de reſcript. nu.
59. in 6.* vbi diſtinguit & Gabr. *in tit. de clau-
ſul. concl. 3. n. 37.*

Tertio intellige, vt etiam omiſſio leuis
formæ † vitiaret actum, Bar. *in l. 1. ff. de lib. &* 61
poſthum. & ratio eſt, quia forma debet ſer-
uari ad vnguem, & nihil addi, aut detrahi
poteſt à diſpoſitione ſtatuti, dantis formã,
vt ſupra alias diximus, & licet agatur de le-
uis ſolemnitatis omiſſione, tamen quia il-
la licet leuis ſolemnitas præſupponitũ data
pro forma à ſtatuto, iuri omnino ſatisfaci-
endũ eſt, vt dixit gl. *in clem. 1. in ver. reuocari,
quaſi in medio,* ibi, *ſed ſatis eſt, quod ſatisfiat iu-
ri, de ſupplen. negl. prælat.* facit, quod not.
Abb. poſt Innoc. *in c. veniens, 2. ante verſ. ve-
nio nunc,* ibi, *etiam per hoc ſatisfit iuri, de te-
ſtib.* & intelligentiam ſequutus eſt Fel. *in d.
c. cũ dilecta, col. 17.* vbi dixit, ꝙ per hoc reddi-
tur dubia deciſio Ang. *in l. hac conſultiſſima,
C. qui teſtam. fac. poſ.* dum dixit, quod ſi ſta-
tutum

Digitized by Google

tutum requireret pro forma conſilium ſapientis, non oportet ipſum habere, ſi caſus eſſet clarus in iure, & quamlibet leuem formam importare nullitatem, ſi fuerit omiſſa, dixit Aſin. *d. §. 3. cap. 36. num. 5.* Felyn. *in cap. quoniam contra, col. 5. verſic. ſi tum ſtatutum, vt lit. non conteſt.* Dec. *conſil. 10. col. 1.* Ancharan. *in cap. ea quæ, col. 12. verſic. hoc verum, de regul. iur.* Dec. *in cap. prudentiam in quarto, de offic. delegat.* Tiraquell. *in tract. de iudic. in rebus exiguis facien. verſic. ſecundo eſt textus, & in tract. de vtroque retract. tit. de retract. lignag. §. 36. gloſſ. 2. num. 26.* Guid. Pap. *conſil. 24. col. 2. verſic. quia forma,* Alexan. *conſil. 50. nu. 5. lib. 5.*

Quarto intellige, vt nec per æquipol-
62 lens poſſit ſatisfieri † ſtatuto requirenti aliquid expreſſe pro forma, quia etiam ſi aliquid legitime fiat, tamen omiſſio formæ vitiat, gloſſ. *in d. cap. cum dilecta, in verb. tranſponentes, in fin. de reſcript.* facit dictum Alber. *ſuper ſtatut. part. 1. quæſt. 111. incip. adhuc idem Dynus*, vbi ſi ſtatutum requirat, quod in inſtrumento apponatur nomen proprium diei, non ſufficit apponere diem per numerum, vtpote *15. die menſis talis*, ſed requirit, quod dicatur, *die Lunæ, die Martis*, prout facit etiam limitatio tradita à Socin. *in cap. 2. de lib. mat.* vbi voluit, quod licet mandante ſtatuto, quod vulnus exprimatur in libello, ſufficiat regulariter, ſi fuerit dictum *percuſſit eum gladio cum ſanguinis effuſione*, non adiecto, *quod fecerit vulnus*, niſi percuſſio fuerit facta in loco, ex quo ſine vulnere poſſit exire ſanguis, vt in naſo, & hoc quia quod natura ipſa manifeſtum eſt ſatis, videtur expreſſum, vt per Bald. *in l. edita, in repetit. Padua. verſic circa ſextum ſtatutum, C. de eden.* tamen hoc non procederet, quando ſtatutum exigeret expreſſionem vulneris pro forma ſubſtantiali, per ea, quæ habentur *in cap. 1. de Baptiſmo*, confert etiam, quia licet regulariter, quando requiritur aliquid exprimi per ſe, ſatis ſit, etiamſi exprimatur per relationem ad aliud certum, *l. ait prætor, § 1. & l. in ſumma, in princip. ff. de re iudic. l. penult. C. de ſentent. quæ ſin. cert. quantit.* tamen vbi eſt data forma, non ſufficit eam adimpleri per relationem ad aliud, ſecundũ Angel. *in l. vbi autem, § qui aliud, ff. de verb. oblig.* dũ dixit, quod cũ data ſit forma expreſſioni grauaminis in † ap- 63
pellatione ab interlocutoria, ſcilicet quod fiat nominatim, *clemen. appellanti, de appellat.* non ſufficit, ſi fiat per relationem ad acta, & ita etiam tenuerunt Domini de Rota *deciſ. 246. num. 10. part. 1.* concludentes, quod quando expreſſio requiritur pro forma, non eſt locus adimplemento per æquipollens, idem habetur per Neuizan. *conſil. 77. num. 2.* Dec. *conſil. 429. nu. 5.* Boer. *deciſ. 1. num. 44. verſic. quia certum eſt,* Abb. & Butr. *in cap. ex tua, de cler. non reſid.*

Quinto intellige, quod nec etiam in fa-
uorabilibus † omiſſio formæ excuſat, ſed 64
& in illis vitiat actum, Tiraquell. *in l. ſi vnquam, in verb. reuertatur, num. 67. C. de reuoc. donat.* quem refert, & ſequitur Aſin. *in ſua pract. §. 3. cap. 36. num. 13* & Bald. *in l. vlt.* poſt Oldrad. *C. ſi mancip. ita fuer. alien. ne manum. & in l. teſtamentum, in 2. notab. C. de teſtam.* & ratio eſt, quia, vt alias dicebamus, actus ſine forma eſſe non poteſt in quacunq; diſpoſitione, & facto, *l. Iulianus, §. ſi quis rem, ff. ad exhiben.*

Sexto intellige, vt nec etiam † viduæ, 65
pupilli, ruſtici, & aliæ huiuſmodi perſonæ excuſentur in omiſſione formæ, ſed etiam actus ab illis factus erit nullus forma omiſſa, ita Aſin. *d. §. 3. cap. 48.* & Bald. *in l. initis, C. qui admit. ad bon. poſſ.* per not. *in l. fin. & in l. ambiguitatis, in gloſſ. quæ incip. hodie, de teſtam.* & facit, quia in his, quæ ad rigorem pertinent, & formam iudiciorum, ſexus, & ruſticitatis ratio non habetur, vt *in l. properandum, in fin. C. de iudic. & in §. pupillus, in*

 authent.

Digitized by Google

authent. de hered. & Falcid. Bald. *in d. Liuris, C. qui admit.*

Primo ſubintellige, omnia, quæ de nul-
66 litate † actus ob omiſſam formam datam à ſtatuto, diximus, vt non procedant, quando actus fieret per habentem authoritatem, & ſuperioritatem derogandi tali ſtatuto, & illud tollendi, quia tunc faciendo, non ſeruata forma, videtur ſibi ipſi in eo diſpenſaſſe, contra ſtatutum illi tacite hoc pacto derogando, ita Bald. *in l. 1. verſ. ſolutio ſi conſilium, ff. de legib.* Bart. *in l. vniuerſis, C. de precib. Imp. offer. & in l. obſeruare, C. de decurionib. lib. 10.* Paul. de Caſtro *in d. l. vniuerſis, num...* Bald. *in l. Barbarius, ff. de offic. prætor.* Felyn. *in d. cap. cum dilecta, col. 21. verſic. limita*, vbi tamen concordando quædam contraria diſtinguit inter ſtatutum habens clauſulam derogatoriam, vel decretum, irritans, & non habens, de mente Alexand. *in l. 1. ff. ad leg. Falcid. in princ.* & Roman. *conſil. 402.* Aſin. *d. §. 3. cap. 46.*

67 Secundo ſublimita, vt tunc † actus factus non ſeruata forma ſtatuti, ſed tantum per æquipollens factus, teneat, quando hoc eueniret ratione ſcandali euitandi, vel imminentis periculi, ita Felyn. *in d. cap. cum dilecta, verſic. amplia vndecimo, in fin. ampliationis, & in verſic. limita ſeptimo,* Dd. de Rot. *deciſ. 25. num. 6. part. 1.* Iaſ. *in l. 1. in 1. notab. verſic. limita tamen, C. de teſtamen.* Rip. *in tract. de priuileg. contra cau. pe. num. 170.* Caſſador. *deciſ. 1. de dolo & contumac.* Iaſ. poſt Alexand. *in l. 1. ſub num. 13. ff. de liber. & poſthum.* Pariſ. *conſil. 33. num. 28. cum ſequen. lib. 2.* facit ad hoc textus *in cap. ſtatuimus, de offic. delegat.*
68 *in 6.* vbi licet † forma reſcripti præciſe ſeruanda ſit, *d. cap. cum dilecta, de reſcript. cap. cum non, de prabend. in 6.* tamen ſi in eo loco, qui iudici delegato pro ſuo tribunali aſſignatus fuit, cognoſci, & procedi non poterit ob iuſtum metum impeditiuum, poterit delegatus omiſſa, quoad hoc, forma reſcripti alium locum eligere idoneum, & ſecurum, confert etiam text. *in cap. vbi periculum, §. porro, de elect. in 6.* vbi quamuis pro forma datum ſit eo in loco Romani Pontificis electionem fieri debere, ex quo prædeceſſor obiit, tamen ſi is locus ex iuſta cauſa ad hoc non idoneus, vel inhabilis erit, fieri poterit in alio loco vicino idoneo, facit etiam text. *in clement. 1. de foro competen.* vbi dicitur, quod quamuis pro forma ſtatutum ſit, vt iudicans locum tribunalis eligere debeat in proprio territorio, adeo vt nec ſedere poſſit in alieno, *can. Epiſcop. & duob. ſeq. 9. quæſt. 2. can. luminoſo, 18. quæſt. 2.* Dd. *in cap. nouit, de offic. delegat.* tamen ſi adeſt iuſta cauſa, quare ibi ius cognoſcendi exerceri non poſſit, poterit tribunal eligi in loco idoneo territorii alieni, faciunt etiam, quæ late diximus ratione ſcandali euitandi, & periculi imminentis, *in concluſ. an ſtatuta laicorum comprehendant clericos*, & ſublimitationem ſequitur Aſin. *d. §. 3. cap. 36.* Pariſ. *conſil. 33. num. 29. lib. 2.* Corn. *conſil. 53. num. 1. & conſil. 131. num. 2. volum. 1.*

Sublimita ſublimitationem, † vt proce- 69
dat reſpectu formæ extraneæ, ſecus reſpectu formæ proximæ, ita Domini de Rot. *d. deciſ. 25. num. 6. part. 1.* Brun. *de forma, fol. 63. col. 2. verſic. & non procedit*, & facit, quia actus non eſſet ſine ſua forma próxima, & ſubſtantiali, *cap. in quadam, de celebrat. miſſ. clement. 1. de ſumma Trinitat.* & facit Neui-
zan. *conſil. 70. num. 34.* vbi dixit, quod † for- 70
ma neceſſaria, & quæ conſtituit eſſe, nunquam poteſt omitti, quidquid ſit de forma cauſatiua, *iuribus ibi per eum*, quod poterit etiam inſeruire pro generali declaratione eorum, quæ in hac concluſione dicta ſunt de forma ſeruanda, vel omittenda, adaptando tamen congruenter ſingula ſingulis, & adeo eſt vera iſta ſubintelligentia,
quod etiamſi adhibitum fuerit † iuramen- 71
tum

Google

tum ſuper actu carente ſua forma ſubſtan-
tiali, non tamen valebit, ſaltem in forma,
in qua agitur, licet valebit alio modo, ſi
valere poſſet, vt in ſtipulatione, quæ ſi pec-
caret in ſua forma, non vtique valeret, ſi ta-
men accederet iuramentum, nec etiam va-
leret vti ſtipulatio, ſed propter iuramen-
tum ſuſtinebitur in vim pacti, & ratio eſt,
quia cum forma deſit, actus non poteſt ha-
bere ſuam ſubſtantiam, ſine qua non datur
** eſſe rei, ita communiter Dd. tenere teſta-
tur Alciat. *d. cap. cum contingat, num. 259.* vbi
ſubiungit, quod ſi in aliquibus caſibus ad-
ductis per tenentes contrariam partem vi-
deatur de contrario, tamen re vera nō im-
pugnant hanc doctrinam, ſed in illis æqui-
uocatur inter formam ſubſtātialem, & in-
ter ſolemnitatem, & ſolemnitas ſicut eſt
quid extrinſecum, per quod actus ſit ſole-
mnis, non eſt mirum, quod etiam illa defi-
ciente, actus tamen remaneat, prout præ-
ſupponebatur etiam ineſſe, ſine illa ſole-
mnitate, licet non ſolemnis, quod eſt ſe-
cus in forma, quæ eſt quid intrinſecum, à
quo actus ſumit eſſentiam, & ſine qua eſſe
per conſequens non daretur, vt etiam la-
tius idem Alciat. explicauit *in rubr. ff. de ver-
bor. oblig. in 7. col. & in l. 1 in princ. in 1. notab. ff.
eod. tit.* vbi etiam alii.

Tertio ſublimita, vt non procedāt iam
72 dicta, ſi ageretur de † omiſſione formæ ſta-
tuti circa pacta, aut proceſſum, aut decre-
tum ſuper aliqua re, de qua tamen appare-
ret expreſſa confeſſio partis, talem rem &
negotium totale concernens, nam tunc
fruſtra de omiſſione, aut obſeruantia for-
mæ proceſſus, & decreti quæreretur, vbi
cōfeſſio partis omnia dirimeret, & rē circa
quam, & proceſſus, & decretum elabora-
bat pro illius veritate inuenienda aperte a-
73 periret, & manifeſtaret: † tela enim iudicii
non indigemus, vbi confeſſio partis ema-
nat, inquit Innocent. *in cap. qualiter, il 2. de
accuſat.* at diſceptatio fori ceſſat, vbi viget
confeſſio partis, Bald. *in rubr. de iuriſdict. om.
iudic.* per text. *in cap. Piſanis,* vbi etiam Abb.
verſic. vlt. de reſtit. ſpol. hinc dicebat Bald. *in
l. vt debitum, C. de hered. act.* & Salycet. *in l. 2.
in fin. C. de cuſtod. reor.* quod non poteſt op-
poni † de nullitate proceſſus, quando reus 74
fuit ſponte confeſſus crimen, & hanc par-
tem tenuit etiam Felyn. *vbi ſupra, verſic. li-
mita octauo,* vbi reſpondet contrariis, & de-
clarat, quod dictum eſt de nullitate pro-
ceſſus, aut decreti, & aliorum, vt procedat,
quando nullitas cauſatur ſolum ex defe-
ctu † formæ non ſeruatæ, ſecus ſi ex defe- 75
ctu iuriſdictionis, quia tunc ſicut confeſſio
non poſſet dici iudicialis, ita non poſſet o-
perari, quæ ſupra dicta ſunt, ponens exem-
plum in proceſſu facto die feriato, vel ab
incompetēti iudice, quod dicit etiam fuiſ-
ſe de mente Abb. *in d. cap. Piſanis, in vlt.* & fa-
ciunt notata *in cap. at ſi clerici,* per illum tex.
in princ. de iudic. & late adducta per Vant. *de
nullit. tit. quibus mod. ſent. null. defen. num. 126.*
vbi de effectu confeſſionis partis, circa il-
lud, de quo agitur, non obſtante nullitate
proceſſus, & ſententiæ, & Pariſ. *conſil. 99.
nu. 15. vol. 3.* vbi dixit, quod ſi ſtatutum exi-
gat in aliquo caſu probationes per inſtru-
menta, ſi ibi accedet confeſſio ipſius par-
tis, non erit curandum de forma prædicta
à ſtatuto, circa probationem per inſtru-
menta.

Quarto ſubintellige, vt non eſſet cu-
randum de † omiſſione formæ, ſi tamen ex 76
aliis fuerit, & remanet ſatisfactum menti,
& intentioni ſtatuentium, quia menti po-
tius quam verbis diſponētium ſatiſferi de-
bet, *l. mulier, ff. ad Trebellian l. fin. C. de his qua
ſub modo, l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit.* & men-
tem legiſlatoris cortici verborum præfe-
rendam eſſe, habetur *in l. ſcire oportet, §. a-
liud, ibi.* Sed etſi maxime verba legis hunc
habent intellectum, tamen mens le-
giſlatoris.

Digitized by Google

giſlatoris aliud vult, facit text. *in l. nominis, & rei, §. verbum, & legibus, ff. de verbor. ſignificat. l. cum mulier, ff. ſolut. matrimon.* & facit, quia ſi ea fuit mens ſtatuentium in tradenda illa forma, vt actus reduceretur ad illud eſſe, & ad illum finem, ad quod, & ad quem fuit redactus, ad quid quærere de verbis, quæ ſolum fuerunt poſita, vt ſeruirent menti ſtatuentium, quæ modo præſupponitur adimpleta, ita etiam conſuluit Dominic. *conſil. 433. num. 2. & 3.* & idem tenuit Caſſador. *deciſ. 2. de iudic.* Mant. *conſil. 143. num. 65.* quos referendo ſequitur etiam Mend. ad Roman. *loco citato, in lit. A.* idem tenuit Bald. *in l. ſi duo patroni, §. ſi quis iurauerit, col. 2. ff. de iureiur.* Brun. *d. tract. de form. col. 1. verſic. prædicta regula fallit,* Cagnol. *in l. ſi quis maior, num. 153. C. de tranſact.* vbi tamen Cagnol. inquit, quod licet prædicta ſubſiſtant, tamen re integra ſemper conſilium daret ſuo clienti, quod formam ſeruaret ad vnguem, & ſubintelligentiam communiter teneri, teſtatur Aſin. *d. §. 3. cap. 40.* & Dd. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum.* & conueniunt etiam illa, quæ idem Aſin. adducit, *vbi ſupra, c. 41.* vbi tenuit, quod ſi actus factus habeat eandem vim, quam forma, valere debet, licet forma ad vnguem ſeruata non ſit, & Bart. *in l. obſeruare, poſt med. C. de decur. lib. 10.* & ideo Pariſ. *conſil. 99. num. 15. vol. 3.* dicit, quod ſi ſtatutum exigeret in aliquo caſu probationes per inſtrumenta, vel per teſtes idoneos, ſi accedat in illo caſu confeſſio ipſius partis, non curatur forma ſtatuti, circa genus probationis, & facit Grat. *conſil. 16. numer. 14. vol. 1.* & Bart. & communiter Dd. *in l. iubemus, C. de teſtamen.* vbi licet expreſſio nominis heredis ſit pro forma, tamen ſi aliũde certitudinarie de herede teſtator demonſtrauerit, ſatis erit, Neuizan. *conſil. 70. num. 19. & conſil 73 num. 14.* Quod tamen
77 temperarem, niſi appareret de † expreſſa mente ſtatuentium, quod voluerint omnino formam ab ipſis poſitam ſeruari, nam tunc ſicut non diceretur ſatisfactum menti ipſorum, ita ceſſarent omnia ſupra adducta de adimplemento mentis, & intentionis legiſlatoris, & ſuccederent tradita ſupra in quarta intelligentia, quod nec per æquipollens poſſit ſatisfieri ſtatuto, quando appareret de expreſſa mente ſtatuentium, circa aliquam formam ab eis expreſſam ſeruandam, iuribus, & rationibus, de quibus ibi, & late ex alleg. per Aſin. *d. §. 1. cap. 47.*

Quinto ſublimita, vt non vitiet † omiſ- 78
ſio formæ, ſi actus fuerit factus ſine ea, aliquo impedimento de neceſſitate ita impediente, & operante, ita Aſin. *d. §. 3 cap. 38.* de mente Pariſ. *conſil. 33. num. 29. cum ſeq. vol 2.* & Angel. *in l. ſi vacantia, C. de bonis vacant. lib. 10.* vbi dicit, quod ſi ſtatuto caueretur inſtrumenta, niſi per matriculatos Notarios confici non poſſe, tempore peſtis factum teſtamentum ſine iſta ſolemnitate, & forma, valebit, prout & de inſtrumento ſine conſenſu conſanguineorum requiſito à ſtatuto, tempore tamẽ peſtilentiæ confecto, quod nihilominus valeat, dixit Corn. *conſil. 131. num. 1. vol. 1.* Brun. *de form. verſic. ſecundo caſu.*

Sexto ſubintellige, ſiue ſublimita, vt formæ omiſſio non vitiet † actum, quando 79
ſubauditur, vt ſi ſtatutũ diſponeret, quod quis poſſit banniri, debet citari, vt ipſe, vel alius pro eo compareat; Iudex enim formæ ſatisfeciſſe dicetur, licet ſimpliciter, vt compareat, citauerit, ob id quid tacite, vt ipſe, vel alius pro eo compareat, incluſiſſe videatur, ſecundum Bald. *in l. fin. C. de procurator.* hinc etiam dicebat Socin. *conſil. 10. num. 6. vol. 4.* quod licet in citatione certa forma requiratur à ſtatuto, ſatis erit, ſi illa tacite in citatione includatur, & facit Grat. *conſil. 121. num. 9. vol. 1.* & Paul. de Caſtro *in l. 1. C.*

Digitized by Google

l.1.C.vt quæ deſ.aduoc. quos referendo ſequitur etiam Aſin. *d. §.3.cap.42.*

80 Septimo ſublimita, vt non † procedat fauore dotis, & in actis dotis fauorem reſpicientibus, Salycet. *in l.fin.& in princ. C.de iur.dot.* vbi dixit, quod ſtante ſtatuto, quod inſtrumenta ſententiæ non probent, niſi reperiantur regiſtrata in archiuio publico, tale ſtatutum non habebit locum in inſtrumento dotis, & illam deciſionem ſequitur Iaſ. *in authent. res quæ, C. commun. de legat. col.7.& in l.1. col.3. in 3.notab. ff.ſol.matrim.* & ſequitur Balb. *de præſcript. in 2. part. 5.part.princ.col penult.verſic.vndecimo limita,* Brun. *in tractat. ſtantibus maſculis, artic. 9. quæſt. 3.* Bald.Nouell. *in tract. de dot.* vt eum refert Dec. *conſil. 301. in cauſa quæ Ferrariæ, num.3.* Lup. *in rubric. de donat inter virum & vxor. col.23.* Paul. de Citad. *in tract. de iure patron. verſic.24.*

Sed in contrarium tenuit Dec. *in c.ſedes, col.5. de reſcrip.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum Florentiæ, & late *in conſil.301.per tot.* vbi reſpondet contrariis, & ita etiam iudicatum fuiſſe per conſilium Neapolitanum teſtatur Afflict. *in conſtitut.incip. Hoſtici exceptionem, ad fin.* & ita vidiſſe iudicatum in conſilio audientiarum Taurin. affirmat Neuizan. *conſil.77. num.16.*

Poterunt concordari opiniones, vt opi-
81 nio Salyc. & ſequentium illum † procedat in ſolemnitate difficilis obſeruationis & dicta, contraria autem in facili, & fauorabili, ita Neuizan. *loco citato,* iuribus, & auctoritate ibi per eum.

82 Octauo ſublimita, quando † forma ex tali iuſta cauſa omitteretur, quam nec ſtatutum, nec alius illam veriſimiliter negaſſet, ſi requiſitus fuiſſet, Burſat. *d. conſil. 4. num 58.verſic.6.& vlt.* & ante eum Pariſ. *conſil.33.n.33.vol.2* auctoritate Bald. *in authent. hodie,30. C.de iudic.* vbi Paul. de Caſtr. Iaſ.& alii adducti à Brun. *in tract. de forma, verſic. 2.& etiam col.fin.verſic.35.* & hanc magis receptam ſententiam teſtatur illam ſequendo Aſin. *d. §. 3. cap. 39.* quidquid dixerit in contrarium Dec. *conſil.466.n.14.* cum aliis ibi alleg.

Generaliter autem ad dicta in concluſione nota, quod etiam vltra ſupra allegata, & adducta in diſcurſu, ſtatutũ dicetur inducere formam, quotieſcunque addat neceſſitatem aliquid faciendi, vt etiam in alio loco ſupra diximus, & hoc probat Abb. *in d.cap.cum dilecta, num.12. de reſcript.* Brun. *d. tract. de form. tit. quando aliquid cert. trad. pro forma, col 16. verſic. nona concluſio,* hinc dicebat Tiraquell. *de retract. lignag. §.36. gloſſ.2. num. 25.* quod ſtatutum vtens verbo, *teneatur,* dicitur inducere formam, idem Bero. *quæſt.24. num.4.* prout formam inducere dicetur ſtatutum ex ſola illius rubrica concepta ſub his verbis, *de modo procedendi in ciuilibus,* quia idem eſt dicere *de modo,* ac ſi de forma dictum fuiſſet, Aſin. *in pract. §.3. cap.36. num.1.* & latius *in cap. 1. ſuper rubr. in princ.* dicetur & ſtatutum formam inducere, quotieſcunque ea, quæ obſeruari debent, ab ipſo ſtatuto referuntur, vt per eundem Aſin. *in d.cap.36.num.3.* quod multo magis dicendum eſſet, ſi in eodem ſtatuto ab eo relata pro forma ſeruari diſpoſitum fuiſſet, Grat. *conſil. 16. num. 14. vol. 1.* Gozadin. *conſil.73. num. 13.* quos ſequitur Aſin. *loco citato.*

CONCLVSIO X.

Fictus caſus, an, & quando habeat locum in ſtatuto.

SVMMARIA.

1 *Statutum loquens in caſu vero, non habet locum in caſu ficto.*

2 *Pro ciuibus aliquos haberi mandans ſtatutum, intelligitur de ciuibus originariis.*

Digitized by Google

caſum verum, quando per hoc rediretur ad ius commune.

45 *Fictio habet locum in ſtatuto in eadem perſona.*

46 *Fictio habet locum in caſu, de quo per Menoch.* de præſumpt. lib.3. præſum.66. num.12.

47 *Fictio habet locum in caſibus ſubrogatis loco caſus veri.*

48 *Fictio habet locum in his, quæ non ſunt de forma.*

49 *Fictio habet locum in ſtatuto, quando ita apparet de mente ſtatuentium.*

50 *De ſolutione ſtatutum loquens verificatur in confeſſione de ſolutione, & de recepto.*

51 *Fictio habet locum in ſtatuto, quando fictio ſuperuenit, poſtquam ſtatutum diſpoſuit de caſu illo tanquam de caſu vero.*

52 *Fictio habet locum in ſtatuto fauore publicæ vtilitatis.*

53 *Verus caſus ſtatuti habet locum in præſumpto.*

54 *Fictio quando, & ex quibus verbis dicatur induci.*

STatutum loquens in caſu vero, non
1 habet locum in caſu † ficto, *l. 3. §. hac verba ff. de negot. geſt.* vbi & additio ad Bart. *ibidem*, Bart. *in l. omnes populi ff. de iuſtitia, & iur. num. 62* Imol. & Alexand. *in l. illa. ff. de verborum obligation.* Afflict. *deciſ. 21. num. 10.* Ioan Crot. *in l. 2 ff. ſolut. matrim.* Aleiat. *conſil. 45. tom. 1. lib. 2.* Diaz. *reg. 700. ſtatutum loquens*, Barbat. *in l. cum acutiſſimi, num. 276. C. de fideicommiſſ.* Bero. *conſil. 44. num. 1. volum. 2.* Grammat. *deciſ. 74. nu. 6.* Soarez. *commun. opin. verb. ſtatuta & à populo, verſic. non tamen id genus*; Bonac. *quæſt. crim. in verb. ſtatutum, verſ. ſtatutum intelligitur*, Galli. *tract. de verb. ſign. lib. 3. c. 19. n. 10* Pariſ. *conſil. 82. nu. 5. vol. 3.* Bertaz. *conſil. crim. 274. nu. 9 lib. 2. conſil. 547 num. 14 eod. lib. 2.* Caſtrenſ. *conſil. 164. vol. 1. num. 2. lib. 1.* Corn. *conſil. 69 per tot. lib. 3.* Ruyn. *conſil. 114. num. 9. lib. 5.* Zabarel. *conſil. 60. in fin.* Cephal. *conſil. 329. num. 2. vol. 3.* & ideo Bald. *tract. de ſtatut. in verb. fingere fictio, num. 7.* dixit, quod ſi † ſtatutum Peruſii diſ- 2
ponat, quod ſcholares habeantur pro ciuibus, quod verba ſtatuti verificantur in originariis ciuibus, & non in inductis per fictionem: facit, quod notat Bart. *in l. 1. ff. de font.* vbi dixit, quod ſtatutum prohibens
mulieres portare † perlas, nõ habet locum 3
in perlis fictis, & contrafactis, & quod notat Anchar. *in c. nouit, de his, quæ fiunt à Prælat.* vbi dixit, quod ſtatutum puniens † per- 4
ſonam non ligat vniuerſitatẽ, quæ eſt perſona ficta, & Abb. *in cap. 1. col. 6. num. 13. de eo qui mit. in poſſ.* dixit, quod ſi ſtatutum dicat, *ſi quis occiderit, occidatur*, non debet hanc pœnam pati ille, qui habuit voluntatem occidendi, & peruenit ad actum propinquum, quia verba ſtatuti exigunt actum perfectum, & ſtatutum imponit pœnam pro delicto perfecto, & ideo non poteſt intelligi in eo, qui non perfecit, licet habeat voluntatem perficiendi, nam ficte dicitur perfeciſſe propter volũtatem, & affectum, Abb. ſequitur Felyn. *in c. inſinuatum, de ſimon. num. 1.* dicens, quod ſtatutum puniens
delinquentem, † non ligat conatum, vnde 5
etiam dicit Grammat. *conſil. 25. nu. 5.* quod ex generali conſuetudine Italiæ hodie pœna non habet effectum, niſi ſequatur effectus, etiamſi pœna eſſet impoſita per ſtatuta, & ita ſenſit ante eum Speculat. *de accuſat. §. 1. verſic. quid ſi nemo*, & Cyn. *in l. 15. qui cum telo, C. ad legem Cornel. de ſicar.* & Cardinal. *in cap. iis qui fidem, de ſponſal.* dixit, quod ſtatutum puniens matrimonium certo die, non ligat cognoſcentem ſponſam de facto tali die, & Bald. *in l. 2. §. voluntatem. ff. ſolut. matrimon.* voluit, quod ſtatu-
tum requirens † conſenſum, intelligitur 6
de vero, nõ autem de ficto, ideo conſenſus per taciturnitatem elicitus non habebit lo-

Digitized by Google

cum in ſtatutis, & Socin. *conſil. 129. colum. 4. num. 7. verſic. oſtenditur, lib. 1.* ait, quod ſtatu-
7 tum † eximens ciues ab oneribus ciuitatis,
intelligitur de veris ciuibus, non autem de
illis, qui ex diſpoſitione alicuius legis de-
bent haberi, & tractari vti ciues, & habita-
tores, qui tunc dicuntur ficti ciues, faciunt
notata per Bart. *in l. ſi quis aliquid, col. 1. C. de his, qui veniam ætat. impetr.* & per Iaſ. *in l. 1. §. item acquirimus, col. 2. verſic. quarto, num. 9. ff. de acquiren. poſſeſſ.* nempe quod ſtatutum
diſponens, mulierem, vel minorem non
poſſe contrahere ſine certa ſolemnitate,
non habet locum in eius procuratore, qui
ficte dicitur perſona principalis, & ibi vi-
de à dicto num. 9. vſque ad num. 19. de ve-
ritate, & Lamberteng. *in ſuo tract. de ſtatut. gloſſ. 20. in verb. conſtituere procuratorem*, &
pro concluſione facit, quod dixit Alexan. *conſil. 114. col. penult. vol. 5. num. 8.* quod ſtatu-
tum prohibens minorem contrahere ſine
conſenſu duorum conſanguineorum, non
adimpletur, ſi contractus fieret illis præ-
ſentibus, & tacentibus, & facit communis
8 regula, quod ſtatutum † loquens de con-
feſſo intelligitur de vere confeſſo, & non
non de ficto, de qua per Dd. & præcipue
Felyn. *in c. at ſi clerici, num. 3. de iudic.* & ideo
dixit Abb. *in d. cap. inſinuatum*, vbi etiam alii
ſcribentes *de ſimonia*, quod ſtante ſtatuto,
quod conuictus de certo crimine debeat
9 puniri certa pœna, deficiens † in purgatio-
ne, licet alias poſſet puniri, tamen non pu-
nietur ex eo ſtatuto, quia eſt ficte conui-
ctus, & faciunt notata *in d. l. 2. §. voluntatem, ff. ſolut. matrim. in verb. videri*, vbi præcipue
Bald. Imol. Caſtrenſ. Angel. & Roman. *in §. emphyteuſis*, per illum text. *in authent. de alien. & emphyt.* Ioan. Andr. *in reg. 15. qui tacet, 4. quæſt. de regul. iur. in 6.* regulam firmat
Bertazzol. *conſil. crimin. 151. num. 33. lib. 1.* Ca-
ſtrenſ. *conſil. 154. num. 2. vol. 1.* Gozadin. *conſil. 35. num. 8.* Cephal. *conſil. 248. nu. 44. lib. 2.*
Pariſ. *conſil. 82. num. 15. volum. 3.* qui volunt,
quod ſtatutum loquens de † venditione ſo- 10
lum habeat locum in venditione vera, non
in præſumpta, & ficta, ex mente Afflict. *in tract. de iure protomiſ. in verb. intra triginta, col. 3. & 4.* Dec. *conſil. 541. num. 14.* & ſtante
ſtatuto, quod de contractu ſoluatur gabel-
la, qui ſolutionem confert in aliquem lo-
cum, non tenetur ad gabellam, quia eo lo-
co ficte contrahere dicetur, non vere, *l. contraxiſſe*, vbi not. *ff. de act. & oblig.* multo mi-
nus, qui paciſcitur, vt contractus intelliga-
tur eo loco factus, quia per fictionem ſo-
lum tunc eo loco cōtraxiſſe diceretur, cum
alibi vere contraxerit, & ſtatutum de ga-
bella nō comportat caſus, ſiue contractus
fictionem, ſed eſt neceſſe, quod vere quis
contraxerit, Hier. Gabr. *conſil. 20. vol. 1. nu. 9.*
qui de communi atteſtatur, & Felyn. & ⁎
Aretin. *in cap. licet ratione, nu. 18. de foro compet.* & facit etiam, quod ſtatutum loquens
de Doctore non habet locum in Licentia-
to, qui ficte Doctor eſt, vt reſpondit Grat. *reſponſ. ſuo 16. lib. 2. reſponſ.* ſimiliter ſtatu-
tum loquens de mutuo, intelligi debet de
mutuo vero, & non de ficto, Bertaz. *conſil. crim. 175. vol. 1. num. 4.* ſtatutum loquens de
vſufructu, intelligitur de vero, nō de ficto,
vel improprio, vt tradit ſignanter Franc.
Maria de Plot. *inter conſil. vlt. volunt. diuerſ. conſil. 112. num. 1.* Et ſtatutum loquens de ob-
ligatione vera, non habet locum in fi-
cta, ſecundum Ruyn. *conſil. 61. num. 6. vol. 3.*
quem refert Menoch. *de præſumptionib. præſumpt. 6. num. 20. lib. 3. vol. 1.* Et ſi ſtatutum di-
cat, quod inſtrumenta pura habeant exe-
quutionem † paratam, tale ſtatutum non 11
vendicat ſibi locum in inſtrumentis con-
ditionalibus etiam verificata conditione,
quia inſtrumenta, quæ à principio fuerunt
conditionalia, etiam purificata conditione
non poſſunt dici, quod vere ſint pura, ſed
bene quod in eis ceſſet cōditio, poſtquam
fuit

Digitized by Google

fuit adimpleta,& ſi pura aliquo modo dici deberent,eſſet per fictionem,ad quam ſtatutum non ſe extenderet, ſic docuit Alex. *in l.fin.§.1.num.4.& 5.ff.de vulg.& pupill.*& in hac ſpecie tradit Cummia.*de rit.magnæ Curiæ*,referente Carpa. *ad ſtatut. Mediol. c. 42. n.25.part.1.*facit, quod ſtatutum de lucranda dote non habet locum in marito putatiuo,ſecundum Bal.& Salyc. *in l.1.C.de condict.ob cauſ.*Alexan. *in l.ſi cum dotem, ff.ſolut. matrimon. §.fin.* quam opinionem dixit cõ- * munem Rol.à Val.*q. 97. num.1. 6. 7. & 13. de lucr.dot.* & ſtatutum diſponens,quod bannitus poſſit impune occidi, intelligitur ſolum de bannitis per veras probationes, & non per contumaciam, niſi aliter ex prægnantibus, & apertis verbis ſtatuti appareret, Bal.& Imol. *in l.ſi mora, ff.ſolut.matri-* * *mon.* vbi Alexan.*num.13.* hanc communem eſſe opinionem dicit Viu. *com. opin. in verb. ſtatutum diſponens, quod bannitus,nu.12.*cum

12 ibi allegatis,& ſtatutum loquens de † filiis, nõ habeat locum in adoptiuis,& propterea ſtatutum præferens filios maſculos fœminis non intelligitur de adoptiuis, Bald. *conſil.24.volum.1.& conſil.102.in fin. volum.4.* Iaſ.*in l.cum filiofamilias,column.antepen.verſ. tertio quæritur, ff.de leg.1.* Dec.*conſ.52.colum. 1. & 399. num.2.*Decian.*reſp.34. num.15.lib.1. & reſp.126.num.11.volum.3.*vbi late,ſimiliter

13 ſtatutum † excludens fœminas extantibus maſculis, non habet locum in legitimatis per reſcriptum Principis, vel comitem Palatinum, aut alium ciuilem modum, multis comprobat Rom. *in l.ſi is qui pro emptore,ff.de vſucap.* vbi latiſſime Iaſ. qui tandem poſt longam diſputationem in hac reſidet ** ſententia, quam magis communem teſtatur,& Dec.*conſ.52.num.3.* Tiraqu. *in l.ſi vnquam, C. de reuocan.donat. in verb. ſuſceperit, num.98.* vbi dicit eos, qui hanc partem ſequuntur,non ſolum numero, ſed & ratio- ** ne vincere, de veriori demum,& communiori opinione teſtatur Gail.*pract.obſeruat. obſeruat.140.lib.2.num. 6.* quam dicit obſeruari in Camera Imperii, nam ſecundum eum licet legitimati,vt ſupra ex Bar.opinione, & ſequacium, *in d. l. ſi is qui pro emptore,* dicantur legitimis, & naturalibus, quoad omnia,æquiparari, idque vere, & non per fictionem,hoc tamen accipiendum eſt, vt procedat in caſibus in iure expreſſis, & definitis, cum multi ſint caſus, in quibus inter ſe differunt,vt in exemplis per eundem Gail.*dict.obſeruat.* relatis, & videre eſt apud Roman. *in dict.l.ſi is qui pro emptore*,in caſibus vero non expreſſis legitimati non æquiparantur legitimis vere,ſed iuris fictione filii ſunt, ideo nimirum, ſi ipſi non excludant fœminas, cum ſtatuta ſint in caſu vero,& non ficto intelligenda, ne trahantur ad caſum fictum, & ſubiungit *ibi num. 19.* idem Gail.quod legitimatio † ſimilis eſt 14
alchimiæ, quæ facit apparere illud, quod non eſt, tranſmutare tamen vnam ſpeciem in aliam non poteſt, ſicque legitimati gerunt figuram legitimorum, non tamen habent eandem in ſubſtãtia, iuxta not.per Iaſ.*in l.filio, quem pater, num.10. ff. de liber.& poſthum. cum l.acutiſſimi, n. 8. C. de fideicom.* & in eodem loco idem Gail. declarat hoc, & proſequitur late, ad quem recurre, cum non ſit noſtrum hunc articulum ex profeſſo tractare,arguere,& decidere,ſed vt ad concluſionem reuertamur,dic,quod ideo etiam ſtatutum loquens de conſenſu proximiorum præſtando in contractibus minorum,intelligitur de eo proximiore, qui in gradu vere præcedit,& non ficte,ita Bal. *in l.vltim. C.de verb. ſignificat.* Salyc. & Alex. *in l.vltim. in fin.C.de teſtam. milit.*ſequitur idem Decia. *reſp. 1. n.377. vol.1.*

Et ſtatutum loquens de vero hominis actu non habet locum,nec comprehendit actum ratificantis,not.*in l.quid ergo,ff.de his qui not.infam.* Capr.*reg.54.num.4. & 5.*pro con-

conclusione facit, quod inquiunt Doct. *in rubric. ff. de offic. eius, &c.* & præcipue Hippol. Riminal. *numer. 120.* vbi ſtante ſtatuto mentionem faciente de officialibus communis Florentiæ non complectitur tale ſtatutum Poteſtatem Piſtorij, qui Præturã ibi gerit pro communi Florentiæ, ibidem dominante, qui licet fungatur vice officialis communis Florentiæ, non tamen dicitur eius officialis, niſi ficte.

Primo amplia concluſionem, vt tanto
15 magis ſit vera, ſi in caſu ficto † ceſſaret ratio, propter quam ſtatutum diſpoſuit in caſu vero, ita Crot. *in d.l. omnes populi, n. 221. per l. 1. §. denique, ff. ad Senatuſconſ. Trebellian.* & facit, quod ex quo fictum, & verum ſunt contraria, & conſequenter diuerſa, ceſſante ratione, propter quam ſtatutum diſpoſuerit in caſu vero, non poterit diſpoſitio ad caſum fictum progreſſiue trahi, quia ex diuerſis non fit illatio, vbi identitatis ratione cõiungi non poſſunt, *vulg. l. Papinianus ait, ff. de minor. l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquiren. poſſeſſ.* Galli. *vbi ſupra, capit. 18. libr. 8. numer. 21.* vbi ideo infert, quod ſi ſtatuto alicuius municipii caueretur, quod eiues originarii, ob præſumptam in eis erga patriam maioré charitatem, in promotionibus honorum, dignitatum, & officiorum ipſius municipii, cæteris paribus aliis præferrentur, ſi daretur concurſus ad aliquod munus inter ciuem non originarium, ſed qui pro originario haberetur ex priuilegio eius ciuilitatis, & ciuem ex incolatu, non poſſet præferri ex diſpoſitione dicti ſtatuti, qui pro originario haberetur, quia ratio maioris charitatis erga patriam, de qua in ſtatuto, ceſſat in eo, & licet idem Galli. *ibidem numer. 24.* limitat hoc eſſe verum, niſi in priuilegio ciuilitatis adeſſent verba, quod haberetur in omnibus, & per omnia pro ciue originario, per ea, quę ſcribunt Doctor. *in l. 1. ff. de leg. 1.* tamen illius dictum haud cum bona ipſius pace admitterem, quia talia verba, licet amplient quidem habilitatem eius ex priuilegio, tamen non faciunt, quod in eo præſumatur charitas erga patriam, de qua in ſtatuto, ſi de patria non eſt, nec quod verificetur in eo ratio diſpoſitionis expreſſa de charitate erga patriam, quæ ratio ſpecifica præualet cuicunque generalitati verborum alterius ſtatuti & diſpoſitionis, & ab ea generalitas reſtringitur, iuxta tradita late per nos in cõcluſione, *quod ſtatuta generaliter loquentia deberent generaliter intelligi*, & in alia cõcluſione, *quod ſtatuta ſunt proprie, & ſtricte intelligenda*, & ideo licet talis priuilegiatus admittetur iuxta tenorem priuilegii in omnibus, & per omnia, ad quæ originarius admitti deberet, tamen hoc non operatur, vt debeat præferri in his, in quibus conſideraretur charitas erga patriam, ſi de patria non eſt, & quæ charitas conſiderata, & adducta eſt à ſtatuto, tanquam fundamentum ſuæ diſpoſitionis, quia generalitas priuilegii reſtringeretur ab iſta ſpeciali ratione, iuxta not. per Alber. *in l. quæſitum, §. Meui, ff. de leg. 3.* Bar. *in conſ. 60. incip. generalitas, in princip.* & nos late *in ſupra ſcriptis duabus concluſionibus.*

Secundo amplia concluſionem, vt eo fortius procedat, quando extaret aliud ſtatutum mandans ſtatutorum verba debere
intelligi † ad literam, & prout litera iacet 16
præciſe, amoto quolibet ſubaudito extrinſeco intellectu, ita Brun. *ſuper ſtatut. art. 5. q. 29. in princ.* Galli. *d. tract. de verb. ſignif. libr. 3. cap. 20. nu. 27.* de mente Alciat. *in l. 2. ff. de verb. ſignif.* & faciunt not. *in cap. ſuſceptum, de reſcript. in 6. & in l. fin. C. vnde vi,* idem voluit Carpa. *ad ſtatut. Mediolan. capit. 174. num. 57. par. 2.*

Tertio amplia, vt eo magis ſit vera con-
cluſio, ſi ageremus de ſtatuto † exorbitan- 17
ti, Corn.

Digitized by Google

ti,Corn.*conſil.97.num.9.libr.4.* vbi ideo voluit, quod pater non poterat condemnari ex confeſſione filii reſultante ex eius contumacia,circa quoddam delictum, nō obſtante quadam conſtitutione mandante, quod pater tenetur ſoluere condemnationem pro delicto filii vſque ad concurrentem quantitatem legitimæ, ſub eo prætextu,quod licet de delicto contra filium in illo caſu dicebatur apparere ex contumacia ipſius, ex qua reſultabat vigore dictæ conſtitutionis delicti confeſſio, nihilominus, quia talis probatio, & apparitio delicti reſultās ex forma ſtatuti, propter contumaciam dicitur ficta, & dicebatur de delicto ficte apparere, non poteſt ex ea pater adſtringi ad dictam ſolutionē, quia dicta cōſtitutio obligans patrem pro filio dicitur
18 exorbitans,quia pœnæ † de iure non dicūtur tranſgredi delinquentes, *l.ſancimus,C.*
19 *de pœn.* & quia † pater non tenetur pro filio,nec econtra, *C. ne filius pro patre, in rubro & nigro*, ideo illius diſpoſitio non verificatur in ficta probatione,ſeu confeſſione delicti, ad quod etiam facit doctrina Bar. *in l.cum filius, ff. de verb. obligat.* quo in loco determinauit, quod ſi ſtatutum diceret, ſi quis commiſerit furtum, & fuerit condemnatus pœna pecuniaria, cogatur pater ſoluere condemnationem pro filio, pater non poſſet cogi ſoluere cōdemnationem filii condemnati in contumaciam, ex quo non apparet, quod filius commiſerit furtum,ſed ſolum fingitur commiſiſſe,& præſumitur ex contumacia ipſius, ex quo reſultat ficta probatio, in qua ſtatuti diſpoſitio non verificatur, & ibi hoc idem affirmauit Ang. & Bal. *in l.tranſigere.C.de tranſactio.& l.& ideo,ff.de euiction. & in l. vnica,§. ſi procurator.ff.ſi quis ius dicenti non obtemper.* dicit, quod ſimile ſtatutum diſponens, quod pater teneatur ſoluere condemnationem pro filio condemnato pro homicidio,non verificabitur, ſi filius inquiſitus de homicidio condemnatur in contumaciam, & dicit ita fuiſſe conſultum, & tentum per Doctor. vt ibi per eum, & ampliationem veram appellat,& ſequitur Gall.*vbi ſupra,libr.8.c.18.nu.30.& c.20.n.29.* Alciat. *in d.l.2.ff.de verb.ſignif.*

Quarto amplia cōcluſionem, vt eo magis ſit vera, ſi ante diſpoſitionem ſtatuti in caſu vero, præcedebat, & extabat † fictio 20
in caſu ficto, quia ſtatutum diſponendo ſuper vero dicitur non curaſſe de ficto, de quo nullum verbum in eo,ſed illius diſpoſitionem ad verum tantum accommodaſſe,ita Galli. *in dict.tract.de verbor.ſignific.lib. 3.c.21.numer.19.* per not.*in l.cum Prætor, ff. de iud.*

Quinto amplia concluſionem, vt tunc præcipue habeat locum, quando in ſtatuti diſpoſitione adeſſet dictio † taxatiua, ita 21
Galli. *d. tract. de verbor.ſignif.capit. 20. libr. 3. num.30.* de mente Bar.*in l ſi hic,ff.de verb.obligat.* & facit, quia dictio taxatiua dicitur eſſe extenſionis excluſiua, *l. qui aliena, §. libertus,ff.de neg. geſt. l. qui ſella, §. qui actum,l. inter actum, l. certo generi, & l.Lucius.in verſ. digitum vnum,ff.de ſeru.ruſt.præd.* Crauet. *de antiq.temp.par.4.ſectio.1.numer. 110.* & verba taxatiua † implicitam in ſe negatiuam ha- 22
bent,quod ſcilicet aliter fieri non poſſit, *c. cum Eccleſia Sutrina,* vbi gloſſ. *de cauſ.poſſ.& propriet.* vbi etiam Doct.

Sexto amplia, vt tanto magis procedat, ſi ſtatutum eſſet nedum † exorbitans, ſed 23
& correctorium iuris cōmunis, Menoch. *de præſumptio.præſumptio. 6.libr. 3. numer.20. volumin.1.* Dom.de Rot.*deciſ.794.n.4.par.1.* Pariſ.*conſil.22.numer.20. volum.2.* Alex.*conſ. 82. numer.7.vol.2.per l.Gallus,§.& quid ſi tantum,ff.de liber. & poſthum.* vbi ſcriben.Imol. Bartol.Iaſ.& alii *in leg.1. §. lex Falcidia, ff.ad legem Falcidiam,* & notant Doctores *in cap. fin.de conſuetud.*Ioann. Andr. *in reg.poſſeſſor,*

Bar.

Digitized by Google

Bar. *in d.l.omnes populi, in ſ.q.princip.ff.de iuſt. & iur.* Bal. *in l. meminimus, C. de legit. hered. & in l.ſiue poſſidetis, C.de probatio. & in l. 2. §. voluntate, ff. ſolut. matrim. & in l. ſi quis ſeruo, C.de furt.* Abb. *in c.ad audientiam, de cler. non reſiden.* Bello. *var. reſolut. iur. diuerſ. lib. 4. c. 19. num. 8.* Cephal. *conſ. 274. num. 15. lib. 2.* Alexan. *in conſ. 207. num. 22. libr. 6.* ſcriben. *in d.§. voluntate*, & Dec. *in citato conſ. 541. nu. 14.* vbi inquit, diſpoſitionem contra ius commune loquentem de præſenti nō habere locum in eo, qui per fictionem habetur pro præſenti, & ideo Galli. *d. c. 18. nu. 6.* dixit, quod ſtante ſtatuto, quod filiæ dotatæ non veniant ad ſucceſſionem cum fratribus, fratrum appellatione non continētur adoptiui, qui vere non ſunt fratres, ſed ficte, vt ſupra etiam diximus de filiis, prout hoc dixit etiam fuiſſe de mente Bal. *conſil. 24. volum. 1.* & alii, de quibus per eum ibi, vbi hanc communem teſtatur, & ita fuiſſe iudicatum Ticini aduerſus ea, quæ conſuluit Bero. *conſ. 13. 14. 15. libr. 2.* & facit etiam, quia ſtante ſtatuto, quod minor ætate legitima, non poſſit facere teſtamentum, etiamſi veniam ætatis conſecutus, ab alio ſtatuto maior appellaretur, non tamen poſſet facere teſtamentum, quia legitima ætas intelligitur de vera, ac naturali, & non de ficta repræſentata per conſecutionem veniæ ætatis, ita idem Salyc. *vbi ſupra, n. 9.* per ea, quæ not. *in l. vlt. C. de his, qui ven. ætat. imp.* vbi gloſſ.

Septimo amplia, vt idē fit in omni ſta-
24 tuto odioſo, † nam non verificatur in caſu ficto, Anton. de Roſſel. *inter. conſ. vltim. volunt. conſ. 144. num. 19.* referente Bonacoſſ. *qq. crimin. par. 2. ſub verb. ſuccumbens, verſ. ſtatuta odioſa, fol. mihi num. 8.* idem Galli. *d. c. 20. n. 30.* Rom. *conſ. 436. per tot.*

Octauo amplia, vt tanto magis conclu-
25 ſio procedat, ſi ſtatutū eſſet pœnale, † ſcriben. *in l. ſi quis maior, C. de tranſact.* vbi præcipue Bar. qui ideo dixit, quod pœna illius legis loquentis in vere maiore 25. annis nō habet locum in minore, qui per iuramentum repræſentatus fuerit maior, iuxta diſpoſitionem *authen. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vend.* ſicut & idem erit in eo, qui effectus fuerit maior per veniam ætatis, cum vere maior non eſſet, nec eſt in facultate magiſtratus facere illum vere maiorem, ita Galli. *de verb. ſignific. lib. 8. c. 17. n. 60.* de mente Socin. *conſ. 63. ſub num. 50. lib. 3.* & faciunt alia ſupra adducta *in principio concluſionis*, Bertazz. *conſil. crim. 151. numer. 34. & vltimo libr. 1.* Gabr. *concluſ. 1. num. 70. de tranſaction.* Crot. *in l. omnes populi, num. 110. ff. de iuſtit. & iur.* idem Galli. *d. c. 20. numer. 30.* & Rom. *dict. conſ. 436.*

Nono amplia etiam, ſi caſus fictus eſſet ſimilis vero, de quo loquitur † ſtatutum, 26
nam nec tunc fit extenſio relati ſtatuti loquentis in caſu vero ad caſum fictum, niſi hoc exprimatur, Euerar. *in loco ab æquipollentibus num. 13. in ſua centur. per. leg. 3. §. hæc verba, ff. de negot. geſt. & l. fin. C. de his, qui ven. ætat. impetr.* cum aliis per eum ibi adductis.

Decimo amplia, vt eo magis concluſio
procedat, quando ſtatutum † loquitur diſ- 27
cretiue, id eſt, per ſe de caſu vero, & per ſe de caſu ficto, Brun. *ſuper ſtatut. volum. 3. ſub verb. fingere fictio, verſic. ſtatutum, ſiue lex extenditur*, & facit, quod not. Bonacoſſ. *qq. crimin. par. 6. ſub verb. ſtatutum, verſ. vbicunque ſtatutum*, vbi inquit, quod quando ſtatutū loquitur diſcretiue, id eſt, de per ſe de maſculo, & de per ſe de fœmina, tunc maſculinum non concipit fœmininum, quia expreſſum facit ceſſare tacitum & præſumptum, *l. ſi ita, ff. de lib. & poſthum.* tenet Bald. *in l. in multis, in fin. ff. de ſtat. hom.*

XI. Amplia concluſionem, vt præſer-
tim procedat in ſtatuti † diſpoſitione limi- 28
tata ad certum effectum, quæ non trahitur vltra

vltra ſuum effectum ad caſum fictum, ita Crot. *in dict. l. omnes populi, ſub numer. 217.* vbi infert, quod ſi conſtitutione aliqua caueretur, quod præſentes tantum poſſent optare præbendas, & alia conſtitutione diſponeretur, quod abſentes pro ſeruitio Eccleſiæ haberētur pro præſentibus quoad perceptionem fructuum prębēdarum, illa cōſtitutio, quæ loquitur de optione facienda inter præſentes tantum, non habebit locum in illis, qui pro præſentibus habentur reſpectu perceptionis fructuum, Crot. referendo ſequitur Gall. *d. c. 18. num. 11. & ſeq.* idem etiam ex aliis rationibus comprobans.

29 Limita primo, vt non procedat concluſio, quando ſtatutum † loqueretur in materia iuris, in qua caſus verus, & fictus haberentur pro vno & eodem, tunc enim interpretatur prout ipſum ius, & ſic caſus veri diſpoſitio verificabitur in caſu ficto, prout etiam diſponitur à iure communi, ita Felyn. *in c. inſinuatum, numer. 2. de Simonia,* Abb. *in capit. cum dilectus, numer. 5. de cleric. non reſiden.* vbi dixit, quod ideo euenit, quia diſpoſitio ſtatuens idem, quod ius, debet recipere omnes limitationes, & interpretationes iuris, quod dicit perpetuo notandum, & idem firmat *in capit. ad audientiam, numer. 2. eodem titul. & in dict. cap. inſinuatum, de Simonia, numer. 6.* allegando notata à Cyn. *in leg. quicumque, C. de ſer. fugit.* & facit, quod voluit Roman. *conſil. 105. numer. 2.* vbi dixit, quod quando ſtatutum diſponit idem, quaſi in aliquo caſu, quod ius, tunc ſi ius commune diſpoſitionem ſuam in illo caſu emanatam vellet trahi etiam ad caſum fictum, tunc ſtatuti diſpoſitio in illo caſu etiam ad caſum fictum trahetur, & de hoc dicit eſſe notabilem deciſionem *in dict. capit. ad audientiam, & in c. dilectus, de cler. non reſiden.* idem cenſuit Anton. de Butr. *in conſil. 1. colum. 3. verſicul. ad tertium dotis, & conſil. 80. column. 2. verſicul. ſi ſtatuta,* Sanct. Seuer. *in repetit. d. l. omnes populi, numer. 204. ff. de iuſtit. & iur.* vbi dixit, quod cum hoc caſu dicatur ius commune ratione originis, & obſeruantiæ, licet translatum in figuram ſtatuti, ſtatutum dicetur dicto iure vti cum ſua cauſa, & cum ſuis intellectibus, Bal. *ſuper ſtat. in verb. interpretatio,* Galli. *in dict. ſuo tract. de verb. ſignificat. libr. 10. cap. 32. numer. 39. & 40.* Burſat. *conſil. 44. numer. 37. libr. 1.* & faciunt, quæ nos diximus *in concluſione, quod ſtatuta interpretantur à iure communi, ampliat. 1.*

Primo amplia, vt idem ſit, ſi † ſtatutum loqueretur præter ius commune, nam 30
tunc dicendum eſt, ſicut quando loquitur ſecundum ius commune, quod debeat habere locum etiam in caſu ficto, ita Dec. *in dict. cap. translato, in 1. lectur. numer. 38.* Alexan. *in l. 1. §. lex Falcidia, numer. 9. verſicul. ſi autem loquimur in ſtatutis, ff. ad leg. Falcid.* Ioann. Andr. *in capit. fin. ſuper verb. per alios, de conſuetud. lib. 6.* Abb. *in dict. cap. ad audientiam, de cleric. non reſiden. & in dict. cap. inſinuatum, numer. 6. & finali, de Simonia,* vbi dicit, quod ſtatuta recipiunt omnes limitationes, & interpretationes iuris improprias, & ſtrictas, quando non deuiant à diſpoſitione iuris, Felyn. *in dict. capit. inſinuatum, numer. 2.* Diaz. *regul. 700. verſic. limita primo,* Alexand. *conſil. 179. column. 4. libr. 5.* Imol. *in leg. Gallus, §. & quid ſi tantum, ſub num. 36. ff. de liber. & poſthum.* Galli. *de verbor. ſignificatio. libr. 3. capit. 21. numer. 18.*

Secundo amplia limitationem, quia illa ſtante, ſicut caſus exceptus à iure † ex- 31
tenditur ad conſimilem caſum propter identitatem rationis, *cap. cum dilectus, de confirm. vtil. gl. in l. 1. C. de condict. indeb.* Thom. Doci. *conſil. 18. numer. 13.* ita & caſus exceptus à ſtatuto, vbi ſtatutū diſponit in mate-

ria iuris, Abb. *in d. c. ad audientiam, nu. 2. verſ. nota principaliter.*

Secundo limita concluſionem, niſi per
32 omnia † æquipararet caſum verum ad fi-
ctum, quia tunc haberetur, ac ſi eſſet verus,
& idem caſus verus & fictus, & ceſſaret re-
ſpectus, & conſideratio fictionis in eo, &
per conſequens ſtatutum ad illum ſe extē-
deret, licet eſſet præter ius, Felyn. *in dict. ca-
pit. inſinuatum, numer. 3. de Simonia*, de men-
te Roman. *in l. 1. §. de illo, ff. ad Trebell.* licet i-
pſe Felyn. de hoc dubitet. Sed limitatio-
nem ſequitur Socin. *conſil. 1. numer. 11. & 12.
volumin. 1.* vbi dicit, quod quando caſus ve-
rus, & fictus per omnia æquiparantur, tūc
caſus fictus comprehenditur in ſtatuto, ſe-
cus ſi lex induceret ſolum quandam ſimi-
litudinem inter caſum verum, & fictum,
Bal. *in l. Gallus, §. quid ſi is, ſub nu. 2. ff. de liber.
& poſthum.* & ibi Bar. & Socin. vbi dicunt,
quod ſtatutum loquens de herede habet
locum in bonorum poſſeſſore, qui licet
non ſit proprie heres, tamen habet effe-
ctum heredis per omnia, cum limit. ſenſit
Felyn. melius cogitans *in capit. at ſi clerici,
numer. 3. verſic. & nota, de iud.* per tex. *in d. c.
ad audientiam, & in c. cum dilectus, de cler. non
reſiden.* vbi hoc expreſſe notat Abb. *numer.
2. verſic. ſecundo nota*, idem voluit Cepol. *in
conſil. 14. numer. 35.* & Alexand. *conſil. 207.
numer. 23. volumin. 6.* idem etiam not. Imol.
*in dict. leg. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de li-
ber. & poſthum.* Idem tenuit Decian. *reſpon.
11. numer. 151. volumin. 1.* & facit, quod dixit
Bartol. *in dict. leg. ſi is, qui pro emptore, num.
36. ff. de vſucap.* dum voluit, quod ſi diſpo-
ſitio mandet aliquid haberi pro tale, quo-
ad quædā tantum dicetur fingere, & de fi-
cto caſu diſponere, ſi autem ordinet, quod
habeatur pro tali, quoad omnia, erit ſe-
cūdum veritatem, & ſic erit idem cum ca-
ſu vero, de quo nos etiam in concluſione,
*quod ſtatuta ſunt proprie, & ſtricte interpre-
tanda*, in limitationibus, vbi id ampliaui-
mus etiam in pœnalibus, &c. vt ibi idem
firmauit Galli. *dict. capit. 18. libr. 8. num. 24.*
vbi tenuit, quod licet ſtatutum loquens
de ciuibus originariis non comprehendat
ciues ex priuilegio, tamen ſi ſtatutum ta-
les mandaret haberi in omnibus, & per
omnia pro ciuibus originariis, vtiq; com-
prehenderentur per ea, quæ not. Doctor.
in dict. leg. 1. ff. de legat. 1. & Bartol. *in leg. ſi ma-
ritus, §. legis, ff. ad leg. Iul. de adulter. & in dict.
leg. ſi is qui pro emptore, ff. de vſucap.* & Al-
ciat. *in leg. mercedis, 2. ff. de verbor. ſignifi-
cat.* & de hoc dic, vt ſupra in prima amplia-
tione.

Amplia limitationem, vt procedat, eti-
am ſi † ſtatutum eſſet de caſu contra ius, 33
dummodò tamen ageretur de æquiparatis
per omnia, & in omnibus, vt not. Galli.
*tract. de verbor. ſignific. libr. 8. cap. 19. numer. 12.
& cap. 20. numer. 5.* qui allegat ad hoc Ro-
man. *in dict. l. 1. §. de illo, ff. ad Senat. conſ. Tre-
bellian.* & Crot. *in d. l. omnes populi, ſub numer.
212.* & idem tenuit Carpan. *ad ſtatut. Medio-
lan. in prælud. numer. 424.* cum aliis ibi per
eum tenuit Pariſ. *conſil. 22. numer. 42. cum ſe-
quent. volumin. 2.* & de hoc per nos *in d. con-
cluſ. quod ſtatuta ſunt ſtricte & proprie intelli-
genda.*

Intellige limitationem, † vt ſit vera, 34
quando æquiparatio fuiſſet facta per mo-
dum regulæ, & in omnib. militaret omni-
moda ſimilitudo, ſecus in ſimpliciter æ-
quiparatis, quia illa ſimplex æquiparatio
operatur ſolum quoad tempus præſens fa-
ctæ æquiparationis, ita vt quod dictum eſt
de caſu, cui fit æquiparatio, tunc dictum
cenſeatur, & competat etiam caſui adæqua-
to, vt *in l. Princeps, ff. de leg. l. maximum viti-
um, C. de lib. præter. l. 2. C. com. de leg.* Bar. *in l.
1. poſt princ. ff. de leg. 1.* tamē reſpectu ſuper-
uenientium non trahetur ad ea, quæ in fu-
turum poſt æquiparationem factam tri-
buun-

Digitized by Google

buuntur caſui, cui ſit adæquatio, ita Galli. *d. libr. 8. c. 20. n. 8.*

Tertio limita concluſionem, niſi ſtatu-
35 tum eſſet † eluſorium, non intelligendo illud in caſu ficto, Dominic. *in cap. vt circa, in princip. columnn. vltim. de electio. in 6.* quem refert & ſequitur Felyn. *in d. c. inſinuatum, numer. 4. de Simon.* Diaz. *d. reg. 700. verſ. tertio limita*, Carpan. *vbi ſupra, num. 425.* & ante eum Galli. *d. tract. lib. 3. c. 20. nu. 13. & c. 21. n. 17. cum ſeq.*

Quarto limita, niſi intelligendo ſtatu-
36 tum † ſolum in caſu vero induceretur aliquod abſurdum, Brun. *in tract. fœm. exclu. artic. 6. 3. memb. quæſtio. 17. numer. 280.* Felyn. *in d. capit. inſinuatum, in 3. limitat. de Simonia.* Galli. *dict. libr. 3. capit. 21. numer. 39.* ad idem facit tex. *in l. ſi vxor, §. 1. ff. de adulter.* vbi vxor de facto, aut putatiua adulterii nomine punitur tanquam vera vxor, ne putatiua vxor, & de facto ſit melioris conditionis, quam vera, & legitima, cum debet eſſe peioris, vt tex. illum declarat, Crauet. *de antiquitat. tempor. 4. part. ſect. videamus modo, limitation. 5.* qui eadem ratione inquit, quod putatiua vxor ita perdit dotem propter adulterium, ſicuti vera vxor, ne plus tribuatur vxori putatiuæ de facto, quam veræ, per gloſſ. communiter receptam, *in cap. pleriſque, de donatio.* & facit, quia melioris conditionis non debent eſſe mali, quam boni, *l. non ſolum, ff. de noxa. l. ſi à patre, §. prædo, ff. de pet. heredit.* & in ſimili idem tenuit etiam Lancillot. *in conſuetud. Alexan. in ver. maritus, quæſtion. 2. numer. 10. & ſequent.* vbi concludit, quod ſtatutum prohibens maritum relinquere vxori, comprehendit etiam vxorem, quæ vera vxor non eſt, licet ita teneatur, vtputa quando matrimonium eſſet contractum in gradu prohibito, vel aliàs non ſeruatis ſeruandis de iure, ne ſcilicet ſit melior conditio earum mulierum, quę improba, & illicita coniugia contrahunt, ſicque delinquunt, quam ſint legitimæ vxores, contra iuris determinationem, de qua *in l. 3. §. 1. ff. de donatio. inter vir.* & gloſſ. *in c. ſtatutum, in verb. volumus, de hæret. in 6.* voluit, quod diſpoſitio illa, per quam filii hæreticorum ad aliquod munus Eccleſiaſticum non admittantur vſque ad ſecundam generationem, multo magis extendatur etiam ad filios illegitimos, ne plus tribuatur luxuriæ, quam caſtitati.

Quinto limita, niſi adeſſet eadem omnino ratio in caſu † ficto, quæ in caſu ve- 37
ro, nec aliqua poſſet reddi cauſa differentiæ, quia tunc ſtatutum verificatur etiam in caſu ficto, diſpoſito à iure communi, & poteſt poni exemplum in poſthumis, & in iam natis quoad inſtitutionem, & ius ſuccedendi, nam tunc diſpoſita à ſtatuto de iã natis verificabuntur, circa illorum inſtitutionem, & ius ſuccedendi etiam in poſthumis, qui ficte habentur à iure pro iam natis, ita Zabarell. *conſil. 60. columnn. 2. verſicul. item cum ſit eadem ratio*, Alexand. *conſil. 207. numer. 23. vol. 6.* Socin. *conſ. 1. nu. 12. libr. 1.* Bar. *in l. 1. §. bonorum, ff. ad Trebell.* & faciunt ſupra adducta *in ſecunda limitatione*, & nos *alibi* etiam.

Amplia, limitationem tãto magis procedere, ſi in caſu vero ſtatuti eſſet maior
ratio, quam † in ficto iuris communis: ex- 38
emplum, ſi ſtatutum concedat impunitatem vere committenti aliquod delictum, multo magis à pœna erit immunis ille, qui propter negligentiam ſolum habetur, tanquam committens delictum ex aliqua iuris diſpoſitione, cum ſit maius delictum, quod ſit committendo, & de quo in ſtatuto, quam illud, quod ſit negligendo, ſiue omittendo, iuxta tex. *in leg. nec in ea, ff. de adulter.* in hoc enim caſu multo magis diſpoſita ficte à iure cenſentur cõprehenſa à ſtatuto, de aliquo caſu vero loquẽte, maiorem

Digitized by Google

tamen in ſe rationem habente, prout ita conſuluit Angel. *conſil. 72. column. 2. verſic. 3.* & facit, quod dixit Bald. *in l. ſi quis non dicam rapere, numer. 2. C. de Epiſcop.* vbi voluit, quod ſi per ſtatutum non imponatur niſi pœna talis, puta pecuniaria pro aliquo delicto conſummato, multo magis intelligitur, quod nõ poſſit eadem pœna excedi, ſi fuerit ſolum attentatum, & idem ſenſit *in l. de his, numer. 3. C. de furt.* Bartol. *in leg. nec in ea, ff. de adult.* & ex hoc capite maioritatis rationis conſului alias, quod pro furto commiſſo cum fractura, nõ erat recurrendum ad ſtatutum † Ianuæ, quod imponit pœnam furcarum contra talem furantem vſq; ad ſummam librarum decem, ſed erat ſtandum ſtatuto Sarzanæ, de pœna furti & robariæ, eo quia ſi robariã ad ſtratam manu armata, vſque ad ſummam librarum quinq;, noluit ſtatutum Sarzanæ, puniri pœna corporali, multo magis intellexit, quod non debeat ſuſpendi ille, qui furtum ſolum commiſit in decem libris, licet cum fractura, quia robaria manu armata ad ſtratam eſt longe grauius delictũ furto cum fractura, Cepol. *in authen. ſed nouo iure, numer. 45. C. de ſeru fugit.* Iaſ. *in leg. rem quæ nobis, numer. 6. ff. de acquiren. poſſeſſ.* Gomez. *de delict. capit. 5. nu. 12.* & ideo prouiſa à ſtatuto, circa leuem qualitatem pœnæ robariæ, quæ eſt maius delictum, multo magis debent cenſeri fuiſſe de ſtatuentium mente, circa pœnam furti, etiam cum fractura, quod eſt minus delictum, & mouebar etiam, quia ſtatutum Sarzanæ de pœna furti generaliter loquitur, & indefinite de furto, igitur etiam generaliter, & definite debet intelligi de omni furto etiam cum fractura, quia licet ſit cum illa qualitate grauante, tamen non mutat ſpeciem, & non facit, quod non debeat dici furtum, & quod non comprehendatur à ſtatuto generaliter de furtis loquente, prout in ſimili dixit Cepoll. *in d. authen. ſed nouo iure, numer. 61.* vbi voluit, quod in ſtatuto de furto generaliter loquente comprehendatur tam furtum quantumuis magnum, quam paruum, etiamſi aliâs magnitudo rei furatæ ſit qualitas grauans delictum, iuxta trad. per Farinac. *de delict. & pœn. quæſtion. 18. numer. 95.* vbi de communi, & quia etiam dato, quod furtum cum fractura eſſet grauius, & differens à furto ſine fractura, tamen quia ſtatutum Sarzanæ, quod hoc ſcire potuit, non diſtinxit de vno ab alio, ſed ſolum ſub ſui generalitate, ſub nomine furti intelligere voluit de omni furto quoquo modo facto, nec nos diſtinguere debemus, etiamſi eſſet maior ratio in vno, quam in alio caſu, ita Bertazz. *conſil. crimin. 526. num. 4. lib. 2.* & Burſat. *conſ. 40. numer. 6. libr. 1.* vbi voluerunt, quod eſt ſtandum generalitati diſpoſitionis ſtatuti, etiamſi eſſet maior ratio in aliquo caſu, quã in alio, ea potiſſimũ ratione, quia ſcilicet, quod poſtquam ſtatuentes non diſtinxerunt de caſu maiorem rationem habente ab alio, nec nos diſtinguere debemus, iuxta not. *in l. de precio, ff. de Public. & in leg. 1. §. qui autem, ff. de aleat. & in leg. 1. §. cum generaliter, ff. de legat. præſtand.* Accedebat, quod ſemper in dubio eſt ſumenda illa interpretatio, quæ importat minorem pœnam, *l. furtum, §. in pœnalibus, ff. de regul. iur. leg. ſi præſes, ff. de pæn.* Farinac. *de delict. quæſtion. 19. numer. 3.* vbi de communi, ſed intelligendo, quod ſtatutum Sarzanæ ſub ſui generalitate, & indefinita diſpoſitione de furtis comprehendere voluerit etiam furtum cum fractura, euitatur pœna maior, quę eſt furcarum, diſpoſita à ſtatuto Ianuæ pro furto cũ fractura, & habebit locũ pœna minor, i. e. pecuniaria ordinata à ſtatuto Sarzanę de furto generaliter loquente, igitur iſto, & nõ illo ſtandum eſſet, & eo magis etiam, quia ex alia communi doctrina ſua-

39

Digitized by Google

na ſuadetur, quod eo modo ſunt intelli-
genda ſtatuta, & ea eſt ſumenda, & ſequen-
da interpretatio, quæ eſt magis conformis
cum diſpoſitione iuris communis, Dd.
* communiter *in l fin. §. in computatione, C. de*
iur. del beran. & in l. 2. C. de noxal. ſed intelli-
gendo, & interpretando ſtatutum Sarza-
næ, quod comprehendat appellatione fur-
ti etiam furtum cum fractura, euitatur pœ-
na mortis impoſita à ſtatuto Ianuæ pro pri-
mo furto cum fractura contra diſpoſitio-
nem iuris communis, quod nunquam pro
primo furto, etiam huiuſmodi qualitate
fracturæ imponit pœnam mortis, vt per
Gomez. *vbi ſupra, de delict. cap. 5. num. 12.* vbi
* de communi, & Cepol. *in d. authent. ſed nouo*
iure, numer. 93. & ſeruabitur pœna extra
mortem diſpoſita à ſtatuto Sarzanæ, quæ
conuenit cum ipſo iure communi extra
mortem, vt dicebamus, furtum cum fra-
ctura pro prima vice puniente, igitur ſe-
cundum iſtam, & non illam interpretatio-
nem erat intelligendum ſtatutum. His ta-
men non obſtantibus fuit contrarium de-
terminatum, an autem bene, an male, alii
ſint iudices, ex eo etiam, quod dixit Brun.
3. part. ſtat. ſub verb. fingere fictio, § ſtatutum,
ſiue lex extenditur, vbi quando lex, vel ſta-
tutum ſimpliciter loquitur, & abſolute,
tunc quælibet caſum comprehendit, quod
& approbauit Carpan. *vbi ſupra, in prælud.*
ad ſtatut. Mediol. num. 419. inferens ad pro-
poſitum noſtræ concluſionis, quod ſtatu-
tum etiam verificabitur in caſu ficto, quo-
tieſcunque ſimpliciter, & abſolute loqui-
tur, iuxta text. *in l. 2. §. lex Falcidia, ff. ad leg.*
Falcid de quo tamen vide *in concluſion, quod*
ſtatutum generaliter loquens generaliter debet
intelligi.

Sexto limita, quando vertitur quæſtio,
ſeu vertatur diſceptatio in materia fauora-
bili, nam tunc ſtatutum loquens in caſu
40 vero † habet locum in caſu ficto, Galliaul.
d. tract. cap. 20. num. 20. Carpan. *vbi ſupra, nu.*
428. & faciunt notata per Bald. *in l. quod ſi*
patris, nu 36. vbi etiam Paul. de Caſtro *nu. 11.*
C. vnde lib. vbi etiam Alexand. *num. 23.* Bald.
Salycet. & alii *in l. 2 C. de in ius voc.* Iaſ. *in l. non*
dubium, num. 42. C. de legib. Decian. *reſp. 30.*
num. 10. vol. 3. & reſponſ. 62. num. 22. vol. 1. Butr.
in l. quoniam medum, num. 4. C. de agricol. &
cenſit. lib. 11. vbi ideo voluit, quod ſicut eſt
fauorabile punire maleficia, cum hoc ex-
pediat reipublicæ, vt prouincia maneat tu-
ta, & in quiete, *l. congruit, ff. de offic. præſid. l. ſi*
longius, §. filiusfamilias, ff. de iudic. ita pœna
ſtatuti punientis facientem, extendetur ad
fieri facientem maleficium, per *l. ſi quis id*
quod, ff. de iuriſd. omn. iud. Roman. *conſil 105.*
num. 3. vbi late additione.

Primo amplia limitationem, vt proce-
dat etiam in materia partim fauorabili, &
partim odioſa, quia & caſus † verus trahi- 41
tur ad fictum, Galliaul. *vbi ſupra, cap. 22. n. 1.*
cum ſeq. Carpan. *in relato loco, ſub num. 432.*

Secundo amplia, vt ſit vera in materia
etiam mere odioſa, quando tamen ratio eſt
expreſſa in lege in caſu † vero, quia tunc 42
ſtatutum habet locum etiam in caſu ficto,
ita per eundem Galliaul. *d. tract. cap. 21. nu. 1.*
cum ſeq. quem refert, & ſequitur Carpan. *v-*
bi ſupra, nu. 429. vbi tamen ſecundum eun-
dem Galliaul. *ibid.* declarat. Et faciunt, quæ
nos diximus de ratione expreſſa, & vnica
in concluſ. *quod ſtatuta ſunt ſtricte interpre-*
tanda, & in concluſ. *quod ſtatuta recipiunt in-*
terpretationem à iure communi, quando au-
tem dicamur nos verſari in fauorabilibus
aut in odioſis, vide in dicta cõcl. *quod ſtatu-*
ta ſunt ſtricte interpretanda, vbi etiam, quod
in dubio materia, & ſtatutum debet præſu-
mi fauorabile, & non odioſum.

Septimo limita, vt procedat extenſio de
caſu vero ad fictum, † quando ſtatutum vl- 43
terius progrederetur diſponendo, eandem
virtutem tribuendo caſui ficto, Carpan. *vbi*

ſupra, num. 432. ex mente Galliaul. *d. cap. 21. num. 10.* declarando, vt ibi per eum.

44 Octauo limita in caſibus, in † quibus extendẽdo diſpoſitionem ſtatutariam ad caſum fictũ reditum faceremus ad ius commune, vt ex Galliaul. loco proxime relato tradit idem Carpan. *vbi ſupra, num. 430.* Decian. *reſponſ. 30. num. 10. vol. 3.* Brun. *de ſtat. excluſ. fœm. artic. 4. princ. num. 6.* vbi communem dicit, & faciunt notata *in l. ſi vnus § pactus ne peteret, ff. de pact. can. ab exordio, 35. diſtinct.*

Nono limita, quando extenſio fieret de 45 caſu vero † ad fictum in eadem perſona, Galliaul. *d. cap. 21 num. 10.* declarando, vt ibi per eum, ſic etiam limitat concluſionem noſtram Carpan. *vbi ſupra. num. 431.*

46 Decimo limita in caſu, † de quo per Angel. *in l. pluribus, ff. de verborum obligationib. & in l ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus*, vbi Imol. Caſtrenſ. Alexand. & Iaſ. *ff. eod.* Grat. *reſpon. ſuo 138 vol. 2.* Dec. Barbat. Nat. & alios relatos per Dominum Menoch. *ſuo tract. de præſumpt. lib. 3. præſumpt 66. num. 12. & per tot.* vbi ſtante ſtatuto, quod ſcriptura manu propria ſcripta habeat executionem paratam, procedit etiam in ſcriptura manu alterius ſcripta, ſubſcripta tamen manu debitoris, aſſerentis ſe omnia ſupra ſcripta confirmare, & approbare, nam licet aliud ſcribere, aliud ſubſcribere, & ſubſcribens dicatur ficte ſcribere, *l. diuus, §. item ſenatus, & in l ſi ego, §. dotu, ff. ſoluto matrimon.* & notat idem Menoch. *d. præſumpt. 66. num. 9. in fin.* tamen tale ſtatutum habebit executionem contra ipſum debitorem ſubſcribentem, idque propter relationem, quam ſubſcribens habet ad præcedentia, quæ relatio ex his, quæ notat Magon. *deciſ. Lucan. 30. num. 13. & 14. part. 1.* videtur ſufficiens, & apta ad ſatisfaciendum formæ, & materiis quantumcunque ſtricte accipiendis, & interpretandis, nam ſecundum eum relatio prædicta non eſt impropria, & ficta, ſed vera, & propria, vel ea ratione ſecundum Menoch. *d. præſumpt. 66. num. 13.* quia ſuo mandato, & cauſa præſumitur confecta illa ſcriptura, & ob id perinde eſt, ac ſi ipſe ſua ipſius manu ſcripſiſſet, & quia ſtatutum reſpicit conſenſum, quo obligatio cauſata fuit, & ideo locum habet, & in hoc caſu amplia, & declara, vt per Menochium *161.*

Vndecimo limita in caſibus fictis ſubrogatis † loco caſus veri, Galliaul. *in citato loco, cap. 20. num. 10. cum ſeq.* declarando tamen, vt ibi per eum, & poſt Galliaul. ſic etiam limitat concluſionem Carpan. *vbi ſupra num 427. limit. 5.* 47

Duodecimo limita in his, quæ non ſunt de † forma, quæ poſſunt adimpleri per æquipollens, Galliaul. *d. cap. 22. num. 9.* declarando, vt per eundem, quem etiam referendo ſequitur idem Carpan. *vbi ſupra, numer. 433. limit. 12.* 48

Decimo tertio limita, niſi aliud appareret de † mente diſponentium, ſeu ſtatuentium, quia & tunc ſtatutum loquens de caſu vero, traheretur ad fictum, Io. de Imol. *in cap. ad audientiam, num. 1. de cleric. non reſid.* quem refert, & ſequitur Euerard. *in ſua centur. in loco ab æquipollentibus, ſub num. 170.* Bartol. *in l. omnes populi, num. 58. ff. de iuſtitia & iure*, Corn. *conſil. 331 num. 9. verſic. item ex alio, vol. 1.* Brun. *de ſtatut. fœmin. exclud. artic. 5. quæſt. 29. num. 22. verſic. & ſic ſtatutum*, Pariſ. *conſil. 16. num. 51. volum. 3.* Alexand. *conſil. 85. num. 8. lib. 4. & conſil. 52 num. 2. lib. 1.* 49

Decimo quarto limita concluſionem in caſu, de quo per Bald. *in l. non ſortem, §. indebitum, verſic. quid in exceptione † ſolutionis facta, id eſt, confeſſionis de ſoluto, ſub num. 5. ff. de condict. indeb.* vbi ſtatutum loquens de ſolutione, verificatur in confeſſione de ſolutione, & de recepto, licet ea vere ſolutio dici non poſſit, ſed ficte de ea apparere, id 50

eſt,

Digitized by Google

eſt, per confeſſionem de recepto, ex qua præſumitur ſolutio ipſa, Bald. ſequitur Cephal. *conſil. 603 num. 49. & 53. vol. 4.*

Decimo quinto limita, quando ab initio tempore conditi ſtatuti caſus modo fi-
51 ctus † erat verus, & tanquam de vero diſ-
poſuit, & illum comprehendere intellexit, & fictio fuit poſtmodum inducta per habentem poteſtatem, quia ſicut fuit mens ſtatuti à principio diſponere, & illum comprehendere, ita fictio poſtmodum ſuperueniens non poterit facere, quod quoad ſtatutum non dicatur in eo comprehenſus, & quod illius diſpoſitio ad eum non porrigatur, ita Galliaul. *in d. tract. de verb. ſignific. lib. 3. cap. 21. num. 20.* de mente Alexan. *in d. l. 1 §. lex Falcidia, colum. penult. & fin. ſub num. 9. ff. ad leg. Falcid.*

Decimo ſexto limita fauore publicæ vtilitatis, vt colligitur ex traditis per Brun. *in*
52 *3. part. ſtatut. ſub verb. fingere † fictio. ſtatutum*
non porrigitur, per notata *in l. Gallus, §. ſed ſi is, ff. de lib. & poſthum.* & late, quæ nos diximus *in concluſ. quod de duobus ſtatutis vltimum eſt attendendum, & quod ſtatuta ſunt proprie intelligenda.*

Decimo ſeptimo limita in caſu præ-
53 ſumpto, nam ſtatutum diſponens † in caſu
vero, habet etiam locum in præſumpto, ita Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 8 num. 28 & lib 3 præſumpt. 6. num 20.* ea motus ratione, quia diuerſum eſt inter præſumptionem, & fictionem, nam fictio denotat improprietatem, *d. l. Cornelia*, vbi Bald. *ff. de teſtam. l. Gallus, § videndum, ff. de lib. & poſthum.* vbi Caſtrenſ. ſcribit, caſum fictum non venire ex proprietate ſermonis, ſed per extenſiuam interpretationem, prout Iaſ. *in l. ſi is, qui pro emptore, nu. 170. ff. de vſucap.* Præſumptio autem proprietatē præſupponit, prout hoc idem late comprobauit Curt. iun. *conſil. 41. num. 16. & ſeq.* allatus à Menoch. *loco citato*, vbi permultas alias recitat differentias inter fictionem, & præſumptionem, & idem Menoch. *conſil. 5. nu. 27. & 34. verſic. non obſtat octauum; lib. 1.* vbi etiam late reſpondet contrariis, & loquitur in coniecturis exorbitantibus.

Et pro materia noſtra ſcito, quod tunc
fictio † in aliquo caſu eſſe dicetur, quando 54
aliquid non erit ſimpliciter tale, vt *in l. hoc legatum, ff. de legat. 3.* & quando aderit dictio, *prout*, per Bart. *in l. ſi is, qui pro emptore, ff. de vſucap.* vel quando vteretur dictione, perinde, *l. iure ciuili, ff. de condit. & demonſtr.* vel dictione, quemadmodum, *l. vel ſi viuo, ff. de ſuis & legit.* vel reperiretur verbum haberi, *l. 1. §. fin. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tab.* vel verbum, *videri*, nam quod videtur non eſt, Dd. *in l. ſi is qui, ff. de vſucap.* Dec. *in l. qui actionem, num. 3. ff. de regul. iur. & in l. qui per ſucceſſionem, num. 3. ff. eod. tit. l. 1. ff. de eo quod certo loco*, vel ſi diceretur, imago alicuius, *l. filio, ff. de liber. & poſthum.* & prout alias per Dd. *in cap. qui per alium, ff. de regul. iur. in 6. cap. pro poſſeſſore, cap. ratihabitionem, cap. tacet, eodem tit.* vel verbum, *intelligitur*, quod etiam denotat fictionem, Dec. *in d. l. qui actionem, num. 4.* & notatur *in l. rem in bonis, ff. de acquir. rer. domin. l. quoniam*, vbi Bald. *ff. de his qui notant. infam.* prout & dictio, quodammodo, *l. ſi me in vacuam, ff. de acquir. poſſeſſ. cum ſimilib.*

CONCLVSIO XI.

Abrogatum ſtatutum an, & quando poſſit allegari, & ex eo argui.

SVMMARIA.

1 *Abrogatum ſtatutum non poteſt allegari, etiamſi in totum non fuiſſet abrogatum, vt* num. 2. *niſi vt* num. 3.

4 *Allegans ſtatutum abrogatum, & illo vtens incidit in pœnam falſi.*

5 Allegari

5 *Allegari non poteſt ſtatutum vſu non receptum.*

6 *Decennii lapſus à tempore conditi ſtatuti ſufficit, vt dicatur vſu non receptum.*

7 *Vſu receptum ſtatutum non poteſt allegari, ſi per contrarium vſum fuit ſublatum.*

8 *Iuramentum officialis de ſeruando ſtatuta, non extenditur ad ea, quæ in deſuetudinem abierunt.*

9 *Deſuetudine ſtatuta ſublata non ligant.*

10 *Deſuetudo contra ſtatutum inducitur ſpatio decem annorum.*

11 *Obſeruantia exiſtente varia circa ſtatuta ſtatur iuri ſcripto ipſius ſtatuti.*

12 *Ratio ſtatuti etiam abrogati poteſt allegari, niſi vt* num. 15.

13 *Correcto ſtatuto non ſemper dicitur correcta eius ratio, licet ſecus econtra.*

14 *Correcta lex dicitur falſo lex.*

16 *Abrogatum ſtatutum poteſt allegari in argumentum, niſi vt* num. 17. 18. & 19.

20 *Abrogati ſtatuti pars non abrogata poteſt allegari.*

21 *Abrogatum ſtatutum poteſt allegari quoad caſum præteritum ante abrogationem.*

22 *Derogatio ſtatuti non trahitur retro ad facta, ſcilicet, in executionem ſtatuti nondum abrogati, niſi vt* num. 23.

24 *Abrogans ſtatutum quoad ordinem, & proceſſum iudicii ſeruatur etiam in caſu ante abrogationem.*

25 *Præterita deciſa ſtatutum non comprehendunt.*

26 *Deciſa quæ dicantur.*

27 *Lex generalis procedit etiam in præcedentibus in iudicium deductis.*

28 *Statutum, quod tranſiuit in contractum non ſubditi, non poteſt abrogari, & abrogatum poteſt allegari.*

29 *Abrogatum ſtatutum poteſt allegari ad corroborationem ſtatuti noui.*

30 *Abrogatum ſtatutum non in ſubſtantia, ſed in exemplis poteſt allegari.*

31 *Abrogata ſtatuta poterunt allegari quoad non ſubditos abrogantis, & exempla ponuntur.*

32 *Abrogatum ſtatutum poteſt allegari ad corroborationem iurium ſuorum.*

33 *Allegari poterit ſtatutum abrogatum, vt de eo notitia habeatur, & ad inſtructionem iudicis, & ad alia, vt ibi.*

34 *Abrogatum ſtatutum poterit allegari, quãdo ſtatutum abrogans non fuit vſu receceptum.*

35 *Abrogatum ſtatutum non præſumitur, niſi probetur, ſed cenſetur ſemper durare.*

36 *Abrogatis ſtatutis cenſentur abrogatæ omnes reformationes eorum.*

37 *Abrogatum ſtatutum dicetur etiam per vnicum actum vniuerſitatis vniuerſaliter, & in conſilio factum ſcienter in contrarium.*

STatutum abrogatum † regulariter alle- 1
gari, nec ex eo argui poteſt; ita probatur ex text not. vbi Bart. & Dd. *in l. fin. ff. de falſ.* Archidiac. *in cap frequens, de reſtit. ſpol. in 6.* & per gloſſ. & Canoniſtas *in cap. nouit, de iudic.* Felyn. *in cap. 1. num. 19. verſic. fallit ſecundo, de conſtit.* vbi etiam gloſſ. & Dd. Bald. *in l. 1. poſt princ. C. de Iuſtin. Cod. confirm.*

Primo amplia, vt idem ſit, ſi † ſtatutum 2
non in totum, ſed in aliqua parte fuiſſet receiſum, vel reſecatum, nam non poterit allegari in ea parte, ita Anton. de Butr. *in d. cap 1. num. 7. de conſtit.* Bald. *in l. 1. in princ. C. de lat. libert. toll.*

Intellige, vt vera ſit ampliatio, † quando 3
ſtatutum fuiſſet reciſum tanquam erroneum, ſecus ſi fuiſſet reciſum tanquam ſuperfluum, vel nimis prolixum, quia tunc pars reciſa poterit nihilominus allegari, ita idem Ant. *vbi ſupra,* & Felyn. *d. cap. 1 num. 19. verſic. idem ſi allegatur pars legis reciſa* Geminian. *in c. ſi Romanorum, 19. diſtinct.* Archid. poſt gloſſ. *in cap fin. de offic. delegat. lib. 6.* Decian.

cian. *in ſuo tractat. crimin. volum. 1. capi-*
tul 39. libro 2. numer. 34. verſic. fallit vnde-
cimo.

4 Secundo amplia, vt potius tali † ſtatuto
abrogato vtens, & illud allegans incidat in
pœnam falſi, ſecundum gloſſ. *in d. l. fin. ff. de*
falſ. vbi etiam Bartol. qui dicit hoc eſſe no-
tandum contra illos, qui allegant & oſten-
dunt iudici ſtatuta, & reformationes cor-
rectas, Bald. *in d. l. 1. poſt princip. num. 7. C. de*
Iuſtinian. Codic. confirmand. vbi dicit, quod
producens ſcienter ſtatutum correctum,
incidit in crimen, & pœnam falſi, ea ratio-
ne, quia ſtatutum abrogatum, & corre-
ctum non eſt amplius ſtatutum: Ideo alle-
gans illud, allegat, quod non eſt, & ſic fal-
ſum, vt etiam per Felyn. *vbi ſupra, num. 19. in*
princip. & Bald. *in l. fin. C. de edict. Diui A-*
drian. tollend. colum. 5. Decian. *d. cap. 39. num.*
34. vbi de communi teſtatur, & idem ſen-
ſit Dec. *in d. cap. 1. num. 37. de conſtitut.* per
textum *in §. hunc igitur, in 1. conſtitutione Co-*
dic. quem notat ibi Alberic. & Paul. de Ca-
ſtro.

Tertio amplia, vt idem ſit in ſtatuto vſu
non recepto, quod cum nullum ſit, & ha-
beatur ac ſi factum non eſſet, allegari pro-
5 hibetur, cum † in eo nullum ſit facien-
dum fundamentum, Cephal. *conſil. 642.*
num. 123. lib 5. Pariſ. *conſil. 53. num. 98. lib. 3. &*
conſil. 104. num. 69. lib. 1. Dec. *conſil. 638. num.*
12. & conſil. 649. num. 8. Menoch. *conſil. 75.*
6 *num. 9. lib. 1.* & ſufficit lapſus † decennii à
tempore conditi ſtatuti ad effectum, vt
poſſit dici vſu non receptum, Alexan. *con-*
ſil. 6. num. 2. volum. 1. & notatur *in cap fin.* vbi
præcipue Dyn. *de conſuetud. lib. 6.* Cephal. *d.*
conſil. 642. num. 129. de mente Plot. *in l. ſi*
quando, §. 6. num. 51. C. vnde vi, Ruyn. *conſil.*
143. num. 24. lib. 5. Decian. *reſponſ. 32. num. 42.*
lib. 2.

Subamplia, vt idem ſit in ſtatuto, quod
7 aliquando fuit vſu receptum, † ſed tamen
poſtea per contrarium vſum fuit abroga-
tum, ita Cephal. *d. conſ. 142. nu. 126.* de men-
te Nat. *in conſil. 19. nu. 8.* vbi ideo dixit, quod
Poteſtas iurans ſeruare ſtatuta, iuramen-
tum † illius non extenditur ad ea, quæ in 8
deſuetudinem abierunt, nam illa non ſunt
amplius ſtatuta, *l. de quibus, ff. de legib. in fin.*
ibi, per deſuetudinem abrogentur, & in d. l. 1. in
princ. C. de caduc. tollen. ibi, per † deſuetudinem 9
abolitam, & in l. derogatur, ff. de verb. ſignific.
vnde nec ligant, *cap. 1. de treug. & pac.* Pariſ.
d. conſil. 104 num. 69. lib. 1. & conſil. 105. num 8.
lib. 4. Gozadin. *conſil. 23. nu 9.* Dec. *in d. con-*
ſil. 638. num. 11. & ſeq. vbi communem dicit
Decian. *reſponſ... nu. 36. lib. 5.* & ſufficit tem-
pus decem annorum ad hoc, vt deſuetudo
tollat † legem, Nat. *d. conſil. 19 nu. 7.* de men- 10
Alexand. *in conſil. 132. viſa facti narratione,*
1. dub. lib. 1.

Limita ſubampliationem, vt procedat,
quando non fuiſſet diuerſimode † obſer- 11
uatum ſtatutum, nam ſi appareret de varia
obſeruantia, modo ſcilicet contraria, &
modo conformi ſtatuto, tunc ſtaretur iu-
ri ſcripto ipſius ſtatuti, nec poſſet dici ab-
rogatum per non vſum, ita Decian. *reſponſ.*
46. nu. 127. lib. 2. de mente Bart. *in l. 2. in princ.*
ff. ſol. matrim. & in l. ſolent, §. non vero, ff. de of-
fic. proconſ per l quæſitum, § ſi quis eodem, ff. de
fund. inſtruct. Cætera de ſtatuto vſu non re-
cepto, vide in aliis concluſionibus, & præ-
cipue in ſexta limitatione ad concl. *quod de*
duobus ſtatutis vltimum eſt attendendum, & in
ſeptima ampliat. *quod ſtatut. non ligat foren-*
ſes.

Primo limita modo concluſionem, vt
non † procedat in ratione ſtatuti, quæ eſt 12
allegabilis, licet ſtatutum ſit correctum ad
cognoſcendam mentem ſtatuentium in
illo, vel ſimili caſu, vt notat gloſſ. *in d. cap.*
nouit, de iudic. in verb. quicunque videlicet, &
eſt ibi in text. exemplum in Pontifice Ma-
ximo, qui allegat legem, iam correctam ad

Digitized by Google

oſtendendum propter illius legis ratio-
nem, quod Imperator, & alius Princeps ſe-
cularis non debet dedignari, vt cauſa eius
audiatur ab Eccleſia, exemplo aliorum
Principum, qui hoc alias non dedignati
ſunt, vt adducit in illo text. & idem notat
gloſſ. *in cap. quicunque, gloſſ. 1. in fin. 9. quaeſt. 1.*
Innocent. *in d. cap. nouit, de iudic.* vbi Abb.
num. 23. ibique apoſtilla ad ipſum *in verb. ra-
tio non tollitur*, Geminian. *in cap. 1. in fin.
princ. de reſtit. ſpoli.* vbi etiam Philip. Franc.
in 6. gloſſ. in cap. qui tenet, 11. quaeſt. 1. Anton. &
Innocent. *in d. cap. 1. de conſtitut.* vbi Felyn.
num. 19 verſic. idem vt tactum fuit, ex quo no-
13 tat, quod correcta lege, vel ſtatuto † non
ſemper dicitur correcta eius ratio, non ſic
econtrario, vt etiam traditur *in d. cap. nouit,
ſuper d. verb videlicet*, & notatur *in l eos, ff. de
capit. diminut.* gloſſ. *in cap. fuerunt*, vbi Ge-
minian. *7. diſt. not.* Dec. *in d. cap. 1. in 1. lect. de
conſtit. num. 11. verſic. tertio concluſio gloſſae*, la-
te per Imol. *in cap. poſt tranſlationem, de re-
nuntiat.* & Salycet. *in authen. ingreſſi, C. de ſa-
croſanct. Eccleſ.* facit text. *in cap. a multis, de
aetat. & qualit* & Bald. *in d. l fin. C. de edict. Di-
ui Adrian. tollen.* vbi dixit, quod lex correcta
14 dicitur † falſa lex, & propterea non debet
allegari niſi reſpectu rationis, idem tenuit
Socin. *in reg. 285. verſic. tertio fallit*, Decian.
vbi ſupra, verſic. fallit primo.

Sublimita, vt non procedat limitatio,
quando fuiſſet improbatum, & ſtatutum,
15 & † ratio, neutrum enim tunc poſſet alle-
gari, ita Anton. de Butr. *in d. cap. 1. num. 7. de
conſtit.* per text. *in cap 1. eodem tit. lib. 6. & d.
l 1. C. de lat. liber tollen.* Felyn. *in eodem cap. 1.
num. 19. d. verſic. idem vt tactum fuit*, & Ge-
min. *in d. cap ſi Romanorum, 19. diſtinct.*

Secundo limita concluſionem, vt pro-
cedat quoad deciſionem cauſarum, ſecus
16 ſi † adduceretur, & allegaretur ſtatutum
abrogatum in argumentum, nam hoc fieri
poſſet ſecundum gloſſ. & Bart. *in d l fin. ff. de
falſ. & in l. 1. in fin. ff. de coniugen. cum emanc-
cipat. liber.* Felyn. *in d. cap. 1. num. 19. verſic. pri-
mus quando*, Geminian. *in cap. frequens, ver-
ſic. illum, in fin. de reſtit. ſpol. in 6. & in cap. au-
ctoritate, de conceſſ. praeb. ad fin. eodem lib. 6.*
gloſſ. ſingularis *in can. cum deuotiſſimam, in
verb. componat, in fin. 12. quaeſt. 2. & in d. cap.
fuerunt, in ver. neceſſaria.*

Primo ſublimita, vt non habeat locum
limitatio, quando ſtatutum † ideo fuiſſet 17
abrogatum, quia erat ſtatuto de nouo
condito contrarium, nam tunc nullo mo-
do poſſet allegari, Felyn. *vbi ſupra, num. 19.
verſic. ſi tamen eſſet lex*, allegans ad hoc Ioan.
Andr. poſt Innocent. *in cap. 1. de purg. Canon.*
per text. *in proœm decret. in fin.* & ſic eſt in-
telligenda gloſſ. *in d. l. 1. in princ.* per illum
text. *in verb. imaginem, C. de lat. liber. tollend.*
dum expreſſe dicit, quod ex legibus corre-
ctis non poteſt ſumi argumentum, prout
& hoc modo intelligit text. *in authent. de
nau. vſu. in princ.* Felyn. *vbi ſupra*, & ſic po-
teſt ſaluari Dec. qui contra praedicta ſenſit
in d. cap. 1. in 1. lectur. num. 38. de conſtitut. &
Decian. *in d. c. 39 n. 34. verſic. fallit ſecundo* vt
ſcilicet non poſſit ſtatutum abrogatum in
argumentum allegari in his, quae repu-
gnant eidem expreſſe, ſecus in argumen-
to aliorum, vt per gloſſ. *in d. cap. fuerunt, &
in d. cap. cum deuotiſſimam*, & nos *infra.*

Secundo ſublimita, vt non procedat,
quando ſtatutum † abrogatum nō eſſet in 18
corpore ſtatutorum, nam tunc neq; etiam
in argumentum poſſet allegari, ita Bart. *in d.
l fin ff. de falſ per d. l. 1. in princ. C. de lat. libert.
tollend.* Felyn. *vbi ſupra, num. 19. verſic. &
idem ſi poſita fuiſſet extra iuris volumen, de*
mente Bald. poſt Odofred. *in authent. dos
data, C. de donat. ante nupt.* & notatur *in cap.
tranſlato, de conſtit.*

Sublimita ſublimitationem, vt † non 19
procedat in eo, qui haberet auctoritatem
legis, & ſtatuti condendi, qui poterit alle-
gare

Digitized by Google

gare ſtatutum abrogatum etiam in volumine ſtatutorum non clauſum, ita Felyn. *in ſupra citato loco* exemplificans *in cap. Raynutius, de teſtamen.* & facit text. *in can. volumus, 11. quaſt. 1. & in can. quicumque*, & per gloſſ. *in d. can. fuerunt, diſtinct. 7. & in d. cap. nouit, de iudic.* Decian. *d. cap. 39. verſic. fallit decimo octauo.*

Tertio limita principaliter concluſio-
20 nem, quando ſtatutum † non eſſet in totum abrogatum, quia in parte non abrogata poſſet allegari, ita Bald. *in d. l. 1. C. de lat. libert. tollen.* Paul. de Caſtro *in d. l. 1. C. de Iuſtin. Cod confirm.* Felyn. *vbi ſupra, num. 19. verſic ſecundus eſt caſus*, vbi etiam Dec. *in 1. lect. num. 37.* Decian. *d. cap. 39. verſic. fallit tertio*, facit text. *in d. l. derogatur ff de verb ſign.* Angel. *in conſ. 72. incip. pro parte*, hoc idem probat text. *in l. ſancimus, in verſic. reliquam vero quantitatem, qua intra legis terminos conſtituta eſt in ſuo robore perdurare, C. de donationib. & in clement. dudum, §. nos enim, ibi, in quantum præmiſſis, vel præmiſſorum alicui contraria, de ſepultur.* & conuenit doctrina Bald. *in l. ſed & milites, in §. quæſitum, ff de excuſat. tutor.* vbi notauit, quod reſcripta Summi Pontificis, quæ dicunt, non obſtante tali priuilegio, intelliguntur infringere priuilegium ſolum in eo caſu, contra quem loquitur, in reliquis autem partibus priuilegium remanet firmum, & facit etiam, quod dicit Decian. *vbi ſupra, cap. 36. num. 5.* vbi docuit, quod ſi reformatio corrigit in aliquo ſtatutum antiquum, in illo tantum expreſſo intelligetur correctum, nec allegari poterit, in aliis autem à reformatione omiſſis, ſtabitur ipſi ſtatuto antiquo, *iuribus ibi per eum*, & vide etiam dicta *ſupra in prima ampliatione, & illius intelligentia.*

21 Quarto limita, vt † non procedat, quoad caſum præteritum ante talis ſtatuti abrogationem, nam in illo decidendo eſſet attendendum ſtatutum vigens tunc temporis, licet poſtea fuerit abrogatum, ita Bald. *in d. l. 1. C de Iuſtin. Cod. confirm. num. 7.* vbi ait, quod ſi quæſtio determinatur per ſtatutum vetus, & nõ per nouum, eo quod agitur de negotio veteri, quod pertinet ad legem antiquam, & non ad nouam, eſt licitum producere tale ſtatutum vetus, cum vigore illius quãtum ad cauſam illam non ſit ſublatum, *vt in authent. cum de appellat. cogn. in princip. collat. 8.* & Bart. *in d. l. fin. ff. de falſ. num. 3.* vbi ait, quod aut quis vult allegare leges correctas ad deciſionem cauſarum, quæ habuerunt cauſam de præterito, ſcilicet tempore, quo leges correctæ vigebant, & poteſt allegare, idem voluit Felyn. *vbi ſupra, d n. 19. verſic. idem ſi eſſet decidendus*, Decian. *d cap. 39. n. 34. verſic. fallit ſeptimo*, &
facit, quia ſtatuti † derogatio non trahitur 22
retro, ſcilicet, vt comprehendat præterita facta in executionem dicti ſtatuti, nondum abrogati, niſi in derogatione, & abrogatione, ſeu reuocatione illius fuiſſet di-
ctum, quod ſtatutum † antiquum abroga- 23
tum haberetur pro nunquam facto, vel niſi ſtatutum nouum diſponeret etiam de præteritis, vtputa, quia diceret, quod corrigit ſtatutum vetus in præteritis, & in futuris, per ea, quæ notat Ioann. Andr. *in cap. vlt. de elect. in 6.* & ſequitur in ſpecie Bald. *in l. ius ciuile, num. 3 ff de iuſtit. & iur. & in d. l. 1. num. 7. C. de Iuſtin. Cod. confirm.* Felyn. *vbi ſupra.* Decian. *d. cap. 39. num. 26. verſ. uem notandum eſt.*

Intellige tamen, quod de præteritis di-
ctum eſt, vt ſtatutum † etiam de præteritis 24
loquens, reſtringatur tamen, quoad ordinem, & proceſſum iudicii illius caſus, vel præteriti, vel pendentis tempore noui ſtatuti abrogantis, ad quæ bene extenditur tale ſtatutum nouum abrogans vetus, ſecus quoad deciſionem eiuſdem caſus, vel præteriti, vel pendentis tempore abroga-

tionis, nam ad illum non porrigitur ſtatutum nouum, etiam ſi expreſſe de præteritis diſponeret, ita Iaſ. *in l. non dubium, nu. 15. C. de legibus*, de mente Bartol. *in l. ſancimus, la 1. ad fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. omnes populi. 2. quæſt. 5 princip. ff. de iuſtitia, & iure*, vbi diſtinguendo dixit, quod aut quæritur
25 de præteritis deciſis, † ſeu finitis, & ad prædicta ſtatutum nouum bene poteſt porrigi confirmando, vt *l. fin. C. de tranſactionib.* ſed infirmando, vel aliter diſponendo ad prædicta non porrigetur, etiam ſi expreſſe caueretur per *l. cauſas, C. de tranſact. & l. penult. in fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in authent. vt ſponſ. larg. §. fin.* aut ſunt negotia præterita pendentia, & tunc aut ſunt in iudicium deducta, & tunc aut pendent per appellationem, & ad ea non porrigitur, etiam ſi expreſſe caueatur, vt *d. authent. vt cum de appellat. cogno. in princip.* aut pendent in iudicio cauſæ principalis, & idem erit *in authent in medio litis, collat. 8. § illud*, ſubiungens, id mirum non eſſe, quia ſtatutum, & reformationes ciuitatum, quas canes curiarum deuoratores omnium communium fieri faciunt, fiunt ad libitum voluntatis, & ideo non debent aliis præiudicium afferre, ibidemque docet deciſa ne-
26 gotia, & † finita in propoſito dici tranſactione, ſolutione, quietatione, ſententia, iuramento, præſcriptione, & aliis modis, de quibus ibi.

Subintellige intelligentiam, vt vera ſit in terminis, de quibus loquitur, videlicet, quoad ſtatuta particularia, & reformationes alicuius ciuitatis, & loci, quæ non trahuntur ad deciſiones litium, aut præteritarum, aut pendentium, etiamſi expreſſe hoc diſponerent, quia non poteſt, vt ſupra dicit Bart. per ſtatuentes iure quæſito, & alicui particulariter præiudicare, ſecus ſi a-
27 geretur de lege generali, † quæ poteſt facere, vt etiam ad præcedentia in iudicium deducta trahantur ab ea diſpoſita, ita Bart. *in d. l. omnes populi, d. quæſt. 2. verſic. quia verum eſt*, & dicit, hoc pacto reſponderi poſſe ad text. *in l. ſancimus, in fin. & in l. fin. in fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. 2. §. penult. in fin. C. de veter. iur. enuclean.* idem ſenſit Iaſ. *in d. l. non dubium, num. 15.* dicens eſſe menti tenendum, idem Bartol. *in d. l. ſancimus la 1.* & nos late *in concluſione, quod ſtatuta reſpiciunt futura*.

Quinto limita, niſi † ſtatutum abrogatum iam tranſiuiſſet in contractum non 28
ſubditi, nam tunc ex quo non poteſt abrogari de iure in præiudicium ipſius non ſubditi, ita etiam abrogatum de facto tenebit, & poterit nihilominus allegari, prout notat Felyn. *in d. cap. 1. num. 19 verſic. idem eſſet, quando lex abrogata*, de mente Innocent. *in d. cap. nouit ſuper verb. Theodoſius, de iudic.* & Ioan. Andr. *ad Specul. in tit. de cenſib. § nunc dicendum* cum aliis concord. de quibus per eundem Felyn. *in cap. 1. in 2. notab. de probationib.* Socin. *d. reg. 285. verſic. quinto fallit*, & faciunt notata per Bart. *in d. l. omnes populi, 4. quæſt. 3. quæſt. princip. num. 24.* & Roman. *conſil. 116. num. 1. & in conſil. 352. num. 16.* vbi Mandoſ. & per nos late adducta *in concluſione, de duobus ſtatutis contrariis, in limitationibus*.

Sexto limita, niſi allegaretur † ad cor- 29
roborationem ſtatuti noui, vt quia conſonaret cum illo, & concordaret, vt ſi noui ſtatuentes annullantes omnia ſtatuta vetera conderent noua in aliquibus veteribus concordantia, nam tunc poterunt ſtatuta vetera etiam abrogata allegari, ita Archidiac. *in cap. fin. de offic. delegat. lib. 6.* Felyn. *vbi ſupra, verſic. idem quando*, & facit prima conſtitutio Codic. & Socin. *in d. reg. 285. verſic. ſeptimo fallit.* Anton. de Butr. *in d. cap. 1. nu. 6. de conſtit.* vbi ait, quod tunc poteſt allegari non quaſi liget, ſed ad noui iuris commendationem, imo aliquod robur dat iuri no-

uo,

uo, Decian. *d. c. 39. verſic. fallit octauo, & verſ. ſequen.*

30 Septmo limita, quando ſtatutum † non eſſet abrogatum, & correctum in ſui ſubſtantia, ſed ſolum in cortice exempli ab eo, & in illo poſiti, ita Felyn. *vbi ſupra, verſic. idem quando lex*, & ante eum Ant. de Butr. *in c. quod dilectio, num. 11. de conſanguinit. & affinit.* vbi notat, quod quis poteſt vti lege abrogata, quando ius non eſt correctum in ſubſtantia, ſed in ſola poſitione exempli, idem confirmat Decian. *loco ſupra citato.*

31 Octauo limita, vt non † procedat, quoad nõ ſubditos illius ciuitatis, vel ſuperioris, qui abrogauit ſtatutum, nam illi poterunt primum ſtatutum abrogatum allegare, & eo vti, cum quoad ipſos non dicatur abrogatum, ex quo abrogatio non fuit facta per habentem ſuperioritatem ſuper illos, & poteſt poni exemplum, vt ſi per commune huius ciuitatis mandaretur, & ſtatueretur, quod nemo eueniẽte caſu poſſet vti tali ſtatuto Sarzanelli, ſed illud in totum haberetur, ac ſi non eſſet, licet Sarzanenſes non poſſent, ita mandante, & prohibente eorum ſtatuto, dicto ſtatuto Sarzanelli vti, nihilominus, ſi eueniret caſus, illud non prohiberetur in perſona hominis, puta Ponzani, vel alterius loci non viuentis ſecundum iura municipalia Sarzanæ, vel etiam poteſt poni exemplum, ſi ſtatutum Sarzanæ abrogaret aliquam legem in corpore iuris, talis abrogatio non poſſet operari in præiudicium forenſis, qui tamẽ eueniente caſu illa poſſet vti, ita colligitur ex dictis per Archid. *in d. can. cum deuotiſſimam, ſuper gloſſ. argumentatur, 12. q. 2.* Ant. de But. *in d. c. 1. num. 6. de conſtitut.* vbi etiam Felyn. *num. 19. verſ. idem quando lex allegatur per non recognoſcentem*, Decia. *vbi ſupra, verſ. fallit decimo quarto.*

32 Nono limita, vt non procedat, † quando ſtatutum abrogatum allegatur non ad finem, vt ex eo tantum quis obtineat, ſed vt corroboret illud, quod quis probat etiam alio iure, & rationibus, & ſine quo etiam vinceret, ita Ant. de But. *loco proxime citato, verſ. fallit tertio*, de mente Archid. *in d. c. fin. de off. leg. lib. 6. in ver. facta.*

Decimo limita, quod licet ſtatutum abrogatum † non poſſit allegari, vt diſponat, 33 poterit tamen allegari, vt de eo notitia habeatur, & ad effectum, vt cognoſcatur affectio, & animus illius, qui ſtatutum abrogatum condidit erga aliqua, ita Anton. de But. vbi etiam Felyn. *in d. c. 1.* vnus, *num. 6.* & alius, *nu. 19. de conſtit. per l. 2. verſ. & ſi quæ*, vbi Iacob. de Beluiſ. *C. de caduc. tollen. c. legimus, 37. diſtinct. & in d. c. volumus, & d. c. quicunque*, vbi not. *11. q. 1.* Archid. *in d. c. fin. de offic. leg. in 6.* vbi generaliter tenet, quod quomodocunque faciet ſtatutum abrogatum ad inſtructionem, poterit allegari, hinc erit permiſſa allegatio, & deductio, vt moneretur iudex de errore, propter quem ſtatutum allegatum fuit correctum, & abrogatum, ne & ipſe in eundem incideret, vt probatur *in d. c. legimus. 37. diſtinct.* Felyn. *in d. c. 1. num. 19. verſ. idem ſi allegatur*, vt oſtenderetur de eius errore, Decian. *d. c. 39. verſic. fallit duodecimo*, ſicut etiam permittetur allegatio, quando ex ſtatuto abrogato inferre vellemus ad cognoſcendam mentem illorum, qui illud abrogauerunt, vt in gloſſ. *in d. c. nouit, & in c. volumus*, Decian. *vbi ſupra verſ. fallit decimo tertio*, vel vt ſciamus illud euitare, Felyn. *vbi ſupra, verſic. idem ſi allegatur, non vt obſeruetur*, Gemin. *in d. c. legimus*, vel etiam ſi allegatur, ne quid antiquitatis ignoretur, Archid. *in d. c. fin.* & not. *in §. 1. Inſtit. de teſtam.*

XI. Limita, vt non ſit vera concluſio, quando ſtatutum † abrogans non fuiſſet 34 vſu receptum, ſed non obſtante derogatione ſtatutum primum licet abrogatum obſeruaretur, quia nedum tale caſu poſſet

allegari, ſed ſtante conſuetudine, quoad illud, & non vſu, quoad iſtud abrogans, eſſet abrogatum abroganti præferendum, vt *in capit. cum omnes, de conſtit.* ibi, *ſecundum priorem conſuetudinem*, Felyn. *vbi ſupra, verſ. alius caſus eſt*, & ſuadetur, quia ſi ſtatutum vſu non recipitur, nihil operatur, quia habet ſemper hanc tacitam cõditionem ſtatutum, ſi moribus vtentium recipiatur, Dominic. *in c. leges, 4. diſtinct.* Dec. *in conſil. 262. num. 7.* & aliâs pro nullo habetur, Pariſ. *conſ. 53. nu. 98. lib. 3.* & per obſeruantiam primi, non obſtante illius abrogatione, videtur receſſum à ſecundo abrogante, Ioan. Andr. *in c. ad audientiam, de cler. non reſid.* de quo etiam per nos late *in concluſio. de duobus ſtatutis contrariis, in limitationibus.*

Eſt circa prædicta animaduertendum,
35 quod † deducto ſtatuto ſemel in eſſe, non præſumitur abrogatum, niſi probetur, ſed cenſetur ſemper durare, & vigere, prout eſt regulariter de natura legis, de quo *in leg. Ariani, in fin. C. de hæret. ca. erit autem lex, diſtinct. 4.* Menoch. *de præſumpt. libr. 2. præſum. 2. in fin. & præſumpt. 16. num. 15. eod. libr.* Socin. *in leg. ſi mihi & tibi, §. in legatis, colum. 2. ff. de legat. 1.* Bar. *in l. certa forma, nu. 11. C. de iur. fiſc. lib. 10.*

Erit etiam notandum, quod abrogatis
36 ſtatutis, † intelliguntur etiam abrogatæ omnes reformationes factę circa dicta ſtatuta, Decian. *dict. c. 39. numer. 27.* per doctr. Bal. *in d. l. 1. in princip. C. de lati. liber. toll.* Abb. vbi etiam additio, *in litera F. in d. c. 1. de conſtitut.*

Tertio erit notandum, quod ſtatutum
37 dicetur † abrogatũ nedum per aliud ſtatutum abrogans expreſſe, ſed etiam per vnicum actum vniuerſitatis vniuerſaliter, & in conſilio factum in contrarium, dummodo fuerit factum ſcienter, Decia. *d. c. 39. nu. 24.* de mente Abb. *in c. pro illorum, in vltim. not. de præben. & in cap. cum acceſſiſſent, de conſtit.* vbi etiam Felyn. & Dec. *in vltim. not.* Pariſ. *conſ. 92. n. 94. vol. 4.*

CONCLVSIO XII.

Statuta debent ita interpretari, vt minus derogent iuri communi, & quando hoc procedat.

SVMMARIA.

1 *Interpretari debent ſtatuta, vt minus corrigant, & vt concordent cum iure communi.*
2 *Corrigere ius commune quando poteſt ſtatutum in vno, vel duobus, debet interpretari, vt in vno tantum corrigat.*
3 *Interpretatio illa eſt ſumenda in ſtatutis ſtricta, vel larga, qua magis euitatur correctio iuris communis.*
4 *Statuentes in dubio non præſumuntur velle corrigere diſpoſita à iure communi.*
5 *Interpretatio cõformis cum iure communi tunc præcipue ſumẽda in ſtatuto, quãdo aliàs quis indebite damnum pateretur.*
6 *Concors tunc eſt ſumenda præcipue interpretatio cum iure communi in ſtatuto, ſi diſponeret in materia iuris.*
7 *Impropriãda ſunt potius verba, quam admittenda repugnantia diſpoſitis à iure in ſtatuto.*
8 *Subditorum ſtatuta debent ita interpretari, vt non diſcordent, ſi fieri poteſt, à ſtatutis ſuperiorum.*
9 *Membra à capite diſſidere non decet.*
10 *Ciuitatis dominantis ſtatuta debent obſeruari à ſubditis in defectum propriorũ ſtatutorum.*
11 *Concordari debent ſtatuta ad inuicem, quã fieri poteſt.*
12 *In exorbitantibus ſtatutum debet concordari cum iure cõmuni quam fieri poteſt.*
13 *Concordia de ſtatuto ad ius commune non*

cura-

Digitized by Google

curatur, cum quis indebite damnum pateretur.

14 *Iuris communis concordia cum ſtatutis non attenditur, quando apparet aperte de contraria mente ſtatuentium.*

15 *Cōcordanda ſunt ſtatuta cum iure communi regulari, & ordinario, non autem extraordinario.*

16 *Statutum de agnatis non erit conformandum cum iure communi, quoad ſpurium legitimatum.*

17 *Conformari non debet ſtatutum cum iure communi, quando nihil omnino operaretur.*

18 *Praiudicatur potius tertio in aliquo modico, quam quod reddatur ſtatutum ſuperfluum.*

19 *Concurrente ſtatuto cum diſpoſitis à iure communi quid operetur, &* num.21.

20 *Probibitio & prouiſio hominis concurrens cū prohibitione, & prouiſione legis multa operatur.*

22 *Produci non oportet ſtatuta etiam in foro alieno, quæ cōtinent idem, quod ius commune.*

23 *Superfluum debet potius reddi ſtatutum, quam quod iniquitatem, iniuſtitiam, abſurditatem, aut damnum indebitum alterius contineat.*

1 STatuta debent ita † interpretari, vt mi-
nus corrigant ius commune, & vt redu-
cantur ad concordiam cum iure commu-
* ni, in quantum fieri poteſt, ita communi-
ter Doctor. *in l. final. § in computatione, C. de
iur. deliberan. & in leg. omnes populi, ff. de iu-
ſtit. & iur. &* [illegible] 2. vbi etiam gloſſ. *C. de
nexul. action.* & Canoniſtæ, & præcipue
Anton. de Butr. *in capit. cum dilectus, de con-
ſuetud.* ideo Rolan. a Vall. *conſil. 97. numer.
21. libr. 2. & in conſil. 74. numer. 19. libr. 3.* di-
2 xit, quod quando ſtatutum contra † ius
commune poteſt operari vnum, vel duo,
ea ſumenda erit interpretatio, per quam
vnum tantum, non autem illa, per quam
duo contra ius ſtatutum operetur, vt ſic
minus quam fieri poſſit, derogetur diſpo-
ſitioni illius, quod etiam voluit Bertazzol.
conſil. ciuil. 57. numer. 23. Pariſ. *conſil. 110. nu-
mer. 6. libr. 3.* Roman. *conſil. 399. numer. 2.*
hic etiam dixerunt Domini de Rota, *de-
ciſ. 708. numer. 3. part. 1.* quod ſtatutum cor-
rigens ius commune in vno non debet in-
terpretari; vt corrigat etiam in alio; & i-
dem firmarunt *in deciſion. 161. numer. 13.
part. 2.* & facit, quod ſtatuta & ſtricte,
& large interpretabuntur, † prout ma- 3
gis euitabitur correctio iuris communis,
ita Roland. à Vall. *conſil. 72. numer. 36. lib.
3. & conſil. 21. numer. 21. libr. 1.* Riminald.
conſil. 43. numer. 13. libr. 1. Roman. *dict. con-
ſil. 399. numer. 1.* Buringel. *in leg. 1. numer. 12.
ff. de verbor. obligation.* Pariſ. *dict. conſil. 110. nu-
mer. 38.* Socin. iun. *conſil. 3. in princip. libr. 1.
& conſil. 11. numer. 12. eod. libr. 1.* Bero. *con-
ſil. 113. numer. 6. volumin. 3.* & concluſionem
ſequuntur Alexand. *conſil. 85. numer. 12. libr.
4. & conſil. 19. numer. 4. libr. 1.* Rolan. à Vall.
conſil. 68. numer. 17. lib. 3. Grat. *conſ. 43. colum.
1. volum. 1.* Gozad. *conſ. 19. nu. 5.* Dec. *conſ. 444.
num. 15. conſ. 95. n. 1. vol. 1.* Rimin. *conſ. 319. n. 18.
lib. 2.* Decian. *reſp. 54. numer. 30. libr. 1.* & ratio
concluſionis etiam poteſt eſſe, quia † ſtatu- 4
entes in dubio nō præſumuntur velle cor-
rigere, quod eſt diſpoſitum à iure commu-
ni, ita Cephal. *conſil. 138. numer. 50. libr. 1. &
conſil. 137. numer. 24. eodem libr. 1.* & ante e-
um Corn. *conſil. 119. num. 5. libr. 1.* idem Ce-
phal. *conſ. 343. num. 3. libr 3. & conſ. 274. num.
30. lib. 2.* Ruin. *conſil. 38. num. 6. volum. 3.* Dec.
conſ. 37. n. 7.

Primo amplia, vt maxime procedat cō-
cluſio, † quando aliter interpretando 5
quis indebite damnum pateretur, & alteri
præiudicaretur, ita omnes *in d. l. fin. § in cō-
putatione*, Rol. à Val. *dict. conſil. 97. numer. 23.
lib. 2.*

Digitized by Google

lib.2. Bar. *in d.l. omnes populi, in 5. quæſt. princip.* Alexan. *conſ.2.n.3.vol.4.& conſ.5.column. 1. lib.6.* Canoniſtæ,& præcipue Ant. de But. *in d.c. cum dilectus, & in c. cum ad audientiam,* vbi præcipue Imol.& idem Ant. de Butr. *de cler. non reſid.*

Secundo amplia, vt tunc præcipue ha-
6 beat locum concluſio, † ſi ſtatutum eſſet
ſuper eo, ſuper quo etiam eſſet diſpoſitum à iure communi, nam ſtatutum loquens in materia iuris recipit omnes limitationes, ampliationes, & declarationes, quas recipit ius cōmune in illa materia, ita Anton. de But. *conſ.1. colum.3. verſ. ad tertium dotis,& conſ.80. col.2. verſic. item ſtatuta,* Sanct. Seuer. *in repet. d.l. omnes populi, num.204.* vbi dixit, quod tali caſu ſtatutum videtur vti iure communi cum ſua cauſa, ſuiſque intellectibus, quia eſt ius commune ratione originis, & obſeruantiæ, licet translatum in figuram ſtatuti, ad idem Burſa. *conſ. 44. num.37. libr.1.* Bal. *ſuper ſtatut. in ver. interpretatio,* Felyn. *in c. inſinuatum, num.2. de Simon.* vbi etiam Abb. & idem Abb. *in d.c. cum dilectus, num. 5. de cler. non reſid. & in d. capit. ad audientiam, num.20. eod. tit.* Roman. *conſ.105. num.2.*

Tertio amplia, vt potius ſint impropri-
7 anda verba, † quam adhærere interpreta-
tioni, quæ repugnet diſpoſitis à iure communi,& illa corrigat, ita Roma. *d. conſ.399. numer.1.* Socin. *d. conſ.11. num.12. libr.1.* Alex. *d. conſ.85. num.12. & d. conſ. 19. num. 4.* Rol. à Val. *d. conſ.97. nu 21.& d. conſ.21. num.21. lib.1.* Ceph. *conſ.210. num.18. libr. 2.* Corn. *conſ.14. num.2. lib.4.* Dom. de Rot. *deciſ.708. nu.3. par. 1.* Crauet. *conſ.197. num.6.* not. *in d.c. cum dilectus, de conſuet.*

Quarto amplia, vt idem ſit, ſi ageretur
8 de interpretandis † ſtatutis ſubditorum,
reſpectu ſtatutorum Dominorum, ſiue ciuitatis dominantis, nam ſtatuta ſubditorum debent ita interpretari, vt quam minus fieri poſſit, derogent ſtatutis ciuitatis ſuperioris, & vt quam magis ſit poſſibile, illis conformentur, ita Borgnin. *deciſ.35. num.29. part.1.* de mente Bald. *in l.1. ſub num. 8. C. qui bon. ced.* & facit, † quia non decet 9
membra à capite diſſidere, *c. cum non deceat, de præſcript.* vnde ſuccedit, quod quando ſtatuta inferiorum ſunt dubia, recipiunt interpretationem à ſtatutis ſuperiorum,
cum † quibus ſubditi ſe conformaſſe præ- 10
ſumuntur, cum illa ſtatuta in defectū propriorum ſtatutorum propria ſtatuta illis eſſe debeant, & tanquam lex propria ab eis ſeruari, ita Decian. *reſp. 32. numer.28. libr.2.* & not. *in §. fin. Inſtit. de ſatiſdat.* Roma. *conſ. 218.* vbi late additio, & nos *in concluſione, ſtatuta recipiunt interpretationem a iur. communi.*

Subamplia, vt idem ſit de ſtatutis ad alia
ſtatuta eiuſdem loci, † quæ debent ad cō- 11
cordiam reduci in quantum fieri poteſt, etiam per ſubauditionem, ita Alexan. *conſ. 123. num.10. & plur. ſequent. libr.4. & conſ.155. numer.8. eodem libr. 4.* quibus in locis dixit, quod ſicut ſe agit ius commune ad ius cōmune, ita ſe agit ſtatutum ad ſtatutum, & ſicut ius cōmune interpretatur, & intelligitur, ne corrigat, ſed concordet cum iure communi, ita erit idem de ſtatuto, quod approbauit etiam Abb. *in c. gratum, de offic. deleg.* Socin. iun. *d. conſ.11. num.10. lib.1.* & Anchar. *conſil. 6. num.5.* dixit, quod ſtatuta ſtatutis, & leges legibus ad concordiam reduci debent, idem tenuit Decian. *reſp. 32. numer.35. volum.2.* vbi etiam plus dixit, quod magis attenditur concordia de vno ſtatuto ad aliud, quam de ſtatuto ad ius commune, quod ante eum tenuit etiam Rom. *d. conſ.399. numer.7.* & nos de hoc etiam late *in concluſ. ſupra ſcripta.*

Quinto amplia, vt tunc indubitanter habeat locum concluſio, quando eſſemus
in † ſtatuto exorbitante à iure communi, 12
quo

Digitized by Google

quo caſu ea eſt facienda interpretatio, vt quominus fieri poſſit, lędatur ius commune, & ab eo recedamus, ita Bologn. *in addit. ad Ioann. de Ana. conſil. 59. num. 9.* per not. *in d. l. ſi vero, §. de viro ff. ſolut. matrim. & in d. l. 2. C. de noxal. & in capit. ſtatutum, & capit. conſtitutio, de electio. in 6.* hoc idem voluit Rolan. à Val. *dict. conſil. 97. numer. 24. libr. 2.* & Dec. *conſil. 438. num. 2. & duobus ſeqq.* Bertazz. *conſ. 53. n. 23.*

Primo limita concluſionem, vt non procedat, quando interpretando ſtatutum
13 ad † concordiam cum iure communi indebite alicui damnum inferretur, nam ſicut ſupra dictum eſt, quod tunc maxime eſt accommodanda interpretatio ſtatuti cum iure communi, quando qui aliâs indebite damnum pateretur, ita modo econtra dicimus, fugiendam eſſe interpretationem
* conformem cum diſpoſitione iuris communis, quando ex ea alicui indebite præiudicaretur, ita omnes Doct. citati *in prima ampliat.* & Caccialup. *in repetit. dict. l. omnes populi, numer. 203.* vbi de communi teſtatur, adducens etiam ad hoc tex. *in l. ſi quando, ff. de leg. 1. & in capit. ſi Papa, de priuileg. in 6.*

Secundo limita, vt non habeat locum
14 concluſio, † quando aperte appareret ſtatuentes voluiſſe, aut recedere à iure communi, aut etiam contraria diſponere, tali enim caſu verba, & mens ſtatuti potius, quam aut diuerſa, aut contraria diſpoſitio iuris communis conſideranda, & ſaluanda erit, Ruin. *conſil. 32. numer. 12. libr. 3.* Decian. *reſponſ. 32. numer. 9. libr. 2.* Rolan. à Vall. *conſil. 55. numer. 6. libr. 1.* Sanct. Seuer. *in repetit. dict. l. omnes populi, numer. 203. ff. de iuſtit. & iur.* Cephal. *conſil. 561. num. 8. libr. 4.* Dec. *conſil. 5. numer. 2.* Menoch. *conſil. 187. numer. 46. volumin. 2.* Calcan. *conſil. 11. numer. 37.* & nos *in ſupra ſcripta concluſ. quod ſtatuta interpretantur à iure communi.*

Tertio limita, vt verificetur concluſio, quoad ius commune regulare, † & ordina- 15
rium, ſecus autem quoad ius commune irregulare, & extraordinarium, ſiue ex ſpeciali, aut particulari aliqua cauſa inductū, ad quod ſtatutum minime accommodari oportet, Socin. *conſil. 89. numer. 18. libr. 4.* de mente Paul. de Caſtr. *in l. lege 12. tabularum, C. de legit. hered.* Ruin. *conſil. 94. numer. 5. libr. 3.* vbi ideo conſuluit, quod ſtatutum loquens de agnatis, non † erit conforman- 16
dum cum iure communi, quoad ſpurium legitimatum, quia ipſe habet iura agnationis iure ſpeciali, & extraordinario, non autem de iure communi ordinario, idem voluit Sanct. Seuer. *in dict. leg. omnes populi, numer. 203. verſic. item limita,* vbi etiam Iaſ. *numer. 53.* Ruin. *conſil. 37. numer. 13. volum. 3.* & faciunt not. *in d. l. fin. §. in computatione, vbi Caſtren.*

Quarto limita concluſionem, quando conformando † ſtatutum cum iure com- 17
muni ſtatutum nihil omnino operaretur, & remaneret penitus ſuperfluum, per not. *in dict. l. 2. C. de noxal. & in dict. capit. ſi Papa, de priuileg. libr. 6. & in capit. ſi Romanorum, 19. diſtinction.* Decian. *reſponſ. 32. numer. 8. lib. 2. & reſponſ. 31. numer. 24. libr. 3.* Socin. *conſil. 280. column. 2. libr. 2.* Neuizan. *conſil. 95. numer. 14.* Doctor. *in capit. paſtoralis, in princip. de appellat.* & dixi omnino, & penitus, quia ſi ſtatutum etiam minimum operari poſſet, non eſſet recedendum ab interpretatione, ſecundum ius commune, ita Burſa. *conſil. 44. numer. 33. libr. 1.* Bello. *conſil. 53. numer 8.* vbi hanc communem & veram opi- *
nionem teſtatur Cephal. *conſil. 210. n. 15. lib. 2.* Pariſ. *conſ. 110. num. 7. lib. 3.* Doct. communi- *
ter *in dict. l. 1. §. in computatione, C. de iur. delib.* Rol. à Val. *conſ. 89. n. 22. lib. 4.*

Amplia limitationem, vt procedat, etiamſi ex aliquo modico præiudicaretur tertio, † quia erit tolerandum potius, quam 18
Aaa redda-

reddatur ſuperfluum ſtatutum, ſi credimus Crauet. *conſ. 259. n. 2.*

19 Nota modo ad propoſitum, † quod concordante, & concurrente ſtatuto cum diſpoſitione iuris communis, hoc ſtatutum efficacius operabitur, ita quod militabit, & procedet etiam in caſibus exceptuatis ab illo iure communi in illa materia, in qua ſtatutum, & ius commune concurrũt & idem diſponũt, & hoc ne ſtatutum reddatur ſuperfluum, ſed aliquid operetur, Decian. *reſpon. 49. num. 17. libr. 1. & reſponſ. 61. numer. 7. libr. 2.* faciunt dicta per Alexan. *conſil. 93. numer. 8. libr. 7.* vbi voluit, quod

20 quando † cum prohibitione legis concurrit etiam prohibitio hominis, operabitur plus quam ſola prohibitio legis, per dictum Bald. *in capit. 1. §. praeterea, de capit. Conrad. in verſicul. quaero, ſi eſt appoſitum pactum*, vbi dixit, quod ſi per pactum fuiſſet actum, quod feudum non poſſit alienari, quia hoc idem diſponitur à iure communi, vt pactum aliquid operetur vltra ius commune, non poterit tali caſu feudum vaſallo infeudari, licet alias de iure communi poſſet. Accedunt allegata per Guid. Pap. *conſil. 102. numer. 1.* vbi expreſſe conſuluit, quod prouiſio hominis concurrens cum prouiſione legis, facit, vt comprehẽdat etiam caſus, qui poſſent dici in illo propoſito exceptuati, ſicut videmus, quod licet non prohibeantur alienari pro dote, & pro donatione propter nuptias res ſubiacentes reſtitutioni, iuxta tex. *in authent. res qua, C. communia, de leg.* ſi tamen ſuperueniat etiam diſpoſitio hominis prohibens alienari, illi caſus permiſſi alias à iure comprehendentur ſub tali prohibitione, adeo quod non poterit etiam in illis alienatio fieri, prout idem Guid. ibidẽ teſtatur, hoc etiam ſenſiſſe Bal. *de feud. tit. qualiter feud. olim alien. poter. in §. donare, circa princip.* ibi, *oppono de authen.* concordat etiam Dec. *conſil. 349. numer. 3.* dum reſpondet, quod licet diſpoſitio legis in aliquibus caſibus remiſſa fuiſſet, ſi tamen accedat & diſpoſitio hominis ad idem, illa prohibitio praeciſa redditur, ita quod in caſibus etiam aliâs permiſſis non habebit locum, prout idem voluit Imol. *in l. filiusfamilias, §. diui, verſic. extra gloſſ. ff. de legat. 1.* vbi etiam Iaſ. *numer. 34.* ad idem Aretin. *conſil. 22. numer. 1. & ſequent.* & concordant, quae voluit idem Aretin. *conſil. 106. num. 7.* vbi conſuluit, quod ſi ſtatutum prohibeat appellationẽ à mera interlocutoria, poſtquam & à iure communi appellatio regulariter ab interlocutoria prohibetur, vt aliquid ſtatutum operetur, & ne reddatur ſuperfluum, extendetur etiam ad appellationem interlocutoriarum, quae exceptuantur à iure communi, per not. à Bar. *in l. 1. §. nunciatio, ff. de nou. oper. nunciat.* & per Bal. *in l. 2. C. de appellat.* vbi dicunt, quod ſi ſuperior ſtatuit, quod in cauſa poſſeſſionis non poſſit appellari, quia idem eſt regulariter diſpoſitum etiam à iure communi, operabitur, vt ſtatutum extendatur, & comprehendat caſus illos, in quibus de iure communi poterat appellari, & faciunt pro praedictis etiam adducta à Decian. *reſp. 61. numer. 7. volumin. 2.* videlicet, quod ſtatutum concurrens cum diſpoſitis à iure communi, & idem ſtatuens nullam admittet interpretationem, extenſionem, aut reſtrictionem de illis, quae alias de iure admitterentur, & ita omnes ſentire teſtatur *in ca. 1. de reſcript.* & Io. Andr. *in cap. 1. de fil. presbyt. verſic. ſtatuto*, Dec. *in l. vltim. numer. 17. ff. de iuriſdict. omn. iud.*

De hoc tamen, vt vere fatear, ego ſummopere dubito, † quia ſi eſt ſumenda ſemper illa interpretatio in ſtatutis, quę, quantum fieri poſſit, ſit conformis iuri cõmuni, & vt quam minus poſſibile ſit, deuiet ab eo, etiam verba impropriando, vt ſupra vidimus 21

dimus

dimus in concluſione, non ita facile inclinarem, vt ſtatutum ſe extenderet ad illos caſus, quos ius commune de eadem materia diſponens, exceptuatos eſſe voluit, nec quod prohibuit ius commune, ſtatutum, quod cum eo conformari deberet, illi potius cōtrariando, & illud corrigendo, permiſiſſe videretur contra communes ſupra citatas Doctorum ſententias, de quibus *in principio concluſion.* & licet ſtatuta debeant ita interpretari, vt potius aliquid operentur, quam quod ſint conformia cum iure communi, iuxta not. *in d.l.2.C.de noxal. & in dict.l.1.§.in computatione, C.de iur. deliberan.* & alia, de quibus *ſupra*, & *alibi* per nos, tamen dummodo aliquid etiam minimum, vt ſupra diximus, operetur, ſufficiet, vt euitetur illius diſcrepantia ab ipſo iure communi, ſed minimum ſaltem operari dicetur, etiamſi concordet cum iure communi, & idem ſolum diſponat, quia idem diſponens, quod ius commune tribuet facultatem agendi etiam ex illo ſtatuto ad idem, ad quod ſolum prius ex ſola diſpoſitione iuris communis agere poterat, & ſic multiplicabit modum agendi inducens nouam formam actionis, prout not. Bartol. *in l.1. in princip. numer. 3. ff. ad legem Falcidiam*, vbi etiam Alexan. & Burſat. *dict. conſil. 44. numer. 37. libr. 1.* in alio etiam operabitur, videlicet, quod quando idem eſt diſpoſitum à ſtatuto, quod à iure communi, ſicut ſtatuta, quæ allegantur, debent in
2 foro alieno produci, † vt per Bartol. *in rub. de nou. oper. nunciatio.* Felyn. & Abb. *in capit. paſtoralis, in princip. de fid. inſtrumen.* ſi tamen continent idem, quod ius commune, ſubleuabitur illa allegans à tali onere, illa producendi, ita pro notabili, & pro indubitato deducit Felyn. *loco proxime citato, numer. 2.*

Vlterius ſtatutum idem diſponēs, quod ius commune, demonſtrat, quod illud diſpoſitum voluit præcipue, & omnino obſeruari debere in ſuo loco, poſtquam quod commune erat antea, omnibus factum eſt præcipuum ius, & peculiare illius loci ex dicti ſtatuti diſpoſitione, vnde ſubditi ad illius obſeruantiam efficacius obligantur, ita vt ſi impoſita eſſet pœna, aut nullitas actus contra non obſeruantes ſtatuta, vt plurimum fieri ſolet, illam pœnam, & actus nullitatem incurrent ſubditi non obſeruantes ſtatutum, etiamſi idem, quod ius commune, contineret, prout in periurium incideret, qui iurauit obſeruare ſtatuta, ſi non obſeruauerit aliqua, idem tamen quod & ius commune diſponentia, prout hoc nos docuit Alexan. *in d.l.1.num. 22. ff. ad legem Falcidiam*, & ſic ſtatutum etiam in hoc aliquid operari dicetur, de hoc etiam dixi in quarta limitatione ad cōcluſionem, *quod ſtatuta recipiunt interpretationem à iure communi*, vbi vide.

Si tamen ſupra in contrarium allegata ſequi malueris, illa indubitanter intellige, dummodo non ſequatur † aliqua abſurdi- 23
tas, iniquitas, & iniuſtitia, ac damnum indebitum alterius, nam potius millies ſunt relinquenda ſtatuta ſuperflua, & vana, quam quod illicita prædicta, & iniqua operentur, iuxta ea, quæ ſupra, & in aliis cōcluſionibus paſſim diximus, & præcipue dum tractauimus, *quod ſtatuta non debent extendi ad illicita.*

CONCLVSIO XIII.

Præterita an, & quando, & quæ cōprehendere ſtatuta dicantur.

SVMMARIA.

1 *Futura, non autem præterita ſtatutum reſpicere dicitur.*

2 *Delictum faciens ſtatutum aliquē actum,*

Digitized by Google

qui prius nō erat, non comprehendit præterita.

3 *Ratio ſtatuti licet vigeret etiam ãte conditum ſtatutum, non tamen illud trahit ad præterita.*

4 *Cephal.* conſil. 644. n. 39. lib. 5. *reprobatur.*

5 *Coniectura aliquando ſeruit loco expreſſæ voluntatis, & pro veritate in diſpoſitione hominum, ſecus in ſtatutis.*

6 *Verba ſubiunctiui modi, quæ poſſunt importare præteritum, & futurum in ſtatutis, importabunt ſolum futurum, ſicut de omni alio verbo apto importare dicta duo tempora, vt* num. 7.

8 *Declaratorium antiqui ſtatutum ſi vteretur verbo promulgatorio noui iuris, trahitur ſolum ad futura.*

9 *Declaratoria conſtitutio addens aliquid iudicatur vt ius nouum in eo, quod addit.*

10 *Præteriti temporis verbis vtens ſtatutum, ſi tamen verba, & ratio poſſent adaptari futuris, de futuris dicetur.*

11 *Futura dicetur reſpicere ſtatutum, etiamſi præteritorum effectus veniret poſt ſtatutum.*

12 *Lucrum dotis non conſideratur ſecundum ſtatutum ſuperueniens, in matrimonio ante ſtatutum contracto, licet mors ſequatur poſt ſtatutum.*

13 *Futura, & non præterita reſpicere dicetur ſtatutum, præcipue ſi ſequeretur aliqua iniquitas.*

14 *Præſentis temporis verbis vtens ſtatutum, nihilominus intelligetur de futuris.*

15 *Futura, & non præterita præſumitur ſtatutum reſpicere in dubio, ſecus ſi de eius mente appareret.*

16 *Præterita etiam expreſſe comprehendens ſtatutum, non intelligitur de præteritis deciſis.*

17 *Præterita deciſa retractare eſſet æquitatem de medio tollere, & calumniam excitare.*

18 *Deciſa nō comprehenduntur à ſtatuto, quomodocunq; ſint deciſa, dummodo legitime, vt puta ſententia, tranſactione, iuramento, ſolutione, quietatione, præſcriptione, & ſimilibus.*

19 *Præteritorum appellatione in ſtatuto nō veniunt ea, ſuper quibus licet non ſit lata ſententia, eſt tamen concluſum in cauſa, quod declara, vt* num. 21.

20 *Caſus, in quibus etiam poſt concluſum in cauſa poſsit fieri probatio, remiſſiue.*

22 *Concluſio in cauſa, in qua eſt præcluſa via iudicij partibus, negotium dicitur finitum.*

23 *Concluſio in cauſa quæ dicatur, &* numer. 24.

25 *Concluſio in cauſa plures effectus operatur, remiſſiue.*

26 *Deciſa comprehenderentur à ſtatuto, quod mandaret omnia geſta prius haberi pro infectis, & vt* nu. 28. *& declara vt* numer. 29.

27 *Ius quæſitum nunquam cenſetur tolli per ſtatutum.*

30 *Præteritorum etiam mētionem faciens ſtatutum non comprehendit pendentia per viam appellationis.*

31 *Iudex appellationis ſuccedit loco primi, & tenetur iudicare ſecundum ius, quod vigebat in prima inſtantia.*

32 *In ordinatoriis iudicij ſtatutū nouum trahitur ad caſum pendentem, per viam appellationis reſpectu actuum futurorum.*

33 *De præteritis loquens ſtatutum quando non comprehendat pendentia in prima inſtātia, &* num. 35. 36. & 38.

34 *Suſpicio omnis ceſſat in Imperatore.*

37 *Clauſula* motu proprio, *quid operetur in reſcriptis, & conſtitutionibus.*

39 *De præteritis etiam ſtatutum diſponens non comprehendit ea, quæ ſunt diuturnitate*

Digitized by Google

tate temporis comprobata, de quo dic, vt num.40.

41 *Declaratorium ſtatuti, vel iuris antiqui nihil aliud addens ſtatutum porrigitur ad præterita, quod amplia,* vt num. 42. *& limita, vt* num.43.44.45.& 46.

47 *Annullans actum ex cauſa de præterito ſtatutum porrigitur ad præterita, quod dic, vt* num.48.

49 *In præteritu, & in pendentibus quoad ordinatoria iudicii ſtatutum ſuperueniẽs obſeruatur, etiamſi proceſſus eſſet inchoatus, nam in his, quæ reſtant, ſeruabitur nouum ſtatutum, vt* num.50.

51 *Factum partim de præterito, & partim de futuro, vel etiam factum de præterito, ſi expectat perfectionem ſuam à facto futuro, comprehenditur à ſtatuto nouo, & exempla, quod declara, vt* num. 52. & 54.

53 *Lex noua imponens aſperiorem vitam religioſis, non obligat receptos ante legem.*

55 *Præterita ſubiacent ſtatuto nouo in his, quæ ſtatutum dat, vel tollit, & quæ ortum habuerunt poſt ſtatutum, & exempla.*

56 *Indulgens, & malefacta remittens, ſtatutum non interpretatur de futuro.*

57 *Illegitimi non poſſunt habilitari per ſtatutum ad ſucceſſionem, ne aperiatur via adulteriis, & copulæ illicitæ.*

58 *Epiſcopi ſtatutum non valet habilitans omnes filios illegitimos ad minores, & ad ſimplicia beneficia.*

59 *Pœna ſtatuti noui congruentior pœna antiqua attenditur etiam in his, qui deliquerant ante ſtatutum, & ſunt modo puniendi, niſi vt* num.60.& 61.

62 *In pœnis, & puniendo quanam tempora attendantur.*

63 *Confirmatorium ſtatutum trahitur ad præterita, quod declara, vt* num. 64. 65. & 66.

67 *Solemnitatem dans ſtatutum ad actũ porrigitur ad illum, qui licet ſit inchoatus, non eſt tamen adhuc perfectus, quod dic, vt* num.ſeq.

STatutum ſimpliciter loquens, dicitur reſpicere futura, † non autem præterita, ita eſt text. apertus *in l. leges, C. de legib.* leges, inquit, & conſtitutiones futuris certum eſt dare formam negotiis, non ad facta præterita reuocari, niſi nominatim, & de præterito tempore, & adhuc pendentibus negotiis cautum ſit, idem habetur fere de verbo ad verbum *in cap. fin. de conſtit. & in cap. cognoſcentes, eodem tit.* & *in dictis locis* communiter Dd. *in authent. de nupt. in princ. §. duo igitur, circa fin. collat. 4. §. fin. in authent. de hered. ab inteſt. collat. 9.* 1

Primo amplia concluſionem, vt tanto magis procedat, ſi eſſemus in ſtatuto, quod faceret † delictum aliquẽ actum, qui prius non erat, nam tunc omnino non porrigeretur ad actus præteritos, ita Bart. *in l. omnes populi, in 5. quaſt. princip. num. 44. verſic. ſi in delictis, ff. de iuſtit. & iur. per l. iubemus, in fin. C. de teſtament. & §. fin. in authent. de ſanct. Epiſcop.* 2

Secundo amplia concluſionem, vt procedat, etiamſi ratio, † & cauſa, propter quã indictum fuit ſtatutum, & conditum anteceſſerit, & militabat etiã ante tẽpus ipſius ſtatuti, quia per hoc prohibitio proueniẽs ex ipſo ſtatuto, non trahitur retro ad tẽpus antecedens, ſed ſolum ad futurum, ita Felyn. *in d. cap. fin. num. 2. in princip.* de mente Bald. *in l. teſtium, C. de teſtibus*, vbi *in 6. notab.* dixit, quod licet ratio illius legis haberet locum, ita in præteritis, ſicut in futuris, cum facilitas teſtium fuerit, & ſit eadem, tamen diſpoſitio legis non intelligitur, niſi de futuro, & non conſideramus tempus rationis, ſed tempus ſtatuti, quia illa ratio priuſquam formaretur, non erat lex, licet eſſet motiuum legis condendæ, & Salycet. ibi- 3

dem hoc idem notat, inquiens, quod licet ratio legis antecedat legem, tamen prohibitio legis non trahitur retro ad tempus antecedentis rationis, ſed locum habet in occurrentibus demum poſt prohibitio-
4 nem, & hæc puto vera, quidquid † dixerit Cephal. *conſil.644.num.39.lib.5.* quo in loco tenuit, quod vbi militat eadem ratio ante ſtatutum, quæ militat poſt, vtroque caſu, & præterito, & futuro habebit locum ſtatutum, nam ipſius exempla, & iura pro ſe allegata loquuntur nonnulla in teſtamentis, & in facto hominum, in quibus facillime cadit argumentum, & approbatio à præſenti in præteritum ex multis circumſtantiis, & qualitatibus, & ex coniecturata
5 mente ipſorum, quæ coniectura † quoad diſpoſitiones hominum eſt, & ſeruit aliquando loco expreſſæ voluntatis, & pro veritate accipitur, *l. penult. ff. de probationib.* ſecus eſt in ſtatutis, quæ non recipiunt interpretationem, nec extenduntur de caſu ad caſum regulariter, ſed proprie, & ſecundum naturam ipſorum, quæ eſt reſpicere futura, ſunt intelligenda, ſicut late fuit per nos oſtenſum in alia concluſione, & prout hoc idem conſiderauit Bald. *in l. ſi ita ſcriptum, § fin. ff. de legat. 2. ibi,* niſi dicas, quod in ſtatutis, quæ non recipiunt interpretationem, eſt aliud, quam in teſtamentis, & idem Bald. etiam *ſuper ſtatut. in verb. capere, num. 17.* ſuper quo ſe fundauit Marſil. à Cephal. pro fundamento ſui dicti allegatus, & licet idem Cephal. adducit vna cum exemplis ſupradictis etiam duo exempla loquentia de ſtatutis, nempe de ſtatuto, quod dat præmium cuicunq; capienti exbannitum, quod dicit etiam comprehendere illum, qui ante ſtatutum exbannitum ceperat, & de ſtatuto prohibente fœminis portare certum genus veſtium, quod dicit comprehendere etiam factas ante ſtatutum, tamen nihil obſtant, nam exemplum primi ſtatuti eſt originale, Bald. *in loco ſupra proxime allegat.* & vltra quod habet plures alias conſiderationes, in illo tamen dicto non ſe firmat Bald. nec illud approbat, imo in vltimis verbis videtur illud reprobare, vt ſupra eſt viſum, de ſecundo autem exemplo non eſt mirum, nam certum eſt, quod tali caſu ſtatutum reſpicit etiam veſtes iam factas non reſpectu veſtium iam factarum, quod dicitur in præteritum, ſed reſpectu portandi illas, quod portare reſpicit futurum, & quod eſt illud, quod prohibet ſtatutum, de quo etiam per nos infra in limitationibus circa ea, quæ habent caſum ſucceſſiuum, & circa ea, quæ habent effectum poſt ſtatutũ, licet de actu perfecto ante ipſum ſtatutum, de quibus præcipue in quinta limitatione, & intelligentia ad ſeptimam limitationem.

Tertio amplia, vt procedat, etiam ſi ſtatutum vteretur verbis † ſubiunctiui modi, quæ poſſent importare præteritum, & 6
futurum, nam in ſtatuto importabunt ſolum futurum, puta ſi ſtatutum dicat, *ſi quis commiſerit*, ita Abb. *in d. cap. fin. in 3. notab.* allegans Bartol. *in d. l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iure*, & quod notat Innocent. *in cap. ſignificauerunt, de teſtib.* vbi ponit de natura ſubiunctiui, & quod in ſtatutis ſubiunctiui futura, & præteritum importantia accipiantur pro ſimplici futuro dixit Bald. *in d. l. leges*, per gloſſ. *in l. cum tales, § ſal. am, in verb. dixerunt, in fin. ff de condit. & demonſtrat.* & facit gloſſ. 2. *in cap. ad hoc, de reſcript.* ex qua colligit ibi Abb. quod ad euitandas abſurditates, & odia reſtringenda, ſubiunctiua quandoque ſolum important præteritum, quandoque ſolum futurum, ſecundum quod melius conuenit materiæ ſubiectæ, & ita dicit eſſe in verbis ſtatuti, prout ita illum refert, & ſequitur Felyn. *in d. cap. fin. de conſtit. ſub num. 2. verſ. ſecundo amplia*, idem voluit Capr. *concluſ. 6. num. 79* vbi dixit,

Digitized by Google

dixit, quod ſi conſtitutio loquatur per verba, quæ poſſunt importare præteritum, & futurum, tunc in dubio intelligentur potius de futuro, cum natura conſtitutionis ſit inſpicere futura, idem tenuit Curt. *in d. l. omnes populi, num. 134.*

7 Subamplia, vt idem ſit † de omni alio verbo apto importare dicta duo tempora, quia in ſtatutis interpretabitur ſolum de futuro, ita dixit Imol. *in d. cap. fin.* per gloſſ. fin. *in princ. in cap. vnic. de cler. non reſid. lib. 6. & in cap 2 in verb. commiſerint, de conſtit. eod. lib.* vbi etiam Geminian. hoc idem notat, & eiuſdem ſententiæ fuit Felyn. vbi ſupra loco citato.

Quarto amplia, etiamſi ſtatutum ſit an-
8 tiqui ſtatuti † declaratorium, ſed tamen haberet, & vteretur verbo promulgatorio noui iuris, vtputa quia diceret, *ſtatuimus, decernimus*, vel *per hāc noſtram conſtitutionē*, &c. vel eſſet aliquod ſtatutum declaratorium de nouo imponens pœnam circa iam diſpoſita, quia tunc nihilominus diceretur reſpicere ſolum futura, ex quo tunc diceretur partim etiam edictorium noui iuris, ita idem Felyn. *vbi ſupra, verſic. & ampliatur*, per gloſſ. *in d. cap. vnico, de cleric. non reſid. lib 6.* quam dicit ad hoc notandam Geminian. *ibidem*, & quod lex ſiue ſtatutum declaratorium, quod tamen imponit pœnam de nouo, trahetur ſolum ad futura, non autem præterita, voluerunt Anton. de Butr. Abb. Imol. & Geminian. *in d. cap. fin.* per ea, quæ notantur *in proœm. clement. in verb. de cætero, de vſur.* vbi etiam Abb. &
9 Cardinal. & facit, quia conſtitutio † declaratoria, addens aliquid, iudicatur, vt ius nouum in eo, quod addit, ſecundum Felyn. *in d. cap. cognoſcentes, num. 7. verſic. ſexto & vltimo limita*, idem voluit Crot. *in d. l. omnes populi, num. 133.* Bertaz. *conſil. ciuil. 24. num. 7.* Bald. *in l. Imperialem, §. inſuper, in fin. de prohib. feud. alien. per Federic.* Dd. *in l. ius ciuile, ff. de iuſtit. & iur.* Domini de Rot. *deciſ. 142. num. 3. part. 2.* & de hoc *infra in ſecunda limitatione.*

Quinto amplia, etiamſi ſtatutum vteretur ſimpliciter verbis † præteriti tempo- 10
ris, dummodo eſſent talia verba, & ratio ſtatuti, quæ adaptari poſſent futuris, vt poteſt poni exemplum ex dicto Bart. *in l. illicitas, ff. de offic. præſid.* vbi dixit, quod ſtante ſtatuto, quod iudex debeat reſcindere de facto venditiones factas per minores, licet propter verbum *factas*, quod eſt præteriti temporis, videatur ad faciendas non trahi, tamen & ad illas trahetur, quia natura legis eſt comprehendere futura, & lex, quæ ſemper loquitur, in eis verificabitur, *l. Ariani, C. de hæretic.* facit, quod notat Ioan. Andr. *in cap. 1. quod metus cauſa, lib. 6. in verb. extortas*, vbi voluit, quod verbum illud non intelligatur de præteritis, ex quo notat ibi Gemin. quod etiamſi lex loquatur per verbum præteriti temporis, non trahitur ad præterita, ſed ad futura, prout illum refert, & ſequitur Felyn. *vbi ſupra, num. 2. verſic. amplia tertio*, cum aliis ibi per eum, & ampliationem ſecuti ſunt etiam Ruyn. *conſil. 39 num. 18. lib. 1, & 49. num. 11. lib. 3.* Socin iunior *conſil. 21. verſic. & ad regulam, num. 15. lib. 1.* Cephal. *d. conſil. 644. num. 33. lib. 5.*

Sexto amplia, etiamſi effectus actus præteriti expectaretur in tempus futurum, † nam quoad actum, qui eſt perfe- 11
ctus, non trahetur ſtatutum, & exemplum poni poteſt *in l. iubemus, C. de teſtam.* vbi forma data teſtamentis non extenditur ad teſtamenta iam condita, licet pendeant vſque ad mortem teſtatoris, ita Felyn. *in d. c. fin. col. 3. verſic. amplia quarto*, de mente Abb. *ibidem*, & Angel. *in authent. vt cum de appellat. cognoſc. in princ. in verb. aduerte pro declaratione*, & facit, quod voluit Imol. *in d. cap. fin.* vbi concludit, & infert ad ſtatutum, quod

quod vir lucretur dimidiam dotis mortua
12 vxore in matrimonio,& † ſine liberis,& dicit, quod tale ſtatutum non procedet in illa, quæ recepta eſt ante ſtatutum, & moritur poſt ſtatutum, licet mors, propter quã inſurgit lucrum, ſit poſt ſtatutum, ea ratione, quia ex contractu dotis, fuit ius iam quæſitum heredibus mulieris, de reſtitutione dotis ſoluto matrimonio, & ideo ſtatutum ſuperueniens non debet tollere obligationem alteri quæſitam, licet adhuc non habuerit effectum, per ea, quæ notat Innocent. *in cap. ſtatuimus, circa med. verſic. item nota, quod priuilegium, de maior. & obed.* quam opinionem, & dictum Imol. ſequitur, & Felyn. *vbi ſupra*, eo quia etiam licet executio actus ſit de futuro, tamen venit in omnimodam connexitatem, & conſequentiam facti prçteriti, quam ſententiam etiam nos comprobauimus late in concluſione, *quod ſtatutum loci contractus attenditur*, in ſeptima ſublimitatione, ad quintam limitationem, ſiue intelligentiam principalis concluſionis, reiecta opinione nonnullorum in contrarium tenentium in locis, de quibus ibi, & hanc partem idem Felyn. *ibidem* dicit ſuſtentabiliorem contra Bart. qui aliud ſentit *in d. l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur.* & illam comprobando cum aliis ibidem declarat exemplum de teſtamento, de quo *in d. l. iubemus*, vt illud procedat, quãdo teſtator ſuperuiuens poſt legem nouam, non habet facultatem mutandi teſtamentum tempore ſuæ ægritudinis, ſecus ſi mors non fuit repentina, & habuit facultatem mutandi, & vtendi ſolemnitate legis nouæ, & non mutauit, quia tunc non teneret, vt ibi per eum *col. 4. verſic ſed ad intellectum*, ſed de iſta ampliatione dic etiam, vt infra in fallentiis, & illarum declarationibus.

Septimo amplia, vt tanto magis procedat
13 concluſio, ſi † porrigendo ſtatutum ad præterita, ſequeretur aliqua iniquitas, quia cum lex debeat eſſe iuſta, & ſancta, *can. erit autem lex, diſtinct. 4.* non debet poſſe operari iniqua, & iniuſta, ita Angel. *in conſil. 53. num. 5.*

Octauo amplia, etiamſi ſtatutum loqueretur per verba † temporis præſentis, 14
quia nihilominus intelligetur de futuris, cum lex ſemper loqui dicatur, *d. l. Ariani, C. de haret.* Angel. *conſil 261. punctus eſt in anno Domini, num. 5.*

Primo limita concluſionem principaliter, vt procedat in † dubio, ſecus ſi eſſemus 15
in caſu claro, quando ſcilicet ſtatutum diſponeret expreſſe, & nominatim de præteritis, & pendentibus, vt habetur *in d. l. leges, C. de legib.* ibi, *niſi nominatim de præterito tempore, & adhuc pendentibus negotiis cautum ſit*, & vt *in d. cap. fin. de conſtit.* vbi idem ad verbum habetur, & *in clem. 2. in fin. de iud.* Capr. *d. concluſ. 6. num. 2.* Crot. *in d. l. omnes populi, num. 136.* eo, quia, vt diximus, tunc apparet expreſſe de intentione ſtatuentium, quod actus præteriti comprehendantur in ſtatuto, & in claris non eſt opus coniecturis, *l. ſi fuerit, in fin. ff. de reb. dub. cum ſimilib.*

Primo ſublimita, vt non procedat limitatio in negotiis deciſis, † quæ ſtatuentes 16
per verba generalia etiam præteritum nominatim comprehendentia, non præſumuntur reuocare voluiſſe, & de illis diſponere, ita Abb. *in d. cap. fin. de conſtit. num 9.* quia, inquit, tale ſtatutum de præteritis loquens, debet intelligi de præteritis non deciſis, ea ratione, quia per verba generalia ſtatuentes non videntur habuiſſe mentem in ſtatuendo reuocandi quæſtiones deciſas, cum potius de nouo emergentes amputandæ ſint, & eas cito dirimere pertineat ad bonum publicum, argum. not. *in l. properandum, C. de iudic.* & Bart. *in l. conſtit. Cod. §. hæc igitur, num. 22. de nouo Cod. fa. ien. & in l. quidam aſt. mauerunt, num. 2. ff. ſi cert. pet at.* idem

idem voluit Angel.*conſil.53.num.5.* Ancharan. *conſil.164. incip. de iuribus, & efficacia, num.2.& 3.* eam rationem allegans, quia re-
17 tractare præterita iam deciſa, & † ſuper eis legem iterum ſtatuere, eſſet æquitatem de medio tollere, non autem in medium ponere, cum tali caſu dicerentur ſtatuentes præteritis calumniam inuenire, ſiue excitare, vt *l. penult. in fin. C. de decur. & in l. fin. C. de fide inſtrument.* hanc eandem limitationem ſequutus eſt Bart. *in d.l.omnes populi, in 5. quæſt. princip. num.4. verſic. diſtingue, per l. penult. C. de ſacroſanct. Eccleſ. in fin. & §. fin. authent. vt ſponſ. larg.* Capr. *d. concluſ. 6. num. 3.* Crot. *in d.l.omnes populi, num.137.* ita
* Dd.communiter *in d.cap.fin.de conſtit.* prout de communi opinione teſtatur Felyn. *ibidem, num. 3. verſic.hanc fallentiam,* & facit text.apertus *in l.cauſas, C. de tranſact.* cauſas, & lites tranſactionibus legitimis finitas imperiali reſcripto reſuſcitari non oportet, & ea, quæ notat gloſſ. *in cap. ex multiplici, de decim. & in cap. ex tua, in verb. irritari, de filiis presbyter.* idem etiam voluit Bartol. *in l. fin.* per illum text. *C. ſentent. reſcind. non poſſ.* gloſſ. & ibidem etiam Abb. *in clement. dudum, § nos etenim, in verb. pacta, de ſepultur.* quæ firmat, quod lex irritans pacta præterita, non intelligitur de pactis, ſuper quibus emanaſſet ſententia, & confirmatio Apoſtolica, & idem ſi ſolam ſententiam ſecundum Cardin. *ibidem, in 7. quæſt.* & facit, quod not. Abb. *in cap. non debet. de conſang. & affinit.* vbi dicit, quod effectus cauſati per ſtatutum reuocatum non reuocantur.
18 Amplia ſublimitationem, vt † procedat, quomodocunq; præterita ſint deciſa, dūmodo legitime, vtputa ſententia, tranſactione, iuramento, ſolutione, quietatione, præſcriptione, & ſimilibus, ita Felyn. *vbi ſupra, num.2.* de mente Bart. *in l. 1. §. fin. ff. ad Tertullian.* qui dicit, ſe conſuluiſſe, quod ſi filia diuiſerat cum fratribus bona patrimonialia, & ſtatutum nouum excludens fœminas exprimet etiam præterita, nō extendetur etiam ad bona diuiſa, & idem voluit Bartol. *in d. l. omnes populi, num. 41. 5. quæſt. princ.* & Angel. *in d. conſil. 53. incip. in quæſt. propoſita,* & facit, quod notat Imol. *in d. cap. fin. de conſtitut.* de ſtatuto præferente maſculum fœminis, Crot. *in d. l. omnes populi, num.137.* Anchar. *in d. cap. canonum ſtatuta, in 14. quæſt. princ.*

Subamplia, vt etiam procedant prædicta, ſi † nondum fuiſſet lata ſententia, ſed 19
ſolum concluſum in cauſa, quia cum tunc pari modo diceretur res deciſa, non comprehenderetur à ſtatuto etiam de præteritis loquente, paria enim ſunt eſſe iam iudicatum, vel eſſe concluſum in cauſa, vt notatur *in cap. 2. de reſtitut. in integrum, in 6.* & Bald. *in l. error, C. de iuris & facti ignorant. & in l. incerti, C. de interdict.* & eſt bonus text. *in cap. auditis, de procurat. & in cap. paſtoralis, de cauſ. poſſeſſ. & in cap. cum dilectus, de fide inſtrument.* vbi præcipue Felyn. & hanc ſubampliationem poſuit Cardinal. *in d. cap. fin.* per text. *in authent. vt cum de appell. cognoſc. in princip.* licet contrarium ibidem teneat Imol. dicens, quod ille tex. requirit duo copulatiue, videlicet concluſum eſſe in cauſa, & relationem factam ſuperiori, vnde ſola concluſio non ſufficeret, & ideo concludit ibidem Felyn. quod licet opinio Cardinal. in hoc ſit ſuſtentabilis propter rationes, de quibus per eundem ibidem, tamen in practica ſeruaretur opinio Imol. & præcipue in illis caſibus, in quibus poſt cō-
cluſum † in cauſa poſſet adhuc fieri proba- 20
tio, qui autem ſint illi caſus, poſuit idem Felyn. *in d. cap. cum dilectus, de fide inſtrum.* & ideo pro concordantia dicerem, quod aut
ſumus in illis caſibus, in † quibus poſt con- 21
cluſum in cauſa, poteſt adhuc fieri probatio, & procedet opinio Imol. ex quo non poteſt dici res finita, cum adhuc fieri poſ-

Bbb ſint

ſint probationes, nec partes ſint à ſuis incumbentiis excluſæ, aut ſumus in illis caſibus, in quibus poſt concluſum in cauſa non poteſt vlterius probari, & tunc vera erit ſubampliatio, & opinio Cardin. quia licet dicta authent. *vt cum de appellat. cognoſc.* requirat duo copulatiue, ſcilicet concluſionem in cauſa, & relationem, prout notat Imol. & ideo per ſolam concluſionem minime ſufficere dicendum ſit, tamen ſine
22 illa authent. iſtud ex alio probatur, † quia ſcilicet poſt concluſum in cauſa negotium dicitur finitum in illis caſibus, in quibus poſt concluſionem præcluſa eſt via iudicii partibus, & ideo tanquam de finito negotio dicendum eſt, quod non comprehendatur à ſtatuto, prout ita dixit Capr. *in d. concluſ. 6. num. 12. & ſeq per d. cap. 2. de reſtit. in integrum, lib 6. & l. 1. §. fin. ff ad Tertullian.* & facit, quia in his concluſio in cauſa, & ſententia æquiparantur, Alexand. *in l 3. §. ſi ſeruum, col. penult. ff. de acquirend. poſſeſſ.* Bart. *in l. ſi mater, §. eadem, in fin. ff. de except. rei iudic.* Aſin. *in ſua practic. §. 23. cap. 6. lim. 10. num. 2.*

Et ad propoſitum nota, quod conclu-
23 ſio in † cauſa, eſt facultatis amplius producendi teſtes, vel inſtrumenta præcluſio, vt inquit Paul. de Caſtro *in l. admonendi, nu 27. ff. de iureiur.* & Felyn. *in cap. cum dilectus, nu. 1. de fide inſtrum.* & Bald. *in cap. 1. num. 5. de cauſ. poſſ. & propriet.* inquit, concluſionem nihil aliud eſſe quam litigãtibus ſtrepitum iudiciarium claudere, & concluſum in cauſa tunc dicetur, cum nihil probãdum supereſt, Bald. *in conſil 358. ſuper eo quod quæritur, num. 4. lib 3.*

24 Vel tunc concluſio in † cauſa eſſe facta dicetur, quando ita concluditur, vt nec de iure, nec de facto quicquam dici poſſit, Zabarel. *conſil. 23. num. 1.* poſt Innocent. *in cap. paſtoralis, num. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* & Angel. *in authentic. de teſtibus, §. quia vero, num. 24. in verſic. nunc eſt videndum,* & Paul. de Caſtro *in authent. iubemus, num. 5. in fin.* poſt Bald. *C. de iudic.* dixit, tunc in cauſa concluſum cenſeri, cum ambæ partes, non vna tantum allegationibus, ſeu probationibus renuntiant, & Bero. *in cap. quoniam contra, num. 215. de probat.* voluit etiam per citationem ad ſententiam dici concluſum in cauſa, quod Aſin. *d. §. 23. cap 3.* intelligit, dummodo ambæ partes inſteterint, aut conſenſerint pro dicta citatione rationibus ibi per eum, & multo magis dicetur concluſum, ſi pluries fuerint partes ad ſententiam monitæ, vt per eundem Aſin: *ibidem cap. 4.* de mente Riminald. *conſil 272. num. 13 lib. 2* per ea, quæ voluit Anton. de Butr. & Imol. *in clement. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* & poſtquam cauſa eſt commiſſa conſilio ſapientis, adeo dicitur concluſum, quod nec etiam inſtrumenta produci poſſint, niſi ſint liquida, & per iuramentum affirmet producere volens antea illa ignoraſſe, vt per Bald. *conſil. 309. num. 2. lib. 2.* & per Aſin. *vbi ſupra, cap. 5.* & quod per conſilium ſapientis dicatur concluſum in cauſa, tenet Bald. *in conſil. 285. num 8. lib. 1.* per text. *in l. cum à nobis, C. de delat & in l. 1. C. de relat.* & idem Bald. *conſil. 67. num. 6. lib. 3.* & per eundem Aſin. *loco ſupra citato*, † qui per 25
plura capita inde ſequentia explicat, quid operetur concluſio in cauſa, & multis modis ampliat, & limitat, ad quæ in huiuſmodi materia recurre, nam plene ibidem hoc agit.

Primo ſublimita ſublimitationem, vt
non procedat, † quando ſtatutum diceret, 26
quod omnia geſta prius habeantur pro infectis, quia etiam deciſa erunt annullata, ita eſt text. cum gloſſ. *in verſic. pro infectis, in clement. 1. de immunitat. Eccleſ* quem ad propoſitum ponderat Ancharan. *in d. cap. 1. verſic. & licet iſta ſit communis opinio, de conſtit.* & faciunt notata in ſimili *in cap. per venerabilem,*

bilem, ſuper gloſſ. 2. qui filii ſint legit. idem ſenſit Cardinal. Imol. Geminian. & Abb. *in d. clem 1.* approbantes dictam gloſſ. & idem Imol. poſt Cardinal. *in cap cæterum, de reſcript.* Ancharan. *conſil 137. pro D. Paula, ad fin.* Abb *in d cap. per venerabilem, & in cap. ſi aliquando de ſentent. excommun. & in cap. quæ in Eccleſiarum, in 1. notab. de conſtit.* & Geminian. poſt Ioan. Andr. *in cap. fin. de elect in 6.* Abb. *in cap non debet, de conſanguinit. & affinit. in fin. & in cap. paſtoralis, §. verum, de appellat.* inferentes omnes, quod tali caſu excommunicatus vigore legis antiquæ non indiget abſolutione, propter verba ſupra appoſita, & per eandem gloſſ. *in d. clemen. 1.* dixit Cardin. *in conſi. 12. incip. an ſi oppen tur, de reſcrip.* quod impedimẽta inducta à iure poſitiuo, nedum poſſunt per Papam ſola voluntate tolli, ſed effectus eorum præteritus iam poteſt ex ſuo reſcripto haberi pro non facto.

Intellige, vt iſta non procedant reſpectu iuris quæſiti tertio, vigore primi ſtatu-
27 ti, † nam tunc etiam in ſecundo ſtatuto diſpoſita per verba ſupra dicta, intelligerentur ſemper ſaluo iure tertii quæſito, per ea, quæ notat Cardinal. *in cap. ad petitionem, de accuſ.* vbi etiam Ioan. de Ana. quam ſententiam dicit æquam, & ſuſtentabilem, Felyn. *in d. cap. fin. ſub num. 3. verſic. nihilominus,* & ibi reſpondet ad contraria, & faciunt, quæ diximus ſupra *in concluſ. de duobus ſtatutis contrariis quodnam ſit attendendum, limit. 8. & ſeq.*

Secundo ſublimita ſublimitationem, vt non habeat locum, quando ſtatuentes in
28 ſtatuto † nouo dicerent expreſſe, quod trahi deberet etiam ad præterita deciſa, quia tunc trahetur, vt eſt gloſſ. reputata ſingularis *in d. l. cauſas, in gloſſ. fin. in fin. C. de tranſact.* quam ad hoc allegat Felyn. *vbi ſupra, verſic. ſecundus eſt caſus,* & idem voluit Abb. *in d. cap. fin. num. 9.* idem ſenſit Bartol. *in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtilit. public.* Capr *d. concluſ. 6. num. 4. per gloſſ. in clemen. 1. de immunit. Eccleſ.* & ita Dd. communiter tenere teſtatur Crot. *in d. l. omnes populi, num. 137. in fin.* & faciunt ſupra dicta, & alibi per nos adducta, quando apparet de expreſſa mente ſtatuentium.

Intellige tamen, vt † tali caſu requira- 29
tur cauſa rationabilis abſorbens ius alterius, vt Felyn. *ibid.* vbi etiam Abb. & facit, quod dixit Anchar. *in d. cap. 1. verſic. ex cauſa etiam,* dicens, ita fuiſſe ſeruatum in patrimonio Diui Petri, nam cum propter terrarum calamitates annis triginta elapſis oportuiſſet homines illius patriæ vendere poſſeſſiones pro modico, cauſa redimendi ſe à captiuitate, fuit facta lex, quod reſtituto emptoribus pretio omnes contractus haberentur pro infectis, & ad hoc adducit alia, vt ibi per eum, & de hoc latius etiam vide, quæ diximus in concluſ. *de duobus ſtatutis contrariis, limit. 9. cum ampliat. & ſublimitationibus,* quibus hic dicta accommoda, hoc idem ſenſit etiam Capr. *d. concluſ. 6. nu. 5. & ſeq.*

Secundo ſublimita primam limitationem, vt non procedat in negotiis pendentibus per viam appellationis, quia † licet 30
ſtatutum nouum comprehendat nominatim pendentia, tamen non comprehendit illa, in quibus iam iudicatum fuit, licet pendeant coram iudice appellationis, tum quia † iudex appellationis ſuccedit loco 31
primi, & ideo tenetur iudicare ſecundum ius, quod vigebat in prima inſtantia, & *in authent. vt cum de appellat. cognoſc. in princip.* & ita Felyn. *vbi ſupra, colum. 6. verſic. limita tertio,* vbi etiam Abb. *num. 9. verſic. aut præterita non ſunt deciſa,* Bartol. *in d. l. omnes populi, 5 quæſt. principal. verſic. aut ſunt negotia, num. 40. per text. in d. authent. vt cum de appellat. cognoſc. in princip.* qui teſtatur, ita omnes tenere *ibidem*, & allegat gloſſam *

in cap. licet canon, in verb. de cætero, de elect. in 6. & gloſſ.fin.*in l.ſancimus.C.de ſacroſanct. Eccleſ.* Caſtrenſ.*in conſil. 87.in cauſa Fortii,* tum quia proprie non dicuntur pendere, quæ iam etiam per vnicam ſententiam fuerunt deciſa, Angel.*in authent. in medio litis ſacras iuſsiones non fieri, §. ſuper hoc,* dicens, illum text.eſſe diligenter notandum, quod licet lex expreſſe prouideat de cauſis pendentibus, & futuris, non tamen habebit locum in cauſis, quæ pendent per viam appellationis, ita quod ſententia erat iam lata, niſi expreſſe de illis lex faciat mentionem, vt *in clement.2. de iudic.in fin. & in aliis iuribus ibi allegatis in gloſſ. fin.* hoc idem tenuit Capr. *d. concluſ. 6. num. 7.* vbi teſtatur hoc communiter teneri, idem etiam ſenſit Cephal.*conſil. 661. num. 16. lib. 5.* Dec. *in cap. quoniam, num. 37. de conſtitut.* Alexand. *conſil. 96. viſo proceſſu agitato, num. 3. lib. 2.* & idem ſenſit Crot. *in d. l. omnes populi, num. 148.* limitans hoc dictum, vt procedat reſpectu eorum, quæ ſpectant ad deciſio-
32 nem, & merita cauſæ, ſecus in his, † quæ ſpectant ad litis ordinationem, quia tunc ſtatutum nouum trahitur ad caſum pendentem per viam appellationis reſpectu actuum futurorum, eo quia quoad ea, quæ reſpiciunt litis ordinationem, ſemper inſpiciuntur ſtatuta loci, vbi cauſa agitatur, vt ibi per eum, & nos *infra in quarta limitatione.*

Tertio ſublimita, vt non ſit vera prima
33 limitatio etiam in † cauſis pendentibus in ipſamet prima inſtantia, ad quas ſtatutum etiam nominatim de præteritis non tamen de pendentibus loquens non porrigetur, vt hæc expreſſe voluit, & defendit Bart.*in d.l.omnes populi, 5.quæſt.princip. num. 40. ff. de iuſtitia, & iure,* quem refert, & ſequitur Alexand. *d. conſil. 96. num. 4. lib 2.* idem Bart.*in conſil.87. factum tale eſt,* & hoc puto verum, text. enim *in d.l.leges, la 2.C.de legib.* expreſſe inquit, quod † leges, & con- 34
ſtitutiones futuris dant formam negotiis, non autem reuocantur ad facta præterita, niſi nominatim, & de præterito tempore & adhuc pendentibus negotiis cautum ſit, licet igitur de præterito ſit facta mentio, non videtur conſtitutio debere trahi ad pendentia, poſtquam de eis nominatim in ea cautum non eſt, iuxta diſpoſita *in d. l.leges,* quæ ad effectum, vt legis natura, quæ ſolum futura reſpicit, alteretur, & ſic reſpiciat præterita, & pendentia, requirit iſta duo copulatiue, quod ſcilicet, & de præterito, & de pendenti cautum ſit, quod etiam comprobatur ex *l. antepenult. & l. penult. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* in quibus locis nominatim de pendentibus caſibus, & iam in iudicium deductis mentio fit ad effectum, vt ſub illarum legum diſpoſitione comprehenderentur, pro quo facit etiam Iacob. de Belluiſ. *in d. authent. vt cum de appellat. cognoſc.*

Non obſtat, quod † dicit Felyn.*in d.cap.* 35
fin. d.verſic. quarto amplia, de conſtit. de mente Abb. & aliorũ, de quibus ibidem, quod ſcilicet non videtur poſſe dari ratio, quare pendentia in iudicio non debeant ita concludi à ſtatuto de præteritis mentionem faciente, ſicut cætera præterita non deducta in iudicio, quia reſpondetur, quod cum trahere conſtitutionem à diſpoſitione circa futura ſit contra illius naturam, quæ, vt diximus, eſt futuris dare formam negotiis, & per conſequens ſit alterare illam, & in hoc ſit caſus odioſus, non debet talis interpretatio, & extenſio contraria naturæ legis vlterius trahi, quam & ipſamet lex, & conſtitutio voluit, & loquitur, & licet pendentia in iudicio, reſpectu ſtatuti de nouo ſuperuenientis, dicantur præterita, ita vt de præteritis loquens illa comprehendere videretur, tamen quia non ſunt ſimpliciter præterita, ſed cum hoc plus, quod ſunt

iam

Digitized by Google

iam deducta, in iudicium ſuccedit, quod in illis debeant habere locum, & obſeruari iura, quæ non de ſimpliciter præteritis, ſed de præteritis in iudicio pẽdentibus loquuntur, & ſicut de pendentibus in iudicio fuit ſimpliciter ſtatutum, non debere fieri ſacras formas, aut ſacras iuſſiones, vt *in rubr. & in authen. in medio litis non fieri ſacras formas, aut ſacras iuſſiones, colum. 8.* imo fuit particulariter ſtatutum ad pendentia legis non trahi, niſi expreſſe fuerit dictum, *iuribus ſupra allegatis*, ita nec de iſtis niſi ſpeciali modo, & particulari fuerit ordinatũ, non poterit intelligi, prout & hoc expreſſe tenuit gloſſ. *in d. authen. vt cum de appellat. cognoſc. in princ. in verb. referentem*, & Innoc. & Bal. *in c. fin. vt lit. pend.* & idem Bar. *in l. ſancimus, la 1. in. fin. C. de ſacroſ. Eccl.* & Iaſ. *in dict. l. non dubium, numer. 15. C. de legib.* quod dicit perpetuo cordi tenendum, & dicit vna cũ Bar. *in d. l. omnes populi, in d. 5. q. num. 40. & in d. conſ. 87.* procedere, etiamſi aliud in ſtatuto caueretur expreſſe, quod tamen nõ puto verũ, quia ſi ex cauſa poteſt ſtatui, quod ſtatutum porrigatur etiam ad pręterita deciſa, vt ſupra dictum eſt, multo magis ex cauſa rationabili poterit mandari porrigi ad pendentia, vt dixit Bal. & Innoc. *in d. cap. fin. vt lit. pend.*

36 Si tamen Abb. Imol. & † aliorum contrarium tenentium *in d. c. fin. de conſtit.* & in aliis locis, de quibus ibi per Felyn. *d. verſic. quarto amplia*, ſequi malueris, illam intellige, vt vera ſit, quando ipſum ſtatutum, ſiue alia conſtitutio emanaſſet proprio motu, vel ſtatuentium, vel ſuperioris, ſecus ſi emanaſſet ad impetrationem alterius, nam tunc non traheretur ad pendentia in dicta cauſa principali, per not. *in d. authent. vt in medio lit. §. ſi vero, & §. ſi cauſam*, & ita dixit Capr. *vbi ſupra, num. 15.* de mente Compoſt. *in d. c. 2. de conſtit.* quem ſequuntur Io. And. Imol. & Abb. *in d. c. fin. eo. tit.* & iſtud eſt forte, quod voluit Bar. *in d. l. omnes populi, dict. 5. quæſt. numer. 40.* vbi multo minus valebunt ſtatuta, & reformationes ciuitatum, quas canes Curiarum, & deuoratores omnium communium fieri faciunt pro libito volũtatis, idem voluit Felyn. *vbi ſupra*, ibi, *dummodo talis lex non emanet ad partis pstulationem*, ſicque omnes fateri affirmat, quid autem operetur clauſula † *motu proprio*, in re- 37
ſcriptis & conſtitutionibus, vide additiones ad Abb *in d. c. fin. num. 9.* ibi, *ſecus ſi motu proprio*, cum allegatis ibidem, & vide ſemper pro iſta clauſula, & aliis ſimilibus per Staphil. *in tract. de lit. gratia, & iuſt. in 1. part. ſub tit. de vi, & effectu clauſ.* & per Petr. Rebuf. *ſuper concor. in form. mandat. apoſt. in verſic. motu proprio*, & per Roma. *conſ. 327.* cum ibi adductis.

Subintellige, quod etiam ad partis poſtulationem ſtatutum † comprehenderet 38
pendentia ſupra dicta, quando appareret habẽtes ad prædicta auctoritatem eos, habita notitia de pręd ictis pendentibus velle vti plenitudine poteſtatis ſtatuendo, & ex certa ſciẽtia illud ſtatuerent, ita dixit Capr. *in d. concluſ. 6. num. 17.* vbi dicit communem per ea, quæ not. Ioan. Andr. *in ca. fin. numer. 11. vt lit. pend.* vbi cæteri ſcribentes *de appellation. cognoſc.* ſcito tamen, quod nunquam in dubio quis præſumitur etiam ſtatuendo vti plenitudine poteſtatis, ſed potius ordinaria, ita Andr. Gail. *pract. obſeruat. obſerua. 56. num. 13.* vbi etiam docet, in quibus caſibus princeps, & ſuperior præſumatur vti plenitudine poteſtatis.

Quarto ſublimita primam limitationẽ, vt non † procedat in his, quæ ſunt diutur- 39
nitate temporis comprobata, nam illa nõ obſtante ſtatuto, de præteritis mentionem faciente non comprehenderentur, ita Angel. *in conſil. 53. incip. in quæſtione propoſita, per l. qui in prouincia, §. Diuus Marcus*, ibi, *monemur temporis diuturnitate, ff. de rit. nupt. & §.*

Digitized by Google

alienationes. in auth. de non alienan. dum dicit, tanta documenta longo tempore facta commouere, multæ eſſe tergiuerſationis, & facit, quia ſicut lex, quæ de ſui natura cõcernit futura, non rumpit ea, quæ poſthac vniuerſali conſuetudine introducuntur lege non recepta, vt *in c. deniq;*, §. *hac etſi legib. 41. diſtinct.* gl. *in c. 1. de treug. & pac.* ita in ſimili lex loquens de præteritis non videtur includere præterita diu obſeruata, & facit argum. etiam tex. *in l. minime, & in l. ſed ea quæ longa conſuetudine, ff. de leg.* Et quia Felyn. *vbi ſupra, columm. 8. verſicul. ſed in practica*, dicit, quod in practica eſſet difficile ſuſtinere dictam ſublimitationem Angel. quia eius iura non vrgent, & non reperit illi conteſtem aliquem, & etiam cauſis, vt ibi per eum pro confirmatione deducto-
40 rum ab Angel. & † conciliando opiniones dicerem, quod aut præterita ſunt adeo antiqua, & antiquata, vt poſſet oriri aliqua confuſio inter gentes, ſi interpretaremur ſtatutum illa comprehendere, & nõ comprehendentur ab illo, etiamſi de præteritis loquatur, per tex. *in authent. de armis*, §. *hæc igitur omnia*, dum dicit antiquiora perſcrutari, & ſuperiora tempore aſcendere, magis eſſe confundere, quam legem facere, aut de plano etiam talia comprehendendo ageretur inter populos, & tunc ſtãte mentione de præteritis à ſtatuto verior eſſet opinio Felyn. maxime id ſuadente aliqua euidente noua vtilitate, iuxta *l. 2. ff. de conſtit. princip.* vbi habetur, quod in nouis condendis, & cõſtituendis euidens debet eſſe vtilitas, vt recedatur ab eo, quod diu æquum viſum eſt.

Secundo limita principaliter conclu-
41 ſionem, vt † non procedat in ſtatuto declaratorio ſtatuti, vel iuris antiqui, nam trahetur ad præterita, ita tenent communiter Cano. *in d. c. fin. de conſtit.* prout de communi teſtatur Felyn. *ibidem ſub num. 4. verſicul. fallit ſecundo*, per tex. *in authent. de filiis ante dotalia inſtrumenta natis*, §. *1.* & eſt ratio, quia ſtatutum declarans nihil de nouo inducit, & ideo nõ dicitur quidquã diſponere, vt nõ poſſit ad præterita trahi, ſed potius circa ipſa præterita dicitur verſari, cum regulariter conſtitutio futura reſpiciat, & declaratio præterita, ſecundum Bal. *in l. non dubium, C. de legibus*, facit l. *heredes palam, ff. de teſtament.* & potius ligare dicitur hoc caſu conſtitutio antiqua, quam noua declaratoria, quæ ſolum aperit mentem circa iam ordinata, ſecundum Abb. *in dict. capit. final. de conſtit. numer. 8.* idem voluit Feder. de Sen. *conſil. 112. incip. amice chariſsime*, Gemin. poſt Imol. *in capit. deliberatione*, §. *volentes, de offic. leg. libr. 6.* Abb. *in capit. fin. de preſcript.* vbi dixit, quod conſtitutio declaratoria iuris diuini comprehendit præterita, & Felyn. *vbi ſupra*, pro hoc adducit tex. quem reputat meliorem de iure *in authen. de rapt. mulier. quæ rap. nu. in fine*, ibi, *tanquam ſi lex noſtra ab initio cum tali interpretatione promulgata fuiſſet*, idem voluit Bart. *in dict. leg. omnes populi, quæſtio. 5. princip. numer. 44. per l. fin. C. de pact. conuentis, tam ſuper dote, & l. fin. C. de tranſactio.* idem voluit Iaſ. *in dict. l. non dubium, numer 10. in 6. notab.* Capr. *dict. concluſion. 6. numer. 20.* Bald. *in dict. leg. leges, C. de legibus*, & Domin. de Rot. *deciſio. 142. num. 2. part. 2.* vbi de communi.

Amplia limitationem, etiamſi ſtatutum declarans † vteretur aliquo verbo, pro- 42
pter quod videretur induci nouum ius vtputa *cenſemus*, & ſimile, quia etiam tunc dummodo ratio huius noui ſtatuti declaratorii ſit antiqua reſpiciens alterius ſtatuti declarationem, trahetur ad præterita, ſecundum gloſſ. *in clementin. 1. in ver. cenſemus, de conceſſ. præb.* quam approbat & ſequitur Felyn. *vbi ſupra, nu. 4. in fine.*

Primo ſublimita limitationem, † niſi in 43
ſtatu-

Digitized by Google

ſtatuto declaratorio adeſſet verbum, propter quod appareret de mente ſtatuentium fuiſſe ſolum futura reſpicere, vt ſi diceretur, *de cætero, in futurum, deinceps*, & ſimilibus, nam tunc cum eſſemus in claris, non eſt laborandum circa interpretationē ſtatuti, ita Felyn. *vbi ſupra, numer. 5. per cap. fin. de ſponſ. duo. & capit. 1. de poſtulation. Prælat. in 6. & capit. aquæ. de conſecrat. Eccleſ. vel altæ. & in cap. vnico, ad finem, de cler. non reſid. in 6. & in clement. 1. de vſur.* Anton. & Imol. *in dict. capit. final. de conſtit.* & Gemin. *in ca. ex antiquis, 54. diſtinction.* per tex. *in capit. ſuſpectus, 3. quæſtion. 5. in verb. temporibus futuris excludimus*, & hæc ſublimitatio eſt ſatis clara, & illam approbat Capr. *dict. concluſio. 6. numer. 21.* & Domin. de Rot. *deciſ. 158. numer. 4. part. 2.* Nec obſtat, ſi dicatur cum Dec. *in dict. capit. final. numer. 3. ante med. verſicul. ſed tamen conſiderandum eſt*, quod quamuis ſtatutum declaratorium ad futura ſe referat, tamen ex quadam neceſſitate ad præterita quoque debet extendi, ne aliâs inducatur perplexitas quædam, ac repugnantia, vt ſcilicet ſit ſtatutum declaratorium, & non habeat locum in præteritis, cum natura ſtatuti declaratorii ſit, vt ad præterita porrigatur, quia poteſt reſponderi, quod non inconuenit, quod ſtatutum declaratorium, ſe referat ad futura, & velit dare certam formam futuris negotiis, & præterita relinquere ſub determinatione antiqua inducta, vel ex conſuetudine, vel Doctorum declaratione, vel alio modo, prout ſic reſpondet Bologn. *in dict. l. omnes populi, numer. 162. verſicul. mihi tamen magis placet*, quem comprobat Rot. *deciſ. 142. nu. 5. par. 2.* vbi etiam fuit reſolutum, quod ſi ad ſtatutum declaratorium antiqui iuris fuerit addita confirmatio à ſuperiore neceſſaria ſe referens ad futura, non comprehendet præterita, quidquid ante confirmationem poſſet vigore talis ſtatuti dici in cōtrarium, per doctrinam But. *in d. c. fin. n. 15. antè med. verſ. niſi ſtatutum nouiter factum*, vbi etiam Imol. Felyn. & alii communiter. *

Secundo ſublimita, vt non adeo procedat limitatio, quod trahatur † declaratio e- 44
tiam ad præterita, in quibus lata fuiſſet aliqua ſententia ſecundum ſtatutum antiquum, vtputa ſi vſq; ad præſens fuiſſet data aliqua interpretatio ſtatuto propter opinionem Doctorum, ſecundum quam fuiſſet lata aliqua ſentētia, & modo ſuperueniat declaratio noua dicti ſtatuti talem interpretationem antiquam reprobans melius illud declarando, nam non per hoc reuocabitur, quod iam fuiſſet iudicatum, ſecundum primam illam interpretationem, licet modo à ſtatuto declaratorio reprobatam, & aliter declaratam, quia non imputatur ei, qui tenuit illam primam interpretationē, licet ſuperueniat lex illam declarans, & reprobans ſecundum Gemin. *in c. humanum genus. 1. diſtinct.* & ita voluerunt Anton. de But. Io. And. Imol. & Felyn. *in d. c. fin. de conſtitut.* & Gemin. *in d. cap. ex antiquis*, ſatis enim videtur, quod iudex iudicat ſecundum intellectum, qui tunc ſeruabatur, & idem ſecutus eſt Iaſ. *in d. l. non dubium, num. 14. C. de legib.* per tex. quem dicit meliorem de iure, *in l. relegatorum, § ad tempus. ff. de interd. & releg.* idem voluit Capr. *dict. concluſio. 6. numer. 28. & ſequent.* de mente Imol. poſt Ioan. Andr. *in dict. capit. final. de conſtitution.* & faciunt, quæ voluerunt Domin. de Rot. *deciſ. 158. numer. 5. part. 2.* vbi dixerunt, quod quando ſtatutum nouum declaratorium habet communem intellectum per prius contrarium, ita quod communis obſeruantia ſeruabat contrarium, tunc tale ſtatutum non trahetur ad præterita, per gloſſ. *in cap. 1. in verb. de cætero*, ibi, *communi iudicio*, vbi etiam Gemin. *col. vlt. poſt princip. verſic. nota bene iſtam gloſſ.* &

Franc.

Digitized by Google

& Franc. *numer. 5. verſicul. vel ipſa conſtitutio, de conſtit.* Præpoſ. *in dict. capit. final. de ſponſ. duor. numer. 3. prope finem, verſic. ſi vero habet conſuetudinem, vel communem interpretationem.*

Intellige ſublimitationem, vt procedat,
45 quando à † tali ſententia non fuiſſet appellatum, ſecus ſi appellatum fuiſſet ab ea, quia tunc ſi pendente appellatione ſuperueniat ſtatutum, ſiue lex declaratoria, illa ſequenda eſt, ita Felyn. *in dict. c. fin. ſub numer. 7. verſicul. excipiuntur ab iſta limitatione,* quod dicit idem fuiſſe de mente Vinc. *ibidem*, & Imol. aſſerentis hoc dictum multum notabile ad declarationem videlicet eorum, quę ſupra diximus, dum affirmauimus, quod ſtatutum nouum faciens etiam mentionem de præteritis, non trahitur ad pendentia per viam appellationis, & ratio ſpecialitatis in iſto caſu eſt, quia per ſtatutum, ſiue conſtitutionem declarantem ſtatutum, & conſtitutionem priorem, quomodo intelligenda ſit, & procedat, dicetur reperta veritas illius ſtatuti diſpoſitionis, & de ea apparere, ideo iudex etiam appellationis debet illam imitari, & ſecundum illam iudicare, *can. veritate, 8. diſtinctio.* licet in aliis caſibus debeat ſequi iura, quæ vigebant tempore primę ſententiæ. Et nota, quod etiam in hoc caſu dicitur eadem iura ſequi, non autem noua, quia, vt diximus, non agitur de condendo aliquo ſtatuto nouo, ſed de declarando antiquo, & declarationis natura eſt, prius ad præterita, vt ſupra diximus, quam ad futura: igitur iudex appellationis ſecundum declarationem iudicans dicitur etiam iudicare ſecũdum ſtatutum antiquum, licet modo declaratum, quomodo intelligendum ſit, hoc idem ſecutus eſt Capr. *dict. concluſio. 6. numer. 29.* de mente Ioan. Andr. *in dict. cap. fin.* In quo tamen dicerem, & diſtinguerem, prout ſupra, an fuerit huiuſmodi declaratio facta motu proprio ſuperioris, aut ad inſtantiam alicuius, rationib. & reſponſionibus, de quibus ſupra *in 3. ſublimit. ad 1. limitat.*

Tertio ſublimita limitationem, vt non procedat in ſtatuto, † quod vltra declara- 46
tionem imponeret pœnam de nouo contrafacienti, quia reſpectu pœnæ de nouo impoſitæ nõ traheretur ad præterita, prout etiam ſupra diximus *in quarta ampliat.* & hoc late proſequitur Felyn. *in d. c. fin. num. 8. verſic. quarto limita,* aſſerens contra Imol. ibidem hoc procedere, ſiue pœna imponatur ipſo iure, ſiue ſi veniret imponenda per iudicem, & hoc eſt, quod voluit Abb *in d. c. fin. num. 11.* vbi dixit, quod quando lex eſt partim declaratoria, & partim editoria, quatenus edit de nouo, eſt dicendum de illa, prout de ſimplici noui iuris editione, quæ reſpicit futura, idem voluit Iaſ. *in d. l. non dubium, numer. 12. verſ. ſecundo ſingulariter limita.*

Tertio limita principaliter concluſionem, vt non procedat, quando † ſtatutum 47
nouum annullaret actum ex cauſa de præterito, vt quia annullaret actum factum contra diſpoſitionem, & prohibitionem prius exiſtentem, & ideo cauſa annullationis haberet de præterito ante conſtitutionem nouam, quia tunc porrigitur ad præterita, & exemplum poteſt poni, vt *in auth. de alien. & emphyteut. §. ſi vero aliquid,* ibi, *omnia vero, quæ cõtra leges antiquas facta ſunt, renouari ſancimus, & res, quæ contra virtutem earum data eſt, venerabilibus domibus reddatur, & de cætero ſecundum præſentem legem omnia fieri diſponimus, & in l. fin. C. de pact.* ibi, *ſecundum itaq; veteres regulas,* & facit l. penultim. *C. de inceſt. nupt.* limitationem poſuit Bar. *in d. l. omnes populi, 5. quæſt. princip. num. 44. verſic. ſecundo caſu autem cauſa annullationis, &c.* & illam ſequuntur Ant. de Butr. Imol. Abb. & Felyn. *in d. c. fin. de conſtit.* ſecus tamen

tamen eſſet, ſi cauſa annullationis per ſta-
tutum nouum annullans introducta eſſet,
& ab ea adinuenta, & ſtatuta, quia tunc, nec
porrigeretur ad præterita, ita Bar. *vbi ſupra
per l. iubemus, in fin. C. de teſtamen.* ibi, *quod e-
nim antiquitas peccauit, quæ præſentis legis in-
ſcia priſtinam ſecuta eſt obſeruationem, & pri-
us, quæ in poſterum tantummodo obſeruari,*
&c. & per *l. final. in fin. C. de curat. furio.* & fa-
cit, quia, vt diximus in principio regulæ,
legis, & conſtitutionis natura eſt futuris
certam formam dare negotiis, non autem
præteritis, niſi nominatim de eis diſponat,
d. l. leges, l. a 2. C. de legib. & limitationem ſe-
cutus eſt Capr. *dict. concluſion. 6. numer. 35.*
inquiens, quod ſi cauſa annullationis in-
ducitur per ſtatutum, non porrigitur ad
præterita, niſi aliud appareat ex verbis ipſi-
us, puta ſi loquatur per verba præteriti tẽ-
poris, per *l. decernimus, C. de ſacroſ. Eccl.*

Sublimita, vt vera ſit limitatio, dũmo-
do cauſa nullitatis, quæ erat de præterito,
48 inferebat † nullitatem ipſo iure, ſecus au-
tem ſi actus tenebat, ſed in odium induci-
tur de nouo caſſatio, quia tunc non debet
extendi ad præterita, ita Abb. *in dict. cap. fin.
numer. 11. verſic. hoc dictum limitarem*, quem
referendo ſequitur etiam Felyn *ibidem nu-
mer. 9.* adducens rationem, quia ſcilicet an-
nullatio actus ſuper iure quæſito eſt pœ-
na, iuxta not. per eundẽ Abb. *in c. 2. de con-
ſtitutio.* & reſpectu pœnæ conſtitutio nun-
quam trahitur ad præterita, vt ſupra dixi-
mus.

Quarto limita concluſionem, vt non
49 procedat in † ordinatoriis iudicii, & modo
procedendi, nam quoad illa ſtatutum in-
cludet omnia negotia præterita, & cauſas
non ſolum futuras, ſed etiam pendentes,
ita Felyn. *vbi ſupra; num. 10. verſic. fallit quar-*
* *to*, qui de communi teſtatur per gloſſ. *in d.
c. licet canon, in verb. de cætero*, & gloſſ. fin. *in
clement. 2. de iud.* & ibi Imól. Bar. *in d. l. omnes
populi, d. 5. quæſtio. princip. num. 44. verſicul.
quarto caſu*, vbi ait, quod ſtatutum perti-
nens ad litis ordinationem locum habet
in omnibus futuris litibus, quanquam ſint
ſuper præteritis negotiis, per *d. l. 2. in prin-
cip. C. de iur. cal. &* §. *penult.* & ita tenet Cyn.
in d. l. leges, vbi etiam Oldrad. ſecundum e-
um, idem voluit Iaſ. *in d. l. non dubium, nu-
mer. 15. in fin. C. de legib.* quod dicit bene mẽ-
ti tenendum, allegans ad hoc etiam Paul.
in dict. l. ſancimus, C. de ſacroſan. Eccl. & Bar. *in
tit. de pac. Conſtan.* §. *hoc quod nos, verſicul. ter-
tio nota, quod iudex*, Abb. Imol. & Anton. de
Butr. *in dict. cap. fin.* qui Imol. teſtatur hanc
communem opinionem, pro quo facit, *
quod dixit Bal. *in cap. final. vt lit. penden.* v-
bi voluit, quod ſtatutum de cauſis com-
promittendis habeat locum etiam in cau-
ſis pendentibus, quia iſtud reſpicit magis
ordinem procedendi, id eſt, coram quo, &
qualiter procedatur, quam deciſionem
cauſæ, & facit, quod dixit idem Bal. *in d. l.
leges, C. de legib.* vbi voluit, quod ſi vnum
officium habet duos iudices, & adiungan-
tur eis tres, videbuntur etiam adinuenti
in litibus pendentibus coram illis duobus
primis, quia ſtatutum reſpicit formã pro-
ceſſus, nec obſtat d. authent. *in medio litis*,
de qua ſupra, quia loquitur quoad deciſio-
nem cauſæ, & ita dicit ſe conſuluiſſe Flo-
rentiæ in iudicibus fallitorum, & idem po-
nit idem Bal. *in dict. l. ſancimus, C. de ſacroſan.
Eccleſ. in fine*, & ita conſuluit totum Colle-
gium Peruſinum per multas rationes, &
eſt in conſiliis Ang. *conſil. 211. incip. primum
eſt videndum, vtrum dicti iudices*, & hanc
quoque communem ſententiam teſtatur *
additio ad Abb. *in dict. capit. final. in verb.
iudicij*, cum aliis ibi alleg. prout illam etiam
communem teſtatur Crot. *in d. l. omnes po-
puli, nu. 138.*

Intellige limitationem, vt procedat in
proceſſu, qui tempore ſtatuti † reſtat, non 50

in iam facto, ſecundum Ang. *in dict. conſil. 211. per l. fin. C. de iur. calumn.* ibi, *in primo poſt hanc legem ingreſſu*, & idem gloſſ. *in dict. capit. licet canon*, & Abb. *in capit. venerabili, de iud.* & hanc communem opinionem teſtatur Felyn. *vbi ſupra, verſicul. hanc fallentiam*, de mente Imol. *ibidem*, & illum ipſe quoque ſequitur, rationem allegans, quia ſcilicet reſpicere proceſſum ſiedum eſt de natura legis, quæ futura reſpicit, ſi autem diceremus factum quoque reſpicere, eſſet ſigare præterita perfecta contra intentionẽ legis, idem voluit Abb. *in dict. capit. final. numer. 11. verſicul. aut conſtitutio aliquid de nouo addit*, & hoc modo erit intelligendum, quod dixit Imol. *ibidem*, dum facit diſtinctionem, an lites erant inchoatæ ante ſtatutum, an poſt, aliâs cõtra eum eſſet communis opinio, de qua ſupra, & ita tenet etiam Crot. *in d. l. omnes populi*, eo quia proceſſus habet diuerſas partes, & capitula diſiincta, & ſeparata, ideo ſtatutum poteſt in aliquibus operari, & in aliis non.

Quinto limita concluſionem, vt non
51 procedat, † quando factũ aliquod eſt partim de præterito, & partim de futuro, vel etiam quando factum de præterito, expectat perfectionem ſuam, & complementũ à facto futuro, quia ſtatutum nouum illud comprehendet, vt eſt gl. & ibi Abb. *in clement. 2. in verb. in poſterum, de ætat. & qualit.* ex qua hoc idem colligit *ibidem* Imol. poſt Ant. de Butr. dicens, quod vbi conſtitutio certam dat formam actui, licet ille actus fiendus in futurum habeat ortum ex cauſa de præterito, tamen ſubiicitur conſtitutioni nouæ, & ibi Card. dicit, quod quando conſtitutio concernit aliquid productiuũ plurium effectuum, concernit præterita reſpectu effectuum futurorum, & pro exemplo limitationis poteſt adduci, quod not. Bal. *in l. ſi ita ſcriptum, §. fin. ff. de legat. 2.* vbi dicit, quod ſi ſtatutum dat certum præmium capienti bannitum, & illum præſentanti Poteſtati, comprehendit illum, qui cepit ante ſtatutum, & præſentauit poſt, & quod not. idem Bal. *in l. illa, poſt medium, C. de donat.* dicens, quod ſtatutum excludens filiam dotatam à ſucceſſione dotantis, includit dotatas ante ſtatutũ, ſi moritur dotans poſt ſtatutum, ſecus ſi eſſet mortuus ante ſtatutum, & hãc limitationem ponit, & ſequitur illam pluribus comprobando Felyn. *vbi ſupra, num. 11. col. 16. verſ. puto*, teſtatur, hanc eſſe communem opinionem, & facit ad hoc illud etiam, quod notauit Bal. *in dict. l. omnes populi, numer. 52.* & de quo etiam ſupra in alio loco, volens, quod ſtatutum prohibens fœminas portare certa genera veſtium, intelligitur de veſtibus etiam antea factis, quia eas portare non poterunt in futurum poſt ſtatutum, quia, vt diximus, eſt quid partim de præterito, & partim de futuro; de præterito, quia veſtes iam factę erant, de futuro, quia illas portare eſt quid de cætero, & ad hoc poteſt etiam adduci aliud exemplũ, de quo per Bar. *in dict. l. omnes populi, num. 47. 5. quæſt. princip.* vbi dixit, quod ſi extaret ſtatutum, quod vxore mortua in matrimonio ſine filiis vir lucretur tertiam partem dotis, certe cum tale ius lucrandi, & retinendi certam partem dotis competat viro ex facto iſto, ſcilicet ex morte vxoris, ſi vxor moriatur poſt ſtatutum, habebit locum ſtatutum etiam in dotibus antea datis, ex quo lucrum proueniens marito oritur de futuro, id eſt, ex morte poſt factum ſtatutum ſecuta, licet factũ ſit etiam de præterito quoad dotes iam cõſtitutas, ſed contra iſtud exemplum de dote datum per Bart. extat communis opinio, vt teſtatur Capr. *in dict. concluſio. 6. numer. 53.* & nos late in alia concluſione, *quod attendatur ſtatutum loci contractus*, in 7. limitatio. ad quintam intelligentiam, ſeu limitationem principalem, & hanc

Digitized by Google

hanc limitationem ſequitur idem Capr. *ibidem*, vbi de communi dicit, & pro ea facit, quod dixit Ancharan. *conſil. 128. incip. viſis, & diligenter examinatis*, vbi voluit, quod ſi pater acquiſiuit emphyteuſim pro ſe, & filiis maſculis, & filiabus, & antequam pater moriatur, emanet ſtatutum, quod filia non poſſit ſuccedere, extante filio maſculo, filia non poterit ſuccedere propter prohibitionem dicti ſtatuti, quia ſi quod ius competit filię virtute ſtipulationis prę teritæ patris, id ſumit tamen initium poſt mortem patris, ergo ſtatutum ſuperueniens ad illud ius, quod demum naſcitur, poſtquam dictum ſtatutū emanatum fuit, extenditur, limitationem ſecutus eſt Crot. *in dict. l. omnes populi, numer. 131. & ſequen.* licet improbat vtrunque dictum Bartol. & Anchar.

Intellige limitationem, vt non proce-
52 dat, quando ſic extendendo † ſtatutum adductum partim de præterito, & partim de futuro, fieret tamen reſtrictio, circa actum de præterito, faciendo ipſum duriorem, & aſperiorem, quam eſſet tempore, quo factus fuit, ita Felyn. *vbi ſupra*, de mente Gemin. *in can. ante triennium, 31. diſtinctio.* per illum text. vbi conſtitutio diſponebat ſuper ſeruanda deinceps caſtitate Diaconorum Orientalium, & tamen non extenditur ad illos, qui licet eſſent Diaconi, tamen iam contraxerant matrimonium, & faciunt ad hoc not. per Ant. de Butr. Imol. & Abb. *in c. dilectus, quod met. cauſ.* & Archid. *in can. geſta, 24. diſtinct.* & Ioan. And. & Abb. *in cap. ſuper eodem, de regul.* in quibus locis
53 habetur, quod † lex noua imponens aſperiorem vitam religioſis, nō trahitur in dubio ad receptos ante legem, & ideo etiam ſtatutum imponens ratione officii Procuratoris, & Aduocati grauamina non ſolita Procuratoribus, vel Aduocatis, ſecundum iſtam intelligentiam, non comprehendet Procuratores, & Aduocatos ante ſtatutum, quia licet ſit quid de præterito, & de futuro, quia de præterito eſt ipſum officiū procurationis & aduocationis ante ſtatutum, & de futuro eſt illius exercitium, tamen ne grauius eſſet per talem intelligentiam, & extenſionem officium Procuratoris, & Aduocati, quam eſſet tempore, quo facti fuerunt Procuratores, & Aduocati, non debet ad præteritos porrigi, & illos cōprehendere, ita etiam ſenſit Crot. *in d. leg. omnes populi, n. 140.*

Secundo intellige, vt non procedat in
futuris, quæ † nullo modo ſunt ſeparata, ſed 54
omnino connexa cum præteritis, & habent omnimodam dependentiam ab eis, quia tunc ſicut non comprehenderet prę terita, ita nec futura eiſdem omnino annexa, ex quo omnino habent dependentiam ab eis, & exemplum poni poteſt, emanauit ſtatutum, quod rectores hoſpitalium teneantur reddere rationem de negotiis gerendis hoſpitalis, aliqui rectores tempore conſtitutionis aliqua adminiſtrauerant, & aliqua eodem anno erant adminiſtranda, numquid tenebuntur reddere rationem de toto anno, ex quo aliqua negotia illius anni erant geſta, & aliqua gerenda, & eſt diſtinguendum, quod ſi gerenda ſunt omnino ſeparata à geſtis, tenetur reddere rationem de illis gerendis iuxta diſpoſitionem ſtatuti, ſecus ſi non ſint ſeparata, ſed omnino annexa cum iam geſtis, quia tunc non tanquam de gerendis, ſed tanquam de geſtis erit de eis iudicandum, & ſic ſtatuto non comprehendentur, ita notabiliter voluit gloſſ. *in clement. 1. in verb. deputata, de teſtament.* vbi Abb. facit illam ſingularem, & idem ibi Cardin. & Imol. & idem Abb. *in capit. paſtoralis, §. verum, de appellation. & in dict. capit. final. numer. 11. de conſtitut.* vbi etiam Felyn. *column. 15. in princip.* cum aliis ibi per eum, Imol. *in clemen. 2.*

in verſicul. ſed contra prædicta, de ætat. & qualitat. Gemin. *in can. ex antiquis, 54. diſtinct.* & facit tex. *in cap. fin. de conceſſ. præben. in 6. §. ſin autem*, vbi conſtitutio non inducit executionem actus de futuro, qui venit connexe, & acceſſorie ad actus præteritos, & eandem ſententiam ſecutus eſt Capr. *dict. concluſion. 6. numer. 57.* & facit, quia connexorum idem eſt iudicium, *l. quid ergo, §. pen. ff. de contr. iudic. tut. in verſic. connexorum, l. tutor poſt pubertatem, ff. de tut. & rat. diſtrah.* & ita tenet Crot. *in d. l. omnes populi, numer. 142.*

55 Sexto limita, vbi † ſtatutum daret, vel tolleret aliquam exceptionem, quia ſi exceptio oritur poſt ſtatutum, ſubiacet ipſi ſtatuto, reſpectu etiam cõtractus facti, ante ſtatutum, niſi aliud exprimeretur in ſtatuto, Cephal. *conſil. 644. numer. 19. libr. 5.* per tex. *in leg. penult. C. de vſur. & in l. teſtium, C. de teſtib.* exemplum, ſi ſtatutum diſponit, quod contra inſtrumenta poſſit opponi ſola exceptio ſolutionis, operabitur, quod etiam contra inſtrumentum factum ante ſtatutum, non poterit alia exceptio opponi, quam ſolutionis, etiamſi aliæ exceptiones adeſſent, dummodo eſſent ortæ poſt ſtatutum, vbi autem eſſent prius ortæ, poſſent opponi, quia non intendit ſtatutum tollere ius ante quæſitum, & ſtatutum licet operatur quoad exceptiones de nouo conceſſas etiam quoad inſtrumẽta præterita, & facta, non operabitur tamen, niſi eo modo, quo ipſas exceptiones concedit, & à die ipſius conceſſionis, vt ſi extaret ſtatutum, quod poſſeſſor bonæ fidei præſcribat quinquennio, poſſeſſio capta ante ſtatutum non computabitur, ſed debet inchoari quinquennium de nouo, quia ei ante ſtatutum talis exceptio præſcriptionis minime competebat, ſed ab ipſomet ſtatuto incipere debet, ex quo ab ipſius conceſſione competit, ſecũdum Bar. *in d. l. omnes populi, verſicul. ſecundo caſu, num. 44. in 5. quæſt. princip. per authentic. de duobus reis, §. fin. & l. penultim. C. de vſur.* & Anton. de Butr. Abb. & Felyn. *in dict. capit. final. de conſtit. per l. teſtamentum, C. de teſtament. & l. penultim. C. de vſur.* & quod habetur *in leg. fiſcus, ff. de iur. fiſc.* & ad hoc facit, quod notauit Capr. *dict. concluſion. 6. numer. 48.* vbi dixit, quod quando conſtitutio diſponeret inducẽdo exceptionem, quæ non cauſatur tempore contractus, ſed ab alio facto poſt contractum, & tunc ſi illud factũ fiat poſt dictam conſtitutionem, trahetur etiam ad præterita, vt puta ne ab exemplo, de quo proxime, recedamus, ſi conſtitutio diſponat, quod poſſidens bona fide per decem annos præſcribat, ſi aliquis poſſideat per decem annos, poſt ſtatutum cauſabitur ex tali præſcriptione exceptio præſcriptionis etiam in præteritis, ex quo talis exceptio oritur poſt ſtatutum factum, niſi, vt diximus, aliud in ſtatuto exprimatur, vt etiam per eundem Capr. qui ſubiungit, quod idem erit, prout & nos diximus, quando conſtitutio prouideret tollendo exceptionem, quia tunc etiam tollet exceptionem competentem etiam ſuper facto de præterito, ſi exceptio incipiat competere poſt ipſum ſtatutum, & conſtitutionem, & ita communiter teneri teſtatur, idem tenuit Crot. *in dict. l. omnes populi, num. 141.*

Septimo limita, vbi ſtatutum † aliquid indulget, & male facta remittit, quia tunc 56
etiamſi loquatur per verba, aut præſentis, aut futuri temporis, non extenditur ad futura, ne detur materia delinquendi, vt ſi ſtatutum diſponeret, quod quilibet bannitus extrahatur de banno ſoluendo centum, non habebit locum in banniendo in futurum, quia daretur materia delinquendi, ita Bar. & Bal. *in l. cum lex, ff. de legib.* per illum tex. idem voluerunt Anton. de But. & Imol.

Digitized by Google

& Imol. *in d. cap. fin.* vbi etiam Felyn. *num. 13.* idem voluit Salycet. *in l. 2. C. de generali abolit.* dicẽs, quod licet lex in deciſiuis dat formam futuris negotiis, & idem in ſolemnitatibus adhibendis, tamen in remiſſionibus pœnarum ſecus eſt, ne detur via delinquendi, vnde ipſe poſt Iacob. Butr. *in l. caſtitati, C. de adult.* dixit, quod reſcriptum dans remiſſionem pœnarum inſligendarum ante delictum commiſſum, non tenet, quia inuitat ad delinquendum, fallentiam iſtam ſecutus eſt Angel. *conſil. 67. municipali lege, num. 3.* & Bald. *in l. ſi ita, ff. de auro & arg. legat.* Gemin. poſt Imol. *in cap. 2. in 2. reſpon. de conſtit. lib. 6.* Bald. & Imol. *in l. cum in ſecundo, ff. de inoff. teſt.* Bald. *in d. l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. & in d. l. leges, C. de legib.* vbi etiam Cyn. *& in cap. fin. de præſcript.* Abb. *in d. cap. 2. in 2. notab. de conſtit.* Imol. *in clem. 2. in verſic. ſecundo fallit, de reſcript.* & facit, quod conſuluit Feder. de Sen. *conſil. 278. incip. factum ex quo iure conſilium,* vbi late re-
57 ſpondet, quod ſtatutum † non poteſt habilitare prolem illegitimam ad ſucceſſionem, ne aperiatur via adulteriis, & copulæ illicitæ, & quia ſtatutum caret honeſtate contra *c. erit autem, 4. diſtin.* & ex illo conſilio Gemin. *in cap. 1. in §. 2. in fin. de fil. presbyt.*
58 *in 6.* infert, quod non valet ſtatutum † Epiſcopi habilitans omnes filios illegitimos ad minores, & ad ſimplicia beneficia, quia aperiretur via peccato, ſecus in diſpenſatione, quæ ſibi competit, quia illa fit cum cauſæ cognitione, vt per Innocent. *in cap. cum monaſterium, de ſtatu monach.* &c. quæ non poteſt dici in dicto ſtatuto accedere, cum per illud induceretur diſpenſatio nimis indiſcreta, & iniqua, vt ibi per eum, Cap. *d. concluſ. 6. nu. 47.* qui teſtatur hanc eſſe communem opinionem, quam ſequitur Crot. *in d. l. omnes populi, num. 143.*

Octauo limita, vt non procedat in ſta-
59 tuto † nouo imponente pœnam minus rigoroſam, & magis congruam, & conuenientem delicto, quam pœna iam ante impoſita per ſtatutũ antiquum, quia tunc in puniendo illos, qui deliquerunt ante ſtatutum, attenderetur pœna ſtatuti noui, vt ſi iam adeſſet ſtatutum imponens pœnam capitis vendentibus ſal ſine licentia, & deinde per ſtatutum nouum fuiſſet mutata illa pœna capitis in pecuniariam, debebit ille, qui vendidit ante iſtud nouum ſtatutum, & ſic tempore primi ſtatuti accuſatus, hodie quo tempore ſententiatur puniri ſecundum pœnam ſtatuti noui minus rigoroſam, & magis congruentem delicto, ita Bart. *in d. l. omnes populi, nu. 51. 5. quæſt. princ.* vbi ait, aut ſtatutum imponit pœnam delinquenti, aut iam impoſitam mitigat, primo caſu aut ſtatutum continet pœnã conueniẽtem delicto, & inſpicitur tempus delicti, aut continet pœnam grauiorem, vltra quam conueniat, & inſpicitur tempus ſententiæ. Secundo caſu, quando pœna impoſita mitigatur, porrigitur etiam ad præterita, & recitat pro hoc dictam quæſtionem de vendente ſal, idem voluerunt Anton. de Butr. Innoc. *in d. cap. fin. de conſtit.* & hoc eſt verum in pœna, vt diximus congruentiori, quæ augetur, & minuitur ex cauſa, in qua imponenda inſpicitur tempus ſententiæ, non autem delicti, ſecus autem, vt etiam diximus, vbi eſſet pœna ordinaria, & propria delicti, nam tunc in illa imponenda attenditur tempus ipſius delicti, ſiue ſit delictum priuatum, ſiue publicum, per *l. 1. ff. de pœn. & c. fin. de ſent. excom. l. ſi quis decurio, C. de falſ.* Ab. *in d. c. fin. de conſtit. num. 12.* qui limitationem etiam declarans diſtinguit, dicens, quod quædam eſt pœna ordinaria, & in illa imponenda debet haberi reſpectus ad tempus delicti, & ſic procedit dicta lex prima, & cap. fin. quędã eſt additio pœnæ, vel diminutio, quæ fit ex cauſa, nam iudex poteſt minuere, vel au-

gere pœnam ordinariam, etiamſi eſſet pœna ſtatuti, vt *l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his, qui not. infam.* vbi Bart. inferens ad ſtatutum, & in hac pœna conſideratur tempus ſententiæ, & non delicti. Vnde ad propoſitum limitationis, aut ſtatutum antiquum imponebat pœnam ordinariam, & propriam delicti illius, & illa ſeruanda eſt, aut imponebat pœnam grauem, vltra quam meretur delictum, propter aliquam cauſam, puta propter guerram, & tunc ſtatutum, ex quo reducit pœnam ad congruentiam ſecundum tempus præſens delicto, non autem perſeuerat in rigore præterito, debet iſtud attendi, & ſecundum illud fieri caſtigatio, & idem voluit Felyn. *ibid. loco ſupra citato*, Capr. *d. concluſ. 6. num. 45* allegans gloſſ. *in auth. vt iud ſine quoque ſuffragio, §. opinionem*, & hoc idem tenuit Crot. *in d. l. omnes popul. num. 144.*

60 Sublimita, vt non procedat in † ſtatuto antiquo imponēte pœnam ipſo iure, nam illud erit obſeruandum, non autem ſtatutum nouum pœnam etiam congruentiorem imponens, quia quando ſtatutum imponit pœnam ipſo iure, dicitur executorium, ita Gemin. *in cap. fin. de elect. in 6.* per not. *in cap. licet canon, eodem tit.* & idem voluit Ioan. Andr. *in d. cap. fin.* idem voluit Felyn. *in d cap. fin. de conſtit. num. 14.* cum ibi alleg. Crot. *in d. l. omnes populi, num. 144.*

Intellige tamen, vt iſtud non eſſet ve-
61 rum, ſi ſecundum † ſtatutum pœnam congruentiorem imponens diceret, & vellet primum ſtatutum haberi pro infecto, nam tunc etiam pœna impoſita ipſo iure eſſet ſublata, ita Ioan. Andr. quem ſequitur ibi Geminian. *in d. cap. fin. de elect. in 6.* per text. cum gloſſ. *in clem. 1. de immunit. Eccleſ.* & hoc idem approbat Felyn. *vbi ſupra*, & Crot. *loco proxime citato.*

62 Et ad materiam, quænam tempora † in pœnis, & puniendo attendantur, & quinam ſtatus, an ſcilicet tempore delicti, an vero ſententiæ, vide per Alber. *in 1. part. ſtatut. quæſt. 85 & in 4. part. quæſt. 54.* Bald. & Angel. *in l. 1. ff de pœn.* Bald. *in l. officiales, C. de Epiſcop. & cleric. & in l. cum quædam puella, ff de iuriſdict. omnium iudicum, & in authent. caſſa, C. de Epiſcop. & cleric.* & Canoniſtæ *in d. cap fin. de conſtit. & in cap. 1. de obli. ad ratio.* & Bart. *in d. l. omnes populi, num. 48. 5. quæſt. princip. cum ſeq.*

Nono limita in ſtatuto † confirmato- 63
rio, quia trahitur ad præterita, ſecundum Iacob. de Beluiſ. quem refert, & ſequitur Bart. *vbi ſupra. in d. l. omnes popul. d. quæſt 5. num. 40.* & facit text. *in cap. 1. de tranſl. 1. prælat.* & quod habetur *in l. bene à Zenone, C. de quadr præſcript.* Felyn. *vbi ſupra, num. 15. verſic. fallit*, & idem voluit Hoſtienſ. *in d. cap. fin. de conſtit.* inquiens, quod quando conſtitutio concordat cum iure antiquo, trahitur ad præterita, quem refert, & ſequitur Capr. *d. concluſ. 6. num. 43.* vbi teſtatur ita ab omnibus teneri, & idem voluit Crot. *in d. l. omnes populi, num. 145.* *

Primo intellige, niſi tale ſtatutum con-
firmatorium † haberet annexam etiam in- 64
ductionem alicuius iuris noui, nam tunc quoad illud non trahetur ad præterita, ita Capr. *loco proxime citato per l. ius ciuile, ff. de legib.* & teſtatur ita communiter teneri, pro * quo facit, quod diximus *ſupra, in 4. ampliat. & in 3. ſublimit. ad ſecundam limit.*

Secundo intellige, vt iſtud ſit verum, ſi
ſtatutum † confirmās vteretur verbis, quæ 65
poſſent importare præteritum tempus, alias non, vt ſi diceretur *facta, rogata* & ſimilia, ita Bart. *in d. l. omnes populi*, & Imol. *in d. c. fin. de conſtit.* quos referendo ſequitur Felyn. *ibid.* & idem tenuerunt Dom. de Rot. *d. deciſ. 158. num. 4 part. 2.*

Tertio intellige, vt vera ſit limitatio,
dummodo actus † confirmatus retro ha- 66
buerit vigorem, ſed ſi ſumit vigorem à ſtatuto

Digitized by Google

tuto nunc confirmante, tunc confirmatum trahitur ad tempus confirmationis, nõ autem confirmans trahetur ad tempus confirmati, ita Bald. *in d.l.leges*, vbi dixit, idem eſſe in infirmatione, nam aut habet vetuſtiorem cauſam efficacem ad infirmandum, & tunc trahitur retro, & hoc idem firmat Felyn. *vbi ſupra, per l.obſeruare, in fin. ff.de offic. proconſ. & in l.ſi quis priore, ff. ad Trebel & in l.tribunus, §.vlt.ff.de teſta.* Anchar. *in repetit. d.cap.1. in verſic. quid dices, de conſtit.* & Felyn. *vbi ſupra*, dicit hoc modo eſſe intelligendum, quod ſcribit Bald. *in l. ex placito, verſic. ſed pone actum eſt, C. de rer. permut.* dum ſubtiliter ponit, vtrum qui intentauit conditionem ex ſtatuto inualido, poſſit obtinere, ſi lite pendente ſuperueniat confirmatio, de quo ibi per eum, & ita eſt intelligendum, quod dicit Abb. *in d.cap. fin num.11. verſic. aut conſtitutio venit confirmanda*, & ratio poteſt eſſe, quia tali caſu, qui confirmat, de nouo dare videtur, vt not. per ſcribentes *in l.adoptio non iure facta, ff.de adopt.* & per Bart. *in l. & quia ff. de iuriſdict. omn.iudic.* & actus valet prout nunc, vt notat Bald. *in l.bonorum, ff. rem rat.haberi, & in l ſi partem, §.1.ff.quemadmodum ſeru amit.* de vi autem confirmationis ſuper actu interpoſito, vide Bart. & alios *in d. l. & quia, ff de iuriſdict.omn.iudic* & Specul. *in tit. de legat.in §.nunc oſtendendum, in verſic non eximit Epiſcopus, & in tit. de reſcript. praeſen. in § forma quoque, verſic. ſequitur videre, & ſeq.* & gloſſ. *in can frater,17.quaſt 4.* & ſublimitationem ſequutus eſt Crot. *in d. l. omnes populi, numer.146.*

Decimo limita in ſtatuto dante ſole-
67 nnitatem † ad actum, quando actus non eſſet adhuc perfectus, nam ad illud porrigitur, licet eſſet inchoatus, ita Abb. *in d. cap. fin. num. 11. verſic. aut ſtatutum procedit, per l.contractus, C.de fide inſtrum.* ibi, *quæ tam in poſtea conficiendis inſtrumentis, quam in his, quæ iam ſcripta, nondum autem abſoluta locum habere præcipimus*, & hoc idem firmat Bartol. *in d.l.omnes populi, 5. quaſt. principal. num.44. verſic.primo caſu.per d. l. contractus*, ſecus eſſet, ſi eſſet perfectus ratione formæ, ſed penderet ratione effectus; exemplum, ſtatutum dat formam teſtamentis, ſi teſtamenta ſint condita ante ſtatutum, licet pendeant quoad effectum vſque ad mortem teſtatoris, non tamen includuntur in nouo ſtatuto, vt eſt text. *in l.iubemus, C. de teſtament.* propter quem ſic voluit Bartol. *in d.l.omnes populi, loco proxime citato*, & per l.fin. *in fin.de curator.furioſ.* & idem ſenſit Abb. *vbi ſupra loco citato*, & de hoc vide, quæ diximus etiam *ſupra in ſexta ampliatione.*

Intellige tamen, quod licet † ſtatutum 68
non porrigitur ad actum præteritum in ſe perfectum, tamen porrigetur ad executionem ipſius actus, ſi fieret, & eueniret fienda poſt ſtatutum emanatum ſuper executionibus, & de illis loquens ita tenet Capr. *d. concl 6 nu.64.* vbi dixit, quod quando conſtitutio noua reſpicit executionem, & ſuper ea diſponit, habebit locum in executione, quæ fit poſt ipſam conſtitutionem, etiãſi fiat executio ex actu præterito, & ita Dd. cõmuniter tenere teſtatur, non obſtãtibus his, quæ adducit Imol. in contrarium *in d.c.fin.* quæ licet poſſent procedere de iure, tamen in practica obſeruanda erit iſta opinio ſecundum eum, quæ & verior videtur, niſi executio fienda etiam poſt ſtatutum eſſet adeo acceſſoria, & annexa actui de præterito, vt non poſſet bene ab eo ſeparari, nam tunc dicẽdum eſt, prout ſupra diximus in ſecunda intelligentia ad quintam limitationem de futuris, quæ nullo modo ſunt ſeparata, ſed omnino connexa cum præteritis, quę ideo non comprehendentur à ſtatuto ratione connexitatis cum præteritis, ſecus ſi executio eſſet omnino

ſeparata

ſeparata ab ipſo actu de præterito, & poſſet ſeparatum ſtare vnum ſine alio, quia tunc ſi eſſet fienda poſt ſtatutum iam editum de executionibus loquens, non implicat, quo minus debeat ab eo comprehẽdi tanquam res futura, & fienda poſt ſtatutum, ad quã regulariter lex, & conſtitutio reſpicit, nec impedietur ratione prouenientiæ ab actu præterito, ex quo cum illo non habet indiuiduam connexitatẽ, ſed poteſt ſeparari, & ſeparata manet de futuro, ex quo ſtatuit de executione, & aliud eſt, nõ poſſe diſponere de actu ipſo iam facto ante ſtatutum, aliud de executione ipſius fienda poſt ſtatutum, & iſtud eſt, quod voluit Bart. *in d. l. omnes populi, ſ. quaſt. princ. num. 44. verſic. primo caſu,* vbi ait, aut actus eſt perfectus ratione formæ, ſed pendet ratione effectus, & ad illum lex noua non porrigitur, & ſic loquuntur iura, quæ in contrarium allegantur, id eſt, quod non porrigitur ſtatutum ad actum iam perfectum ante ipſum ſtatutum, licet pendeat quoad effectum, ſed non negant, quin porrigatur quoad executionem illius actus fiendam poſt ſtatutum ab ipſo actu ſeparabilem, & ſeparatam, & ideo inquit Ab. *in d. c. fin. n. 11. de conſt.* quod ſi conſtitutio reſpicit factum de pręterito, ſed executionem de futuro, ad ipſam executionem extenditur.

FINIS.

I N.

I N D E X

RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM, QVÆ IN HOC DE GENERALI STATVTORVM INTERpretatione, Tractatu continentur, copioſiſſimus; iuxta ſeriem alphabeticam digeſtus.

A.

ABlatiuus abſolutus in ſtatuto importat formam, concluſ. 9. num. 6. pag. 330

Abrogatum ſtatutum non poteſt allegari, etiamſi in totum non fuiſſet abrogatum, concluſ. 11. nu. 1. & 2. Niſi, vt num. 3. 360

Abrogatum ſtatutum poteſt allegari in argumentum, d. concluſ. num. 16. Niſi, vt num. 17. 18. 19. 362

Abrogati ſtatuti pars non abrogata poteſt allegari, d. concluſ. num. 20. 363

Abrogatum ſtatutum poteſt allegari quoad caſum præteritum ante abrogationem, d. concluſ. num. 21. ead.

Abrogans ſtatutum quoad ordinem, & proceſſum iudicii, ſeruatur etiam in caſu ante abrogationem, d. concluſ. num. 24. ead.

Abrogatum ſtatutum poteſt allegari ad corroborationem ſtatuti noui, d. concl. nu. 29. 364

Abrogatum ſtatutum non in ſubſtantia, ſed in exemplis poteſt allegari, d. concl. nu. 30. 365

Abrogata ſtatuta poterunt allegari quoad non ſubditos abrogantis, & exempla ponuntur, d. concluſ. num. 31. ead.

Abrogatum ſtatutum poteſt allegari ad corroborationem iurium ſuorũ, d. concl. n. 32. ead.

Abrogatum ſtatutum poterit allegari, quando ſtatutum abrogans non fuit vſu receptum, d. concluſ. num. 34. 365

Abrogatum ſtatutum non præſumitur, niſi probetur, ſed cenſetur ſemper durare, d. concluſ. num. 35. 366

Abrogatis ſtatutis cenſentur abrogatæ reformationes eorum, d. concl. num. 36. ead.

Vide infra in verbo Reformationes.

Abrogatum ſtatutum dicetur, & per vnicum actum vniuerſitatis vniuerſaliter, & in conſilio factum ſcienter in contrarium, d. concluſ. num. 37. ead.

Abſens ignorantiam ſtatutorum allegare poteſt, concl. 6. n. 164. 262

Abſens admittitur ad allegãdam ignorantiam, ſi nunquam, aut modicum à tempore conditi ſtatuti fuit in ciuitate, ſecus ſi diu, d. concluſ. n. 166. ead.

Abſentia, vel aliud impedimentum perſonæ re-

Digitized by Google

quiſita habilitat contra generalitatem ſtatuti, concl.5.n.108. 215

Abſurdi, vel ſuperfluitatis euitandi cauſa iuris communis appoſitione veniunt ſtatuta ciuitatis dominantis, concl 2.n.98. 106

Abſurdi euitandi cauſa reſtringitur generalitas ſtatuti, etiamſi ſtatuta ſint intelligenda ad literam, & etiamſi verba ſtatuti eſſent impropriãda, & etiamſi ageretur de fauore publico, concluſ.5 n.155.156.157 158. 224

Abſurdum, vt euitetur, extenditur ſtatutum etiam in correctoriis, concl.4.n.67. 165

Abſurdum quid dicatur, d. concluſ. num. 115. 177

Abſurdum, vt euitetur, receditur etiam à propria ſignificatione vocabuli, d concluſ.n.116. ead.

Accuſationis nomine in ſtatuto intelligitur de recte inſtituta, concl.4.n.30. 158

Actus factus contra formam ſtatuti etiam non procedentis vltra annullando, eſt nullus, concluſ.9.n.1. 330

De quo tamen dic, vt num.53.vſq; ad nu.81.

Actus factus non ſeruato ordine, de quo in lege à D.Pio, §.in venditione ff.de re iud.eſt nullus, concl 9. n. 4. 330

Actus factus poſterius, qui debebat fieri ante ex ſtatuti diſpoſitione, dicitur nullus, tanquam factus contra formam ſtatuti, d.concluſ.n.8. ead.

Actus factus contra ſtatutum non permiſſiue loquens, non autem prohibitiue non eſt nullus, d.concl. n 35. 335

Idem ſi loqueretur diſpoſitiue tantũ, vt n.36.

Quod declara, vt nu.37.

Actus factus contra diſpoſitionem ſtatuti ab eo, qui alias etiam talem actum facere poterat etiam ſine ſtatuto, non annullatur, d. concl. n.53. 339

Et quando, n.54.

Actus factus etiam præter, vel circa formam diceretur nullus, d concl.n.56. 340

Actus factus contra ſtatuti diſpoſitionem ab illo qui habet auctoritatem ſupra ſtatutum, non vitiatur, d.concl.n.66. 342

Actus factus contra prohibitionem ſtatuti, nedum eſt nullus, ſed quicquid ex eo ſequitur, d.concl n.35. 335

Actus humani à poteſtate, & voluntate reguntur, d.concl n.17. 332

Actus humani regulantur, & interpretantur à poteſtate facientis, concl.5.n.147. 222

Actus præſumitur factus, vt ius diſponit, concl.3. n.8. 132

Additio poſita in fine ſtatuti pœnalis verificatur de pœna poſita in ipſo ſtatuto, concl 4. n.101. 172

Adiuncti ratione recedit à generalitate ſtatuti, vt ſi in diſpoſitione adeſſet, ſi quis homo, vel nullus homo: Nam in ſolo maſculo verificabitur, licet alias terminus homo abſolute poſitus ſit communis tam ad maſculum quam ad fœminam, concl 5.n.171. 228

Æqualis bonitas & ſufficientia diſtinguit generalitatem ſtatuti mandantis, medicum conductum per ſe, non autem per alium curare debere, concl.5.n.94. 213

in Æquiparatis à ſtatuto fit extenſio, etiamſi æquiparatio fuiſſet facta à ſtatuto antiquo, & eſſemus in pœnalibus, & in exorbitantibus, concl.4.189. 190

Et n.190.191 192. De quo tamen n.197.198.199. & 200.

Æquitas potius, quam rudis figura ſtatuti attendi debet, concl.2.n.263. 128

Æquitas naturalis vincit generalitatem verborum ſtatuti, etiamſi adeſſet clauſula, non aliter, nec alio modo, concl.5.n.150. 223

Et etiamſi æquitas præcederet ſtatutum vltimo loco compilatum generaliter diſponens, vt ibi num.151.

Æquiuocum verbum ſtatuti declaratur à diſpoſitione eiuſdem alibi de tali verbo expreſſo, concl.2.n.114. 108

Affectatio, ſiue ambitio reſtringit generalitatem ſtatuti contra affectantem aliquod officium,

Digitized by Google

tium, & reprehenduntur, qui procurant mitti Ianuam pro rebus communitatis, concluſ.5.n.116. 217

Affinitas, & parentela excuſat à generalitate ſtatuti imponentis pœnam receptatoribus bannitorum.d.concl.n.28. 213

Affinitatis appellatione non venit affinitas per ſolam ſimplicem fornicationem,concl.4.nu. 83 157

Agnati ſimpliciter à ſtatuto vocati intelliguntur vocati eo ordine, quo ab inteſtato ſucceſſuri fuiſſent,concl.2.n.34. 98

Agnatorum appellatione non veniunt illegitime nati in ſtatuto,concl.4.n.34. 159

Allegans ſtatutum abrogatum, & illo vtens incidit in pœnam falſi,concl.11.n.4. 361

Allegari non poteſt ſtatutum vſu non receptum, d.concl.n.5. ead.

Allegari poterit ſtatutum abrogatum, vt de eo notitia habeatur, & ad inſtructionem iudicis, & ad alia, d.concl.n.33. 365

Alienare domum in forenſem prohibitus non intelligitur de alienatione paruæ domus, concluſ.5.n.50. 207

Alienatio facta forenſi contra prohibitionem ſtatuti non valet, etiamſi forenſis tempore rei alienatæ effectus fuerit ciuis tempore rei traditæ,concl.6.n 55. 245

Alienationem prohibens ſtatutum in forenſes, dicitur ſecundario fauorabile, & principaliter odioſum,concl.4.n.140. 181

Alienationem prohibens ſtatutum in forenſes, non comprehendit forenſes ipſos alienantes, concl.6.nu 8. 238

Alienatione prohibita per ſtatutum laicorum in non ſubditum non comprehenduntur Eccleſia, neq; clerici, concl.1. n.2. 8

Clerici, & pia loca ſunt à Principibus priuilegiata, vt eis libere vendi, & donari poßit, vt ibi.

Alimenta relicta à teſtatore prout in vita præſtabat alicui, regulantur ſecundum vltimam teſtatoris conſuetudinem, concl.8.n.10. 307

Animalium etiam clericorum cuſtodibus ſtatutum pœnam imponẽs valet,concl.1.n.152. 50

Anima fauorem conſtitutio reſpiciens reputatur fauorabilis, licet alias eſſet odioſa, concl. 4.n.157. 184

Antiani Sarzanæ curam, & officium non exercentes arma ferre non debent,concl.5.n.115. 216

Antianorum Sarzanæ authoritas circa declarationem ſtatutorum quid operetur,concl.8. n.86. 323

Antiqua ſtatuta declarantur à nouis, concluſ.2. n.109. 108

Antiquum ſtatutum interpretatur modo antiquo,d.concl.n.127. 109

Annullans actum ex cauſa de præterito, ſtatutũ porrigitur ad præterita,concl.13.n.47. 384

Quod dic, vt n.48.

Vide infra in verbo Præterita.

Appellare debens iuſte excuſatur, ſi non appellauit, quando iudex conſueuit male tractare, conſanguineos eorum, qui appellant ab ipſo, con.1.n.148. 50

Appellatio non datur à ſententia de exbrattando,concl 5.n.121. 217

Appellationes extra ciuitatem, vel dominium, ne committantur, ſtatutum diſponens dicitur concernere publicam vtilitatem, concl. 4.n.154. 183

Appellatione generaliter prohibita per ſtatutum, cenſetur tam de douolutiua, quam de ſuſpenſiua,concl.5.n.3. 199

Appellatione prohibita in ſtatuto, non cenſetur prohibita querela, concl.4 n.35. 159

in Appellatione ab interlocutoria requiritur pro forma expreßio grauaminis, nec ſatisfit per relationem ad acta, concl.9.n.63. 341

Apoſtolicas literas impetrare, vel ne publicentur in dominio prohibens ſtatutum laicorum non valet,concl.1.n.51. 23

Apothecam conducens, quod non poßit expelli ſoluendo penſionem non ligat Eccleſiaſticos, concl.1.n.12. 15

Apothecam minimam poſſidens poterit perſonaliter capi, non obſtante ſtatuto prohibente generaliter poſſidentem apothecam pro ſuſpecto capi concl.5.n.60. 207
Arbiter extra locum compromiſſi nō poteſt ſententiam ferre, niſi ſit dignitatis, vel praeminentia excellentis, concl.5.n.41. 2 6
Arbitrio iudicis relinquitur, quando clericus excuſatur, non incedendo in habitu, & qui habitus conueniens, vel non ſit in clericis, concluſ.1.n.112. 40
Arbitrio iudicis relinquitur, ex quibus actibus iudicatur conſuetudo interpretatiua, concluſ.2.n.165. 113
Arbitrio iudicis relinquitur, quae dicatur propria ſignificatio verbi in ſtatuto poſiti, concluſ.3.n.30. 136
Arbitrio iudicis relinquitur, quando forenſis poſſit ex diſpoſitione ſtatutorum puniri, concluſ.6.n.68. 247
Arbitrio iudicis relinquitur, quando contrahens dicetur ſtatim rediſſe, d. concluſ. num. 137. 259.
Arbitrio iudicis relinquitur, quando non eſt praefixum tempus, intra quem terminum ſtatuta obligentur, elapſis tamen duobus menſibus, nemo excuſatur, d. concl.6. n.147. 260
Arbitriū iudici à ſtatuto conceſſum intelligitur de arbitrio à iure regulato, concl.2.n.47. 100
Arbitrio generaliter conceſſo, dolus ſemper excipitur, concl.4.n 133. 179
Archidiaconi, & Praepoſiti dicto, ſicut nec aliorum ſtabitur etiam cum iuramento, quando aſſerunt ſe vocem dediſſe pro tali, concl.2. num.13. 95
Argumentum à contrario ſenſu, an, & quando habeat locum in ſtatuto, concl.4.nu.69. 165
Argumentum de contractu ad teſtamenta valet, concl 7. n.28. 277
Ars alias vilis ex conſuetudine loci erit nobilis exiſtimanda, concl.4.n.205. 193
Aufugiēs ad hoſpitale eſt tutus, ſicut confugiens ad Eccleſiam, concl.1.n.163. 54
Aufugiens non habetur pro confeſſo non obſtante ſtatuto: quando habuerit iuſtam cauſam fugiendi, concl.2.n.66. 102
Aufugiens ad coemeterium, vide infra Coemeterium.
Authoritas Principum condendi leges, vide infra in verbo Principes.

B.

Baldi dicta aliquando contraria concordantur, concl.2.n.204. 119
Baldi opinio in l.1.num. 59. ver. hoc idem dico, C.de ſumma Trinit.reiicitur, concluſ.6.numer. 28. 242
Bartoli differentia, & diſtinctio in l.ſi quis pro eo, ff.de fideiuſſ.reprehenditur, d.concluſ.6. n. 27. 241
Bartoli diſtinctio inter ingredientem, & ingreſſum monaſterii communiter reprobatur, concl.1.n.15. 16
Beneficii poſſeſſio, quod non poſſit capi abſque licentia domini temporalis, non poteſt ſtatui à laicis. concl.1.n.13. 15
Beneficio ſtatutorum non poſſet forenſis gaudere, ſi ſtatutum hoc prohiberet, concl.6.num. 207. 269
Berroarios laici ſuperioris non poſſe armis ſpoliare clericos ex ſe ipſis contra Couar. Clar. & alios, concl.1.n.242. 78
Beſtiarum appellatione quae veniant, tam de iure communi quam ſtatutario, concl.3.num. 18. 134
Bona, ad quae clericus fuit ordinatus tamquam ad titulum gaudent indiſtincte priuilegio Eccleſia, concl.1.n.96. 35
Quod intellige, vt num.97.
Bona clericorum, & Eccleſia etiam per laicos poſſunt grauari, concl.6.n.186. 265
Bona emphyteutica Eccleſia ſubiacent ſtatuto laicorum reſpectu vtilis dominii, concluſ. 1. n. 248. 81
Quod declara, vt num.249.
Bona non faciunt aliquem ſubditum, concluſ.2. num.151. 112

Digitized by Google

Bona forenſis ligantur à ſtatuto, præcipue ſi per longum tempus ita fuiſſet obſeruatum, concluſ.6.nu.183. 265

Bona forenſis tunc ſubiacent ſtatuto, quando ex ſtatuto præcedente prius tenebantur ad illa onera, d.concl.n.184. ead.

Bona forenſium apportata ad locum ſtatuti cõtra voluntatem eorum non ſubiacent ſtatuto, d.concl.n.194. 267

Bona habens in alieno territorio dicitur ſubditus illius aliquo modo, concl.6.n.49. 244

Bona in hoſpitale peruenta poſſunt grauari pro ſoluendis impoſitionibus per laicos priuſquã ad hoſpitale peruenirent. d.concl.n.185. 265

Bona immobilia Eccleſiarum, etſi non alienentur in laicos: bene tamẽ bona laicorum ad fauorem Eccleſiæ, neq; valet ſtatutum diſponẽs contrarium. concl.1.n.10. 14

Bonorum mobilium appellatione, quæ veniant, tam de iure cõmuni, quam de iure ſtatutario, concl.3.n.15. 133

non Bonum omne publicum approbatur; pro iuſta cauſa prohibendi alienationem in perſonas Eccleſiaſticas, concl.1.n.8. 12

Bona patrimonialia clericorum non ſubiacent ſtatutis laicorum, concl.1.n.93. 35

Nec ſubiacent foro laicali, ibi.n.95. ead.

Bona ſita in loco dicũtur ſubiecta ſtatuto illius, concl.6.n.181. 264

Bona ſubditi conſtituentis domiciliũ in loco bonorum non ſubiacent ſtatuto originis quomòdocunq; loquenti, d.concl.6.n.133. 258

C.

Canon ſi quis ſuadente diabolo, non habet locum in leui offenſa, concl. 5. num. 54. 207

Canonis pœna cõtra offendentes Cardinales, & ſimiles, non habet locum, quoties id non hoſtiliter, aut iniurioſe, ſed neceſſaria defenſionis via fit, concl.1.n.211. 68

Canonicus Eccleſiæ exemptæ delinquens in loco exempto non poterit puniri à diœceſano, concluſ.6.n.34. 243

Canonici Luneu. Sarzanen. admonẽtur pro cõcordia inita in cauſa Marinellæ cum Amelianis, concl.1.n.144. 49

Et admonẽtur pro partitis, quæ quotidie dantur, & proponuntur in eorum capitulo, concluſ.2.n.11. 95

Caſus dubius in ſtatuto iudicatur ex conſuetudine præcedenti, concl.2.n.142. 112

Caſus ſi occurreret non determinatus à ſtatuto, neq; conſuetudine, quid ageretur, d.concluſ. n.175. 115

Caſus mixtus non venit in ſtatuto, concl.4.nu. 20. 157

Caſus in quibus etiam poſt concluſum in cauſa poſſit fieri probatio, remiſſiue, concl.13. n.20. 377

Cattaneorum de Sarzana emphyteuſis de menſa Epiſcopali, concl.4.n.49. 162

Cauſa iuſta non ſufficit adeſſe ſtatuẽdi aliquid, niſi adſit & auctoritas in ſtatuente, concl.1. n.180. 57

de Cauſis pendentibus faciens mentionem ſtatutum non comprehendit pendentes per appellationem, concl.4.n.22. 157

Cauſæ efficientis virtus, & potentia reſpicienda eſt, vt poſſit operari in ſuſcipientem materiam, concl.6.n.4. 237

Cautela, vt iudex laicus non cognoſcat etiam de facto cauſæ ſpiritualis, concl.1.n.66. 25

Cautela ad euitandam ſententiam excommunicationis, contra contrahentes matrimonia clandeſtina per Epiſcopi ſtatutum late, cõcl. 6.n.36. 243

Cautela ad puniendos forenſes extra territoriũ in ciues delinquentes, d.concl. n.73 248

Cautela Duran. de art. teſt. tit.1.caut.2.n.5. reprobatur, concl.6.n.135. 258

ad Cœmeterium Eccleſiæ fugiẽs eſt tutus ratione cohærentiæ, ſicut in Eccleſia, concl.5.num. 127. 218

Cephal. conſ.644.n.39. lib.5. reprobatur, concl. 13.n.4. 374

Citatio ſi trina requiritur à ſtatuto, non ſufficit

vna pro omnibus, concl.9.num.59. 340

Citatio omittitur, vbi periculum eſt in mora, concl.2.n.52. 100

Citationis ignorantiam affectans habetur pro citato, concl.6.n.154. 261

Ciuis appellatione non venit ille, qui eſt ciuis ſecundum quid, concl.4.n.7. 155

Ciues cognoſcuntur ex muneribus, & honoribus, concl.6.n.108. 252

Ciues per priuilegium nõ ligantur ſtatuto præiudiciali, d.concl.n.172. 263

pro Ciuibus aliquos haberi mandans ſtatutum, intelligitur de ciuibus originariis, concl.10.n.2. 347

Ciuitas ex priuilegio non minus operatur, quã originaria quoad commodum ciuis, concl.6.n.188. 266

Ciuitas ipſa in vniuerſo à qua ſtatuta emanarunt non comprehenditur ſub illorum generalitate, concl.5.n.185. 231

Ciuitas tunc poteſt tollere ſtatutũ, quod trãſiuit in cõtractum ſi ſuperiorem non recognoſcit, concl.8.num.64. 316

Ciuitas poteſt facere ſtatutum abdicatiuũ bonorum in præiudicium patronorũ, iuſta cauſa ſuadente, ſi vicem Principis obtinet, dict. concl.n.59. 315

Ciuitatis dominantis ſtatuta veniunt appellatione iuris communis cauſa abſurdi, vel ſuperfluitatis euitandæ, concl.2.n.98. 106

Ciuitatis dominantis ſtatuta dicunt obſeruari in ſubditis, in defectum propriorum ſtatutorum, concl.12.n.10. 368

Ciuitatis dominantis ſtatuta dant intellectum ſtatutis ſubditorum, concl.2.n.85. 105

ad Ciuitatis dominantis ſtatuta recurretur, nõ obſtante ſtatuto de recurrendo ad ius commune, quando ita dict fuiſſet obſeruatum, d. concl.n.92. 106

Ciuitate libera, facta ſubdita, quando ſtatuta ipſis reuocata cenſeantur, concl.8.n.106. 328

Clauſula reuocatoria ſtatuti, eatenus ſtatutum reuocat, quatenus cum ipſo reuocante repugnat, concl.2.num.106. 107

Clauſula poſita in priuilegio, vel alia conceſſione non ſubiacet generalitati ſtatuti, concl.5.n.98. 214

Clauſula non obſtante, quid importet, concl.8.n.22. 308

Clauſula, motu proprio, quid operetur in reſcriptis, & conſtitutionibus, concl.13.numer.37. 381

Clericus poteſt eſſe procurator laici, & tenet iudicium, licet ab hoc deberet clericus abſtinere, concl.9.n.51. 339

Clerici ligantur ſtatuto circa ſolemnitates in contractibus adhibendas diſponente, d.concl.n.40. 279

Clerici non comprehenduntur à ſtatutis laicalibus, etiam in fauorabilibus, concl.6.num.43. 244

Clericus perſonæ illuſtri æquiparatur, concl.5.n.65. 208

Clericus vtens tonſura ſola, vel habitu ſolo, non gaudet priuilegio fori contra Rolan. à Val. & Farin. concl.1.n.110. 40

De quo tamen dic, vt n.111.

Clericorum animalium cuſtodibus ſtatutũ pœnam imponens valet, concl.1.n.152. 50

Clericus non poteſt prohiberi per ſtatutum laicale declinare iuriſdictionem Poteſtatis, cõcluſ.1.n.16. 16

Clericus etiam volens non poteſt conſentire ad iudicem laicum, d.concl.n.17. ead.

Clericus quando ligatur ſtatuto diſponẽte, quod de contractu ſoluatur gabella, d. concl.n.26. 17

Clerici volentes vti beneficio ſtatuti laicorum dicunt vti cum omnibus ſuis qualitatibus, d. concl.n.27. ead.

Clericus quando teneatur ſtatuto laicorum de teſtamentis inſinuatione diſponente, d.concl.1.n.29. 18

Clericus negligens apprehẽdere poſſeſſionem rei emptæ non excluditur à ſuo iure, non obſtãte ſtatuto laicali, d.concl.n.31. 19

Cleri-

Digitized by Google

Clericus licet vendat ſuum vinum, & oleum, nõ dicitur negotiari, d. concl. n. 36 20
Clerici non tenentur ad ſolutionem pedagij ex ſtatuto laicorum, d. concl. 1. n. 37. 20
Clericorũ res debent reſtitui abſq; pretio, ſi fuerint pignorata, domino inſcio, non obſtante ſtatuto laicorum generaliter in contrarium, d. concl n. 40. ead.
Clericus poterit locare domum ſuam alteri, nõ obſtante ſtatuto laicorum, d. concl. n. 48. 22
Clerici nunquam fuerunt ſub iuriſdictione laicorum, d. concl. n. 74. 25
Clericus ordinatus non poteſt alienare bona, ad quæ fuit ordinatus, niſi de licentia Epiſcopi, donec beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens, vel aliunde, vnde viuere habeat, d. concl. nu. 98. 35
Clericus ſcholaris non arctatur ſtatutis, & ordinationibus Rectoris laici, d. concl nu. 03. 37
Clerici in minoribus conſtituti, nec ſunt de foro ſeculari, nec ſtatutis laicorum ſubijciuntur, idem de ordinatis ad primam tonſuram, dict. concl. num. 105. Quod intellige vt numer. 106. 38
Clericus coniugatus non ſubiacet foro laicali, d. concl. n. 113. 40
Quod declara vt n. 114. ad 117. 41
Clericus coniugatus quis dicatur, & qui habitus clericalis, & an laicus iudex poſſit de habitu clericali cognoſcere remiſſiue, concl. 1. nu. 116. 42
Clericus depoſitus pro delicto quouſque non fuit degradatus, non ſubiacet ſtatutis laicorum, concl. 1. n. 118. ead.
Clerici tacentis condemnati à iudice laico remedia, & pœna quoad expenſas factas, concl. 1. n. 160. 54
Clerici nec etiam ſtatuto fauorabili laicorum ligantur, d. concluſ. nu. 191. 192. 194. 195. 196. 62
Clericis poteſt denegari beneficium ſuorum ſtatutorum à laicis, d. concl. n. 194. 63
Clericus litigans coram iudice ſeculari non arctatur ſtatuto deciſoria reſpiciente, etiam ſi cauſa principaliter promoueretur cõtra laicum, & incidenter contra clericum, d. concluſ. n. 197. 198. 65
Clericus non poteſt vti ſtatuto laicali contra clericum in deciſiuis, d. concl. 1. n. 199. ead.
Clericus coram iudice Eccleſiaſtico poteſt vti ſtatuto laicali contra laicum, d. concl. n. 202. ead.
Clerici non ligantur ſtatuto laicali etiam honeſto, & rationabili, d. concl. n. 203. ead.
Clerici dato caſu, quod ſubiacerent in aliquo ordinatis à laicis, debent tamen ad illud obſeruandũ cogi per ſuum iudicem Eccleſiaſticum, non autem per laicum, d. concluſ. 1. num. 204. 66
Clericus ratione alicuius officij, vel adminiſtrationis ſubiacet in ciuilibus ordinationibus laicalibus, ſecus in criminalibus, d. concl. nu. 233. 74
Clericus in ordinatoriis, & præparatoriis iudicij ſubiacet ſtatuto laicorum, d. concl. 1. num. 234. ead.
Clericus tempore ſtatuti exiſtens laicus ligatur à diſpoſitis à ſtatuto, d. concl. n. 235. 236. 238. & 239. 75
Clericus non poteſt etiam ſponte ſoluere impoſitionem pro bonis tam Eccleſiaſticis, quam ſuis, nec communitas recipere, concl. 1. n. 99. 36. Niſi vt n. 100. ad 102. ead.
Codex fuit totus confirmatus eodem tempore, concl. 8. n. 1. 305
Collectas ſoluere Eccleſiaſticos cogens ſtatutum non valet, concl. 1. n. 50. 22
Collegia pia, & fraternitates diſciplinatorum à quocumque fieri poſſunt, nulla præcedente auctoritate Eccleſiaſtica, d. concl. numer. 172 56
Coloni clericorum non poſſunt grauari propter ipſos clericos, concl. 1. n. 145. 49.
Coloni clericorum remanent ſub iuriſdictione laicali, d. concl. n. 150. 50
Coloni clericorũ ex propria perſona delinquentes pu-

Digitized by Google

tes puniuntur à ſuperioribus laicis, d.concl. n.151. ead.

Coloni clericorum quando etiam non obediẽtes ſtatuto laicorum non poſſunt à laicis puniri, d.concl.n.153. 51

Coloni clericorum non poſſunt etiam indirectè à laicis in præiudiciũ clericorum puniri, concluſ.1.n.155. 52

Coloni Eccleſiarum tenentur ſoluere gabellas de parte fructuum eis contingentium, d.concl. n.147. 49

Colonorum Eccleſiæ immunitas tractatur remiſſiue, & de portione dominicali, & eorum propria, d.concl.n.157. 53

Committẽdo quis magis delinquit, quam omittendo, concl.2.n.224. 122

Compromitti ſtatutum mandans, an & quando comprehendat clericos, concluſ.2. num.34. 19

de Compromiſſis inter agnatos ſtatutum dicitur fauorabile, & comprehendit filium emancipatum, & nepotem, & alios ex eis, concl.4. n.142. 181

de Compromiſſis ſtatutum non ligat forenſem, quoad bona ibi ſita, niſi ſit ciuis oriundus ex eodem loco, & ibi reperiatur, concl.6.n.209. 269

Compromiſſum faciens dicitur alienare, concl. 8.n.98. 326

Communis opinio contra Bartol. diſtinctionem, in l.ſi quis pro, ff. de fideiuſſ. concl.6.num.31. 242

Communitas non poteſt recipere à clerico, etiã ſponte ſoluente impoſitionem pro bonis Eccleſiaſticis, & ſuis, concl.1.n.99. 36

Niſi, vt n.100. ad 102.

Communis vſus omni regulæ, omniq; conſtitutioni in exaudiendis ſermonibus, derogat, cõcluſ.3.n.9. 132

Communis vſus loquendi attenditur etiam in ſtatuto correctorio, & exorbitãti, & pœnali, concl.3.n.22. 134

Propria ſignificationi vocabuli præfertur, d. concluſion. numer. 23. ead.

Etiam ſi eſſemus in correctoriis. concl.4.n 163. & 164. 185

Attenditur in ſtatuto etiam mandante ſtatuta debere intelligi ad literam, & prout iacent, concl.3.nu.24. 135. & concl.4.nu.109. 174

Ille attẽditur in interpretatione ſtatutorum, qui eſt frequentior, & vſitatior, d. concl. n. 27. 135

Non attenditur in ſtatutis, quando verba ſtatutorum deberent intelligi ſecundum propriam illorum ſignificationem, d.concl.n.29. ead.

Quod declara vt n.31.

Nõ habet locum in ſtatuto, ſi mandaretur ſtatuta debere intelligi nullo extrinſeco intellectu addito, de quo tamen vide ibid. d.concl.3. n.32. 136

Non habet locum in ſtatuto Latino ſermone concepto, quando verba in eo prolata non habent ſuum vulgare diſtinctum, d.concl.n.33. 137

Ille ſeruit pro interpretatione ſtatutorum, qui eſt in loco ſtatutorum, dict. concluſ. num.34. ead.

Vt habeat locum in ſtatutis, debet probari de tempore ſtatutorum, imo quod inoleuerit per decem annos ante. d.concluſ. num.35.36. 138

Ille dicitur, qui erit frequentior in ciuitate, concl.3.n.173. 115

Modus probationis communis vſus loquendi antiquiſſimi, concl.3.n.37. 138

De aliquibus tantum hominibus, quando operetur in ſtatutis, d.concl.n.39. 139

De quo communi vſu intelligatur, d. concl.n. 44.47. & 48. 140

Allegans debet illum probare, & in ſpecie de re, de qua agitur, niſi in notorio, & publico, d. concl.n.49.50. & 51. 146

Notorium, quæ faciant, & releuent ab onere probandi, remiſſiue. d.concl.n.52. 147

Doctori

Digitized by Google

Doctori de eo atteſtanti, an ſit ſtandũ, d. concl. n. 53. ead.
Et quouſq;, nu. 54. 55. & quid in in gloſſ. num. 56. & iterum de Doctore, nu. 57. & 58.
Reputatur inter ea, quæ ſunt difficilis probationis, d. concl. n. 60. 150
Non attenditur, ſi vſi fuerunt ciues per longum tempus aliquo modo ſtatuto, d. concl. n. 40. 139
Concluſio in cauſa, in qua eſt præcluſa via iudicij partibus, negotiũ dicitur finitum, concl. 13. n. 22. 378
Concluſio in cauſa quæ dicatur, d. concl. nu. 23. 24. ead.
Concluſio in cauſa plures effectus operatur, remiſsiue, d. concl. n. 25. ead.
Concluſio in cauſa multa operatur contra generalitatem ſtatuti, concluſion. 5. numer. 139. 221
Concluſioni ſtatuti ſtabitur potius, quam præfationi, concl. 2. n. 187. 116
Niſi vt num. 188.
Cõcordia quouſq; poteſt cõſiderari inter ſtatuta non debet induci derogatio, aut correctio, etiam ſi in vno adeſſent dictiones taxatiuæ, & etiam ſi alternatiua deberet reſolui in copulatiuã, & etiam ſi vltimum ſtatutum haberet clauſulam derogatoriam generalem: niſi in contrarium appareat de mente ſtatuentium, concl. 8. n. 65. ad 69. 316
Concordia de ſtatuto ad ius commune nõ curatur, cum quis indebite damnum pateretur, concl. 12. n. 13. 369
Concors tunc eſt ſumenda præcipue interpretatio cum iure communi in ſtatuto, ſi diſponeret in materia iuris, concluſ. 12. numer. 6. 368
Concordari debẽt ſtatuta ad inuicem, quã fieri poteſt, d. concl. n. 11. ead.
Concordanda ſunt ſtatuta cum iure communi regulari, & ordinario, non autem extraordinario, d. concl. n. 15. 369
Concubinas clericorum ſtatutum puniens quãdo valeat, concluſ. 1. num. 49. 22
Concurrente ſtatuto cum diſpoſitiõe iure communi quid operetur, d. concluſ. numer. 19. 21. 370
Conditio in ſtatutis eſt pro forma, non autem pro ſolemnitate, concl. 9. n. 3. 330
Conditionem hanc tacitam habent ſtatuta, videlicet ſi moribus vtentium recipiantur, cõcluſ. 8. n. 28. 310
de Confeſſo ſtatutum loquens intelligitur de vere confeſſo, concl. 10. n. 8. 348
Confirmatis ſtatutis ab aliquo Principe non cẽſentur cõfirmata ea, quæ ſunt illicita, & quæ ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam, concluſ. 2. n. 270. 127
Confirmatorium ſtatutum trahitur ad præterita, concl. 13. n. 63. 390
Quod declara vt n. 64. 65. 66.
Confiſcationem bonorum ſtatutum ordinans nõ comprehendit ea, quæ de iure communi non veniunt in confiſcatione, concluſ. 2. num. 43. 100
Conformari non debet ſtatutum cum iure communi, quando nihil omnino operaretur, concluſ. 12. n. 17. 369
Coniectura aliquando ſeruit loco expreſſæ voluntatis, & pro voluntate in diſpoſitione hominum, ſecus in ſtatutis, concluſ. 13. numer. 9. 374
Coniecturis non eſt opus in claris, concl. 2. n. 64. 102. & concl. 4. n. 131. 179
Coniuncti vtrinq;, vel ex latere patris tantum vocati à ſtatuto, quomodo admittantur, cõcluſ. 2. n. 36. 98
Coniuncti appellatione non venit naturalis tãtum, concl. 4. n. 24. 157
Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti, niſi ſit abſens, concl. 6. n. 165. 262
Conſanguineos clericorum puniens ſtatutum propter inobedientiam ipſorum clericorum non valet, concl. 1. n. 142. 49
Conſenſus, & non concubitus matrimonium facit, concl. 4. n. 40. 159

Digitized by Google

Cõſenſus requiſitus à ſtatuto intelligitur de vero, non autem de conſenſu per taciturnitatem, concl.10.n.6. 347

Conſenſum propinquorum ſtatutum requirẽs, in caſu intelligitur, ſi ſunt præſentes, concl. 5.n.109. 215

Conſilium extra terminum à ſtatuto præfixum redditum valet, licet pœna ſtatuti poſſit exequi contra conſultorem in tempore non reſpondentem, concl.9.n.39. 336

Conſtantini Imperat. exemplum circa Eccleſiaſticos accuſatos, concl.1.n.205. 66

Conſtitutio noua intelligitur, & diſtinguitur ſecundum antiquam, concl.2.n.103. 107

Conſtitutio tunc dicitur confirmantis, quando confirmatio eſt neceſſaria, ſecus ſi per ſe ſtare poteſt, concl.8.n.88. 323

per Conſtitutionem ſecũdæ legis videtur receſſum à prima, d.concl.n.4. 306

Conſuetudo non poteſt induci cõtra exemptionem clericorum, etiam ſi eſſet immemorabilis, & probaretur tolerantia Papæ, concl.1. n.127.129.130. 45

Conſuetudo poteſt tribuere merum, & mixtũ Imperium, d.concl.n.128. ead.

Conſuetudo non coadiuuata ab auctoritate Eccleſiaſtica non operabitur etiam quoad aliquos caſus, vel cauſas particulares cõtra Eccleſiaſticos, non obſtantibus per Clar. Couar. & Farinac. adductis, d. concl.1. nu. 131. ead.

Conſuetudo mixta clericorum, & laicorũ maximam vim habet etiam in his, quæ Eccleſiaſtica ſunt, in d.concl.n.133. 46

Conſuetudo, quod quis ſoluat gabellam rerum ſui vſus cauſa de Litarum non valet, concl. 2. n.21. 96

Cõſuetudo ciuitatis dominantis ſeruabitur, deficiente conſuetudine ſubditorum in aliquo caſu, d.concl.nu.102. 107

Conſuetudo regionis vicinæ ſpectanda erit, quã do deficit aliqua conſuetudo in aliquo loco vicino, d.concl.n.124. 109

Conſuetudo, & obſeruantia tribuunt interpretationem ſtatutis, d.concl.n.140. 111

Conſuetudo interpretatiua dicitur ſtatutum ipſum, d.concl.n.146. 112

Conſuetudo interpretatiua non requirit præſcriptionem, d.concl.n.159. 113

Cõſuetudo interpretatiua dicitur potius aſſuetudo, d.concl.2.n.162. ead.

Conſuetudo admittitur ad interpretationem ſtatutorum, quæ non aduerſatur ſtatuto; cõcluſ.2.n.164. 114

Conſuetudo inducitur per decennium, d. concl. n.165. ead.

Conſuetudo facit valere ſtatutũ, quod alias nõ valebat, d.concl.n.166. ead.

Conſuetudo facit, quod ſtatuta obſeruentur, licet ſit dubium, an de iure valeant, d.concl.n. 168. ead.

Conſuetudo, contra quam non extat memoria, non indiget probatione, concluſ. 2. num.169. 115

Conſuetudo reducens ad ius commune dicitur fauorabilis, d.concl.2.n.170. ead.

Conſuetudo interpretatiua inducitur ex duobus vel tribus actibus, dict. concluſ. num.171. ead.

Cõſuetudo interpretatiua ex obſeruãtia maioris partis populi, d.concl.n.172. ead.

Conſuetudo interpretatiua habet locum quouſque ſumus, in verbis dubijs ſtatuti, d.concl.n. 174. ead.

Conſuetudine deficiente in aliquo caſu poterit allegari ratio tacita ipſius conſuetudinis, concl.4.n 171. 186

Conſuetudo eſt fortior, & potentior ſtatuto, & facit illud ſilere, concl.6.n.89. 250

in Conſuetudine attenditur, quod frequentius accidit, concl.6.n.90. 250

in Conſuetudine introducenda contra ſtatutum non requiritur ſcientia Principis, quando nõ agitur de reſeruatis Principi, d.concl. nu.91. ead.

Conſuetudo, vt inducatur contra ſtatuta, debet eſſe de vniuerſitate, quæ habeat ex ſe aucto-

rita-

ritatem ſtatuti cõdendi, & abrogandi, d. cõcluſ. n. 92. ead.
Conſuetudinem introducere non poteſt ſine ſuperioris auctoritate, qui & ſtatutum ſine eadem auctoritate condere non poteſt, dict. concl. n. 93. ead.
Conſuetudinem laudabilem in matrimonio cõtrahendo, omittens peccat, concl. 7. numer. 5. Concurren. de quibus n. 6. 273
Conſuetudo, & ſtatutũ æquiparantur, & quod dicitur de vno, dicitur de alio, concl. 8. nu. 11. 307
Conſuetudo vltima tunc attenditur, ſi eſt introducta à maiori parte, d. concl. n. 12. ead.
Conſuetudine ad fauorem aliquorum, acquiſita, aut inducta, non poſſunt tolli per nouum ſtatutum, d. concl. 8. n. 52. maxime in nõ ſubditis, vt num. 53. Et quid de ſubditis, num. 54 314
Conſuetudo contraria non derogat ſtatuto præcedenti, prohibenti tamen conſuetudinem poſſe induci, niſi cũ expreſſa populi, & Principis ſcientia induceretur, d. concl. num. 74. 318
Conſuetudine generali Italiæ pœna non habet effectum, niſi ſequatur effectus, concl. 10. n. 5. 347
Contractus ſecundum ſolemnitates ſtatuti loci minime factus nullibi locorum valebit, ſicuti adhibitis ſolemnitatibus factus vbique obſeruabitur, concl. 6. n. 24. 240
Contractus locus inſpicitur quoad ſolemnitatẽ, concl. 6. n. 110. 252
in Contractibus quoad habilitatem cõtrahentium ſpectatur tempus contractus, d. concl. n. 54. 245
Contractus minorum abſq; propinquorum auctoritate valebunt, non obſtante ſtatuto huiuſmodi auctoritatẽ requirente, quando propinqui deficiunt, concl. 2. n. 54 101
Contractus interpretatur ſecundum ſtatutum, & conſuetudinem loci, in quo fuit celebratus, concl. 7. n. 3. 272
Contractus poteſt eſſe verus, & inſtrumentum falſum, d. concl. n. 10. 274
Contractus forenſis non ſeruatis ſolemnitatibus ſtatuti loci contractus, nec etiam in propria patria valebit, d. concl. n. 37. 279
Contractus factus à forenſe in territorio ſtatuti in loco tamen exempto tenet etiam non ſeruata forma ſtatuti, d. concl. n. 32. 37. ead.
Contractus ſtatutum, non locus, in quo euenerunt accidentia poſt contractum, ſeruatur: Niſi perſonæ illæ ſint de illo foro, d. concl. nu. 56. 288
Contrahens ſuper bonis etiam extra territorium ſtatuti contractus exiſtentibus tenetur ſeruare ſolemnitates in cõtractu à dicto ſtatuto diſpoſitas, vt valeat contractus, concl. 6. n. 25. 241
Contrahens cũ aliquo, quem ſcit eſſe confeſtim receſſurum, nec habere ibi cauſam reſidendi, non poteſt illum ibi conuenire, d. concl. n. 41. 243
Contrahere quando quis dicatur in aliquo loco, tanquam aduena, & in tranſitu, d. concl. nu. 40. ead.
Contrahentes cenſentur ſe alligare ſtatutis, & conſuetudinibus loci, in quo contrahunt, cõcluſ. 7. n. 2. 272
Contrariis duobus ſtatutis exiſtentibus vltimũ eſt attendendum, concl. 8. n. 1. 305
Contraueniens ſtatuto propter neceſſitatem, nõ dicitur contrauenire, concluſ. 5. numer. 123 217
Contumacia nimia facit recedere à generalitate ſtatuti, d. concl. n. 132. 219
Contumaciam rei principalis, ſi diſponatur, nocere fideiuſſoribus per ſtatutum, debet intelligi de fideiuſſore non comparente, concl. 4. n 97. 172
Conueniri quis poteſt pro poſſe bonorum coram iudice, in cuius territorio ſunt bona, concl. 6. n. 50. 244
Conuentione facta inter aliquos non euitant ſolutionem gabellæ, licet ſe conferant extra

Digitized by Google

tra territoriū ad conficiendū inſtrumētum, ſtante ſtatuto, quod de contractu ſoluatur gabella, concl.7.n.11. 274

Correctio iuris communis vt euitetur, ſtatuta ſunt reſtringenda, concluſio.5. numer.148. 223

Correctio ſtatutorum, & contrarietas in iam diſpoſitis, ne inducatur generalitas ſtatuti, eſt reſtringenda, d.concl.n.159. 225

Correcta lex dicitur falſo lex, d.concl. num.14. ead.

Correcto ſtatuto non ſemper dicitur correcta eius ratio, licet ſecus econtra, conc.11.n.13. 362

Corrigere ius commune quando poteſt ſtatutū in vno vel duobus, debet interpretari, vt in vno tantum corrigat, concl.12.n.2. 367

Correlatiuorum ratione ſtatuta extenduntur, concl.4.n.193. Quod dic, vt n.194.195.& 196. 191

Correlatiuorum argumentum ceſſat ſtante ſtatuto, quod debeant ſtatuta intelligi ad literam, concl.4.n.107. 174

Curator, vel tutor poteſt praeiudicare minori in quaerendis, concl.1.n.253. 82

D.

Debitor non poteſt capi vigore ſtatuti, niſi praecedat citatio, concl.2.n.51. 100

Decennij lapſus à tempore conditi ſtatuti ſufficit, vt dicatur vſu non receptum, concl.11.n.6. 361

Decimarum iudicium non competit laicis, concluſ.1.n.21. 17

Deciſa quae dicantur, concl.11.n.26. 364

Deciſa nō cōprehenduntur à ſtatuto, quomodocunq; ſint deciſa, dummodo legitime, vtputa ſententia, tranſactione, iuramento, ſolutione, quietatione, praeſcriptione, & ſimilibus, concl.13.n.18. 377

Deciſa comprehenderentur à ſtatuto, quod mādaret omnia geſta prius haberi pro infectis, d.concl.11.26.28. 379

Quod declara, vt n.29. ead.

in Deciſiuis attenditur ſtatutum loci contractus, concluſ.6.num.75. 299

in Deciſiuis debet quis iudicari ſecundum leges Patriae ſuae, d.concl.6.n.196. 267

Deciſoria & ordinatoria quae dicantur, d.concl.n.76. 300

Declarare facilius eſt, quā tollere, quod eſt certum, concl.2.n.161. 113

Declaratoria conſtitutio addens aliquid iudicatur vt ius nouum in eo, quod addit, concl.13.n.9. 375

Declaratorium antiqui ſtatutū ſi vteretur verbo promulgatorio noui iuris, trahitur ſolum ad futura, d.conc.n.8. ead.

Declaratorium ſtatuti, vel iuris antiqui nihil aliud addens ſtatutum porrigitur ad praeterita, d.concl.n.41. 382

Quod amplia, vt nu.42. Et limita, vt num.43. & 46.

Defectus copiae ſuperioris permittit, aliquē poſſe capi pro debito, abſq; licentia, non obſtante ſtatuto in contrarium, concluſ.9. nu.124. 217

Deficiens in purgatione Canonica non dicitur conuictus vigore ſtatuti, concluſ.10.numer.9. 348

in Delegatione veniunt ea, ſine quibus cauſa expediri non poſſet, non tamen ea, per quae commodius expediretur, concl.9. numer.58. 340

Delictum faciens ſtatutum aliquem actum, qui prius non erat, non comprehendit praeterita, concl.13.n.2. 373

Delicti ſtatutum attenditur, concl.7.numer.16. 275

Delinquens fit de foro loci delicti, concl.6.nu.61 246

De pendentibus à matrimonio non poteſt ſtatui lex per laicos, concl.1.n.82. 37

Derogatio ſtatuti non trahitur retro ad facta, ſcilicet in executionem ſtatuti nondum abrogati, concl.11.n.22. Niſi vt n.23. 363

Derogatoria ſpecialis, ſeu expreſſa quae, & quae generalis dicatur, concl.8.n.77. 319

Deſti-

Digitized by Google

Deſtinatæ ſolutionis, non autem in loco contractus quis conueniendus eſt, concl.7.n.58. 289
Deſuetudo contra ſtatutum inducitur ſpatio decem annorum, concl.11.n.10. 361
Deſuetudine ſtatuta ſublata non ligant, concl. 11. n.9. ead.
Deſuetudine vt dicatur ſublatum ſtatutum, requiritur, quod euenerit caſus ſtatuti, concl. 8.n.34. 310
Dicere non debemus, quod non dicit ſtatutum, concl.4.n 3. 155
Dictiones quædam, & quæ reſtringunt generalitatem ſtatuti, concl.5.n.163. 225
Quod declara, vt n.164.ad 166.
Dicto Archidiaconi, & Præpoſiti ſicut nec aliorum ſtabitur etiam cum iuramento, quando aſſerunt ſe vocem dediſſe pro tali, concl.2. num.13. 96
Dignitas maior in concedente alterat ſtatutum de aliquo caſu generaliter diſponens, concl.5. n.134. 220
Dignitatem, & officium tenetur quis potius dimittere, quam ſententiæ contra libertatem Eccleſiæ adhærere, concl.1.n 87. 30
Diſpenſatus ab Epiſcopo, vt poſſit operari in die feſto, an poterit puniri à iudice laico, à quo licentiam non feſtandi feſta non obtinuit, d. concl.n.256. 84
Diſpoſita à iure ciuili ſuper matrimonio fuerunt ordinata tempore, quo Imperatores præerant etiam ſpiritualibus, qui ideo etiam de Epiſcopis, Abbatibus, & de quampluribus generibus clericorum ordinauerunt, quæ hodie ceſſant, concl.1.n.181. 57
Diſpoſita à ſtatutis non extenduntur ad caſus non comprehenſos in eis, licet à iure communi diſpoſitos, concl.2.n.236. 123
Diſpoſitio caſus veri, verificatur in caſu ficto, ſi ſtatutum loquitur in materia iuris, in qua caſus verus, & fictus æquiparantur, d.concl. n.72. 66
Diſpoſitio omnis recipit regulam à conſuetudine, d.concl.n.147. 112
Diſpoſitio ſequens à præfatione reſtringitur, & declaratur, d.concl.2.n.178. 166
Diſpoſitio quælibet recipit interpretationem ab eo, quod eſt conſuetum, concl.5.n.162. 225
Diſpoſitiones reſtringuntur, & regulantur ſecundum rationem ſcriptam, concl.2. nu.121 109
Diſtinctio generalis quando clerici obligentur ſtatutis laicorum, concl.1.n.258. 85
Diuerſa ſi continent ſtatuta, inter ea non habet locum interpretatio, concl.2.n.129. 110
Diuerſitas rationis facit, vt omnia ſub generalitate ſtatuti minime comprehenſa dicantur, concl.5.nu.154. 224
Doctor per ſaltum promotus non venit in priuilegio conceſſo Doctoribus à ſtatuto, concl. 5. num.76. 210
Doctores abſq; examine requiſito, & velo leuato promoti per aliquem habentem auctoritatem Doctores faciendi, non gaudent priuilegio Doctorali, d.concl.n.77. ead.
Doctores legum, & medicinæ non ſubiacent ſtatuto de capiendis debitoribus, concluſ.2. nu. 39. 99
Doctori atteſtanti de communi vſu loquendi, an ſit ſtandum, concl.3. n.53. 147
Et quouſque, num. 54. 55. & quid in gloſſa, num. 56.
Item de Doctore, n.57. 58.
Doloſus caſus vt euitetur reſtringitur generalitas ſtatuti, etiamſi ſit doloſus præſumptus, concl.5.n.168. & 169. 227
Domicilium conſtituens in pluribus partibus, plures patrias dicitur ſortitus, concl.6.num. 189. 266
Domicilium duplex quando concurrit, originis ſcilicet, & incolatus, d.concl.n.190. ead.
Domicilium incolatus attenditur, d.concluſ. nu.192. ead.
Domus appellatione an veniat apotheca, concluſ.3.n.21. 134
Donatio non reſcinditur pro leui offenſa, concl. 5.n.57. 207

Digitized by Google

Donationes factas Eccleſiæ reuocare ſtatutum ſubditos minime cogere poteſt, cõcl.1.n.71. 25

Donationis appellatione in ſtatuto venit ſolum propria donatio, concl.4.n.10. 156

Dos propria non dicitur, niſi adſit matrimonium, concl.3.n.10. 132

Dos congrua quando, & ex quibus iudicatur, concl.4.n.138. 180

Dotata excluſa à ſtatuto intelligitur de congruenter dotata, concl.2.n.14. 96

Et concl.4 n.128. 179

Dotata excluſa intelligitur ſolum ab hereditate dotantis, niſi aliter appareat de mente ſtatuti, d.concl.n.25. 157

Dotationi indiſcretæ patris non ſtabitur non obſtante ſtatuto mandante filiam debere ſtare deſcriptioni patris quoad dotem, d.concl.nu.132. 179

in Dote vel lucranda, vel reſtituenda attenditur ſtatutum domicilij viri, concl.7.n.57. 289

Quod amplia, vt num.61. 62. 63. Et limita, vt n.64. ad 72.

de Dote data loquens ſtatutum non habet locum in promiſſa, concl.4.n.26. 157

De quo dic, vt n.27. & 28.

Dotis fauore, an, & quando excuſatur omiſſio formæ, concl.9.n.80. 345

in Dubio ſtandum eſt verbis ſtatuti, concluſ.5.n.15. 200

Dummodo, dictio, in ſtatuto importat conditionem, & formam, concl.9.n.7. 330

E.

Eccleſia eſt auctrix, & cultrix honeſtatis, & iuſtitiæ, concl.7 nu.46. 282

Eccleſiarum bona immobilia, etiamſi non alienentur in laicos, bene tamen bona laicorum ad fauorem Eccleſiæ, neque valet ſtatutum contrarium diſponens, concl.1.n.10. 14

Eccleſiaſticæ perſonæ omnes eximuntur à iuriſdictione laicorum, & quæ dicantur perſonæ Eccleſiaſticæ, & quid de eremita, d.concluſ.n.126. 44

Eccleſiaſtici non poſſunt obligari à ſtatuto laicorum ad vendendum eorum vinum, vel oleum, d.concl.n.19. 16

Eccleſiaſtici in his, quæ reſpiciunt communem vtilitatem clericorum, & laicorum, ſubiacent ordinationibus laicorum. Vbi multa exempla, d.concl.n.240. 76

Debent tamen cogi à ſuo iudice Eccleſiaſtico, vt n.241. 78

Et quando, n.243. & 244. 79

Eccleſiaſtici ſubiacent ſtatutis laicorum confirmatis à Summo Pontifice, concl.1.n.246. 80

Eccleſiaſtici obligantur conſuetudine mixta clericorum, & laicorum, d.concl.n.247. ead.

Eccleſiaſtico vno iudice negligente non ſtatim recurritur ad laicum, ſed ad alium ſuperiorem gradatim iudicis Eccleſiaſtici, d.concl.n.220. 71

Eccleſiaſtico iudice negligente, an poßit ſecularis ſupplere, & quando non, d.concl.n.217. & ſeq. 70

Eccleſiaſticus ſuperior poſſet per ſe tollere ſtatutum notorie contra libertatem Eccleſiaſticam, d.concl.n.80. 29

Effectus, & intentio magis, quam formalitas verborum inſpicitur, d.concl.n.9. 13

Electi, quando duo fuerunt, qui haberent voces æquales, ille obtinebit, qui pro ſe habuerit Priorem ſacriſtam, & ſimiles qui ſunt in dignitate, & præfertur ei, qui habuerit voces aliorum Canonicorum ſimplicium dignitatem non habentium, concl.2.n.12. 95

Electio ſola ciuium ad condenda noua ſtatuta non facit vetera ceſſare, concl.8.n.105. 328

Eleemoſyna diſtribuenda vigore ſtatuti inter pauperes intelligitur de pauperibus loci ſtatuti, concl.6.n.10. 238

Emens à principio vſus ſui cauſa, licet ex poſt facto eadem reuendat, non tenebitur ad gabellam, remota tamen fraude, concl.2.n.26. 97

Emens victualia in ciuitate extranea ligatur lege illius ciuitatis, concl.6.n.178. 263

Emptores rerum Eccleſiarum non eximuntur à ſolutione gabellæ, concl.1.n.28. 18

non

Digitized by Google

non Entium, nulla ſunt qualitates, concl. 9. n. 30. 334

Epiſcopus poteſt compellere laicos ad declarandum ſtatutum aptum comprehendere etiam clericos, vt illos non comprehendat, concl. 1. n. 79. 28

Epiſcopi ſtatutum non ligat extra territorium, concl. 6. n 35. 243

Epiſcopi ſtatutum non valet habilitans omnes filios illegitimos ad minores, & ſimplicia beneficia, concl. 13. n. 58. 389

Equites Hieroſolymitani non ſubiacent ordinationibus laicorum, concl. 1. n. 123. 43

Equitem Hieroſolymitanum percutens incurrit ſententiam excommunicationis, d. concl. n. 125. 44

Equites Hieroſolymitani profitentur caſtitatẽ, paupertatẽ, & obedientiã, d. cõcl. n. 124. ead.

Excellentia perſonæ facit ceſſare generalitatem ſtatuti, concl. 5. n. 40. 206

Exceptio rei iudicatæ in foro Eccleſiaſtico non poteſt reiici à ſtatuto laicorum, concl. 1. n. 53. 19

Exceptio litis ingreſſum impediens non excluditur à ſtatuto exceptiones excludente, concl. 2. n. 56. 101

Exceptione cauſæ ſpiritualis puta vſurarum oppoſita corã iudice laico, non poteſt per ipſum præfigi tempus excipiendi ad probandũ cãm coram iudice Eccleſiaſtico, concl. 1. n. 57. 23

Exceptionem iuramenti non poteſt reiicere ſtatutum laicorum d. concl. n. 54. ead.

Exceptiones prohibens ſtatutum non intelligitur de exceptione proueniente ab alio ſtatuto concl. 2. n. 119. 109

Excommunicatio lata vigore ſententiæ non poteſt, niſi à iudice, & eius ſuperiore abſolui, ſecus ſi fuiſſet lata ab aliqua lege, vel ſtatuto, concl. 7. n. 24. 276

Excommunicati ſunt ipſo iure, qui faciunt ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam, & quicunq; faciunt ipſa obſeruari, & qui in eis conſilium, & operam præſtiterunt, & qui ſecundum ea iudicauerint, & qui iudicata redegerunt in publicam formam: imo ſcriptorẽ ipſorum ſtatutorũ, concl. 1. n. 83. 84. 29

Quod declara, vt n. 85.

Excommunicationis abſolutionem aut de interdicto ſtatutum minime diſponere poteſt, d. concl. n. 70. 25

Excommunicationis exceptio non poteſt prohiberi per ſtatutum laicale, d. concl. n. 24. 27

Executio ſententiæ non ſuſpendetur, non obſtante ſtatuto, quando ex dilatione generaretur ſcandalum, concl. 5. n. 71. 209

Executionem dans ſtatutum inſtrumentis puris non vendicat ſibi locum in inſtrumentis conditionalibus etiam verificata conditione, concl. 10. n. 11. 348

in Executiuis ſeruatur ſtatutum loci iudicii etiam quoad forenſes, concl. 2. n. 78. 79. Quod intellige, vt n. 8. 300

Exempla regulam non reſtringunt, concl. 5. nu. 19. 201

Exempla non reſtringunt ſtatuti diſpoſitionem, concl. 4. n. 206. 193

Exemptio Eccleſiarum ab auctoritate laicorum eſt de iure diuino, concl. 1. n. 73. 25

Et n. 76. 77 78.

Exemptio clericorum etiam prima tonſura eſt de iure diuino, d. concl. n. 107. 39

Exheredatio facta à patre de filia, eo quia nupſit contra eius voluntatem, non valet, d. cõcluſ. n. 178. 57

in Exorbitantibus non habet locum fictio in ſtatuto, concl 10. n 17. 350

in Exorbitantibus ſtatutum debet concordari cum iure communi, quando fieri poteſt, concluſ. 12. n. 12. 368

Expenſas litis tunc victus reficere tenetur, quãdo non habuit iuſtam cauſam litigandi, concluſ. 2. n. 41. 99

Extenſio conceſſa à correctoriis, multo magis cenſetur permiſſa in pœnalibus, & exorbitantibus, in quibus minus ſtricte proceditur quam in correctoriis, concl. 4. n. 207. 193

Extrahi

Extrahi poſſe ab Eccleſiis vltra caſus exceptos delinquentes mandans ſtatutum non tenet, concl.1.nu.67. 25

F.

FActa non præſumuntur, concluſ.6.num.95. 250

Facta præſumuntur, quæ de iure ſunt facienda, d.concl. n.97. ead.

Factũ contra probibitionem ſtatuti non poteſt tractu temporis confirmari, concl.9. nu.32. 334

Et quando verum, num.33.

Factum partim de præterito, partim de futuro, vel etiam factum de præterito, ſi expectat perfectionem ſuam à facto futuro comprebenditur à ſtatuto nouo, concluſ.13.n.51. Vbi exempla. 386

Quod declara, vt nu.52. & 54.

Factum contra generalem diſpoſitionem ſtatuti, operatur ſaltem in tantum, prout in concluſ.5.n.142. 221

Factum quod erat de iure faciendum præſumitur, concl.3.n.7. 132

Falſum à ſtatuto punitum intelligitur de falſo, per quod inciditur in aliquod caput l. Corn. de fa'ſis, concl.2.n.46. 100

Familiares Epiſcopi, qui dicantur, concluſ.1. n.138. 48

Familiares Epiſcopi non ſubiacent ſtatutis Laicorum, nec iuriſdictioni eorum, d. concl. nu. 135. 47

Et quid de familiaribus clericorum, nu.136. & 137.

Fauor publicus operatur largam interpretationem nedum in ſtatutis, ſed etiam in pactis, & ſtipulationibus, concl.4.n.151. 183

Etiamſi deberet intelligi ad literam, d. concl. n.155. ead.

Fauor publicus præcipue facit, quod ſtatutum large interpretetur, d.concl.n.148. ead.

Fauorabile, non autem odioſum in dubio ſtatutum eſt præſumendum, d. concluſ.num.147. 182

Fauorabile, vel odioſum, quando, & ex quibus ſtatutum cognoſcatur, d.concluſ. num.146. ead.

Fauorabile ſtatutum extenditur etiam ad bona extra territorium, d.concl n.144. ead.

Fauorabile ſtatutum quando dicatur, remiſſiue, concl.5.nu.30. 203

in Fauorabilibus ſtatuta ſunt large interpretanda, concl.4.n.141. 181

in Fauorabilibus dictio taxatiua non impedit extenſionem inter eaſdem perſonas, ita rationis identitate ſuadente, d.concluſ.num. 158. 184

Fauorabilius ſtatutum quamuis prius præfertur poſteriori, minus fauorabili, concl.8. nu. 96. 326

Fauore quod introductum eſt, in odium non debet retorqueri, concl.6. n.21. 240

Fauoris anima reſpectu etiam in pœnalibus ſtatutum extendetur, concl.4.n.156. 184

Fauoris publici cauſa etiam in exorbitantibus extenditur ſtatutum, concl.4.n.153. 183

Fœminarum ſtatutum excluſiuum operabitur ſecundum conſuetudinem præcedẽtem, concluſ.2.n.144. 112

Feriæ iudicantur ſecundum locum iudicii, concluſ.7.n.52. 287

Teſtari permittens ſtatutum quemlibet cuiuſuis conditionis comprebendit etiam alios inbabiles, concl.5. n.25. 202

Feudalia non veniunt appellatione bonorum confiſcandorum, concl.2.n.44. 100

Feudalia ſubiacent diſpoſitioni confiſcãdorum, quando aliter diſpoſitio verificari non poteſt, concl.2. n.45. ead.

Feudi appellatione in ſtatuto intelligitur de feudo vero, & proprio, concl.4.n.15. 156

Feudi reſpectu clericus dicitur de foro laicali, concl.1.n.245. 80

Fictio babet locum in ſtatuto, quando eſſet omnino eadem ratio in caſu ficto, quæ in caſu vero, d.concl.2.n.220. 121

Fictio babet locum in ſtatutis, quæ ſunt ſecundum,

dum, vel præter ius commune, d. concl. num. 118. ead.

Fictio habet locum in ſtatuto, quando eſſet maior ratio in caſu vero ſtatuti, quam in ficto iuris communis, d.concl.n.223. 122

Fictio habet locum in ſtatuto, quando alias eſſet eluſorium, d.concl.n.225. ead.

Fictio non habet locum in ſtatuto, quando ſtatuta deberent intelligi ad literam, concl.10. n.16. 350

Fictio non habet locum in ſtatuto, quando ſtatutum ſuperueniens diſpoſuit ſolum ſuper caſu vero, d.concl.n.20. 351

Fictio in exorbitantibus, & correctoriis non habet locum in ſtatuto, d.concl.n.23. ead.

Fictio non habet locum in odioſis, idem in pœnalibus, d.concl.n.24. & 25. 352

Fictio nō habet locum in ſtatuto, data etiam ſimilitudine inter caſum verum, & fictum, d. concl.n.26. ead.

Fictio non extenditur ad caſum verum in ſtatuto, quando ſtatutum loquitur diſcretiue, d.concl.n.27. ead.

Fictio non admittitur in ſtatuto limitatè diſponente, d.concl.n.28. ead.

Fictio habet locum in ſtatuto in per omnia æquiparatis, d.concl.n.32. 354

Etiamſi eſſent de caſu contra ius, vt n.33.

Quod intellige, vt n.34.

Fictio habet locum in ſtatuto, quando alias eſſet eluſorium, d.concl.n.35. ead.

Fictio habet locum in ſtatuto, quando alias induceretur abſurdum, d.concl.10.n.36. 355

Fictio verificatur in caſu vero ſtatuti, quando in omnibus eſſet eadem ratio, nec poſſet reddi aliqua cauſa differentiæ, & multo magis, ſi ratio eſſet maior in ficto, quam in vero, d. concl.n.37.& 38. ead.

Fictio habet locum in ſtatuto in materia fauorabili, & etiam in materia partim fauorabili, & partim odioſa, & etiam in mere odioſa, quando ratio eſt expreſſa in ſtatuto in caſu vero, d.concl.n.40.41.42. 357

Fictio habet locum in ſtatuto tribuenti eandem virtutem caſui ficto, d.concl.n.43. ead.

Fictio extenditur in diſpoſitione ſtatuti ad caſum verum, quando per hoc rediretur ad ius commune, d.concl.n.44. 358

Fictio habet locum in ſtatuto in eadem perſona, d.concl.n.45. ead.

Fictio habet locum in caſu, de quo per Menoch. de præſumpt.l.3.præſumpt.66.n.12. d. concl. n.46. ead.

Fictio habet locum in caſibus ſubrogatis loco caſus veri, d.concl.n.47. ead.

Fictio habet locum in his, quæ non ſunt de forma, d.concl.n.48. ead.

Fictio habet locum in ſtatuto, quando ita apparet de mente ſtatuentium, d.concl.n.49. ead.

Fictio habet locum in ſtatuto, quando fictio ſuperuenit poſtquam ſtatutum diſpoſuit de caſu illo, tanquam de caſu vero, d. concl. nu.51. ead.

Fictio habet locum in ſtatuto fauore publicæ vtilitatis, d.concl. n.52. 359

Fictio quando, & ex quibus verbis dicatur induci, d.concl.n.54. ead.

Fictus caſus, vt comprehendatur à ſtatuto debet ſpecialiter exprimi, concl.2.n.212. 120

Fictus caſus non comprehenditur à generalitate ſtatuti, concl.5.n.125. 218

Fictus caſus præcipue non habet locum in ſtatuto, ſi ceſſaret ratio, de qua in caſu vero ſtatuti, concl.10.n.15. 350

Fictus caſus habet locum in ſtatuto loquente in materia iuris, ſi de iure verus, & fictus haberentur pro vno, & eodem caſu, idem in ſtatuto diſponente præter ius, d.concl nu.29. & 30 353

Fideicommiſſarius non vere, ſed ficte dicitur heres, concl.2.n.235. 124

Fideiuſſio ſi debet præſtari vigore ſtatuti intelligetur in perſona fideiuſſoris, qui ſit de loco, & non extraneus, concl.6.n.12. 238

Fideiuſſorem à præſtando excuſatur, qui fideiuſſorem non inuenit, concl.2.n.53. 101

Fidelitatem quis non cogitur in aliquo territorio iurare, ratione ſolius poſſeſſionis bonorum, d concl. n. 46. 244

Fidem de apodiſia debet facere, & ea deſignare, qui portat etiam exempta à gabella, concl. 2. n. 28. 98

Filium exhæredare, vt Eccleſia inſtituatur, reprobatur, concl. 1. n. 46. 22

Filii fratrum admittuntur etiam vigore ſtatuti fratres ſimpliciter admittentis, concl. 2. nu. 37. 98

Filiorum appellatione non veniunt nepotes in ſtatuto, quando ita ſe habet communis vſus loquendi, concl. 3. n. 14. 133

Filiis rebellium prohibitis ſtare in ciuitate intelligitur viuente patre, quo tempore proprie dicuntur filii, concl 4. n. 41. 159

Filia excluſa multo magis neptis excluſa dicetur, d. concl. n. 58. 164

Filia, ſi prohibetur poſſe allegare ſe incompetenter dotatam, limitatur, niſi appareat de indiſcreta dotatione, d. concl. n. 134. 179

Filia incongruenter dotata ſubuenitur congruenter arbitrio iudicis, d. concl. num. 136. 180.

Filiis extantibus ſi fœmina excludatur vigore ſtatuti intelligitur etiam de nepote, d. concl. n. 143. 181

Filius non reuocatur in poteſtatem pro leui offenſa, concl. 5. n. 56. 207

Filiusfamilias extra territorium contrahens, non ligabitur ſtatuto proprii territorii, quo ad ſolemnitates in contractu, concl. 6. n. 112. 252

Filiorum appellatione non veniunt adoptiui in ſtatuto, concl. 10. n. 12. 349

Fiſci procurator poterit etiam contra fiſcum ſuam, vel ſuorum agere cauſam, concl. 5. nu. 89. 213

Fœminarum ſtatutum excluſiuum operabitur ſecundum conſuetudinem præcedentem, concluſ. 2 n. 144. 112

Foreñſis prohibitus acquirere immobilia, poterit tamen acquirere domunculam, concl. 5. n. 61. 207

Forenſis etiamſi contraheret, vel alias diſponeret in loco ſtatuti, non comprehenderetur à ſtatuto habilitante, vel inhabilitante perſonas, concl. 6. n. 14. 238

Forenſis ligatur ſtatuto circa ſolemnitatem adhibendam in actu diſponente, d. concl. nu. 22. 240

Forenſis comprehenditur à ſtatuto circa ſolemnitates diſponente, etiamſi loquatur in perſonam, d. concl. n. 26. 241

Forenſis faciens actum in loco exempto, non ligatur ſtatuto, etiam de ſolemnitate loquente, d. concl. n. 32. 243

Forenſis perſonaliter repertus in loco contractus poteſt ibi conueniri, d. concl. n. 38. ead.

Forenſis contrahens tanquam aduena, & viator, & in tranſitu, non poteſt in loco contractus etiam perſonaliter repertus conueniri, d concl. n 39. ead.

Forenſes non comprehenduntur à ſtatuto etiam fauorabili habilitante, vel inhabilitante, d. concl n. 42. ead.

Forenſis non ligatur ſtatuto, etiamſi poſſideret bona in loco ſtatuti, quia bona non faciunt aliquem ſubditum, d. concl. n. 44. 244

Forenſis alibi delinquens, non poteſt à iudice puniri, licet in eius territorio habeat multa bona, d. concl n 45. ead.

Forenſis habens bona in territorio circa ea quæ bona ipſa reſpiciunt, reputatur tanquam ſubditus, d concl n. 47. ead.

Forenſis non ligatur etiam ſtatutis quoad delicta, d. concl. n 56. 245

Forenſis offendens ciuem, extra tamen territorium, non teneatur pœna ſtatuti loci ciuis offenſi, d. concl. n. 60. 246

Forenſis delinquens extra territorium, non punitur in territorio, etiamſi in eo habeat bona, d. concl. n. 62. ead.

Forenſis delinquens in locis confœderatis inuicem poteſt puniri in eis, d. concl. n 65. 247

Forenſis in his, quæ ſunt prohibita etiam de iure communi, poteſt puniri etiam ſecundum diſpoſita à ſtatutis loci delicti, d.concl.num.66. ead.

Forenſis delinquens circa ſolita prohiberi ab omnibus poteſt puniri etiam ex diſpoſitione ſtatuti, d.concl.n.67. ead.

Forenſis receptans bannitum non excuſatur à pœna ſtatuti, ſi eſt diu verſatus in loco, d. concl.n 69. ead.

Forenſis poteſt puniri ex ſtatutô, quando alias ob negligentiam, vel impotentiam officialis loci delicti nõ fuiſſet punitum delictum commiſſum contra ciuem, d. concluſ. num. 70. 248

Forenſis ſubiacet pœna ſtatuti, quando ſtatutum puniret delinquentem alterius loci, proprium tamen territorium ingredientem, d. concl.n 72. ead.

Forenſis beneficio ſtatutorum etiam volens vti non poteſt, d concl.n 74. ead.

Forenſes admittuntur ad beneficium ſtatutorum, quando ita diu fuiſſet obſeruatum, d. concl.n.76. 249

Forenſis faciens actum in loco ſtatuti ligatur ſtatuto ſuper actu diſponente, d.concl.n.175. 263

Forenſis contrahens in loco, ſi ignoranter læditur, enormiter reſtituitur, d.concl. nu. 179. ead.

Forenſis ligatur ſtatuto reſpectu bonorum ſitorum in loco d.concl.n.180. 264

Forenſis factus ciuis, vel incola per domicilii conſtitutionem cenſetur ſubditus ſtatuto loci, d concl. n.187. 265

Forenſi ſucceditur à forenſe in bonis ſecundum ſtatuta bonorum, d.concl.n.204. 268

Forenſi tunc præcipue ſucceditur ſecundum ſtatutum loci bonorum, quando domicilium ibi contraxit, d.concl.n.205. 269

Forenſis oriundus tamen in loco ſtatuti, ſi ibi reperiatur, ligatur dicto ſtatuto, d.concl.nu. 208. ead.

Forenſis quis dicatur, d. concluſ. numer. 212. ead.

Forenſis contrahens in aliquo loco tanquam aduena & in tranſitu non poterit ibi conueniri, & quando præſumatur in tranſitu contraxiſſe, concl.7.n.34. 278

Forenſis, ſi ob non ſeruatam formam ſtatuti in contractu grauiter læderetur, eſſet reſtituendus data probabili ignorantia, d. concl. n.35. ead.

Forenſes ex quibus comprehendantur à ſtatuto de ſoluenda gabella de contractu, d concl.nu. 12. 274

Forenſes tenentur ſeruare ſolemnitates ſtatuti loci contractus, dict. concluſion. numer. 32 278

Vide ſupra in verbo Bona forenſium.

de Forma non eſt, quod poteſt interuenire poſt actum, concl.9.n 40. 348

Forma tranſgreſſio etiam pro faciliori actus expeditione, vitiat, d concl.n.57. 340

Forma etiam leuis omiſſio vitiat, d.concl.nu.61. ead.

Formæ data à ſtatuto, an per æquipollens poſſit ſatisfieri, d.concl. n.62. 341

Formæ omiſſio etiam in fauorabilibus vitiat, d. concl.n 64. ead.

Forma neceſſaria conſtituens eſſe, nunquam poteſt omitti, d con. l. n.70. 342

Formæ omiſſio non vitiat, vbi adeſt de eodem confeſſio partis, d.concl. n. 72. 343

Declara, vt n.75.

Forma quando dicatur requiri ex ſtatuto, d. concl, n.82. 345

Vide infra in verbo Omiſſio.

Forum ſortiri, & ſtatutis ligari à pari procedunt, concl.1.n.94. 35

Franciſcus Saluiatus Archiepiſcopus Piſanus contra republica quietem conſpirans ex prætoris feneſtris ſuſpenſus, d.concluſ n.212. 68

Fraternitates diſciplinatorum, & ſimilia collegia pia à quocunque fieri poſſunt nulla præ-

cedente auctoritate Eccleſiaſtica, concluſ.1. n.172. 56

Fratris appellatione in ſtatuto venit frater carnalis, non autem patruelis, concl.4. num.12. 156

Fratris appellatione non venit frater patruelis in præiudicialibus, d. concluſ. num. 120. 177

Fraudis, & abſurditatis euitandi cauſa admitti tur omnis interpretatio in ſtatutis, concl.2. n.81. 104

Fraus, vt euitetur, & præiudicium alterius lata debet fieri interpretatio, concluſ.5. num.31. 203

Fraudis, & abſurdi euitandi interpretatio admittetur, non obſtante ſtatuto, de intelligendo ad literam, concluſione 4. numer.110. 175

Fraus in contrahente arguitur, ſi ſtatim finito contractu redierit intra territorium, concl. 6.n.136. 258

ob Frequentiam caſuum, & delictorum iudex poteſt excedere pœnam ſtatuti, & admonentur ciues arma Sarzanæ portantes, concluſ.5.n.131. 219

in Funere in concernentibus clerum non poteſt quidquam ſtatui à laicis, ſecus in reſpicientibus pompam, concl.1. n. 23. 17

Futura non autem præterita ſtatutum reſpicere dicitur, concl.13 n 1. 371

Futura dicetur reſpicere ſtatutum, etiamſi præteritorum effectus veniret poſt ſtatutum, concl.13.n.11. 376

Futura, & non præterita reſpicere dicetur ſtatutum, præcipue ſi ſequeretur aliqua iniquitas, d concl.n.13. ead.

Futura & non præterita præſumitur ſtatutum reſpicere in dubio, ſecus ſi de eius mente appareret, d concl.n.15. ead.

G.

GAbella impoſita euntibus ad molendina per laicos, non comprehendit molendina Eccleſiarum, concl.1.n.18. 16

Gabellam mandans ſtatutum ſolui pro rebus an & quando comprehendat clericos, concluſ.1. n.35. 20

Gabella, ſiue pedagium non eſt ſoluendum de equis ſuper quibus equitant tranſeuntes vſus ſui cauſa, concl.2. n 22. 97

Gabella non eſt ſoluenda de frumento extracto ſui vſus cauſa non obſtante ſtatuto de gabella ſoluenda in extractione frumenti, d.concl. n.23. ead.

Gabellæ ſtatutum dubium declaratur per obſeruantiam præcedentem, d.concluſ. nu.141 111

Gabellæ ſtatutum eſt odioſum, & ſtricte intelligendum contra gabellas exigentes, & large ad fauorem ſoluentium, concluſ.4.num.124 178

Gabella ſoluenda de aliquo contractu vigore ſtatuti, intelligitur de contractu valido, & ſi fuerit ſolutum de contractu nullo, poteſt repeti, d.concl n.126. ead.

Gabella de venditione non habet locum in promiſſione de retrouendendo, d.concl.num.127 ead.

Gabellæ ſolutio regulatur ſecundum ſtatutum loci contractus, concluſione 7. numero 7. 273

Gabella ſoluenda de contractu ex forma ſtatuti debet ſolui in loco, vbi naſcitur contractus, non vbi res ſita eſt, & quid ſi ſtatutum dicat de ſolutione gabellæ inſtrumenti, d. concl n.8. 274

Gabellam ſolui mandans ſtatutum de contractu dicitur reſpicere ſolemnitates contractus, non autem onus reale aut perſonale, aut mixtum d concl.n.13. ead.

Gabriel Falconius Romanæ curiæ Aduocatus, concl.4.n.50. 162

Geminatus actus magis operatur quam ſimplex, d.concl.n.182. 189

Generalitas ſtatuti procedit etiam quoad caſum, in quo maior eſſet ratio, quam in alio, concl.5.n 5. 199

Generalitas ſtatuti procedit etiam in materia odioſa, niſi aliter appareat de mente ſtatuẽtis, vel eſſet fruſtratorium ſtatutum, d. concl. n. 6. 199

Generalitas ſtatuti indubitate obſeruatur, quãdo in omnibus caſibus eſt eadem ratio, d. concluſ. n. 7. 200

Generalitas ſtatuti in principio attenditur, licet poſtea loquatur per verba ſpecialia, d. concl. n. 18. 201

De quo dic vt n. 22.

Generalitas ſtatuti eo magis attenditur, ſi ſtatuta eſſent intelligenda ad literam, d. concl. n. 23. 202

Generalitas ſtatuti extenditur etiam ad acceſſoria principalis diſpoſitionis, d. concl. n. 26. ead.

Generalitas ſtatuti præcipue obſeruatur in materia fauorabili, d. concl. n. 29. ead.

Generalitas ſtatuti non operatur in caſibus ex ſpeciali cauſa, & ratione diſpoſitis, d. concl. n. 32. 203

Quod intellige, vt n. 33. 34. 35.

Generalitas ſtatuti non habet locum, quando ſic quis indebite damnum pateretur, d. concl. n. 37. 205

Generalitas ſtatuti non attẽditur, quando quis indebite ad lucrum admitteretur, d. concl. n. 39. ead.

Generalitas ſtatuti ſemper reſtringitur ad id, quod rationis eſt, d. concl. n. 79. 210

Generalitas ſtatuti ſemper reſtringitur ad ea, quæ ſtatuentes facere poſſunt, d. concl. n. 146. 222

Generalitas ſtatuti reſtringitur generaliter ex veriſimili mente ſtatuentium, d. concl. n. 160. 225

Generalitas ſtatuti accommodatur ſolum quoad ſolita & ordinaria, ſecus quoad inſolita, & extraordinaria, d. concl. n. 161. ead.

Generalitas ſtatuti reſtringitur ſecundum proprietatem verborum, ſaltem in materia reſtingibili, d. concl. n. 172. 228

Generalitas ſtatuti reſtringitur ad ſuam cauſam, d. concl. n. 173. 229

Generalitas ſtatuti reſtringitur, ſi ſtatuti verba nihil alias operarentur, d. concl. n. 175. ead.

Generalia verba ſtatuti eo magis ſunt generaliter intelligenda, ſi alias ſtatutum nihil operaretur, d. concl. n. 4. 199

Generalia verba ſtatuti tunc præcipue generaliter procedũt, ſi id ratio recti ſermonis ſuadet, d. concl. n. 24. 202

Genus quantum operatur quoad genus, tantum operatur ſpecies quoad ſpeciem, concl. 7. nu. 43. 282

Gerere quis præſumitur, prout de iure tenetur, concl. 3. n. 6. 131

Gerentes actum in loco cenſentur tacite ſe accommodaſſe ad cõtrahendum ſecundum ſtatuta loci, concl. 6. n. 177. 263

Gloſſæ auctoritas ſuprema concl. 3. n. 45. 142

Gradus perſonæ limitat generalitatem ſtatuti, concl 5. n. 63. 207

H.

HEreditatis appellatione non venit fideicõmiſſum in ſtatuto, concl. 4. n. 36. 159

Homicidium tunc eſt punibile pœna mortis, ſi dolo malo fuit commiſſum, concl. 2. num. 17. 96

Homicidium ſine dolo non punitur pœna mortis vigore ſtatuti etiam diſponentis ſtatuta debere intelligi ad literam, d. concluſ. n. 19. 97

Homicidium puniens ſtatutum intelligitur, niſi habuerit iuſtam cauſam, & dolo interueniente, concl. 5. n. 81. 211

Honeſtate aliqua ita ſuadente receditur à ſtricta, & propria ſignificatione vocabuli in ſtatutis. concl. 4. n. 165. 185

Honeſtatis cauſa prohibitum à ſtatuto non irritat actum in contrarium factum. concl. 9. nu. 50. 338

Hoſpitalium gubernatores, Priores fraternitatum, & officiales montis Pietatis, & ſimiles, an, & in quibus ſubiacent ſtatuto laicorum, concl. 1. n. 139. 48

Hoſpitale non ſubiacet ſtatutis laicorum, d. concluſ. n. 161. 54
Quod declara, vt n. 164.
Hoſpitalia æquiparantur quoad priuilegia Eccleſiæ, d. concl. n. 162. ead.
Hoſpitale ordinatum, & erectum auctoritate ſuperioris Eccleſiaſtici, ex quibus probetur, d. concl. num. 165. ead.
Hoſpitale in dubio præſumitur erectum auctoritate Epiſcopi, d. concl. nu. 166. ead.
Hoſpitale ſancti Lazari de Pontremulo probatur laicale, & mere profanum, nec ſubiacens impetrationi Apoſtolicæ, d. concl. numer. 167. 55
Hoſpitale laicale, & mere profanum, ex quibus iudicatur, d. concl. n. 169. ead.
Hoſpitale laicale nō ſubiacet impetrationi ſummi Pontificis, d. concl. n. 170. ead.
Hoſpitale an dicatur pius locus, & quando, quoad exemptionem à iuriſdictione laicali, dict. concl. n. 171. ead.
Hoſpitia fieri poſſe in domibus Eccleſiarum, ſtatutum mandans non tenet, d. concl. num. 68. 25

I.

Iacobus Iuanus Medicus Sarzanen. laudatur, concl. 5. n. 95. 214
Ianuæ ſtatutum ſub rubr. de extrinſeco intellectu, declaratur, concl. 2. num. 158. pag. 113. & concl. 4. n. 113. 175
Ianuæ ſtatutum lib. 3. c. 1. §. qui de nullitate, allegatur, concl. 4. num. 19. 157
Ianuæ ſtatutum libr. 5. c. 2. de fœm. dotan. declaratur, d. concl. n. 135. 179
Ianuæ ſtatutum ſub rubr. de domibus ad penſio. locat. non auſer. declaratur, concl. 5. num. 85. 212
Ianuæ ſtatutum lib. 1. c. 1. §. in his, quæ per Senatum, interpretatur, d. concluſio. numer. 93. 213
Vide infra in verb. Statutum.
Ignorans non ligatur ſtatuto, idem de ciue nouello, etiamſi in ſtatuto adeſſet clauſula decreti irritantis, & etiamſi ſtatutum loqueretur per verba generalia, & vniuerſalia, concl. 6. num. 140. 259
Ignorantia prohibita allegari à ſtatuto, intelligitur de craſſa, concl. 2. n. 40. 99
Ignorantia iuſta excuſat à generali prohibitione ſtatuti, concl. 5. n. 137. 220
Ignorantia quando præſumatur, d. concl. nu. 138. ead.
Ignorantia præſumitur, niſi probetur ſcientia, concl. 6. n. 142. 260
Ignorantia ſtatuti quoad ciues non præſumitur, d. concluſion. n. 143. ead.
Ignorantia ſtatuti non præſumitur, præcipue quando lapſum eſt tempus præfixum, vt ligare incipiat, d. concl. n. 146. ead.
Ignorantia ſtatutorum tūc minus admittitur, ſi ſtatuta eſſent de his, quæ etiam ex vniuerſali conſuetudine aliorum locorum ſtatui ſolerent, d. concl. n. 149. 261
Ignorantia non præſumitur de ſtatutis ex longiſſimo vſu obſeruatis, dict. concl. numer. 150. ead.
Ignorantia non poteſt allegari, ita ſtatuto prohibente, d. concl. n. 151. ead.
Ignorantia affectata comparatur ſcientiæ, dict. n. 153. ead.
Ignorantia affectata illa dicitur, quando potuit ſcire, & noluit diſſimulando, d. concluſ. n. 155 ead.
Ignorantiā allegare prohibetur, qui ex officio, aut ex aliqua alia cauſa tenetur inueſtigare. d. concl. n. 156. ead.
Ignorantia etiam allegari poteſt ab eo, qui ratione officij fecit, quod potuiſſet, vt ſciret, ad quæ tenetur, d. concl. n. 158. ead.
Ignorantiam ſtatuti allegare prohibetur, cui caſus ſtatuti alias euenit, d. concluſ. nu. 161. 262
Ignorantiæ allegatio admittitur de ſtatuto extrauagante, & extraordinario, d. concl. nu. 167. ead.
Ignorantia quando, & ex quibus probetur, dict. concl. n. 170. 263

Igno-

Ignorantia probata quis reſtituitur, d. concl. nu. 171. ead.
Illegitimi non poſſunt habilitari per ſtatutum ad ſucceſſionem, ne aperiatur via adulteriis, & copulæ illicitæ, concl. 13. n. 57. 389
Immobilia Eccleſiarum etſi nõ alienentur in laicos, bene tamen bona laicorum ad fauorem Eccleſiæ, nec valet ſtatutum diſponens contrarium, concl. 1. num. 10. 14
Immunitatem ſtatutum ciuibus concedens intelligitur de veris ciuibus, concl. 10. numer. 7. 348
Immunitas conceſſa incolis alicuius loci porrigitur ad Hebræos ibi habitantes, concl. 6 n. 211. 269
Imperio Romano omnes ſubiacent, concl. 2. nu. 94. 106
Impoſitio non poteſt pro bonis Eccleſiaſticis, & ſuis etiam ſponte ſolui a clerico, nec communitas recipere, concl. 1. n. 99. 36
Niſi vt n. 100. 101. & 102.
Impropriãtur verba, vt habeat locum interpretatio proueniens à iure in ſtatuto, concl. 2. n. 84. 105
Impropriantur verba, vt obſeruantia in ſtatutis obtineat, d. concl. n. 155. 113
Impropriantur verba ſtatuti, vt euitetur damnum inãcbitum alterius, concl. 4. nu. 122. 178
Improprianda ſunt potius verba, quam admittenda repugnantia diſpoſitis à iure in ſtatuto, concl. 12. n. 7. 368
Inæqualitas, vt euitetur inter perſonas comprehenſas in diſpoſitione, receditur a generalitate ſtatuti, imo & à proprietate verborum, vt n. 153. concl. 5. nu. 152. 223
Incommodum qui non ſentit, non debet etiam ſentire commodum, concluſ. 6. n. 106. 251
Incompetentia iudicis non attenditur, vbi periculum eſſet in mora, concl. 1. nu. 209. 67
Indefinite loquens ſtatutum indefinite debet intelligi, maxime ſi verba indefinita ſunt adiuncta perſonis, & nominibus collectiuis, & quando eſt eadem ratio omnium in ratione indefinita comprehenſorum, vt nu. 12. & 13. concl. 5. n. 11. 200
Indulgens, & malefacta remittens, ſtatutum non interpretatur de futuris, concl. 13. n. 56. 388
Inferior non poteſt reuocare ſtatutum confirmatum à ſuperiore, maxime quando ſtatutum confirmatũ alias erat nullum, & quando in confirmatione adeſſet clauſula derogatoria, & quãdo inferiores recepiſſent auctoritatem condendi ſtatuta à ſuperiore confirmante, vt n. 82. 83. & 84. concl. 8. n. 81. 322
Inferiores, qui non poſſunt ex ſe legem condere, non poterunt conditam auctoritate ſuperioris ſoli interpretari, dict. concluſ. numer. 85. 323
Inferiores poſſunt reuocare ſtatuta concernentia res, & adminiſtrationẽ negotiorum ſuorum communium ſine ſuperioris auctoritate, d. concl. nu. 87. ead.
Inhibitionem obtinẽti à iudice Eccleſiaſtico ſtatutum non poteſt præfigere tempus ad ſe expediendum circa eam, concluſ. 1. numer. 59. 24
Inimicitia facit diſcedere à generalitate ſtatuti, & quid de inimico reconciliato, concl. 5. n. 87. 213
Iniquitas vt euitetur, rubrica debet potius reddi ſuperflua, concl. 2. n. 207. 119
Inobſeruantia vbi non repugnat directa legi cõtrariæ, vt quia nõ euenit caſus legis, non tollit legem, concl. 8. n. 35. 318
Inordinata promotio reſtringit generalitatem ſtatuti, concl. 5. n. 75. 210
in Inſtitutione heredis tria tempora quoad habilitatem heredis requiruntur, concl. 6. n. 53. 245
Inſtitutio vel exheredatio filij eſt de forma in teſtamento, concl. 9. n. 23. 333
Inſtrumentum quid differat à contractu, concl. 7. n. 9. 274
Inſtrumenta de nouo eſſe reperta, quomodo

pra-

probetur, remiſſiue, concl.5 num. 136 220
Intellectus ille ſumi debet, quem rerum exitus verum demonſtrat. concl.2.n.150. 112
Intellectus bonitas & peritia facit, vt recedatur à generalitate ſtatuti, concl.5 n.66. 208
Intellectus l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur. conc. 8.n.2. 306
Intelligi debet ſtatutum, prout cantat, concl.4. n.6. 155
Intelligenda ſunt ſtatuta ſecundum mentem ſtatuentium, concl.3.n.4. 131
Intẽtio, ac effectus magis, quam formalitas verborum inſpicitur, concl.1.n.9. 13
Interpretatio ea eſt ſumenda in ſtatutis, vt aliquid operentur vltra ius commune, concl. 2. n.42. 99
Interpretatio à iure cõmuni admittitur in ſtatuto etiam formam inducente, d.concl.n.73. 103
Interpretatio eadem fit ad ius municipale de vna lege, quæ fit de ipſa lege ad alium, d.concl. n.74. ead.
Interpretatio admittitur in ſtatuto à iure cõmuni etiam in alteratis per ipſum ſtatutum vltra ius commune, d.concl.n.76. ead.
Interpretationem recipit ſtatutum à iure communi, etiamſi deberet intelligi ad literam, d. concl. n.77. ead.
Quod intellige, vt n.78.79. & 80.
Interpretatio facilius admittitur, quam inductio noui iuris, d.concl. n.87. 105
Interpretationi ex obſeruantia prouenienti ſtandum eſt, d.concluſ.n.96. 106
Interpretatio ex obſeruantia facit, quod ſtatutum habeat locum in vno caſu, & non in alio, d.concl.n.143. 112
Interpretatio à conſuetudine operatur etiam contra verba ſtatuti, d.concl.n.145. ead.
Interpretatio à conſuetudine cæteris præfertur, d. concl.n.156. 113
Interpretatio à cõſuetudine habet locum in ſtatutis, non obſtante diſpoſitione, quod nõ poſſit allegari conſuetudo. d.concl.n.157. ead.
Interpretatio iuris communis reijcitur à ſtatuto, quando repugnat rationi ipſius ſtatuti, d. concl.n.251. 126
Interpretatio iuris communis non admittitur in ſtatuto, quando ſic interpretatum nihil omnino operaretur, ſecus ſi aliquid licet minimum, vt num.253.d.concl.n.252. ead.
Interpretatur ſtatutum, ne quis indebite damnum patiatur, etiamſi nihil operaretur, & eſſent impropriãda verba, d.concl. nu. 255. 127
Interpretabitur ſtatutum, vt rationabilem ſenſum contineat, & ne videantur ſtatuentes illa ex abrupto edidiſſe, d.concl.n.256. ead.
Interpretantur ſtatuta, ne abſurdum contineant, d.concl.n.258. 128
Interpretatur ſtatutum non Iudaice, & ſecundum corticem verborum, ſed ſecũdum rationem, d.concl. n.259. ead.
Interpretantur ſtatuta, prout erit veriſimile, ſtatuentes fuiſſe reſponſuros, d.concl. n.260. ead.
Interpretantur ſtatuta, vt præſumantur ſtatuẽtes illud ſolum ſtatuiſſe, ſuper quibus habent poteſtatem, d.concl.n. 261. ead.
Interpretantur ſtatuta ſecundum æquitatem, d.concl.n.262. ead.
Interpretatur ſtatutum, ne quis iniuſte ad lucrum admittatur, d.concl.n.264. ead.
Interpretãtur ſtatuta ſecundum ſuam cauſam, & materiam ſubiectam, d.concl.n.265. ead.
Interpretatur ſtatutum, quamuis generaliter loquens, vt non porrigatur ad illicita, d.concluſ.n.267. ead.
ſi de Interpretatione legis agetur, inprimis inſpiciendum eſt, quo iure ciuitas retro in huiuſmodi caſibus vſa fuit, concl.3.nu.41. 140
Interpretari debent ſtatuta, vt minus quam fieri poſſit, lædant ius commune, concl.4.nu.52. 163
Interpretatio larga & ſtricta ſumenda eſt, prout magis & minus delictum, & pœna inducitur, d.concl.n.90. 171

Interpretatio proueniens ex alio ſtatuto admittetur, non obſtante ſtatuto, ad literam intelligendo, idem de interpretatione naturali, & intrinſeca, vt nu.112.d.concl.num.111. 175
Interpretatio ſtricta tunc præcipue admittitur in ſtatuto, quando alias quis indebite damnum pateretur, dict. concluſ. numer. 118. 177
Interpretatio ea eſt ſumenda, qua ſaluatur præiudicium tertij, d.concl.n.119. ead.
Interpretatio non eſt accommodanda ad propriam & ſtrictam ſignificationem verborũ in ſtatuto, quando in contrarium apparet de mente ſtatuentium, dict.concluſ.numer.161. 184
Interpretatio larga & impropria ſumitur in ſtatuto, quando alias non operarentur etiam in pœnalibus, & etiamſi per ſtatuta eſſet reiecta interpretatio, vt n.185.186. d.concl.nu.184. 189
Interpretatio larga admittitur in ſtatuto, quãdo ſic minus derogaretur iuri communi, dict. concl.n.187. 190
Interpretatio larga ſumitur in ſtatuto, quando alias reſultaret aliquod irrationale, & iniquum, d. concl.n.201. 192
Interpretatur large ſtatutum, & ficte, quando non poſſet verificari in caſu proprio, & vero, d.concl.n.202. ead.
Interpretatio legis procedit ſecundum ipſius rationem, concl.5.num.8. 200.
Interpretari debent ſtatuta, vt minus corrigãt & vt concordent cum iure communi, concl. 12.n.1. 367
Interpretatio illa eſt ſumenda in ſtatutis ſtricta, vel larga, qua magis euitatur correctio iuris communis, d.concluſ. n.3. ead.
Interpretatio conformis cum iure communi tũc præcipue ſumenda in ſtatuto, quando alias quis indebite damnum pateretur, d.conc.n.5 ead.
Vide infra in verbo Statuta, & in verbo, Verba.
Inualiditas actus facit recedere à generalitate ſtatuti, concl.5. n.111. 216
Iudæi ligantur ſtatutis locorum tanquam incolæ, concl.6.num.210. 269
Iudex ſecularis nec principaliter, nec incidenter poteſt iudicare clericum, concl.1.num.65. 25
Iudex Laicus, qui iudicauit clericum tacentem, poterit declarare ſententiam nullam prætextu incompetentiæ, dict.concl.numer.159. 33
Iudex ſecularis dormiente ſuperiore Eccleſiaſtico, an poſſit in Eccleſiaſtico animaduertere ratione periculi euitandi, & num.215.217.d. concl.n.210. 67
Iudex ſecularis poteſt intelligere in ſpectantibus ad iuriſdictionem Eccleſiaſticam, quando Eccleſiaſtici ſuperiores per ſe talia præſtare non poſſent, & contemnerentur à delinquentibus, dict. concluſion. numer. 216. 70
Iudex eliget tertium arbitrum diſcordantibus duobus in eligendo, concluſion. 2.num.38. 99
Iudex in dignitate poterit legere ſentẽtiam per alium, non obſtante l.2. C. de ſenten. ex breuic.recitan.concl.5.n.43. 206
Iudex ſuſpectus minime recuſari poterit ratione conſanguinitatis, ſi eſt pariter litigantium conſanguineus, d.concluſ.n.91. 213
Iudex laicus quando ſuppleat defectum iudicis Eccleſiaſtici, concl.6.nu.71. 248
Iudex iurans obſeruare ſtatuta non tenetur ſeruare ea, quæ per conſuetudinem fuerunt abrogata, d.concl.n.87. 250
Iudices alij tenentur remittere delinquentem ad iudicem loci delicti, ſi fuerit requiſitus, & ſi omnes ſunt ſubditi eiuſdem Principis, concluſ.7.n.20. 275
Iudex appellationis ſuccedit loco primi, & tenetur iudicare ſecundum ius, quod vigebat in prima inſtantia, concl.13.n.31. 379
Vide ſupra in verbo Eccleſiaſticus, & infra in verbo Laicus.

Digitized by Google

Iudicij tela non indigemus, vbi viget confeſſio partis,concl.9.nu.73. 343

Iuramenti exceptionem non poteſt reijcere ſtatutum laicorum,concl.1.n.54. 23

Iuramento etiam cōtrauenitur imminente neceſſitate ineuitabili, dict.concl. numer. 208. 67

Iuramento partis ſtatur, an victualia ſint ſui vſus cauſa,concl.2.n.27. 98

Iuramentum non extenditur ad ſtatuta moribus vtentium non recepta, vel per contrariam conſuetudinem abrogata, concl.6. nu.81. 249

Iuramentum ſuper actu carente forma,non validat illum,.concl. 9.n.71. 342

Iuramentum officialis de ſeruando ſtatuta, non extenditur ad ea,quæ in deſuetudinem abierunt,concl.11.n.8. 361

Iuris communis appellatione, niſi aliter addatur, intelligitur de iure Romanorum, concl. 2.n.89. 105

Iuris communis appellatione non venit ius præcipuum alicuius ciuitatis, d.concl. num.90. 105

Iuris communis appellatione quando veniat ius municipale, dict. concluſion. numer. 99. 106

Iuris appellatione ſimpliciter venit tam ius cōmune, quam ius municipale, d.concl.nu.100. 107

Iuris communis interpretatio non admittitur in ſtatuto, quando illius verba remanerent ſuperſlua,aut eſſent geminata, d.concl.num. 247. 126

Iuris cōmunis interpretatio admittitur in ſtatuto, quando non repugnat verbis ſtatuti, d.concluſ. num. 250. ead.

Ius commune ſeruatur, non ſtatutum ciuitatis dominantis, ſtante ſtatuto, quod deficientibus ſtatutis recurratur ad ius commune, d. concl.n.88. 105

Ius commune erit ſeruandum, non obſtante ſtatuto de recurrendo ad ſtatuta ciuitatis dominantis, quando ita eſſet dici obſeruatum, d.concl.n.97. 106

Ius commune ſicut ſe habet ad ius commune,ita ſtatutum ad ſtatutum,dict.concl.numer.111. 108

Ius commune ſic aliquid diſponens non accommodatur ad interpretationem ſtatutorum, d.concl.n.211. 120

Ius quæſitum nunquam cenſetur tolli per ſtatutum,concl.13.n 27. 379

Iuſtam cauſam non ſufficit adeſſe ſtatuendi aliquid, niſi adſit & auctoritas in ſtatuente, concl.1.n.180. 57

L.

Laicis nulla eſt attributa poteſtas diſponendi de rebus Eccleſiæ,concl.1.n.1. 8

Laicorum ſtatutum de ſucceſſione ab inteſtato excludens fœminas propter maſculos non comprehendit hereditatem clerici, præcipue in dominio ſer.reip.Genuen.d.concl.numer.43. 21

Laicus iudex quid faciet oppoſita exceptione cauſa ſpiritualis,& præcipue quando remiſſus ad iudicem Eccleſiaſticum eſt moroſus in probanda exceptione, remiſſiue, dict. concl. numer. 58. 24

Laicus iudex cognoſcet de cauſa ſpirituali, ſi quæſtio erit facti,d.concl.n.61. ead.

Et quando,n.62.& 64.

Laici quando poſſint ſtatuere de acceſſoriis matrimonij,d.concl.n.183. 58

Laici in iure indiuiduo cum clericis non ſubiacent ſtatuto laicali, dict.concluſ. num. 200. 65

Laicus non poteſt exercere in clericum ea, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, vt legitimare,d.concl.n.221. 71

Laicorum ordinationes operantur contra clericos, ſi in aliquibus caſibus fuerit hoc conceſſum à ſummo Pontifice, d.concluſ.num.230. 73

Laicorum ſtatutum mandans obſeruationem dierum feſtorum tenet, & ex eo puniuntur

laici

Laici tranſgreſſores, dict. concluſ. numer. 255. 82

Laicorum ſtatutum excludens clericos à beneficiis ſtatutorum valet, niſi vt n. 251. d. concl. n. 250. 81

Laicorum ſtatutum quo ad ſolemnitatem actus ligat clericos, & num. 253. d. concl. num. 252. 82

Laicorum ſtatutum diſponens idem quod ius cõmune in materia, de qua in iure Canonico modicum haberetur in his, in quibus deficit ius Canonicum, ligat clericos, d. concl. n. 254. ead.

Laicis permittitur ſtatuere circa obſeruationẽ dierum feſtorum in augumentum, non autẽ in contrauentionem, dict. concl. numer. 257. 85

Laicus etiam merus poteſt eligi in Epiſcopum, ſi vita ſingulari exemplo reſplendet, concl. 5. n. 42. 206

Laicorum ſtatutum etiam praeiudiciale Eccleſiaſticu quando valeat, concl. 6. numer. 123. 256

Legati pij gabella non poteſt imponi per laicos, concl. 1. num. 22. 17

Legatum factum vxori praeſenti, & ſibi ſtipulanti tranſit in vim donationis cauſa mortis, concl. 2. num. 75. 103

Legatum factum foren ſi quando valeat, non obſtante ſtatuto prohibitorio, concl. 6. num. 51. 245

Lex eſt omne, quod ratione legis conſiſtit, concl. 5. n. 10. 200

Lex Papalis, aut Imperialis ligat ſuos ſubditos, quocunque ſe conferant, concl. 6. numer. 117. 253

Lex Papalis, aut Imperialis ligat ſuos ſubditos vbique, concluſ. 7. numer. 44. 282

Lex noua imponens aſperiorem vitam religioſis, non obligat receptos ante legem, concl. 13. nu. 53. 387

Lex generalis procedit etiam in praecedentibus in iudicium deductis, concl. 11. n. 27. 364

Leges omnes ciuiles prohibentes matrimonia contrahi ex aliqua cauſa recipiũt correctionem à lege Canonica, concluſ. 1. numer. 176. 56

Leges ciuiles generales, ſeu ius commune, quod comprehendat clericos, & Eccleſiaſtica, & quando, & quomodo, nu. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. d. concluſ. n. 222. 71

Legitima debita filiis ratione etiam legatum ad pias cauſas comprehenditur à ſtatuto laicorum, d. concl. n. 45. 22

Legitima filiorum non minuitur per quaecunque legata ad pias cauſas, d. concluſ. numer. 47. ead.

Legitimatio eſt ſimilis alchimiae, concl. 10. num. 14. 349

Lego verbum de legali ſenſu, & ſignificatione importat etiam inſtitutionem, concl. 3. num. 46. 143

Libertas Eccleſiaſtica intelligitur tam de Eccleſia vniuerſali, quam de qualibet ſingulari, concluſ. 1. nu. 89. 33

Quod declara vt n. 90. ad 92.

contra Libertatem Eccleſiaſticam quando dicantur eſſe ſtatuta laicorum lata, d. concluſ. n. 88. 30

contra Libertatem Eccleſiaſticam ſtatutum nõ ſufficit corrigi per ſignaturam, ſiue apoſtillã, ſed requiritur totalis illius abraſio, d. concl. nu. 81. 29

contra Libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam ſtatutum non valebit etiam tacentibus Eccleſiaſticis, dict. concluſ. num. 158. 33

Libri mercatorum quod faciant plenam fidem ſtatuto laicorum mandante, non operatur contra clericos, dict. concluſion. numer. 32. 19

Libris mercatorum ſi eſt credendum vigore ſtatuti, intelligitur de concernentibus mercantiam, concl. 2. n. 266. 124

Licentia dimittendi poſſeſſiones conductas ad libitum conceſſa à ſtatuto laicorum non extẽditur ad conductores rerum Eccleſiarum,

& quid ſi iudex laicus neglexerit prouidere in prædictis, concl. 1. n. 42. 21

in Limitatorijs iuris communis ex idẽtitate rationis extenditur ad ſtatutum, concl. 4. n. 65 165

ad Literam ſtatuta intelliguntur, ſi ſtatutum diſſonat, quid importet, d. concl. numer. 103. 172

Literarum cambij locus contractus dicitur ille, ad quem fuerunt deſtinatæ, & receptæ: non autem in quo fuerunt ſcriptæ, concl. 7. n. 73. 299

Locator indigens pro ſe re locata poteſt à locatione recedere, concluſion. 5. numer. 120. 217

Locus contractus, non locus, vnde quis eſt reſpectu formæ, quæ datur contractui, vel ſolemnitatis attenditur, concluſion. 6. num. 29. 242

Loci contractus ſtatutum attenditur, concl. 7. n. 1. 272

Loci contractus ſtatutum attenditur etiam à dependentibus à contractu, d. concl. 7. nu. 14. 275

Loci quaſi contractus etiam ſtatutum attenditur, d. concl. n. 15. ead.

Loci contractus ſtatutum quod attẽdatur, procedit quoad ſolemnitates, d. concl. numer. 30. 277

Loci diſtractus cauſati, non autem loci contractus ſtatutum attenditur in diſtractu, d. cõcluſ. n. 55. 288

Loci contractus ſtatutum non attenditur, ſi res agitur in loco barbarorum, & non ſubiecto Romano Imperio, dict. concluſio. numer. 54. ead.

Loci reſpectu recedimus à generalitate ſtatuti, concl. 5. n. 82. 211

Lucrum dotis non conſideratur ſecundum ſtatutum ſuperueniens in matrimonio ante ſtatutum contracto, licet mors ſequatur poſt ſtatutum, concluſion. 13. numer. 12. 376

M.

Magiſtratus legem tranſgreditur metu periculi, vel ſcandali, concluſ. 1. nu. 207. 67

Mala valetudo corporis excuſat à generalitate diſpoſitionum ſtatuti, concluſ. 5. numer. 128. 218

Malefactores capi mandante ſtatuto laicorum non intelligitur de clericis, concl. 1. num. 38. 20

Maleficia puniri expedit reipub. concl. 4. n. 149. 183

Malo imminenti quoquo modo obuiandum erit per viam facti, ſi iudicis aditio eſt allatura periculum, concl. 1. n. 213. 68

Mandans fieri delictum, punitur ſecundum ſtatutum loci conſummati delicti, non mandati, concl. 7. n. 17. 275

Mandatum nõ adimpletum, ſed remanens ſimplex mandatum, non obligat mandantem, d. concl. n. 18. ead.

Maritus prohibitus à ſtatuto inſtituere vxorẽ, prohibitio extenditur etiam ad bona extra territorium, concluſion. 4. numer. 145. 182

Mariti appellatione in ſtatuto non venit ſponſus dict. concluſ. numer. 37. Niſi vt numer. 39. 159

Marito prohibito relinquere vxori non intelligitur econtra prohibita vxor relinquere marito, d. concl. n. 55. 163

Marito prohibito relinquere vxori non intelligitur de marito foreuſe, concl. 6. numer. 16. 239

Mariti legatum factum vxori ſtantibus liberis, quando valeat, non obſtante ſtatuto in contrarium diſponente, dict. concluſ. nu. 52. 245

Maſculi excludentes fœminas vigore ſtatuti nõ intelliguntur de legitimatis, concl. 10. nu. 13. 349

Maſculinum non comprehendit fœmininum in ſtatuto ad literam intelligendo, concl. 4. nu. 188. 188

Digitized by Google

in Materia iuris in ſtatuto caſus exceptus extenditur ad conſimilem caſum exceptum de iure, concl. 10. n. 31. 353
Matrimonium trahit vxorem ad originem viri, concl. 7. n. 59. 289
Matrimonium contrahenti pœnam imponens ſtatutum, etiamſi fuit factum ex iuſta cauſa, non tenet contra Bart. & Bald. concl. 1. n. 184. 58
ſuper Matrimonio diſpoſita à iure ciuili fuerunt ordinata tempore, quo Imperatores praerant etiam ſpiritualibus, qui ideo etiam de Epiſcopis, Abbatibus, & de quam pluribus generibus clericorum ordinauerunt, quæ hodie ceſſant, d. concl. n. 181. 57
Matrimonium contrahere poterit puella ante vigeſimum quintum annum, etiam ſine conſenſu propinquorum, non obſtante ſtatuto laicorum in contrarium. d. concl. n. 179. ead.
Matrimonium contrahi ſine conſenſu patris prohibens ſtatutum non valet, d. concl. n. 177. 56
Matrimonium cum forenſe prohibens ſtatutum non valet, d. concl. n. 175. ead.
Matrimonia tangentia non poſſunt ſtatui per laicos, imo ſi quis dixerit, cauſas matrimoniales non ſpectare ad iudices Eccleſiaſticos, anathema erit, d. concl. n. 174. ead.
à Matrimonio dependentibus non poteſt ſtatui lex per laicos d. concl. n. 182. 57
Matrimonium contrahentis contra diſpoſitionem ſtatuti pœna, vide infra in verbo Nubentis.
de Matrimonii acceſſoriis laici quando poſſunt diſponere, d. concl. n. 183. 58
Matrimonii fauore factum contra ſtatuti diſpoſitionem non redditur nullum, concl. 9. n. 52. 339
Membra in capite diſcedere non decet, concl. 12. n. 9. 368
Mens ſtatuentium, & ratio plus eſt attendenda quam verba, & diſpoſitio ſtatuti, concl. 2. n. 185 116
Mens ſtatuentium magis quam verba ſtatuti attenditur, etiamſi ſtatuta eſſent intelligenda ad literam, concl. 4. n. 162. 185
Menti ſtatuentium ſi eſt ſatisfactum, non curatur de omiſſione formæ, conclus. 9. num. 76. 343
Mens alicuius præſumitur talis, qualis eſſe debet, concl. 3. n. 5. 131
Menſis intelligitur regulariter de triginta diebus, d. concl. n. 17. 133
Menſuratio eſt facienda ſecundum locum contractus, non autem vbi res ſita eſt, concl. 7. n. 26. 277
Mercatorum libri quod faciant plenam fidem ſtatuto laicorum mandante non operatur contra clericos, concl. 1. n. 32. 19
de Mercatorum libris, vide ſupra in verbo Libri.
Mercatorum cauſa in ordinatoriis tractantur ſecundum locum iudicii, & quid in deciſiuis, concl. 7. n. 53. 287
Metus ſuſpicio reſtringit generalitatem ſtatuti, concl. 5. n. 96. 214
Metu periculi, vel ſcandali magiſtratus legem transgreditur, concl. 1. n. 207. 67
de Minimis non curat prætor, concl. 5. num. 48. 206
Minorum contractus abſque propinquorum auctoritate valebunt, non obſtante ſtatuto huiuſmodi auctoritatem requirente, quando propinqui deficiunt, concl. 2. n. 54. 101
in Minorum obligationibus debent ſeruari etiam ſolemnitates iuris vltra inductas à ſtatuto, concl. 2. n 59. Niſi, vt n. ſeq. ead.
Minores, furioſi, mulieres, abſentes, & ſimiles, quando à generalitate ſtatuti comprehendantur, concl. 5. n. 36. 205
Minor nō reſtituitur pro minimo damno, d. concluſ. n. 58. 207
Minor contrahens cum Principe ſuperiore obligatur etiam abſque ſolemnitatibus à ſtatuto loci ſubditi requiſitis, concluſ. 5. num. 178. 230
Minor etiam forenſis tenebitur ſeruare ſolemnita-

mnitatem ſtatuti loci, in quo contrahit, concluſ.6.n.111. 252
Minor viginti quinque annorum allegans ignorantiam auditur, concl.6.n.162. 262
Minores contrahentes debent tanquam ignorantes ante omnia expreſſe certiorari de iuribus ad eorum fauorem facientibus, d. concluſ.n.163. ead.
Minoris, ſiue mulieris procurator tenetur in contrahendo obſeruare eandem ſolemnitatem, ad quam principales ipſius tenerentur, concl.7.n.48. 285
Mobilium appellatione, quæ veniunt tam de iure communi quam ſtatutario, d.concl.nu.15. 133
Molendina Eccleſiarum etiam indirecte per laicos impediri non poſſunt, concluſ.1. num.33. 19
Monaſterium ingredientem ſtatutum excludens à ſucceſſione non tenet, d.concl.n.14. 15
Monitio non requiritur, quando extat conſtitutio ſynodalis de habitu, & tonſura. d. concl. n.109. 40
Montis Pietatis officiales, hoſpitalium gubernatores, & Priores fraternitatum, & ſimiles, an, & in quibus ſubiacent ſtatuto laicorum, d.concl. n.139. 48
Morantes in loco debent ſtatuti ignorantiam probare, concl.6.n.144. 260
ob Moræ periculum receditur à generali diſpoſitione ſtatuti, concl.5.n.74. 209
Mortis pœna occidentem puniri mandante ſtatuto intelligitur, ſi dolo homicidium commiſerit, concl.2.n.15. 96
Mulier nupta forenſi, non dicitur proprie forenſis, concl.4.n.16. 156
Mulier in vilitate vitæ conſtituta propter meretricium poterit capi, non obſtante ſtatuto prohibente mulierem capi poſſe, concl.5.nu.45. 206
Mulier nupta extraneo ex perſona ſui viri pro forenſe reputatur, concl.6.n.17. 239
Mulier etiam alibi nupta retinet propriam originem ad illius fauorem, & commodum, d. concl.n.18. ead.
Mulier alibi nupta poterit emere in loco ſuæ originis, non obſtante ſtatuto prohibente forenſem emere poſſe, d.concl. n.19. ead.
Mulier originaria nupta extra territorium ſuccedet, non obſtante ſtatuto prohibente forenſem ſuccedere poſſe, d.concl.n. 20. 240
Multitudo ſuperueniens excuſat à generalitate ſtatuti, & illam reſtringit, concl.5.num.130. 219
Mutanda non ſunt, quæ diuturnam habuerunt interpretationem, concl.2.n.93. 106

N.

ex NAufragio capientes poſſunt puniri ex ſtatuto iudicis perſona offenſa, etiamſi offendens eſſet forenſis, vel cepiſſet bona extra territorium, concl.6. n.64. 247
Neceſſitas facit licitum, quod non eſt, concl.5.n.103. 215
Neceſſitas officii excuſat à generalitate ſtatuti, d.concl. n.117. 217
Neceſſitas in perſona propria non ſubiacet generalitati ſtatuti. d.concl.n.119. ead.
Neceſſitas eximit à generalitate ſtatuti, d.concluſ.n.141. 221
Negligentia in ſuperiore Eccleſiaſtico eſt probanda, & qualis, concl.1.n.219. 71
Negligentia vbi non adeſt, non debet eſſe pœna, concl.2.n.69. 102
Nepotis ſignificatione qui comprehendatur in ſtatuto, concl 3.n.20. 134
de Nocte euntem ſtatutum laicorum puniens, non includit clericum, concl.1.n.99. 20
Nomina & ſignificationes rerum, & verborum ſunt impoſita, & inuenta ſecundum vſum loquendi, con.l 3.n.2. 131
Non perſeuerantia facit, quod non ſtatur ſtatuto generaliter concedenti priuilegia his, qui aduocant, vel aliquas artes exercent, concl.5.n.113. 216
Notarius forenſis non matriculatus, non poterit

rit facere inſtrumentum ſtante ſtatuto, quod Notarius non matriculatus non poßit inſtrumenta facere, licet aliqui contra, concluſ. 6. n. 23. 240
Notarius vnus ſufficiet in confectione inſtrumenti, non obſtante ſtatuto duos requirente, ſi duo haberi non poterunt, concl. 2. n. 55. 101
Notorietas limitat generalitatem ſtatuti, concluſ. 5. n. 110. 215
Nubenti contra diſpoſitionem ſtatuti lucrum ſecundum ſtatutum nubenti conceſſum ſtatutum auferre poteſt, concl. 1. n. 187. 60
Nubenti pœnas non eo quia nubet, ſed quia antequam nubat, non fa it ea, ad qua iure tenetur, ſtatutum imponere poteſt. Vbi exempla, d. concl. n. 178. 57
de Nuptiis, & earum dependentibus ſtatuta, vide ſupra in verbo Matrimonia.
Nullitas actus facti contra ſtatut: diſpoſitionem inducitur ipſo iure, con. l. 9. n. 14. 331
Nullitate reiecta, intelligitur de ſimplici, non autem geminata, concl 4. n. 21. 157
Nullitate reiecta à ſtatuto non cenſetur reiecta euidens, & patens, d. concl. n. 17. 156
de Nullitate proceſſus nō poteſt opponi, vbi reus fuit ſponte confeſſus crimen, concl. 9. nu. 74. 343.
Nullus eſt verbum vniuerſale negatiuum, concl. 2. n. 248. 126

O.

OBlati non ſubiacent auctoritati Laicorum, concl. 1. n. 121. 43
Quod intellige, vt n. 122.
Obligatus ad denuntiandum delicta, non tenetur denuntiare commiſſa tempore ſui prædeceſſoris, concl. 6. n. 59. 246
Et vide infra in verbo, Syndici ſi teneutur denuntiare, & in verbo Pœna.
in Obligationibus minorum debent ſeruari etiam ſolemnitates iuris vltra inductas à ſtatuto, concl. 2. n. 59. Niſi, vt n ſeq. 101
Obſeruantia ſubſequuta declarat qualitatem omiſſam, de qua in ſtatuto, d. concl. n. 140. 111
Obſeruantia de aliquo non apparente recurritur ad patrias vicinorum, d. concl. n. 126 109
Obſeruantia facit, quod ſeruetur & non ſeruetur ſtatutum, d. concl. n. 152. 112
Obſeruantia, & conſuetudo tribuunt interpretationem ſtatutis, d. concl. n. 139. 111
Obſeruantia facit actum de inualido validum, d. concl. n. 167. 114
Obſeruantia, & conſuetudinis requiſita, vt habeant locum in ſtatutis, remiſſiue, concl. 3. n. 43. 140
Obſeruantia, & conſuetudo contraria, ſciente, & patiente ſuperiore ſufficit contra ſtatutum, etiam vſu receptum, concl. 6. n 85. 250
Obſeruantia exiſtente varia circa ſtatuta ſtatur iuri ſcripto ipſius ſtatuti, concl. 11. nu. 11. 361
Obſeruantia vide ſupra in verbo Conſuetudo.
Occidens caſu pœnam mortis euitat, concl. 2. n. 17. 96
Occidere ſi permittatur, & vulnerari permiſſum eſt, concl. 4. n. 57. 164
Occidere vide ſupra in verbo Homicidium, & infra in verbo Offendens.
Odioſum ſtatutum præcipue ſtricte intelligendum, d. concl. n. 123. 178
Odioſa, etiamſi ſint ſecundario fauorabilia, ſunt tamen ſtricte intelligenda, d. concl. nu. 139 181
Offendens de vno territorio exiſtente in alio, à quo iudice punitur, concl. 7. n. 25. 276
Omiſſio formæ excuſatur aliqua neceßitate interueniente, concl. 9. n. 78. 249
Omiſſio formæ vide ſupra in verbo Forma.
Onerum impoſitio eſt odioſa, ideo ſtricte contra impoſitorem, & large ad fauorem grauatorum interpretanda, concl. 4. n. 125. 178
Operam præſtans ad delictum quomodo puniatur vigore ſtatuti imponentis eandem pœnam operam præſtanti, & delinquenti, concluſ. 2. n. 48. 100
Opinio illa, & intellectus ſequendus eſt, quem probauit conſuetudo, d. concl. n. 148. 112

Opinio

Opinio communis circa intelligentiam ſtatuti operatur ſecundum eam illius obſeruantiam concl.2.n.154. 113
Ordinata à ſtatuto correctorio, de caſu vero, non interpretantur à diſpoſitis à iure de caſu ficto, concl.2.n.234. 124
Ordinari poteſt etiam parum ſciens, ſi tamen eſt ſpes, quod poſſit proficere, concluſ.5. n.68. 208
in Ordinatoriis ſeruatur ſtatutum loci iudicii etiam contra forenſes, ſecus in deciſiuis, concluſ.6.n.195. 267
Ordinatoriis attenditur ſtatutum loci iudicii, etiamſi ageretur de actu alibi geſto, d. concl. n.202. 268
Ordinatoria, & deciſoria iudicii, quæ dicuntur, remiſſiue, d.concl n.201. ead.
in Ordinatoriis iudicii inſpicitur locus iudicii, & non contractus, ſiue agatur coram iudice ordinario, ſiue coram delegato, n.51. 287
in Ordinatoriis iudicii ſtatutum nouum trahitur ad caſum pendentem per viam appellationis reſpectu actuum futurorum, concl.13. n.32 380

P.

PAcem frangere dicitur, qui, cum promiſerit non offendere Titium, offenderit eius conſanguineum, concl.1.n.149. 50
Pacis cauſa non attenditur generalitas ſtatuti, concl.5.n.69. 208
Papa poteſt delegare cauſas ſpirituales laicis, concl.1.n.231. 74
Papa in totum, & quoad omnes clericos priuilegia fori delegare non poteſt, d. concl. num. 134. 47
Parentum appellatione veniunt omnes in infinitum, quando agetur de conueniendo aliquem in iudicio, concl.4. n.166. 185
Parentelæ, vel familiæ nomine, qui veniant, concluſ.3.n.19. 134
Paria ſunt locum extra territorium eſſe, vel intra fines, ſed ipſum eſſe exemptum, concl. 6. n.33. 243
Paria ſunt forum ſortiri, & ſtatutis ligari, concluſ.1. n.94. 35
in Paritate gradus, & affectionis præſuppoſita, non attenditur generalitas ſtatuti prohibentis aliquem conſanguineum dari poſſe pro confidente, vel pro iudice, concluſ.5. num.90. 213
Pars vna ſtatuti ab alia declaratur, concl.2.nu. 112. 108
in Partitis dandis attenditur non tam numerus, quam authoritas vocum, d. concl.nu.10. 95
Paruitas rei limitat generalitatem ſtatuti, concluſ.5.n.47. 206
pro Paruis vitiis non datur redhibitoria, d concl. n.52. 207
Parum, & nihil æquiparantur, d.concluſ.n.49. ead.
Pater ſtatuto non obſtante tenetur dotare filiam ſine ipſius conſenſu nubentem, concl. 1. n.185. 58
Quod intellige, vt n 186.
Pater non tenetur pro delicto filii ſpurii, non obſtante ſtatuto, quod pater teneatur pro filio, concl.4.n.92. 171
Pater ſi promiſerit pro filiis de non offendendo, non debet puniri, ſi filius naturalis tantum offendit, d.concl.n.93. ead.
Pater non tenebitur pro nepote ex filio ſtante ſtatuto quod pater teneatur pro filio, d.concluſ.n 94. ead.
Pater non tenebitur pro filio propter contumaciam condemnato, non obſtante ſtatuto, quod pater pro delicto filii teneatur, d. concluſ.n.95. 172
Niſi, vt nu.96.
Pater ſi tenetur pro filii delicto vigore ſtatuti, non habebit locum in delicto filii intra decimum quartum annum, d. concl. n.97. ead.
Pater obligatus vigore ſtatuti pro filio negotiante intelligitur de contractibus, & obligationibus factis in territorio ſtatuti, d.concl. nu. 100. ead.

Pater preſumitur capere conſilium pro filio melius, quam alius, d.concl.n.129. 179
Pater qui decem aureos promiſerat ſe daturum filio ſingulo menſe pro victu, & omnibus impenſis, in ſtudio faciendis fauore ſtudiorum, qui dicitur publicus fauor, tenetur augere ſtipendium, ſi illa ſumma non ſufficit, d.concluſ.4.n.152. 183
Pater non tenetur pro filio, nec econtra, concl. 10.n.19. 351
Pater ſi obligatur vigore ſtatuti pro filio mercatore intelligitur quoad negotia mercantiæ tantum, concl.5.n.174. 229
Patri ſi permittatur etiam filio contradicente remittere iniuriam illatam filio, non intelligitur de patre, qui vita vilitate ſe deſcit, d. concl.n.46. 206
Paternum amorem nullus alius vincit, concl.4. n.130. 170
Pauli Apoſtoli dictum circa licentiam mulieris nubendi, cui vult, declaratur, concl.1.n.189. 60
Pauli Apoſtoli epiſtola ad Romanos cap. 13. declaratur contra Couar. d.concl.n.75. 27
Paupertas perſonæ limitat generalitatem ſtatuti, concl.5.n.99. 214
Paupertas non excuſat omnino in delictis, licet mitius cum paupere agatur, d.concl.nu.101. ead.
Paupertatis ratione multa contra iuris regulas inducuntur, d.concl.n.102. ead.
Pedagium vide ſupra in verbo Gabella.
Pœna impoſita officiali non inquirenti intelligitur data ſcientia delicti, concl.2.n.70. 102
Vide ſupra in verbo Obligatus ad denuntiandum, & infra in verbo Syndici.
Pœnam imponens ſtatutum contrahenti matrimonium, etiamſi fuerit factum ex iuſta cauſa, non tenet contra Bart. & Bald. concl. 1.n.184. 58
Pœna impoſita à ſtatuto contra ferentem arma, & contrafacientem inſultum, & contra vulnerãtem reſtringitur ad vnicam tantum, ſi quis cum armis fecerit inſultum, & vulnerauerit, concl.4. n.88. 170
Pœnas contra nubentem, non eo, quia nubet, ſed quia antequam nubat, non facit ea, ad quæ iure tenetur, ſtatutum imponere poteſt, & adducuntur exempla, concl.1.n.188. 60
in Pœnalibus ſtatuta ſunt ſtricte intelligenda, concl.4.n.86. 170
in Pœnis vbi lex figit pedem, non debemus nos vltra procedere, d.concl.n.87. ead.
Pœna ſtatuti punientis facientem maleficium extenditur ad fieri facientem, d.concl.num. 150. 183
Pœna ſtatuti non habet locum contra ignorantem, qui non dicitur delinquere, concl.6.nu. 141. 259
Pœna non debet tranſgredi ſuos authores, concl. 10.n.18. 351
Pœna non habet effectum, niſi ſequatur effectus, vide ſupra in verbo Conſuetudo.
Pœna ſtatuti noui congruentior pœna antiqua attenditur etiam in his, qui deliquerunt ante ſtatutum, & ſunt modo puniendi, concl. 13.n.59. 389
Niſi vt nu.60.& 61.
in Pœnis, & puniendo quænam tempora attendantur, d.concl.n.62. 390
Pœnitentiæ locus, an, & quando ſit in literis cambii, concl.7.n.74. 288
Pœnitentialis fori reſpectu non attenditur locus delicti, concl.7.n.21. 275
Percutiẽs equitem, vide ſupra in verbo Equitem.
Periculum ſi eſt in mora, non attenditur aliquando authoritas Eccleſiaſtica in Eccleſiaſticis, concl.1.n.206. 67
Periculum vbi eſt in mora, citatio omittitur, concl.2.n.52. 100
Perlis prohibitis, non intelligitur de fictis, concl. 10.n.3. 347
non Perſeuerantia facit, quod non ſtatur ſtatuto generaliter concedenti priuilegia his, qui aduocant, vel aliquas artes exercent, concl. 5.n.113. 216

Perſona loquens non continetur in generali ſermone, concl. 5. n. 179. 230
Perſonæ malæ qualitas eximit à generalitate ſtatuti, concl. 5. n. 84. 212
Perſonæ appellatione non venit generatio aut familia in ſtatuto, nec vniuerſitas, concl. 4. n. 9. 156
Perſonam puniens ſtatutum non comprehendit vniuerſitatem, concl. 10. n. 4. 347
Petrus Caballus Pontremolenſis laudatur, concluſ. 6. n. 61. 246
Piæ cauſæ legatum prohiberi non poteſt per ſtatutum laicorum, concl. 1. n. 20. 17
Et vide ſupra in verbo Legatum.
Pia loca eſſe, & Eccleſiaſtica, aut religioſa differt, d. concl. n. 140. 48
Pia loca non ſubiacent ſtatutis Laicorum, d. concluſ. n. 173. 56
Poſſe illud, dicimur, quod honeſte poſſumus, concluſ. 5. n. 182. 231
Poſteriores leges ad priores pertinent, niſi contraria ſint, concl. 2. n. 130. 110
Poſthumus habetur à iure pro iam nato, d. concluſ. n. 221. 121
Poſthumi appellatione venit filius adoptiuus, quando teſtator erat eius conditionis, quod nullos filios poſthumos habere poterat, concl. 4. n. 203. 93
Potentia ſtatuti localis non ſe extendit vltra proprios terminos, concl. 6 n. 5. 237
Præcedentia & ſequentia reſtringunt generalitatem ſtatuti, & econtra, concl. 5. num. 170. 228
Præcedentia verba ſtatuti à ſequentibus interpretantur, concl. 2. n. 113. 108
Præcepta negatiua obligant ſemper, & ad ſemper, concl. 1. n. 132. 46
Præfatio ſtatuti tribuit ei intellectum, concl. 2. n. 176. 115
Præfatio ſtatuti oſtendit illius cauſam finalem, d. concl. n. 177. 116
Præfatio ſtatuti ſi eſt generalis, generaliter etiam ſtatuim intelligitur, d. concl. n. 179. ead.
Præfatio præbet intellectum toti legi, d. concl. n. 180. ead.
Præfatio mentem diſponentis, & cauſam diſpoſitionis demonſtrat, d. concl. n. 181. ead.
Præfatio vbi non habet locum, nec ſtatutum locum habebit, d. concl. n. 182. ead.
Præferendi in aliquo honore vigore ſtatuti intelliguntur, ſi ſunt idonei, concluſ. 2. nu. 65. 1c2
Præiudicatur potius tertio in aliquo modico, quam quod reddatur ſtatutum ſuperfluum, concl. 12 n. 18. 369
Prælatio elicitur ex ordine rubricarum, concl. 2. n. 194. 117
Prælatus prohibitus alienare res Eccleſiæ, non prohibetur alienare res modi... etu, concl. 5. n. 59. 207
Præſcriptio debiti per quinquennium vigore ſtatuti laicalis non habet locum contra clericos, concl. 1. n. 41. 21
Præſcriptio non habet locum, non obſtante ſtatuto, niſi data facultate agendi, concluſ. 2. n. 68. 102
Præſcriptio procedit ſuper re certa ad illam tollendam, concl. 2. n. 160. 113
de Præſcriptione ſtatutum loquens ſemper intelligitur interueniente mala fide, concl. 5. n. 80. 211
Præſens comp laticni ſtatutorum, illorum ignorantiam allegare non poteſt, concl. 6. 1. n. 139. 261
Præſentis temporis verbis vtens ſtatutum nihilominus intelligetur de futuris, concluſ. 13. n. 14. 398
Præterita quando ſtatutum reſpicere dicatur, concl. 2. n. 131. 110
Et n. 132. ad 137.
Præterita deciſa ſtatutum non comprehendit, concl. 11. n. 25. 364
Præteriti temporis verbis vtens ſtatutum, ſi tamen verba, & ratio poſſent adaptari futuris de futuris dicetur, concl. 13. n. 10. 375
Præterita etiam expreſſe comprehendens ſtatutum

tutam non intelligitur de præteritis deciſis, d. concl.n.16. 376

Præterita deciſa retractare, eſſet æquitatem de medio tollere, & calumniam excitare, d. concl.n.17. ead.

Præteritorum appellatione in ſtatuto non veniunt ea, ſuper quibus, licet non eſſet lata ſententia, eſt tamen concluſum in cauſa, d. concl.n.19. 377

Quod declara, vt n.21.

Præteritorum etiam mentionem faciens ſtatutum, non comprehendit pendentia per viam appellationis, d.concl.n.30. 379

de Præteritis loquens ſtatutum, quando non comprehendat pendentia in prima inſtantia, d.concl.n.33. 380

Et n.35.36.38.

de Præteritis etiam ſtatutum diſponẽs non comprehendit ea, quæ ſunt diuturnitate temporis comprobata, d.concl.n.39. 381

De quo dic vt n.40.

in Præteritis, & in pendentibus quoad ordinatoria iudicii ſtatutum ſuperueniens obſeruatur, etiamſi proceſſus eſſet inchoatus: nam in his, quæ reſtant, ſeruabitur nouum ſtatutum, d concl.n.49.&50. 385

Præterita ſubiacent ſtatuto nouo in his, quæ ſtatutum dat, vel tollit, & quæ ortum habuerunt poſt ſtatutum, & exempla adducuntur, d.concl.n.55. 388

Præterita vide ſupra in verbo Annullans.

Pretium ſi quis tenetur inueſtire pro ſecuritate emptoris non poterit inueſtiri extra territorium, concl.6.n.13. 238

Princeps ſiue dominus loci non comprehenditur à generalitate ſtatuti ſubditorum, concl.5.n.176. 229

Princeps confirmans ſtatuta omnia ſubditorum non dicitur confirmare ea, quæ ſunt contra ſe, d.concl.n.177. ead.

Princeps vtens aliquo ſtatuto pro ſe, debet vti cum ſuis qualitatibus, d. concluſ. num. 180. 230

Et concl.7.n.50. 286

Princeps non præſumitur vti plenitudine poteſtatis, imo peccaret, niſi iuſta, & legitima cauſa ita ſuadente illam exerceret, d.concl. n.181. 230

Princeps à Deo conſtitutus eſt, vt iuſtitiam faciat, & iudicium, d. concluſion. num.183. 231

Princeps etiam contra non ſubditum, habentem tamen bona in eius territorio poteſt quoad ea bona ſtatuere, dict.concluſion.6. numer. 48. 244

Principis poteſtas licet ſuprema, tamen intra fines iuſtitiæ ſemper concluſa manere debet, d. concl.n.184. 231

Princeps ſiue dominus loci ſtatuti non adſtringitur ad ſolemnitates à ſtatuto introductas, concl 7.n.49. 286

Princeps ſuperior non ligatur ſtatutis ſubditorum, d.concl.n.174. 263

Princeps non poteſt etiam de plenitudine poteſtatis rumpere commiſſiones, & contractus cum ſuis ſubditis, concluſion. 8. numer. 48. 313

Princeps, reſpublica, & quicunq; alius ſuperior obligatur ex contractu, ſicut quilibet alius priuatus d.concl.n.49. ead.

Principum ſecularium qui ſatagunt contra libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam admonitio, & maledictio, concluſ.1. nu. 156. 52

Princeps faciendo ſtatutum priuilegiatum erga non ſubditum, dicitur cum eo contractum, & conuentionem inire, d. concluſ. num. 55. 314

Princeps non præſumitur ob generalem derogationem tollere ſtatuta in priuilegium conceſſa, maxime quando non haberent cauſam ſucceſſiuam, d.concl.n.50. 313

Princeps à contractu recedens, debet tamen reſtaurare læſum, d.concl.n 60. 315

Princeps multa poteſt authoritatis publicæ fauore, d.concl.n.61. ead.

Princeps non præſumitur in dubio vti plenitudine poteſtatis, & quando ſecus, concl.8.nu. 63. 316

Principis contractus habet vim legis, d.concl. n. 56. 314

ad Principem recurrendum eſt in dubiis ſtatuti, concl.2.n.146. 112

Principis ſtatuta dicuntur ius commune ſubditis, d.concl.n 92. 106

Principi quod placet, legis habet vigorem, d. concl.n.91. 105

Principes inferiores non poſſunt tollere priuilegia maxime à ſuperioribus conceſſa, maxime Eccleſiæ, concl.1.n.3. 9

Principibus inferioribus authoritas condendi leges tributa cenſetur, ſine præiudicio locorum piorum, & Eccleſiaſticarum perſonarum. ibid.

Principale quod eſt, attenditur, non id, quod eſt per accidens, d.concl.n.5. 10

Principaliter quod diſponitur, & quod eſt per ſe, non autem quod eſt per accidens, vel ſecundario de aliquo actu conſideratur, concl. 6.nu.122. 256

Primum ſtatutum minus derogans iuri communi præfertur etiam poſteriori, concl. 8. n.26. 310

Priores fraternitatum, hoſpitalium gubernatores, & officiales montis Pietatis, & ſimiles, an, & in quibus ſubiacent ſtatuto laicorum, concl.1.n.139. 48

Prioritatem, aut poſterioritatem non debet iudex attendere vbi apparet de maiori æquitate, concl 8.n.17. 307

non Priuilegiatus defenditur propter perſonam priuilegiat. concl.1.n 201. 65

Priuilegiatus à gabellis, tenetur tamen conſignare bona datiario, concl.2.nu.29. 98

Priuilegiatus à gabella, vide ſupra in verbo Gabella.

Priuilegiatus caſus quando comprehendatur à ſtatuto, concl.2.n.222. 121

Priuilegium iudicandi in aliquibus cauſis Eccleſiaſticæ iuriſdictionis probatur per poſſeſſionem immemorabilem cum allegatione ipſius priuilegii, concl.1. n.232. 74

Priuilegium nunquam tollitur per non vſum, niſi euenerit caſus priuilegii, concluſ.8. n.36. 311

Probatio debiti non poteſt per ſtatutum laicorum prohiberi fieri per teſtes in præiudicium clericorum, concl.1.n 25. 17

Probatio omnis reſidet in arbitrio iudicis, concl. 3. n.61. 150

Probationes requiſitæ à ſtatuto non adimplentur per præſumptiones, & coniecturas, concluſ.4.n.42. 159

De quo tamen vide n.43. ad 48.

Probatio ignorantiæ admittitur contra præſumptionem ſcientiæ, concl n.6.169. 263

Procurator, qui alias non admitteretur in cauſa criminali, propter perſonæ gradum admittetur, concl.5.n.64. 208

Produci non oportet ſtatuta etiam in foro alieno, quæ continent id, quod ius commune, concl.12.n.22. 371

Proœmii, ſiue præfationis verba attenduntur in intelligentia ſtatuti, concl.5.n.21. 201

Prohibitio de nullitate, vel de appellatione in ſtatuto non comprehendit, niſi tunc litigantes, concl.4.n.31. 158

Prohibitiue, & negatiue loquens ſtatutum præfertur affirmatiue loquenti nullo conſiderato ordine in volumine ſtatutorum, concl.8.n. 97. 326

Prohibitio generalis impugnans libertatem Eccleſiaſticam dicitur, ac eſt non minus odibilis quam reprobabilis concl.1.n.6. 11

Prohibitiua diſpoſitio neceſſitatem inducit, concluſ.9. n.19. 332

Prohibitio, & prouiſio hominis concurrens cum prohibitione, & prouiſione legis multa operatur, concl.12.n.20. 370

Propinquos clericorũ, ſeu alias perſonas intuitu ipſorum grauans ſtatutum dicitur contra libertatem Eccleſiaſticam, concl.1.n.141. 49

Propria

Propria ſignificatio verbi à quo cognoſcatur, concl. 4. nu.209. 193

Proteſtatio non ſufficit, quod ſtatuentes non intelligunt aliquid ſtatuiſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, ſed debent omnino huiuſmodi ſtatuta deleri à volumine ſtatutorum, cõcluſ.1.n.82. 29

Prouiſio ſtatuti eſt potentior prouiſione pacti priuatorum, concl.7.n.41. 281

Proximiores vocati ad ſucceſſionem à ſtatuto quomodo ſuccedant, concluſion.2.numer.35. 98

Publicatio perficit legem, concl. 8. numer. 44. 312

Publicus fauor præfertur vtilitati priuatæ, d. concl.n.62. 315

Pupillus, vel alius inteſtabilis comprehenditur in ſtatuto de inteſtatis, vel ab inteſtato loquente, ſi ita comportat communis vſus loquendi, concl.3.n.13. 133

Q.

QVæſtiones facti non iuris veniunt in compromiſſo vigore ſtatuti faciendo, concl. 2.n.50. 100

Quæſtio iuris aut facti, quando dicatur, remiſſiue, concl.1.n.63. 24

Qualitates omnes in ſtatutis interpretaturis cenſentur repetitæ in ſtatutis interpretatis, concl.2.n.128. 110

Qualitas perſonæ facit, vt recedamus à propria, & ſtricta ſignificatione vocabuli, concl.4.n.160. 184

Quilibet etiam priuatus legem, quam maluerit propriis bonis imponere poteſt etiam prohibendo, ne tranſeant in Eccleſiam, concl.1.nu.4. 69

R.

RAtificans delictum punitur ſecundum ſtatutum commiſſi delicti, non loci ratificationis, concl.7.n.19. 275

Ratio ſtatuti etiam abrogati poteſt allegari, cõcluſ.11.n.12. 361

Niſi vt num.15.

Ratio ſtatuti, licet vigeret ante conditum ſtatutum, non tamen illud trahit ad præterita, concl.13.n.3. 373

Ratio ſi eadem eſt in vtroque ſtatuto, eadem debet eſſe interpretatio, concluſ.2.num. 120. 109

Ratio procemij cenſetur in ſequentibus repetita, concl.2.n.184. 116

Ratio motiua ſtatuti vbi ceſſat, ceſſat & ſtatutum, d.concl.n.186. ead.

Ratio ſcripta in ſtatuto facit, vt extendatur etiam in correctoriis ex maioritate rationis, concl.4.n.59. 164

Ratio legis dicitur anima legis, d.concl. num.60. ead.

Ratio quando eſt ſcripta in lege generaliter, ex ea infertur ad quemlibet caſum, ſecus in ratione tacita, d.concl.n.61. ead.

Ratio vnica quando aſſignari poteſt in ſtatuto, facit, quod ſtatutum extendatur etiam in correctoriis, dict. concluſion. numer. 62. ead.

Rationes plures, an vna præſumatur in ſtatuto, d.concl.n.63. ead.

Ratio etiam ſcripta in ſtatuto, ſi tamen ſumus in correctoriis, & pœnalibus non facit illud extendi, d.concl.n.64. ead.

Ratio vnica quando allegari poteſt in ſtatuto, tunc de ea iudicatur, prout de expreſſa, concluſ.4.n.105. 173

Ratio ſimilis in ſtatuto non facit illud extendi ad caſum ſimilem, concluſ.4. nu.106. 174

Ratio expreſſa in ſtatuto facit recedere à propria ſignificatione vocabuli etiam in correctoriis, & etiam ſi ſtatutum deberet intelligi ad literam, concluſio.4. numer. 167.168.169. 185

Ratio vnica quando reddi poteſt in ſtatuto, iudicatur de illa, ſicut de expreſſa, d. concl. nu. 170. 186

Ratio ſtatuti tunc dicitur certa, quando eſt vnica, & quando vnica à Doctoribus aſſignatur, d.concl.n.172. ead.

Ratio proœmij, & præfationis, quæ præſumitur finalis, reſtringit, & ampliat ſtatutum, dict. concl. n. 176. 188

ex Ratione vnica ſtatuti, licet non ſcripta, extẽdetur ſtatutum, etiam ſi deberet intelligi ad literam contra Curt. iun. conſ. 6. nu. 10. concl. 4. n. 174. ead.

Ratio impulſiua quæ dicatur, & quæ finalis, d. concluſ. n. 180. ead.

Ratio adiuncta in ſtatuto illud non extendit, quando eſſet ex pluribus capitibus correctorium, d. concl. nu. 181. 189

Ratio ſcripta in ſtatuto non operatur illius extenſionem, quando ex alia ratione aliud ſuadetur, d. concl. n. 183. ead.

Ratio expreſſa in ſtatuto tunc illud extendit, quãdo eſt finalis, ſecus ſi tantum impulſiua, d. concl. n. 179. 188

Ratio finalis ſtatuti ex proœmio colligitur, conc. 5. n. 20. 200

Ratio generalis in ſtatuto ampliat ſtatutum ad caſus à tali generalitate comprehenſos, dict. concl. n. 27. 202

Ratio ſiue cauſa diſpoſitionis ſtatuti adiecta diſtinguit generalitatem ſtatuti, imo facit recedere à propria ſignificatione verborum, etiam ſi non eſſet expreſſa, ſed coniecturata vnica, dict. concluſion. numer. 143. 144. 221

Ratio ſtatuti vbi militat, ibi & ſtatutum eſſe dicetur, d. concl. nu. 28. 202

Ratio vbi eſt eadem, caſus pro expreſſo reputatur, d. concl. n. 9. 200

Recurſus ad iudices Eccleſiaſticos in cauſis, ad eos pertinentibus nõ poteſt impediri per ſtatutum laicorum, concluſion. 1. numer. 52. 23

Referens à relato regulatur, concl. 2. numer. 115. 108

Reformatio etiam cum clauſula aliquo alio ſtatuto non obſtante, recipit interpretationem à ſtatutis reformatis, dict. concluſ. num. 105. 107

Reformationes ſtatutorum magis recipiunt interpretationem à ſtatutis reformatis, quam à iure communi, dict. concluſion. numer. 104. ead.

Reformatio non tollit ſtatutum præcedentia, ſi non fuit vſu recepta, concluſio. 8. numer. 32. 310

Vide ſupra in verbo Abrogati.

Regula, quod eadẽ ſolemnitas requiratur in deſtruendo, quæ in conſtruendo, quomodo procedat, d. concl. nu. 89. 324

Regulæ omnes negatiuæ neceſſitatem inducunt, concl. 9. nu. 18. 332

Religionem ingreſſus etiam intra annum profeſſionis eximitur à iuriſdictione laicorum, concl. 1. n. 119. 43

Religioſi ſub nomine non veniunt clerici puri, concl. 4. nu. 37. 159

à Republica miſſus, quouſq; infirmus manet, dicitur reipub. cauſa abeſſe etiam finito officio. concluſ. 5. n. 129. 219

Reipublicæ vtilitate ita ſuadente, non curatur generalitas ſtatuti, concluſion. 5. numer. 78. 210

Remedia pro fœminis deceptis in renunciationibus erga parentes, & alios, concl. 8. num. 137. 180

Renouatum ſtatutum non cenſetur nouum, d. concluſ. n. 46. 312

Renunciatio facta propter liberationem ſui fratris de carcere non valet, concl. 1. numer. 143. 49

Renunciationis cauſa reſtringit generalem diſpoſitionem ſtatuti, contra quam ideo multa permittuntur, concluſion. 5. numer. 135. 220

Renunciare an, & quando poſſint partes ſtatuto danti formam in aliquo actu, concluſion. 9. numer. 15. 20. 21. 22. 28. 31. & 60. 331

Repreſſaliæ non ſunt concedendæ ciui non ſuſtinenti onera realia, concluſion. 2. numer. 107. 252

Reſcriptum contra legem nō valet, niſi legi fuerit derogatum, concluſion. 8. numer. 71. 317
Reſcripti forma praciſè eſt ſeruanda, concl.9.n. 68. 342
Reſcriptum cum clauſula non obſtante reſtringitur ſolum ad eum actum, contra quem loquitur reſcriptum, concluſion.8. numer.100. 326.
Reſtitutio ad læſionem ob nō ſeruatam formam ſtatuti in contractu petitur in loco contractus, non autem in loco iudicij, vel deſtinatæ ſolutionis, concluſ.7.n.36. 278
Reſtrictio per aliud ſtatutum facta admittitur contra generalem diſpoſitionem alterius ſtatuti, ſicut econtra, concluſion.5.numer. 167. 227
Reuocantes ſtatuta iurata an, & quando efficiantur periuri, concluſion. 8. numer. 79. 319
Reuocari quando etiam poßit ſtatutum ſinè ſuperioris auctoritate, dict. concluſion. numer. 91.92.93.94. 324
Reuocatis ſtatutis intelliguntur etiam reuocatæ reformationes circa illa, d. concl. nu.104. 328
Rotæ Romanæ deciſ.442.p.1. erratum, concl.7.n. 77. 300
Rubrica dat interpretationem ſtatuto, concluſ. 2.n.189. 117
Rubricarum ex diuerſitate oſtenditur diuerſitas ſenſus ſtatutorum, dict. concluſion. num. 190. ead.
Rubrica declarat textum dubium, d. concl. nu. 191. ead.
Rubrica oſtendit mentem ſtatuentium, d. concl. n.192. ead.
Rubrica diſpoſitiuè loquens, prout nigrum iudicatur, d. concl.n.195. ead.
Rubrica ſine textu allegatur ad deciſionē cauſarum, ſi habet orationem perfectam, d. concluſ.n.196. ead.
Rubrica ob generalitatem ampliatur ſtatutum, d.concl.n.197. 118
Rubrica ſi eſt generalior nigro attenditur non obſtante quod nigrum limitate loquatur, d. concl.n.200. ead.
Quod dic vt n.201.
Rubrica quando dicatur habere perfectam orationem, d. concl. nu.202. ead.
Rubrica magis, quam ſtatutum quando attendatur, d.concl.n.203. ead.
Rubrica particulares caſus exprimens non dicitur generaliter loqui, d.concluſion.num.205. 119
Rubricæ generalitas reſtringitur, vt iniquitas euitetur, d.concl.n.206. ead.
Rubrica ſi eſt contraria diſpoſitis in ſtatuto cedit ſtatuto, dict. concluſion. numer. 208. ead.
Rubrica operatur interpretationem in obſcuris, non autem in contrariis, dict. concluſion.numer.209. 120

S.

SAcerdotis proprij intereſt cognoſcere vultus Parochianorum, concl.7. numer.22. 276.
Salycet. & Curt.iun. allegatus conſ.6.n.10. declaratur, concluſion. 4. nu. 175. 188
Sarzanen. deputati aliquando ſuper exactione cenſus Marchiæ admonentur, concl.1.n.146. 49
Sarzanæ ſtatutum conſideratur, d. concl.num. 101. 107
Sarzanæ ſtatutum, quod de bonis communibus nō poßit donari, remitti, &c. interpretatur, concl.5.n.100. 214
Sarzanæ ſtatutum de ſoluenda Gabell. de contractu declaratur, d. concluſ. numer. 112. 216
Sarzanæ ſtatutum, quod pater non poßit ſine venia à filio vocari in iudicium, declaratur, d.concl.n.118. 217
Sarzanæ ſtatutum ſub rubric. de lit. & quæſt. propinquorum per arbitr. term. libr.3.c.20. &c.

§.& ſi arbiter declaratur, d.concl.num.122. ead.

Sarzanen.aduocati habent vnde cognoſcere, an forenſes gaudent beneficio ſtatuti de inſtrumentorum executione, concluſ.7.numer. 81. 302

Sarzanen.non poſſunt inducere conſuetudinem contra ſtatuta, concluſion. 8. numer. 40. 312

Sarzanen. capitulatio cum ſereniſſima republ. Ianuen. circa auctoritatem condendi ſtatuta declaratur, dict. concluſion. numer. 90. 324

Sarzanæ ſtatutum de pœna furti declaratur, concl.10.n.39. 356

Scandalum quid dicatur, concluſ.5.numer. 72. 209

Scandali euitandi cauſa non eſt ſtandum in generalitate ſtatuti, concluſion. 5.numer. 70. ead.

Scandali euitandi cauſa actus factus cõtra ſtatuti diſpoſitionem tenet, concluſ.9.num. 67. 342

Quod declara vt n.69.

Scientia eſt probanda, quando præſumptio militat pro ignorantia, concluſ.6.numer. 145. 260

Scientia tunc præſumitur, cum quis tenetur ratione ſui officij indagare, d.concluſ.num.157. 261

Scientia ſtatuti non ſufficit, niſi & publicatio interueniat, concl.8.n.45. 312

Scholaris licet non teneatur ſoluere pedagium de libris, tamen debet petere bullettam à Gabellario, concl. 2.n.30. 98

Scholaris optimi intellectus, & peritiæ præfertur Doctori imperito, concluſ. 5. nu. 67. 208

Scholaris recedens ab exercitio ſtudij non gaudet priuilegiis, d.concl.n.114. 216

Scholares ſi per ſtatutum habeantur pro ciuibus, non tamen ligantur ſtatutis de ſoluendis Gabellis, & aliis præiudicialibus, d.concl. n.173. 263

Scholaris clericus, vide ſupra in verbo clerici.

Secularis iudex, vide ſupra in verbo Iudex, & in verbo Laici.

Secundum ſtatutum non reuocat primum, niſi de eo faciat expreſſam mentionem, concl.8 n.72. 318

Quod declara, vt n.73.75.76.

Secundum ſtatutum non tollitur per primum iuratum, d.concl.n.78. 319

Quod tamen dic, vt n.15.& ſeqq.

Secundum ſtatutum non tollit primum confirmatum à ſuperiore, d. concluſ. numer.80. 322

Secundum ſtatutum non tollit primum, ſi eſt validum, & legitimum, d. concl.numer.95. 325

Secũdum ſtatutum tollit primum ſolum in his, quæ ſunt priori contraria, d. concl. num. 99. 326

Secundum ſtatutum non inſertum in volumine ſtatutorum non tollit primum, d. concl. nu. 101. 327

Imo non valet, quod declara, vt n.102.

ob Senectutem receditur à generalitate ſtatuti, concl.5.n.140. 221

Sententia perſonam afficiens aliquo vinculo, vt puta interdictionis, excommunicationis, vel infamiæ, etiam in alieno territorio afficit, concluſ.6.n.118. 153

Sententiæ intimatio poteſt fieri in alio loco veriſimilis notitiæ propter metum, non obſtante ſtatuto, quod fiat perſonaliter, aut ad domum, concl.5.n.97. 214

Sententiæ appellatione in ſtatuto venit ſolum ſententia valida, concluſion.4. nu. 29. 158

Sententiæ tempus ſpectatur quoad pœnam, concluſ.2.n.138. 111

Seruientes Eccleſiæ, qui eximãtur à iuriſdictione laicorum, concl.1.n.120. 43

Si dictio in ſtatutis importat formam, concl.9. n.5. 330

Significatio dubia verbi in ſtatuto quomodo declaretur, concl.2.n.83. 104

Symbo-

Symbolum in habentibus facilior eſt tranſitus, d.concl.n.117. 109
Et concl.3.n.26 135
Simonia non inducitur per exiguam quantitatem muneris, concl.5.n.55. 207
Syndici ſi tenentur denunciare percuſsiones, nō tenentur denunciare, vbi eſt ſolum leuis ſciſſura cutis, concl. 5. num.51. ead.
Syndicus ſi tenetur denunciare delicta, non tenetur ad commiſſa extra territorium, concl. 6.n.58. 246
Et vide ſupra in verbo obligatus ad denuncian.
Socio rixoſo reperto poteſt recedi à ſocietate, concl.5. num.86. 212
Solemnitates alias de iure communi introductæ non cenſentur reiectæ à ſtatuto nouas ſolennitates in eodem actu adhiberi mandante, concl.2.n.58. 101
Solemnitates in contractu requiſitæ à ſtatuto, nō habent locum in actu tacito, aut reſciſſorio, concl.4.n.33. 159
Solemnitas actus tota pertinet ad iuriſdictionē eius, in cuius territorio actus geritur, concl. 6.n.30. 243
Solemnitatibus à ſtatuto requiſitis non ſeruatis contractus, nec in illo, nec in alio loco valebit, nec quoad bona alibi ſita, concl.7.num.31. 277
Solemnitates in contractibus fuerunt introductæ ad euitandas fraudes, concl.7.nu.45. 282
Solemnitas actus tota pertinet ad iuriſdictionē eius, in cuius territorio actus geritur, concl. 7.n.47. ead.
Solemnitatem dans ſtatutum ad actum porrigitur ad illum, qui licet ſit inchoatus, non eſt tamen adhuc perfectus, concluſ. 13.num.67. 391
Quod dic vt n.ſeq.
Solemnitas quod eadem adhibeatur in deſtruēdo, qua in conſtruendo, vide ſupra in verbo regula.
de Solutione ſtatutum loquens verificatur in confeſſione de ſolutione, & de recepto.concl. 10.n.50. 358
Sorore à ſucceſſione fratris excluſa per ſtatutū non habet locum verſa vice, concluſ.4.num. 32. 158
de Spe ſtatutum loquens debet intelligi de ſpe probabili, concl.2.nu.49. 100
Specialia 33. ob euitanda ſcandala remiſſiue, cōcluſ.5.n.73. 209
Specialitas in principio ſtatuti non officit, quin generale in fine generaliter ſit intelligendū, concl.5.n.17. 201
Specialius ſtatutum attenditur poſtpoſita prioritate, vel poſterioritate, concluſ.8. num.19. 308
Speciale ſtatutum facit ceſſare generale, d.concluſ.n.20. ead.
Specialius ſtatutum præualet generali etiā poſteriori habenti clauſulam generalem derogatiuam, non obſtante, &c. d.concl.num.21. ead.
Speciale ſtatutum poſtponitur generali ſequenti, quando generale alias nihil operaretur, d. concl.n.23. ead.
Specialia inter duo ſtatuta attenditur ſpecialius, d.concl.nu.24. 309
Specialius ſtatutum quomodo cognoſcatur, & quod dicatur, d.concl.n.25. ead.
Spirituales cauſæ quæ dicantur, concluſ.1.n.56. 60. 28
in Spiritualibus cauſis non poteſt quis cogi cōparere coram iudice laico, concl. 1. num. 55. ead.
Statim iudicatur ex arbitrio iudicis, concl.1.n. 86. 30
Statutum permittens filiasfam. teſtari interpretatur prout de iure, vt ſcilicet non per hoc poſſit diſponere de dote profectitia, quæ fuit ſtipulata reddi patri, concluſion.2.numer.4. 95
Statuta laicorum non poſſunt aliquo prætextu vtilitatis, ſeu neceſſitatis reipub. prohibere, ne res, & bona profana in Eccleſiaſticos, ſeu

Digitized by Google

pia loca transferantur, concluſ. 1. numer. 86. 30

Statuta laicorum quando dicantur contra libertatem Eccleſiaſticam lata, concl. 1. nu. 88. ead.

Statutum retractus non ligat clericos, & quando, remiſſiue, dict. concluſion. numer. 72. 25

Statuta recipiunt interpretationem paſſiuam, & declarantur à iure communi, concl. 2. n. 1. 94.

per Statutum quando inducitur aliquod munus perſonale omnes leges, quæ de muneribus perſonalibus ſubeundis loquũtur, poſſunt ad talis ſtatuti interpretationem adaptari, d. concluſ. n. 2. ead.

ſi Statutum confirmat aliquod teſtamentum, quod alias de iure communi non valeret, tũc leges omnes loquentes de teſtamentis habebunt locum circa interpretationem diſpoſitionis talis ſtatuti loquẽtis de huiuſmodi teſtamento, d. concl. n. 3. ead.

ſi Statuto cauetur, quod mulier poſt mortem viri poſſit eius domum inhabitare, & ibi habere alimenta, & nihil vltra, etiamſi maritus eam reliquerit dominam, & vſufructuariam omnium bonorũ, interpretabitur ex eo, quod in tali caſu diſponit ius commune, dict. concl. nu. 5. 95

Stante ſtatuto, quod executiones debitorum fiant contra heredem ſicut cõtra defunctum, cum defunctus poſſit inſolidum cõueniri, tamen ſi heres confecerit inuentarium, non poterit iuxta iuris cõmunis diſpoſitionem fieri executio contra eum, niſi quatenus importabunt facultates hereditatis, concl. 2. num. 7. ead.

Statutum quando loquitur ſuper aliqua diſpoſitione à iure communi interpretata, vtputa de debito, debitore, & creditore, quæ verba à iure communi interpretata important, nedum principalem debitorem, ſed etiam eius ſucceſſorem, ſemper, & de debitore, & de eius ſucceſſore, & prout ius commune ipſum intelligit, interpretabitur pariter & ſtatutum, d. concl. n. 8. ead.

Stante ſtatuto, quod ille Doctor aggregetur collegio, qui plures albas habuerit, quã nigras, ſi voces fuerint pares, ille tamen admittitur, ſi maioris erunt auctoritatis illi, qui pro eo voces dederint, dict. concluſion. numer. 9. ead.

Statutum mandans quomodocunque committentem homicidium pœna mortis punire, intelligitur dolo interueniente, d. concl. num. 16. 96

Statutum quaſdam exceptiones admittens interpretabitur de eis, prout de iure communi eſt diſpoſitum, dict. concluſ. numer. 31. 98

Statuta debent reduci ad concordiam cum iure communi, dict. concluſion. numer. 62. 101

Statuto inhærendũ eſt nullo alio attento, quando ita apparet de mente ſtatuentium, d. concluſ. n. 63. 102

Statutum diſponens id, quod ius commune, recipit omnes limitationes, ampliationes, & declarationes, quas recipit ius ipſum commune, d. concl. n. 71. 102

Statutum nouum ab antiquo declaratur, non obſtante dictione taxatiua, d. concl. num. 107. 108

Statuta vno & eodem contextu condita ad inuicem declarantur, d. concluſion. num. 110. ead.

Statuta antiqua declarantur à nouis, d. concl. n. 109. ead.

Statuta recipiunt interpretationem potius ab aliis ſtatutis, quam à iure, d. concl. num. 116. ead.

Statuti vna pars ab alia declaratur, d. concl. n. 112. ead.

Statutum præſumitur ſe conformare cum aliis ſtatutis potius, quam cum iure communi, d. concl. n. 118. 109

Statu-

Statutum vnum ab alio interpretabitur, non obſtante diſpoſitione, quod ſtatuta debeant intelligi ad literam, d.concluſion.num.122. ead.
Statuentes præſumuntur ſe accommodaſſe conſuetudini locorum vicinorum, d.concl.n.125. ead.
Statutum de reductione laudi ad arbitrium boni viri obſeruatur ex conſuetudine, d.concl. n.153. 113
Statutum alias ſtricte interpretandum ob præfationem large interpretabitur, d. concl.nu. 183. 116
Statutum exorbitans propter generalia verba diſpoſitiua rubricæ generaliter intelligitur, d.concl.n. 198. 118
Statutũ, quod extantibus maſculis fœmina non ſuccedat, declaratur, dict. concl. numer.199. ead.
Statuta in materia proportionata interpretātur ut omnibus, vt mens teſtatoris, d.concl.n. 210. 120
Statutum puniens committentem delictum nõ comprehendit attentantes ſolum, d.concl.n. 213. ead.
Statutum de portantibus perlas non intelligitur de fictis, d.concl.n.214. ead.
Statuta non deuiantia à diſpoſitione iuris recipiunt omnes iuris interpretationes, & limitationes, d.concl.n.219. 121
Statutum derogatorium iuris communis ab eo non recipit interpretationem, d.concl.num. 226. 122
Quod dic, vt num.227.ad 233.
Statuta ſunt ſtricti iuris, d.concluſ.numer.237. 124
Statuta extenduntur quando in eis diſpoſita nõ poſſunt commode ſortiri effectum, d. concl. num.238. ead.
Statuta extenduntur ad alios caſus, in quibus eſt eadem ratio, quando nõ ſunt caſus illi per ius commune deciſi, dict. concluſ. nu. 239. ead.
Statutum generaliter loquens non recipit interpretationem à diſpoſitis à iure limitate de eadem re loquente, d. concl. numer. 240. ead.
Statutum prohibens appellationem ab interlocutoriis declaratur, dict. concluſ.numer.241. 125
Statutum prohibẽs appellationem in cauſa poſſeſſionis declaratur, dict. concluſion.nu.242. ead.
Statutum diſponens in aliquo caſu idem, quod ius commune militabit etiam in caſibus exceptuatis ab ipſo iure communi in illa materia, d.concl.nu.243. ead.
Quod tamen dic, vt n.244.245.246.
Statutum interpretatur à iure communi ordinario, non autem irregulari, & extraordinario, & ſpeciali cauſa inducto, d. concl.nu. 249. 126
Statutum quando potius à iure communi, quã à Canonico, & econtra interpretationem ſumat, d.concl.n.254. ead.
Statutum debet eſſe ſanctum, honeſta iubens, prohibensque contraria, d.concl.numer.257. 127
Statuentes non præſumuntur voluiſſe diſponere ea tacite, quæ expreſſe non poſſunt, d.conc. n.268. 129
Statuendi facultate conceſſa non venit poteſtas ad iniqua, d. concluſ. numer.269. ead.
Statuta illicita quando dicantur, d.concl.num. 271. ead.
Statuta recipiunt interpretationem à communi vſu loquendi, concl.3.n.1. 131
Statuentes præſumuntur ſe accommodare vſui loquendi loci ſtatutorum, d. concluſ.num.3. ead.
Statuta ſunt proprie intelligenda, concl.4.nu.1. 155
à Statuti verbis recedere non debemus, d. concl. n. 2. ead.
Statutum tantum diſponit, quantum loquitur, d. concluſ.n.4. ead.

Digitized by Google

Statuta dicuntur ſterilia, tanquam mulæ, dict. concl. num. 5. ead.
Statutum prohibens lucrum ex actibus legitimis non comprehendit acquiſitionem ex teſtamento, d. concl. numer. 13. 156
Statuta contra ius commune ſunt accipienda, prout litera iacet, dict. concluſio. numer. 51. 162
Statutum contra ius commune nõ trahitur vltra caſum expreſſum etiã ex maioritate rationis, d. concl. n. 53. 163
Statutum extenditur ad caſum, in quo concludit maioritas, & paritas rationis, quoquo modo ex latiſſima ſignificatione vocabuli, d. concl. numer. 56. ead.
Statutum licet correctorium, dicitur tamen fauorabile, quando nos reducit ad ius antiquum conſuetum, & ideo extenditur, d. concluſ. n. 66. 165
Statutum pœnam imponẽs alicui pro altero debet ſtricte interpretari, dict. concluſ. numer. 91. 171
Statutum obligans vnum pro alio reſtringitur ad territorium ſtatuentiũ, d. concl. nu. 99. 172
Statuta eo magis ſunt ſtricte intelligenda, ſi extaret ſtatutum, quod deberẽt intelligi ad literam, d. concluſ. num. 102. ead.
Statuta terrarum conſiſtunt ſæpe in ſic volo, & ſic iubeo, d. concl. n. 104. 173
Statuta ſunt proprie intelligenda, & ſtricte, ſi alias ſequeretur abſonus intellectus, d. concl. n. 114. 177
Statuta ſtricte tunc magis interpretantur, ſi alias ſibi ipſis contrariarentur, d. concl. n. 117. ead.
Statutum excluſiuum fœminarum declaratur, d. concl. n. 173. 187
Statutum de gabellis vide ſupra in verbo Gabella.
Statutum de vectigalibus vide ſupra in ver. Vectigalium.
Statutum fauorabile vide ſupra in verbo Fauorabile.
Statutum de compromiſſis vide ſupra in verbo Compromiſſum.
Statuentium mens vide ſupra in verbo mens ſtatuentium.
Statuti ratio vide ſupra in verbo Ratio.
Statutum quando non ſtricte interpretatur, vide infra in verbo Stricte.
Statuti interpretatio vide ſupra in verbo Interpretatio.
Statuti extenſio quando fiat in æquiparatis, vide ſupra in verbo Æquiparata.
Statuta ratione correlatiuorum quomodo extendantur, vide ſupra in verbo Correlatiuorum.
Statutum Ianuæ libr. 3 c. 1. §. qui de nullitate, allegatur, concl. 4. n. 19. 157
Statutum Ianuæ li. 5. c. 2. de fœm. dot. an. declaratur, d. concl. n. 135. 179
Statutum Ianuæ ſub rubr. de extrinſeco intellectu declaratur, concl. 2. n. 82. 104
Et num. 158. 113
Statutum Ianuæ li. 2. cap. 3. ſub rub. de cauſ. extcut. interpretatur, concluſion. 2. nu. 57. 101
Statutum Ianuæ lib. 4. c. 20. §. his vero ponderatur, d. concl. n. 61. ead.
Statutum Ianuæ ſub rub. de domibus ad penſio. locat. non aufer. declaratur, concl. 5. nu. 85. 212
Statutum Ianuæ li. 1. cap. 1. §. in his, quæ per Senatum interpretatur, dict. concluſ. nu 93. 213
Statuta habent hanc tacitam conditionem, videlicet ſi moribus vtentium recipiantur, cõcluſ. 8. n. 28. 310
in Statutorum confirmatione quæ non veniunt, vide ſupra in verbo Confirmatio.
ſi Statutum extat, quod maritus ſtantibus filijs nõ poſſit relinquere quicquam in vltima voluntate eius vxori, ſi tamẽ maritus eam reliquerit dominam, & vſufructuariam, & filij, qui extabãt tempore legati, defecerint, habebit vxor integrum vſumfructum, concl. 2 n. 6. 95

Statu-

Statutum ciuitatis dominantis, vide ſupra in verbo Ciuitatis dominantis.

Statutum generaliter loquens, generaliter debet intelligi, concl. 5. n. 1. 198

Statutum vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, d. concl. n. 2. 199

Statutum etiam dubium generaliter eſt intelligendum, d. concl. n. 14. 200

Satutum etiam durum debet generaliter intelligi, d. concl. n. 16. 201

Statutum Sarzanæ, vide ſupra in verbo Sarzana.

Statuentes non præſumuntur corrigere, quod eſt diſpoſitum à iure commuui, d. concl. nu. 149. 223

Statuti generalitas, vide in verbo Generalitas ſtatuti.

Statutum non ligat forenſes, concl. 6. n. 1. 237

Statutum prohibens à duabus ſententiis poſſe appellari, non comprehendit forenſes appellantes, d. concl. n. 2. ead.

Statuta in non ſubditos diſponere non poſſunt, d. concl. n. 3. ead.

Statuentes præſumuntur voluiſſe ſuis ſubditis, non autem exteris prouidere, d. concluſ. n. 7. 238

Statutum loquens de aliquibus perſonis, vt puta de agnatis, intelligitur de ſubditis, d. concl. n. 9. ead.

Statutum loquens de moneta, intelligetur de vſuali, & expendibili in loco ſtatuti, d. concl. n. 11. ead.

Statutum ſimpliciter loquens de delicto, non habet locum in commiſſo extra territorium, d. concl. n. 57. 246

Statutum pœnale de eo, quod de iure communi non eſt punibile, non comprehendit forenſem delinquentem, niſi ſcientem, vel ignorantem ſupine, d. concl. n. 63. ead.

Statuentes non præſumuntur ſtatuere in commodum illorum, quibus pariter & incommodum præſtare non poſſunt, d. concl. nu. 75. 249

Statutum vſu non receptum, nec forenſes, nec ciues ligat, d. concl. n. 77. ead.

Statutum vſu non receptum, non eſt ſeruandum, d. concl. n. 78. ead.

Statutum vſu non receptum eſt nullum, & in eo nullum eſt faciendum fundamentum, d. concl. n. 79. ead.

Statutis non dicitur contrauenire, qui ſtatutum vſu non receptum non obſeruet, concl. 6. n. 80. ead.

Statuta vſu non recepta, vel per contrariam conſuetudinem abrogata, non dicuntur ſtatuta, d. concl. n. 82. ead.

Statutum, vt dicatur vſu non receptum, ſufficit lapſus decennii, d. concl. n. 83. ead.

Statuta habent in ſe tacitam conditionem, ſi moribus vtentium recipiantur, d. concluſ. n. 84. ead.

Statutum non præſumitur vſu receptum, d. concl. n. 94. 250

Quod declara, vt n. 97. ead.

Statuta inferiorum, & ciuitatis ſubditæ confirmata à Principe præſumuntur vſu recepta, d. concl. n. 96. ead.

Statutum eo ipſo præſumitur vſu receptum, quod fuit publicatum, d. concluſ. num. 99. ead.

Statuto ſtante, quod bona perueniant ad primogenitum, de omnibus erit iudicandum ſecundum conſuetudinem, vbi res ſituatæ erant, d. concl. n. 101. 251

Statutum loci, in quo res ſitæ ſunt, ſemper inſpicitur quoad ipſas res, d. concluſ. num. 102. ead.

Statutum excluſiuum fœminarum quando non extendatur ad bona extra territorium, d. concl. n. 103. 251

Statutum ſiue loquatur in rem, ſiue in perſonam, quoad ſolemnitates non comprehendit ſtatutum extra iuriſdictionem contrahentem, d. concl. n. 113. 253

Statuendi poteſtas inter ſuos ſubditos territorium non arctatur, d. concl. n. 116. ead.

Statutum tunc indubitanter ligat ſubditorum perſonas, quando de eis expreſſe diſponit, d. concl.n.119. ead.

Statutum fauorabile, & in perſonam loquens extenditur etiam quoad bona ſubditi extra territorium exiſtentia, d.concl.n.120. 254

Statutum quando eſt fauorabile ad bona extra territorium exiſtentia extenditur, d. concl. n.121. 255

Statutum fauorabile, & in perſonam loquens, quando trahatur extra territorium, d. concluſ.n.128.129.130.131. 256

Statutum ſi expreſſe diſponat de bonis extra territorium ſitis, quod illa comprehendet, d. concl.n.132. 258

Statutum mandans, quod non poſſit appellari à duabus ſententiis conformibus, non ligat ſubditum extra territorium, d.concl.nu.139. 259

Statutum probibens ignorantiam allegari intelligitur de craſſa, & non probabili, d.concl. n.152. 261

Statutum de quo eſt publica vox, & fama ignorari non præſumitur, d.concluſ. numer.160. 262

Statutum licet extrauagans, ſi tamen eſt publice notum, ignorari non præſumitur, d. concl.n.168. ead.

Statutum de bonis loquens illa afficit, ſiue poſſideantur à ciue, ſiue ab aduena, d.concluſ.nu. 182 264

Statutum, quod forenſes poſſint grauari pluſquam ciues in bonis, valet, d.concl.n.192. 267

Statutum limitatum ad ciues, vel ad perſonas ciuitatis non poterit extendi ad forenſes, d. concl.n.193. ead.

Statutum loquens de inſtantia concernit ordinatoria, & comprehendit clericum, & forenſem, ſecus ſi ageretur de deſertione cauſæ, d.concl.n.197. ead.

Statutum diſponens de effectu probationum non comprehendit, niſi ſubditos, d.concluſ. n.198. 268

Statutum vniuerſitatis mercatorum quod ſcriptura priuata faciat plenam fidem ſeruabitur à quolibet foro, inter perſonas tamen ſubditas ſtatuentibus, ſecus inter alias, d. concl.n.199. ead.

Statutum ordinatorium iudicii comprehendit forenſes tam coram ordinario, quam delegato, d.concl n.200. ead.

Statuto de aliquo caſu non exiſtente quid ſeruandum, concl.7. n.83. 303

Statuentes non habent iuriſdictionem in loco exempto, quamuis intra territorium, d. concl. n.38. 279

Statutum dicitur pars iuris ciuilis, d.concluſ. n. 42. 282

Statutum nunquam tollitur per non vſum, ſed per contrarium vſum ſic, concl.8.n.37. 310

Statutum in eſſe deductum ſemper præſumitur in dubio durare, & eſſe in viridi obſeruantia, d.concl.n.41. 312

Statutum non publicatum, licet poſterius non præualet primo d.concl. n.42. ead.

Statutum ſicut ſe habet ad ſtatutum, ita conſuetudo ad conſuetudinem, d.concluſ. nu.13. 307

Statutum poſterius non præualet primo, ſi eſt iuſtius, d.concl. n.14. ead.

Statutum permittens probationem etiam per teſtes, dicitur iuſtius altero ſolum per inſtrumenta fieri poſſe concedente, d. concluſ. n.15. ead.

Statutum fœminarum excluſiuum, donec exiſtant maſculi, eſt iuſtius eo, quod excludit perpetuo, d.concl.n.16. ead.

ad Statuti eſſe tria requiruntur, d.concl.nu.43. 312

Statutum diſponens conditionaliter in aliquo actu dicitur dare formam, & actus in contrarium factus non valet, concl.9 n.2. 330

Statutum diſponens, quod aliter actus fieri non poſſit, dicitur dare formam, d. concl. num.9. 331

Statutum prouidens ſuper actu faciendo aliter

quam

quam fuerit prouiſum de iure communi, quando dicatur dare formam, d.concl. n.13. ead.
Statuto, quod in contractu mulieris adſit conſenſus propinquorum, & quod aliter contractus non valeat, non poteſt renuntiari, d.concluſ. n.20. 332
Statuto continente etiam ſecundario fauorem publicum poteſt renuntiari, d.concluſ. n.24. 333
Statutum aliquid diſponens, & pœnam contrafacienti imponens, non importat actus inualiditatem, d.concl.n 38. 335
Quod declara. vt n 41. ad 44.
Statutum præfigens tempus inſtantiæ, facit, quod ſententia poſt illud tempus lata, non valet, d.concl.n.40. 336
à Statuto quod requiritur poſt actum iam factum non dicitur de forma, d concl. num.45. 337
Quod dic, vt n 47. 48 49.
Statutum quando dicatur prohibitorium, ad effectum, vt actus in contrarium factus ſit nullus d concl n.55. 339
Statutum loquens in caſu vero, non habet locum in caſu ficto, concl.10 n.1. 347
Statutum, quando tranſiuit in contractum non ſubditi, non poteſt abrogari, & abrogatum poteſt allegari, concl.11 n 28. 364
Statuentes in dubio non præſumuntur velle corrigere diſpoſita à iure communi, concl.12. n. 4. 367
Statutum de agnatis non erit conformandum cum iure communi quoad ſpurium legitimatum, concl.12.n.16. 369
ob Sterilitatem ſuperuenientem non ſtatur generali diſpoſitioni ſtatuti, concl. 5. num. 83. 211
Stricte non interpretantur ſtatuta, quando poteſt procedi vigore ſtatuti de ſimilibus ad ſimilia, concl. 4. n.188. 190
Stricte, & large interpretantur ſtatuta, prout conſuetudo loci ſuadet, d.concl.n.204. 193
Subditus quis non dicitur reſpectu bonorum in ſtatuto, concl.4.n.8. 156
Subditorum ſtatutis deficientibus recurritur ad ſtatuta ciuitatis dominantis, concl.2.nu.86. 105
Subditi parochiæ exemptæ non ligantur ſtatutis Epiſcopi, in cuius diœceſi dicta parochia ſita eſt, concl 6 n.37. 243
Subditi quibus neceſſe eſt parere mandatis ſuperiorum cenſentur recepiſſe ſtatuta illorum, d.concl.n.98. 250
Subditorum res, extra tamen territorium exiſtentes non ſubiacent ſtatuto ciuitatis, d.concluſ.n.100. 251
Subditus conſtituens domicilium extra territorium dicitur ſortitus diuerſas patrias, d.concluſ.nu.104. ead.
Subditus conſtituens alibi domicilium, & deſinens ſuſtinere onera in propria originis ciuitate priuatur beneficio ſtatutorum originis, d.concl n.105. ead.
Subditi non ligantur ſtatuto propriæ ciuitatis diſponente circa ſolemnitates in contractibus adhibendas, quando contrahunt extra iuriſdictionem d.concl.n.109. 252
Subditus volens poteſt vti ſtatuto fauorabili patriæ ſuæ, d concl.n.114. 253
Subditus ligatur etiam extra iuriſdictionem ſtatuto patriæ inhabilitante præciſe perſonam d.concl.n.115. ead.
Subditus contrahens data opera extra territorium in fraudem ſtatuti nulliter contrahit, d concl n.134. 258
Subditus litigans extra territorium non ligatur ſtatuto propriæ ciuitatis etiam in his, quæ deciſionem important, d concl. n.138. ead.
Subditus ligatur ſolemnitate ſtatuti etiam in loco exempto, intra tamen territorium, concl.7.n.39. 279
Sed dic remiſſiue, vt ibi.
non Subditus fit ſubditus reſpectu rei in territorio exiſtentis, concl.8.n.57. 314
Subditorum ſtatuta debent ita interpretari, vt non

non diſcordent, ſi fieri poteſt à ſtatutis ſuperiorum, concl.12.n.8. 368

in Succeſſione bonorum forenſes ſubiacent ſtatuto loci bonorum, concl.6.n 203. ead.

in Succeſſione bonorum per forenſem non conſideratur, aut præiudicium, aut fauor ipſius, d.concl.n.206. 269

de Succeſſionibus ſtatutum loquens intelligitur prout de iure, quod vocant fratres ſit de vtrinq; coniunctis, concluſ.2 num.32.& ſeq. 98

Summus Pontifex in totum, & quoad omnes clericos priuilegia fori derogare non poteſt, concl.1.n.134. 47

Superflua debent potius reddi ſtatuta, quam quod quis indebite damnum patiatur, concl.5.n.38. 205

Superfluum debet potius reddi ſtatutum, quam quod iniquitatem, iniuſtitiam, abſurditatem, aut damnum indebitum alicuius contineat, concl 12 n 23. 371

Superiori præcepto non obedire non ſemper malum, & quando, concl.1.n.154. 51

Superuenientia rei facit, vt recedatur à ſtatuto generali, concl.5 n.135. 220

Suſpicio omnis ceſſat in Imperatore, concl.13.n.34. 369

T.

TAxatiua, dictio, non operatur in caſus concordes, vel concordabiles, concl.2. num.108. 108

Si reperiretur in ſtatuto correctorio non poteſt ſtatutum extendi etiam ex ratione expreſſa in ſtatuto correctorio, & pœnali, concl.4. n. 177.178. 188

In diſpoſitione fauorabili excludit ſolum caſus habentes diſſimilitudines rationis, d. concl. n.159. 184

In ſtatuto excludit caſum fictum, concl.10.nu. 21. 351

Taxatiua verba implicitam in ſe negatiuam habent, d.concl.n.22. ead.

Tempus compoſitionis, non autem confirmationis attenditur in prælatione ſtatuti, concl.8. n.5. 306

Tempus appoſitum, vel præfixum à ſtatuto dicitur continere formam, d.concl.n.10. 331

Declara tamen, vt n.11.& 12.

Termino ad obligationem ſtatuti elapſo, nedum nuda ſcientia ſtatuti promulgati, ſed etiam cognitio diſpoſitionis eius præſumitur, concl. 6.n.148. 260

Termino à ſtatuto præfixo ad dicendum de nullitate elapſo quæcunq; nullitas excluditur, concl.4.n.18 157

extra Territorium quilibet cenſetur ad inſtar priuati, concl.6.n.6. 237

Tertij ius ſeruandum eſt potius, quam inhærere ſtatuto, concl.4.n.121. 177

Teſtamentum fieri poteſt per clericos etiam abſque præſentia parochi non obſtante ſtatuto laicorum in contrarium, concl.1.n.30. 18

Teſtamentum eſt de iure gentium, licet de iure ciuili approbatum, concl.4. n.14. 156

Teſtamentis in conficiendis attenditur ſtatutum loci in quo conficiuntur, concl.7.n.27. 277

Teſtandi facultas data intelligitur ſecundum conſuetudinem loci, vbi fit teſtamentum, d. concl.n 29. ead.

Teſtari ſi prohibetur filiusfamilias à ſtatuto, non intelligitur de filiofamilias forenſe, concluſ.6. n.15. 238

Teſtari prohibitus, niſi ſeruata certa forma à ſtatuto laicorum, non intelligitur de ſtatuto ad pias cauſas, concl.1.n.44. 21

Teſtis pariter conſanguineus non repellitur à teſtimonio inter conſanguineos, concl. 5. nu. 92. 213

Teſtes, vt communem vſum loquendi præbent, quomodo deponere debeant, concl.3.num.59. 149

Tiberii Gracchi exemplum in imminenti reipublicæ periculo, concl 1.n.214. 69

Tonſura ſola, vel habitu ſolo vtens clericus non gaudet priuilegio fori contra Rol. à Vall. & Farinac. concl.1.n.110. 40

De

De quo tamen dic, vt n.111.
Tutelas laicorum aſſumere cogens clericos ſtatutum non valet, concl.1.n.69. 25
Tutor, vel curator poteſt præiudicare minori in quærendis, concl.1.n.253. 82
Tutor quis eſſe poterit debitor modicæ quantitatis, non obſtante ſtatuto, quod debitor non poſſit eſſe tutor, concl.5.n.62. 207
Tutor ſimpliciter datus à iudice pupillo habenti bona in diuerſis territoriis ad omnia bona datus cenſetur, concl.6.n.125. 256
Tutor principaliter datur perſonæ non rei, d. concl.n.126. ead.
Tutoris datio facta à iudice expreſſe quoad bona alterius territorii eſt nulla ipſo iure, concluſ.5.n.124. ead.

V.

VAriatio qualitatum, vel differentia in aliqua re facit recedere à generalitate ſtatuti, & exẽpla, concl.5.n.104.ad 107. 215
de Vectigalibus ſtatutum loquens interpretatur prout de iure, quod nihil ſoluatur pro his, quæ deferuntur pro vſus ſui gratia, concl.2. n.20. 97
Et vide ſupra in verbo Gabella.
Venditionis appellatione non venit præſumpta in ſtatuto, concl.10.n.10. 348
Verbum ſi reperitur in ſtatuto habens plures, omnes tamen proprias ſignificationes, quid agendum, concl.4.n.208. 193
Verbum ſolitum præferri ex conſuetudine alicuius loci intelligitur ſecundum communem vſum, concl.3.n.25. 135
Verbum æquiuocum ſtatuti declaratur à diſpoſitione eiuſdem alibi de tali verbo expreſſo, concl.2.n.114. 108
Verba ſtatuti præcedentia à ſequentibus interpretantur, d.concl.n.113. ead.
Verba impropriantur, vide ſupra in verbo Impropriantur.
Verba ſtatutorũ interpretantur ſecundum communem vſum loquendi illorũ hominũ, quos reſpiciunt, & de quib. diſponũt, concl.3.n.38. 139
à Verbis ſtatuti recedere non debemus, concl.4. n.2. 155
Verba ſubiunctiui modi, quæ poſſunt importare præteritum, & futurum tempus in ſtatutis, importabunt ſolum futurum, ſicut de omni alio verbo apto importare dicta duo tempora, concl.13.n.6.& 7. 374
Verecundia eſt maxima pars pœnitentiæ, concl. 7.n.23. 276
Verus caſus ſtatuti habet locum in præſumpto, d.concl.n.53. 359
Veſtimentorum, quæ quis portat in dorſo, non debet ſolui gabella, concl.2.n.24. 97
Veſtis appellatione venit regulariter quicquid tegit corpus, concl.3.n.12. 133
Vicina ciuitatis ſtatuta dant interpretationem aliis ſtatutis, concl.2.n.123. 109
Vicinitas actus perſonæ, vel loci limitat generalitatem ſtatuti, concl.5.n.126. 218
Victualium vſus ſui cauſa emptorum, & aliorum ſui vſus gratia generaliter non debet ſolui gabella, concl.2. n.25. 97
Vidua etiam dicitur, quæ nunquam maritum habuit, concl.3.n.11. 132
Vidua, pupilli, ruſtici, & aliæ perſonæ huiuſmodi an excuſentur in omiſſione formæ, concl. 9.n.65. 341
Villa, ſi tenetur ex ſtatuto capere malefactorem ſub pœna, ſi plures fecerint vnum homicidium, & villa non ceperit illos, non per hoc tenetur, niſi vnica pœna, concl.4.n.89. 170
Vilitas perſonæ facit, quod recedatur à generalitate ſtatuti, con l.5.n.44. 206
Vinculum iniectum ante clericatum, vel poſt, vt cognoſcitur, vide remiſſiue. concl.1.n.237.76
Vino extra territorium collecto prohibito conduci ad ciuitatem per ſtatutum non comprehenditur vinũ clericorum, d concl.n.11.14
Vltimo capitulo ſtatur inter multa contraria in eodem ſtatuto, concl.8.n.7. 306
Vltimum ſtatutum ſpecialius præfertur primo etiam pleniſſime diſponente, d.concl.num.8. ead.

Vltima conſuetudo attenditur, d. concl.num.9. 307

Vltimum ſtatutum tunc attenditur, ſi eſt vltimum in compilatione, non autem ſolum in ordine ſtatutorum, d.concl.n.18. ead.

Vltimum ſtatutum non præfertur primo, quãdo non fuit vſu receptum, d.concl.n.27. 310

Vltimum ſtatutum non tollit prius, quod trãſiuit in contractum, concl.8. nu.47. 312

Vltimum ſtatutum non præualet primo, ſi primum eſſet derogatorium contrariæ diſpoſitionis alterius ſtatuti, d.concl.n.70. 317

Vltimum ſtatutum quando deroget etiam factis in executionem primi ſtatuti, tunc vigentis, d.concl.n.103. 327

Vltima derogant prioribus, concl.8.n.3. 306

Vnica tantum gabella de contractu, & illa in loco contractus eſt ſoluenda, concl. 2. nu.67. 102

Vniuerſitatis appellatione in mere fauorabilibus veniunt etiam clerici, idem ſi ſit mentio de diſtrictualibus, & de ciuibus, concl.1. nu. 193 62

Vſus communis loquendi vide ſupra in verbo cõmunis vſus.

Vſi ſi fuerunt ciues per longum tempus aliquo modo ſtatuto, in eo caſu non conſideratur cõmunis vſus loquendi, concl.7.numer.40. 139

Vſu non receptum ſtatutum non attenditur in contractibus, concluſ. 7.n.82. 302

Vſu non receptum ſtatutum non obſeruans non peccat, concl.8.n.29. 310

Vſu non receptum ſtatutum non habetur in cõſideratione, d.concl.n.30. ead.

Vſu non receptum, vt dicatur ſtatutum, ſufficiunt decem anni à die conditi ſtatuti, d.concl. n.31. ead.

Vſu receptum an præſumatur ſtatutum remiſſiue, d.concl.nu.33. ead.

Vſus contrarius, vt operetur, debet eſſe de maiori numero caſuum, d.concl. num.38. 311

Vſus ſeu conſuetudo contraria ſtatutis, non poteſt induci per populum non habentem facultatem legis condendæ, dict. concl.num.39. ead.

Vſu receptum ſtatutum non poteſt allegari, ſi per contrarium vſum fuit ſublatum, concl. 11. nu.7. 361

Vtilitate publica ſuadente, ſtatutum etiam in vim contractus poteſt tolli, concl.8.n.58. 315

Vulnuſculum non venit appellatione vulneris in ſtatuto, concl.5.n.53. 287

Vxoris appellatione an veniat ſponſa per verba de præſenti, concl.3.n.16. 133

FINIS.

Google

Digitized by Google